CONSILIORVM,

siue Responsorum Iuris,

D. PETRI REBVFFI

MONTISPESSVLANI, IVRIS VTRIVSQVE DOCT. ET COMITIS,

Necnon Iuris Pontificij Parisijs publici professoris, in supremo Senatu Patroni meritissimi:

Quibus de varijs materijs in iure incidentibus, præcipuè verò de materia beneficiali consultus, omnibus ex facto prudentissime respondit.

OPVS

Nunc recens natum perarduum & perdifficile, omnibusq; (pragmaticis præcipuè) in foro iudiciali, curiaq; Romana versari cupientibus perutile.

Cum nouis Summarijs, & Indice locupletissimo, tum rerum, tum verborum.

Caroli Saraceni

VENETIIS, MDLXXXVIII.

Apud Baretium de Baretijs.

EXCELLENTISSIMO D. IVLIO MONTERENTIO I. V. D. BONONIENSI

Baretius de Baretijs S. P. D.

ST hoc magno naturæ aut omnipotentis Dei beneficio generi tuo datum, vt Monterentiana domus celeberrimos semper Iurisconsultos nutriat, ex eaq; responsa consulentibus certissima dentur, & fidelissima. Admirabatur Bononia Auum tuum Annibalem, credebatq; populi necessitatibus & precibus, atque adeo Ciuitatis ipsius ornamento illum ad vltimum vsque senium reseruatum, quem paulo ante non minori dolore, quam si in primo ætatis flore nobis fuisset ereptus, extulimus, & honorifico funere mæsti sumus prosecuti, tantoq; orbati patrono consanguinei, affines, amici, clientes, viduæ, pupilli, omnesq; consilij, & auxilij inopes oculos in te vnum cœperunt conuertere, quippe qui ab ipso in eadem studia, eandemq; egentium misericordiam & spem nutritus, atque educatus es, dedisti autem in pueritia & adolescentia tua tale ingenij, eruditionisq; specimen, vt merito communem iacturam quam in Aui tui morte Ciuitas Bononiensis passa est, tu solari & resarcire cumulate videaris, abundas enim omnibus illis virtutibus, quæ Auum tuum earum optatum & celebrem reddidere, nec aliud in te desideramus quam ætatem, quæ viros in Republica administranda, causisq; dicendis versantes solet auctoritate necessaria decorare, & fulcire. In cæteris animaduertimus celeriorem fuisse in te virtutis, quam annorum cursum. Perge igitur Auitam hæreditatem, non tam Villarum, aut prædiorum, quàm famæ, & laudis capescere: Ego interim tuæ familiæ nominisq; iam diu studiosissimus ex multis, quæ eidem Auo tuo debebam, cum vniuersæ solutioni sim impar, statueram nihilominus grati saltem fœnoris loco aliquid illi exhibere, quod iam tibi tum hæreditario iure, tum singulari meo in te studio deberi libenter fateor, prout debentur quidem plura, & ea cum pro viribus licuerit,

constabunt à me tibi semper promptissime, si hoc quicquid tribuo, hilari acceperis animo, Rebuffi nempe lucubrationes nonnullas, quæ ex mea prodeunt officina, Auiq; tui nomine erant idcirco munienda, vt quod ipse sibi dicari permisisset, cæteri tanquam optimum, & perfectum damnare non auderent, sed potius auida apprehenderent, securaq; manu. Tu vero eandem dignitatem operibus, laboribusq; nostris præstabis, si summæ de te conceptæ opinioni conaberis industria, & virtute respondere, ac memineris Bononiam te genuisse, domesticam disciplinam ab Auo præstantissimo te percepisse, Romam te deinde missum, vt ingenium rerum vsu excoleres, ibi Patronum tibi contigisse Innocentium Maluasiam, quem Patria hæc summa tum virtutis, tum nobilitatis laude florentem prædicat, spemq; in eo maximarum dignitatum collocat. Is cum in Senatu Cameralium Clericorum Sanctissimo Domino Nostro assistat, tuq; apud ipsum Auditoris vices geras, præclarum tum ad omnia virtutis genera exemplum, tum ad legum studia prosequenda necessitatem, nedum commoditatem nactus videris, ita vt sentiant omnes nihil tibi hactenus defuisse, quominus Auita assequereris, atque adeo superares ornamenta, nisi tu ipse tibi deesse volueris, quod prout nefas esset, sic nos tui studiosissimi nequaquam speramus, neve id committas te per fidem nostram veterem per patriæ, quam iam nos quoque propriam ducimus, commune vinculum, per parentis tui optimi uitam & solatium, per eiusdemq; Aui tui memoriam (quam sæpius honoris causa recolimus) oramus & obtestamur, atque huiusmodi stimulos equo quamuis currenti pro amoris quodam ardore, & abundantia addimus. Vale. Dat. Kal. Iulij. M D LXXXVIII.

INDEX RESPONSORVM, quæ hoc volumine DOM. PETRI REBVFFI CONTINENTVR.

Vbi prior numerus Responsum, alter verò paginam denotat.

De

De

FINIS.

INDEX
CONSILIORVM,
SIVE RESPONSORVM,
DOMINI PETRI REBVFFI
Montispessulani, Iur. Vtr. Doct. & Comitis.

A

Collator

Dispositio

F

Princeps

Regula

Successio,

Testibus

F I N I S.

D. PETRI REBVFFI MONTISPESSVL. IVRISCONS. CELEBERRIMI, ET COMITIS,

Necnon Iuris Pontificij Parisijs publici professoris, & in supremo Senatu patroni meritissimi,

Responsorum, siue Consiliorum Liber.

RESPONSVM I.

Quomodo quis à suo sit ordinandus Episcopo.

SVMMARIVM.

1 *Nemo potest ab alieno Episcopo tonsuram, vel alios ordines sumere sine consensu sui Episcopi.*
2 *Quis intelligatur esse suus Episcopus.*
3 *Laicus habet Episcopum originis, vt ei sacra administret.*
4 *Ordinatus à suffraganeo debet probare de consensu Episcopi, in cuius diœcesi fuit ordinatus.*
5 *Negatiua totum negat.*
6 *Monachatio constituit domicilium.*
7 *Canonici regulares præfecti ecclesiis tenentur reddere rationem Abbati, & Monasterio.*
8 *Seminans spiritualia, dignus est vt colligat temporalia.*
Alimenta tolli non possunt. ibidem.
9 *Canonici regulares præfecti ecclesiis non sunt curati, nec perpetui Vicarij, nec recipiunt decimas, vel alios fructus, nisi nomine Abbatis, & Conuentus. ibidem nu. 10.*

ORDINATVS ab alieno Episcopo, non gaudet priuilegio clericali, & sic non potest obtinere beneficia, quod probatur
1 sic. Certum est in iure † neminem posse ab alieno Episcopo tonsuram, uel alios ordines sumere, sine consensu sui Episcopi. cap. illud. 71. dist. ubi sunt hæc verba: Osius Episcopus dixit, & hoc uniuersi constituimus, ut quicunque ex aliena parochia voluerit alienum ministrum, sine consensu Episcopi sui, & voluntate, ordinare, non sit rata eius ordinatio. Idem dicitur in cap. primatus, & cap. seq. ibid. hoc etiam prohibetur in c. j. & per totum. de temp. ordinat. & maxime in lib. 6.
2 † Episcopum suum declarat. c. cum nullus, ibid. esse Episcopum originis, beneficij, vel domicilij. Ergo si quis fuerit ab alio promotus, promotio non valet: saltem ut beneficia obtinere possit. Nam licet canones antiqui corrigantur, quoad promotionem sine titulo factam. c. neminem. & c. sanctorum. 70. dist. ut hodie ordinatio non fiat irrita, tamen de tonsura & aliter ordinato, hoc non inuenitur correctum. Ergo ius antiquum remanebit. arg. l. præcipimus. C. de appellat. Nam antequam possit iste promotus ab alieno Episcopo beneficia habere, requiritur ut secum dispensetur, & prohibet Papa ne pœnitentiarij, uel alij cum his dispensent. c. j. de temp. ordin. in 6. ergo si dispensatio requiratur, inhabilis est ille ab alieno Episcopo promotus ad beneficia ante dispensationem, alioqui non requireretur dispensatio.

Et sic male & perperam sentit Guido Papa in suis decisi. Delphinali. decis. 449. Laicus, dicens laicum posse tonsuram accipere, quia laicus non dicitur habere Episcopum, quod quidem est falsum per d. c. cum nullus. ubi laicus habet Episcopum originis, ut ei sacra administret, chrisma conficiat, absoluat eum in casibus Episcopalibus, & alia faciat quæ ad Episcopum pertinent: alioqui sequeretur quod ipse Episcopus nullam haberet iurisdictionem in laicos super sacramentis, uel alijs causis Ecclesiasticis, quod est à iure alienum. c. quod clericis. de foro compet.

Nec etiam valet ratio D. Guidonis Papæ, ut non sit canon, qui istam tonsuram annullet, nam si uidisset tex. in d. c. illud. 71. dist. & per totam distin. hoc non dixisset, & quod iste sic ab alieno promotus Episcopo gaudeat priuilegio clericali, sic vidit iudicari in materia beneficiali, in recredentia Chassan. Consiliarius, in suprema curia Parisiensi, ut asserit in con suetud. Burgund. in tit. *des iustices*. §. sexto. in glo. *sont*
4 *creux & augmentez*, in fi. Ibi etiam plus dicit † ordinatum à Suffraganeo debere probare de consensu Episcopi in cuius diœcesi fuit ordinatus, cum non sit ordinarius. ut notat Fel. in c. cùm in iure perit. de officio deleg. vers. super quo tibi, & Panor. in verbo, sed quia hic sumus, in materia probationis.

Adhęc c. primum c. nullus. de temp. ord. in 6. prohibent, vt nullus promoueatur ab alieno Episcopo, & iura supra allegata generaliter prohibent, ergo loquitur tam de secularibus, quàm de religiosis: & ma
5 ximè quia iura prohibitiua plus ligant. † Nã negatiua totum negat. l. si quis stipulatus, ff. de verbo. obli. & text. est ad hoc expressus in c. fi. de temp. ord. in 6. qui loquitur in tonsura, ut non detur ab alieno Episcopo, ergo nec seculari, nec regulari.

In hoc tantum defertur religiosis, ut Episcopus illos ordinare possit, in cuius diœcesi est monasteriũ.
6 d. c. cùm nullus. quia † monachatione constituitur domicilium. Bar. in l. j. ff. ad municip. & sic religiosi possunt ordinari ab Episcopo, in cuius diœcesi monasterium situm est. Ideò quia monasterium S. Michaelis est situm in diœcesi Virdinensi, & non erat situm in Episcopatu Tullensi, cuius erat iste Vicarius, ergo non potuit alienum promouere. Alia scripsi plenè in formula literarum dimissoriarũ, in praxi beneficiali, quæ videri poterunt ne plura ingeram.

7 Non dubito etiam quin isti † canonici regulares, præfecti ecclesijs parochialibus, teneantur reddere rationem Abbati, & monasterio de his quæ receperunt, & ita loquitur text. in c. in Lateranensi, in fi. de præb. & c. cum & plantare. §. in ecclesiis. de priuil. c. sanè. 16. q. 2. sicut tutor uel alius administrator, qui recipit fructus alienos. l. prima. §. officio. ff. de tutel. & rationi. distrah.

Itaque cũ isti præficiantur à monasterio, & detur eis potestas recipiendi fructus noĩe monasterij, ergo rõnem reddent. c. de monachis. vbi Decius de præb.

Item probatur à tempore immemoriali, decimas & fructus loci de alto monte fuisse receptos à monasterio, & licet ibi præfectus ad seruiendum curæ esset, tamen omnes fructus & reditus deferebat ad monasteriũ, ut probatur ex libro veteri posito in archiuis monasterij, qui probat, ut dicitur in c. j. de probat. Et quamuis non probaretur nisi possessio monasterij, à tanto tpe, hoc sufficeret, & posset se iuuare præscriptione. c. de quarta, & per totum de prescrip.

Vltimò, nunquid congrua saltem portio, istis canonicis deseruientibus ecclesiis parochialibus assi-
8 gnari debeat, quod uidebatur: nam qui † seminat spiritualia; dignus est, ut metat temporalia, ut diuus testatur Paulus, c. cum ex officij. de præscript. & Ecclesiasticis vtilitatibus desudantes, Ecclesiastica digni sunt remuneratione gaudere. cap. Ecclesiasticis. 12. q. 2. & ista portio congrua non potest tolli, † sicut nec alimenta. l. cum hi. ff. de transact.

Tamen existimarem istis congruam portionem non assignandam, quia hæc portio inuenta est pro curatis & uicarijs perpetuis, non ualentibus commode uiuere. c. j. de præben. in 6. clemen. j. de iure pa
9 tro. sed isti † canonici non sunt curati, nec perpetui vicarij, ideo non poterunt petere congruam portionem: & quando petunt illam, ad monasterium reuocari debent, & portio monachalis eis assignari debet, sicut alijs religiosis, quia sub obedientia sunt Abbatis, à qua eis recedere non licet.

Item, quando monasterium subijt onera terrarũ, & soluit ea quæ incumbunt ecclesiæ, non debetur congrua portio deseruienti ecclesiæ. Gulielmus de Montelaud. in cap. j. col. 2. de præben. in 6. sed monasterium soluit decimas & alia onera pro ecclesia, ergo non debetur congrua portio deseruienti ecclesiæ de alto monte.

10 Et sic concluditur, istum canonicum regularem, qui deseruit ecclesiæ & parochiæ de alto monte, vel alijs ecclesijs similibus deseruientes non esse curatos, nec quidem vicarios perpetuos, sed temporales, & ad nutum Abbatis remoueri posse. Ideò nec decimas, nec alios fructus pertinentes ad Abbatem, & monasterium de alto monte percipere poterunt, nisi nomine Abbatis, & conuentus, nec congruam portionẽ curatis, uel perpetuis uicarijs debitam, ab Abbate petere poterunt, sed portionem monachalem solitam in monasterio dari, vel aliàs arbitrio boni viri contenti esse debent. Et sic subscripsi. Parisiis anno 1556. in mense Iulio.

RESPON. II.

An literæ tonsuræ rectè concipiantur.

SVMMARIVM.

1 *Abbas, vt possit conferre tonsuram suis religiosis, debet esse benedictus, & sacerdos.*
2 *Tonsura non datur alicui, nisi septem annis completis.*
3 *Tonsura illiterato non confertur, ideo est examinandus, qui tonsuram suscipit.*
4 *Tonsuram sumere non potest, qui non est natus de legitimo matrimonio, nisi secum dispensetur.*
5 *Per ingressum religionis, licet quis censeatur legitimus, & tollatur macula, quoad ordines suscipiendos, non tamen sine dispensatione obtinet beneficia.*
6 *In ore duorum, vel trium stat omne verbum.*
7 *Instrumentum professionis non probat, si sine testibus est conscriptum.*
8 *Religiosus quis non dicitur ante professionem.*
9 *Abbas requirere debet consilium sui Capituli in professione recipienda.*
Quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari. ibidẽ.
10 *Professio facta ante decimũquartũ annũ non obligat.*
In instrumento professionis fieri debet mentio de tribus votis, hic positis.

1 HAE literæ tonsuræ non uidentur ritæ cõ ceptæ. Nam quamuis † Abbatibus permissum sit conferre tonsuram suis religiosis. c. 1. & 2. 69. dist. & in monasterio,
2 vt ibi. tamen requiritur, quod † Abbas sit benedictus & sacerdos. ut patet in d. c. & c. cum contingat. de ætate & qual. de quibus qualitatibus nõ apparet.

Item hanc tonsuram possunt Abbates conferre iuxta formam datam ecclesiæ, in d. c. cum contin-
3 gat. sed forma ecclesiæ est, ut non nisi † septem annis completis detur alicui tonsura. c. fi. de temp. ord. in 6 alioqui non ualet. vt docet Card. in c. de his. in prin. 28. dist. Ideò formã hanc adhibent Episcopi, ut inquirant de ætate promouẽdi cum testibus, & hoc in

in literis attestetur, quod non faciunt hæ literæ.

3 Præterea forma Ecclesiæ est vt † illiterato non conferatur tonsura. cap. fin. & cap. præcipimus. 34. distin. & c. illiteratos. 36. distinct. Ideò examinan-
4 dus est qui tõsuram suscipit, vt appareat an sit de † legitimo matrimonio natus, alioqui tonsuram sumere non potest, nisi secum dispensetur expresè, nec potest inferior Episcopo dispensare, nisi super hoc habeat expressum priuilegium de quo non apparet. cap. 1. de filijs presbyter. in 6.

5 Nec obest quod per † ingressum religionis censetur legitimus & tollitur macula, verum est quoad ordines vt eos sumere possit. c. presbyterorum. 56. distinct. c. j. de filijs presbyter. Sed non poterit beneficia obtinere sine dispẽsatione. c. j. & fi. eo. & c. j. illo tit. in 6. verum hic nõ apparet de legitimatione nec dispensatione, ergo beneficiũ obtinere non poterit.

Insuper adhibendi sunt duo testes ad probãdum
6 actum sic esse factum, vt in † ore duorum vel trium testiũ stet omne verbum. c. licet vniuersis. de testib. c. relatum. de testam. non enim creditur literis Episcopi etiam sigillatis, nisi adsint testes c. post cessionẽ. de probat. sic, & multominus credetur his literis tonsuræ tanquã priuatis, & sic non fidẽ facientibus.

7 Etiam † instrumentum professionis non videtur probare, quando sine testibus conscriptum est, vt diximus de tonsura, nec enim creditur instrumento nisi duo adsint testes. l. generali. vbi glo. C. de tabular. lib. 10. c. j. vbi doct. de fide instrument.

Ad hæc scriptura tonsuræ est contraria professioni. Nam in tonsura dicitur quod Abbas religioso contulit tonsuram, & tamen non erat religiosus,
8 quia apparet de professione postea facta, & quis † ante professionem non dicitur religiosus, cum ad seculum redire possit. ca. consulti. de statu monach. & per totum. Ergo istæ scripturę contrariæ non probant. l. scripturæ. C. de fide instrum. Et sic imputandum est illi qui tales contrarias scripturas produxit. c. imputari. de fide instrum.

9 Præterea in † professione recipiẽda debet Abbas consilium sui Capituli requirere vt Io. Andr. & Panor. docent in c. ad apostolicam, in fin. de regularib. sed nõ apparet hic: nam quod omnes tangit ab omnibus debet approbari per regul. iuris.

Item non apparet in qua ætate professus fuerit,
10 † & professio ante decimum quartum annum facta non obligat, c. ad nostram. de regula. ideo de hoc instrumentum loqui debebat.

11 Huc accedit quod † in professione mentio fieri debet de tribus votis, alias expressio vnius non valet ca. cum ad monasterium. de statu monach. sed hic parcheminier promittit stabilitatem, morum conuersionem, & obedientiam, sed omittit votum castitatis & paupertatis, ideo professio non ualet, bene tamen valuisset si dixisset voueo regulam S. Benedicti, vel Martini seu alterius, sed hic non dicit voueo, vt est in tit. de voto & voti redempt. quamóbrem non valet ista professio.

RESPON. III.

De Prouisionibus, & Papæ dispensationibus.

SVMMARIVM.

1 *Tonsura literis est probanda.*
2 *Paria sunt non esse, & non apparere.*
3 *Testes & instrumenta habent eandem vim, quod limitat. ibidem.*
4 *Non est dãda materia falsum fabricãdi, & delinquẽdi.*
5 *Episcopus dispensare potest super defectu natalium ad tonsuram, & ad ordines minores, non tamen ad maiores, quod limita in filio Episc.*
6 *Filius etiam legitimus non potest habere Ecclesiam, in qua pater ministrauit.*
7 *Dispensatio fieri debet cum causa.*
8 *Dispensatio tamquam odiosa est restringenda.*
9 *Tonsura præsumitur per literas sacerdotij, & ordinum maiorum.*
10 *Præpositura est maior post pontificalem in ecclesia dignitatum.*
11 *Legatus nullus dispensare potest, vt filius etiam legitimus habeat ibi beneficiũ, in quo pater ministrauit.*
12 *Quod longe sit à verisimili, est falsitatis imago.*
13 *Incompatibilitas maxima est, vt quis in eadem ecclesia obtineat duo beneficia.*

ROVISIONIBVS & dispensationibus Ramoneti Guiramãdi & Laurẽtij de Catelana visis, arbitror Ramonetũ Guiramãdum nullum ius habere ĩ præpositura qđ
1 ex sequentibus constabit, & primo ex † tonsura quæ literis probanda est. l. si qua per calumniam. & ibi Iacob. But. C. de Episco. & cleric. Gui. Pap. q. 582. Reperitur; alioqui frustra iuberetur ordinato vt literas ab ordinãte acciperet. c. legũ ij. q. j. sed hic Guiramandi non probat per literas, ergo non est tonsura-
2 tus, † nam paria sunt nõ esse & non apparere l. duo sunt Titij. ff. de testa. tutel. sed non apparet de tonsura, ergo non est tonsuratus d. Guiraman. & sic nõ capax ad beneficia. c. cũ adeò de rescript. c. ex literis de transac.

3 Et si dicatur tõsuram probari testibus posse. † Nã parem vim habẽt testes & instrumenta. l. in exercendis. C. de fide instru hoc est verum nisi in quibus casibus. requiritur scriptura. vt in l. contractus. C. illo ti. & in hoc actio requiritur vt superius dictum fuit, ergo non est tonsuratus.

Et quãdo veller per testes probare, requireretur vt Guiramãdus probaret scripturã esse factam & demũ amissam per l. testium in fi. C. de testib. l. si solennibus de fide instr. Guido Pap. q. 474. De materia. qđ nõ probat Guiramãdus, ergo nõ est tonsuratus.

Itẽ hoc casu nullo modo admitti debet ad probãdum per testes, quia sua tõsura fuit probata falsa, & non esse in Registro epi, ergo testes non possunt cõtra Registrum probare. Imo si admitterentur testes
4 hoc casu esset † præbere materiã falsum fabricandi, & delinquendi, quod iura abhorrent. in l. iurigentium. §. si paciscat. ff. de pact. l. conuenire. de pact. dotal. & testes deponerent vidisse hanc tonsuram falsam, ergo testes reijciendi sunt.

Itaque cum prædictę literæ tonsuræ non valeant.
5 d. Guirimandus non est clericus † Nam licet episcopus super defectu natalium dispensare possit ad tonsuram, & ad ordines minores, non tamen ad maiores nec ad parrochiales ecclesias aut dignitates. c. j. de filiis presbyterorũ in 6. nõ tamẽ poterit episcopus dispensare cum filio suo in odium illius peccati, si-
6 cut nõ poterit † filius etiam legitimus habere ecclesiam, in qua pater ministrauit. c. ad extripandas de filiis presbyter. alioqui induceretur episcopus ad de-
7 linquendum. Et † dispẽsatio debet fieri cum causa, & ipse fauore filii sine aliqua causa dispensaret. cum

episcopi sint cęci circa nepotes. glos.in ca.peruenit. j. quest.3. Et potestas episcopi vix potest extendi,qn̄ est illegitimus ex coniugata, ex episcopo & religioso,& ex se genito: sed simpliciter cum bastardo episcopus posset, sed non cum illo qui habet impedimentum quadruplex, etiam si inueniretur dispensatum esse, quod non constat.

Et sic dispositio Papæ fundata super eo qđ Guiramandus clericali charactere insignitus erat, est sub-
8 reptitia & nulla nec prodest, cū † dispēsatio sit odiosa & restringenda. ca.j. in fin. de filiis presbyter. in 6.

Item non potest Papæ dispensatio prodesse, quia non dispensat super defectu natalium. Nam putabat Papa eum legitimatum à se, & sic habilem ad beneficia & ad alia, & rectè clericali charactere insignitum: quod tamen verum non erat,ergo ista Papæ dispensatio est subreptitia,& sic nulla.c.fi.de filiis presbytero. in 6.

Consequens est vt etiam non valeant maiores ordines recepti à dicto Guiramando,tum quod episcopus non habebat potestatem ad hoc dispēsandum. c.j.de filiis presby. in 6. tum etiā quia non reperitur dispensatum secum. Ergo nec tonsura,nec ordines maiores, nec minores illi prosunt.

9 Nō refragatur, qđ † præsumatur tonsura per literas sacerdotii & ordinum maiorum, vt docet Pan. ī c.nisi de prob.hoc verū quali quali præsumptione, & quando diuturnitas temporis adesset, tamen illa pręsumptio non est sufficiens, ad plenam tonsurę probationem,maxime hoc casu quia fuit episcopus deceptus,per has tonsuræ falsas literas.Igitur est præsumptio pro episcopo,quod viderit literas videlicet illas falsas quas nuper ostendit d.Guiramandus.& illis inductus contulit ordines maiores ad quos non erat dispensatus prędictus Guiramādus, & sic ex dictis literis sacerdotii nō est præsumptio ad tonsurā, nisi quod falsò episcopus ordinans fuit deceptus.

Etiam in dispensatione Papę non secum dispēsatur ad ecclesias maiores post Pontificalem,imò hoc restringitur ibi non tamen maiores vel principales,
10 sed† præpositura est maior post Pontificalē in ecclesia dignitatū. Ergo ad illā non censetur dispensatus.

Nec facit quod Legatus Auenionensis conferendo illam hoc dispensauerit cum d.Guiramandi,quia non potuit contra prohibitionem Papæ.Nam Papa tacite prohibuit, postquam ipse noluit secū dispensare, contra cuius prohibitionem legatus Auenio-
11 nēsis non potuit, & quia † nullus legatus potest dispensare vt filius etiā legitimus habeat ibi beneficiū, in quo pater ministrauit. c.dilectus. de fil.presbyt.

Nec quidem voluit legatus dispēsare,si illi expressum fuisset Papā noluisse cum isto Guiramādo illegitimè de maioribus dignitatibus dispēsare. Nam procul dubiò nō est verisimile qđ ipse legatus Aue-
12 nionēsis fecisset quod ipse Papa noluisset, & †quod longè est à verisimili est falsitatis imago, vt not.in c. quia verisimile.de præsumptionib.& sic dispensatio legati est subreptitia cum D. Guiramandus hoc ei non expresserit, & ideò nulla.

In alio vtraque dispensatio non potest prodesse. Nam esto quod vtraque valeret nō obstantibus præmissis tamē nulla valebit isto casu,eò quod pater D. Guiramādi proximè ministrauit in eadem ecclesia. c.ad extirpādas.de filiis presbyterorum vt docet Staphile.in tracta. de Literis gratię titul.de statu & qualitat. benef.versic.j.quod sit illegitimus, plus dicens quòd quando pręfectus est pater alicui ecclesię non potest filius illegitimus in illa ecclesia obtinere beneficium. c.ad hæc de filijs presbyter. sed pater erat episcopus,ergò filius eius illegitimus, vt in illa ecclesia vbi pater erat episcopus,omninò pręficeretur requirebatur expressio in dispensatione Papæ ad plura, & istud vitium non est expressum, ergo dispensatio vtraque & Papę & legati subreptitia & nulla.

Etiam in dispensationibus ad quæcunque propatiente defectum natalium de stylo curiæ Romanæ nō datur etiam à Papa ad dignitates maiores & principales vt docet Staphile. in tracta. de liter.gratiæ titu.de modo & forma impetrā.versi.hinc est.Ideo nō potuit legatus derogare huic stylo. Rationem dicit Staphile. ne ista dispensatio pariat inuidiam contra eum qui omnino est inhabilis, vt omnibus præficiatur, ac eos regat quibus subesse debebat.

Itē illa clausula posita in signatura ēt si canonicatus & præbenda, dignitates tamen maiores, intelligitur de dignitatibus maioribus post pontificalem de stylo curiæ Romanę & nō de episcopatu. c.fi.de præbend.qui debet omninò exprimi cum sit culmē dignitatis.c.penul.de præbend.& non venit dignitatis nomine glos.in c.ij.de præben.lib. 6.

Nec inuenitur in dispensatione Papæ ꝙ voluerit dispensare cū defectu natalium ad maiores ordines, nec ad maiores dignitates, sed ad duo vel tria beneficia, si D.Guiramādus erat nobilis vel graduatus:sed Papa in dispositione & in concessione, nunquā apposuit clausulam non obstante defectum nataliū. quę clausula erat necessaria. vt Felin.& alij docent in c.nōnulli de rescript.Ideo noluit Papa dispensare cū dicto defectu, sed si Guiramādus sit legitimatus vult secum ad duo dispensare,& ita se habet signatura Papæ,& sic Papę dispensatio prodest vt censeatur dispensatus ad plura beneficia,sed non ad defectum natalium,quia nihil est expressum de defectu natalium in dispositione signaturæ.

Præterea non erat dispensatum cum D.Guiramā-
13 do quod † duo obtineret beneficia in eadē ecclesia, quæ est incompatibilitas maxima, vt probatur in c. literas de concess. præbend. Et ipse habebat canonicatum in ecclesia Dignēsi. Igitur non potest habere ibi præposituram, nec fuit dispensatū à Papa vt duo beneficia sub eodem tecto obtineret,nec etiā à legato,ergo non potest obtinere dictam præposituram.

Et sic concludendo patet D. Guiramandi nō tonsuratum, nec quidem dispensatū de defectu nataliū & sic perperam sumpsisse ordines, etiam maiores & d.præposituram, & sic incapacem & inhabilem ad eam,& ad quęcunque beneficia,& D.de Castelana rectè prouisum,& ius in d.præpositura Dignensi obtinere.Ideo his scriptis sic anno 1555.à natiuitate in mense Ianuario iudicauit sacrum magnum regis consilium pro D.de Castelana.

RESPON. IIII.

De indulto Imperatori concesso, quoad Episcopatus, & alias dignitates.

SVMMARIVM.

1 In beneficijs attenditur tempus datæ.
Qui prior est tempore potior est in iure. ibidem.
2 Effectus humanorum affectuum teste Arist. constat ex duobus, ex voluntate, scilicet, & potestate.
3 Nullus potest inficiari potestatem Papæ, & Imperatoris,&

toris, & instar sacrilegij est de illorum potestate disputare.

4 *Resignantibus iura sua amplius ad ea non est dandus regressus.*

5 *Qui nihil habet, nihil potest dare.*

6 *Recitatio, vel narratio facta in literis Imperatoris non praeiudicat veritati.*

7 *Reseruatio fructuum pro pensione facta à resignante, non obest resignatorio, quin ipse plenum ius habeat.*

8 *Beneficij non vacantis nulla est prouisio.*

Vacatio, & de iure, & de facto requiritur, antequam beneficium vt vacans possit impetrari. ibidem.

9 *Subreptitia, & obreptitia prouisio est nulla.*

10 *Papa non solet prouidere de beneficio, de quo iam iure prouidit.*

Papa si dixisset in concessione beneficij non obstante prima collatione, intelligitur de inualida, non de valida. ibidem in fine.

11 *Stellionatus crimine tenetur, qui pluries suum beneficium resignat.*

12 *In periurium incidit, qui bis idem beneficium resignat.*

13 *Clausula non aliter, nec alio modo, quomodo intelligi debeat. ibidem, & numero 14.*

14 *Res tradita sub conditione, deficiente conditione, pro non tradita habetur.*

15 *Secunda resignatio non valet, nisi fuerit reuocata prima.*

16 *Dolus in impetratione beneficij vitiat prouisionem.*

17 *Dispositiones quascunque factae vi secundae resignationis sunt nullae.*

18 *Resignanti bis obstat exceptio primae resignationis.*

19 *Casus concessi Imperatori super beneficijs in suo Imperio sitis.*

20 *Signatura obtenta sine beneplacito Imperatoris non obstat, quin postea validè bulla leuetur, dum illam bullam praecesserit Imperatoris consensus.*

21 *Alternatiua in petendo beneplacitum Imperatoris adhibita.*

22 *Ex omissione ordinis persona media non vitiat prouisionem.*

23 *Vacante sede Episcopi, administratio spiritualium deuoluitur ad Capitulum.*

24 *Episcopus dicens se esse administratorem, hoc probare debet.*

25 *Scriptura priuata sola non probat.*

INVOCATO Dei Opti. Maximi, Virginisque Mariae praesidio. Inuictissimus Imperator Carolus V. priuilegio à sanctissimo Papa donatus est isto, videlicet, vt nulli ĩ certis suis terris de Abbatia, seu Prioratu prouideri possit, nisi intentione & cõsensu eius prius habitis. Quod si secus etiam à Papa factum fuerit, prouisionem nullius esse momẽti decernitur. Vnde cũ D. Ioannes de Palude in fauorem magistri Ioannis Lalemand cõstituisset suos procuratores ad resignãdum in curia Rom. prioratum B. Mariae de Lauthenans, quẽ iam resignauerat, sed bullas nolebat obtinere de Lalemand sine intẽtione & cõsensu Imperatoris, q cõsensit, vt licitè resignari posset prioratus in fauorẽ D. Ioãnis Haneton, in cuius fauorẽ D. Lalemãd resignauit, eiq; fuit à Papa prouisum, postea idem de Palude iterum resignauit in fauorem D. Antonij de Gorreuod administratore Perrot. dato, & habito etiã Imperatoris consensu: quaeritur quis istorum ius habeat in praedicto prioratu de Lauthenans.

Breui respondeo D. Ioannem Haneton iure prouisum, & eum obtinere tã in possessorio quàm in
1 petitorio debere, quia est ei prius prouisũ, † & ĩ beneficiis attendimus tempus datę. c. eam te, de rescrip. capit. eum cui. de prębendis. lib. 6. nam qui prior est tempore potior est iure. per reg. iuris. sed longo tempore prouisum fuit à sanctissimo Papa huic D. Haneton ante alios, ergo is est aliis praeferendus.

2 Secundo † duo sunt ex quibus humanorum affectuũ constat effectus, teste Aristotele, videlicet, voluntas, & potestas, quorum alterum si desit, nihil est, quod explicari queat. c. cum in cunctis. §. inferiora. ibi qui velint & possint. de electio. & hoc docet Bal. in l. cum te col. 1. C. de dona. ante nupt. & in c. cum cõtingat. nu. 10. col. 4. de iureiuran. & dicit Iuriscon. quod in omnibus rebus, quae dominium trãsferunt, concurrat oportet affectus ab vtraque parte cõtrahentium, nam nisi animus vtriusque cõsentit, perduci ad effectum id quod inchoatur non potest. l. in omnibus rebus. ff. de act. & obligat. sed ista duo interuenerunt in resignatione & prouisione facta D. Haneton, ergo illa prouisio est potior.

Primò, interuenit voluntas resignantis, vt patet per procuratoriũ D. Iohãnis de Palude, vbi cõstituit procuratores suos ad resignandum in fauorem D. Lalemand, qui resignarũt, vt patet per signaturã D. Lalemand, & per bullam D. Haneton, ergo resignãtis voluntas adest, quamobrem conqueri non debet si iuxta suam voluntatem completum sit mandatũ, & si nũc resilire velit, dici ei potest, sera prece subueniri tibi desideras. de quo in l. 2 C. de iuris & fac. ign.

Praeterea, voluntas Papae adest, qui prouidere uoluit isti D. Haneton, vt patet per bullã illius, maximè ibi specialem gratiam facere volentes, &c.

Adhaec concurrit volũtas inclyti Imperatoris, vt patet etiã per literas suae nominationis, vulgò *le placet*, ergo sequitur quod voluntas adfuit.

3 Item potestas nõ defuit, † tã in Papa quàm in Imperatore, & nullus inficiari potestatem illorum potest. c. pręposuit. de concessi. praeb. l. de precatio. ff. ad legem Rhodiã de iactu. & instar sacrilegii est disputare de potestate istorum. l. penul. C. de crimine sacrilegii. ista duo ĩteruenerũt in resignatione & prouisione D. Haneton, ergo illa est valida, quae videtur sufficere, sed vt liquidò appareat alios nullũ penitus ius habere, etiam coloratum, prosequar collationes & prouisiones singulorum, & primò dicam de Iohanne de Palude.

Tertiò, Iohannes de Palude nullum omninò potest post suam primam resignationem praetendere
4 ius in d. prioratu quẽ resignauit, † quia resignãtibus iura sua, amplius nõ est dandus regressus. l. quaeritur. §. si venditor. ff. de aedil. edic. Et quã periculosum in diuinis rebus sit, vt qs cedat iuri suo, & potestati, scriptura sacra declarat, cum Esau primatus suos inde perdidit, nec recipere postmodum potuit, quod semel amisit. c. quàm periculosum. 7. q. 1. ideò per resignationem hic de Palude perdidit ius, quod ĩ d. prioratu habebat. cap. quod in dubiis. & c. in pręsentia. de renunciatione. etiam amisit possessionẽ, ob id non habuit post dictam resignationem nisi quandam detentionem glo. & Doc. in c. inter. in verbo assignari. de

ri. de præben. d. de Rota decis. 23. fuit in nou. Igitur hic resignans iterum resignando non potuit plus iuris, quàm habebat transferre. l. traditio. ff. de acqui.
5 rer. do. Bart. in l. si vniuersæ. C. de lega. nempe † qui nihil habet, nihil dare potest, c. quod autem. de iure patr. & sic de Palude aliam resignationem facere nō poterat, etiam in fauorem primi. vt concludit Gomes. in regu. de publ. resig q. 18. post Cassad. in 9 decis, rubrica de concessio. præben. multominus in fauorem alterius resignare potuit.

Quartò dicet quis de Palude resignans retinuit regressum, & fructus pro pensione, ergo istis non fuit priuatus. Respondeo regressum nullum resignantē retinuisse, saltem nō apparet per procuratorium ab eo factum ad resignandum, uerum est quod hoc re-
6 citatur in literis Imperatoris, † sed illa recitatio non obest ueritati, quia stari debet procuratorio resignātis. Ideo D. Lalemand potuit resignare, cum fuerit ei collatus prioratus, quia quilibet potest disponere liberè de re sua. l. in re mandata C. mād. etiam beneficium sibi collatum potest quis resignare, quod nullis etiam laboribus & expensis acquisiuit. c. super hoc. de renūt. igitur. D. Lalemād post Papæ prouisionem potuit resignare d. prioratum de Lauthenans, quem etiam resignauit, & sic ualet & tenet resignatio in fauorem D. Haneton facta.
7 Quintò, † quāuis resignans pro pēsione reseruauerit sibi fructus, tamen ea reseruatio nō potuit impedire D Lalemand quominus resignare posset, sed resignans prædictus de Palude, poterit recipere fructus d. prioratus, quamuis Haneton illum possideat, quia res transiuit cum suo onere. l. alienatio. ff. de contrah. emp.

Sextò Gorreuod nullum ius potest ex sua prouisione prætendere, tumquia d. prioratus de Lauthe-
8 nans nō vacabat, † & beneficij non vacantis nulla est prouisio, vt in rub, de concessio. præb. & ecclesiæ nō vacāt. Imò requiritur regulariter qđ vacet de iure & de facto. c. ij. ibid, Aegid de Bellamer. cōsil. 19. in causa colum. 2. vers. 3. Dom. cons. 86. in causa. in princip. alias punitur, qui in viuorum beneficium præficitur. capit, 1. ibidem.
9 Septimò non valet prouisio D. Gorreuod, † quia est subreptitia, & obreptitia ob id nulla. c. si motu proprio de præbend. in sexto. cap. super literis. de rescriptis. vbi Felinus, & in hoc est subreptitia, quia Imperatori tacuit quod Do. de Palude iam resignauerat, quod si expressisset, Imperator nunquam consensisset, saltem non est verisimle, quod voluisset à D. Haneton auferre, qui est ei consiliarius, & vir magni nominis & sciētiæ, ideò quod est lōgè à verisimili, est falsitatis imago. Bal. in c. quia verisimile. de præsumptio, saltem non ita facilè consensisset. c. postulasti. in fi. de rescrip. ætatem Imperatori etiā tacuit, ob id subreptitia sua impetratio. c. super inordinata. de præb. simul verum valorem non expressit, ideo illa gratia est nulla. gl. in clem, j. de præb. & Doct. in c. ad aures. de rescrip.

Octauò D. Gorreuod, non solùm tacuit veritatē imò etiam expressit falsum, dicens quod D. Hanetō detinuit, & adhuc detinebat indebitè, & tamen apparet contrarium, quod iustè possidet, & sic viuentis beneficium impetrauit, etiam expressit quod non habito consensu Imperatoris, quod est falsum, quia D. Haneton fuerat prouisum ex cōsensu Imperatoris, vt ex literis cōstat du Placet Etiam nō expressit de Palude resignās quod iam resignauerat in fauorem D. Lalemand, quod si expressisset non obtinuisset,
10 quia † Papa non solet prouidere de beneficio, de quo iam iure prouidit, & cum preiudicio alterius. c. quamuis. de rescript. in 6. nec videtur collationem quā fecit D. de Lalemand tollere uelle, c. super eo. de offic. deleg. c. audita. de restit. spoliat. Oldrad. consil. 324. Ideò Papa solet ponere in suis prouisionibus, dummodo tempore prouisionis ius non fuerit alicui quęsitum. Ioan. Andr. & Perus. in c. si postquā. de præbend. in 6. & sic descripsit in bulla D. Gorreuod, ergo deficit voluntas Papæ, vnde gratia est nulla, sed per primam prouisionem erat ius quæsitum D. Lalemand, ergo noluit Papa alteri de Gorreuod prouidere, imò si Papa dixisset non obstante prima collatione, intelligeretur de inualida, non de ualida, teste Felin. in capit. causam. col. 11. de rescript.
11 Nonò illud † planè addendum est quod resignās iterum resignando deliquit, & crimine stellionatus tenetur, arg. text. in l. 3 §. maximè. ff. de crim. stelli. Ibi sic dicitur, maximè autem in his locū habet, si quis fortè rem alii obligatam dissimulata obligatione p caliditatem alii distraxerit, vel permutauerit, uel in solutum dederit, & debet procurator fisci contra illum de Palude insistere, vt puniatur, etiam ratione uariationis, quæ est prohibita maximè clericis. cle. unica de renuntiat.
12 Decimò, iste † secundò resignās ex multiplici capite notā periurii euadere non potest, tum quod iurauerit non reuocare procuratores directè uel indirectè, seu reuocari facere quouis quæsito colore, uel ingenio, sub pœna periurii, & ducentorum ducatorum auri de camera: ut constat in procuratorio D. Ioā. de Palude, postquam ergo reuocauit est periurus. glo. sing in cap. fin. de procurat. in 6. quā doct. ibi probant. & in c. ex parte decani. de rescript. Imò cum quis constituit procuratorem ad resignandum beneficium, cum iuramento de non reuocando, non potest postea illum reuocare secundum unam opinionem, quia in spiritualibus nō cadit interesse. teste Innoc. in c. dilecto. de præbend. ut referunt. do. de Rota decis. 104. nota quod ubi aliquis in antiq. & Anton. de Petrucia in tract. de uirib. iura. in 19. effectu, ubi hoc casu dicit non esse locum pœnitentię, maximè in actibus in quibus adeundus est superior, ut est in hoc casu. teste Roch. Curtio in tracta. iurispatron. in uerb. honorificum. quæst 12. & Ias. in l. si non sortem. col. 3. de condic. indebi. ff.

Item quia D. de Palude iurauit perpetuo se ratū habiturum, quod gestum erit per procuratorem, uel procuratores suos, & tamen non habet ratum iterum renunciando, ergo & secundò est periurus. Est etiam periurus, quia iurauit in secunda resignatione se non adhibuisse dolum, qui est calliditas, & fallacia ad decipiendum aliquem. l. j. §. dolum ff de dolo. quis maior dolus inueniri facilè potest, quàm subdolè auferre uelle ius acquisitum in prioratu resignatario. D. Haneton ex prima resignatione?
13 † Vndecimò, non refragatur quod resignans resignauit prioratum non aliter, nec alio modo, nisi ut acquireretur D. Lalemand, non fuit acquisitus illi dictus prioratus, ergo ipse resignans reseruauit sibi semper ius. per tex. in l. cum non sit alii acquisit. l. si me. in princ. ff. de acqui. posses. vbi non perditur possessio si alteri non quæratur, & idem text. in c. olim j. iuncta glo. in uerb. traditam de restit. spolia.
14 † ubi tradita res sub cōditione, si conditio non existat. pro non tradita habetur. Respōdeo, fateor illā clausulam non aliter, nec alio modo esse præcisam, nec ualere in cōtrarium actum. allegatur glo. & Bal. in l.

in l.siquidem.C.de exceptio. sic consuluit Ias.etiam in resignatione.cons. 86. in causa. colum. pen. in 3. vol. & in consi.162. in causa. col. 4. nu.5.in 2. vol. & in l.2.nu.142.C.de iure emphyteot.sed si bene consideretur primum procuratorium nihil fuit contra illud factum,quia resignans de Palude resignauit in fauorem de Lalemand retentis sibi fructibus pro pensione,propria etiam autoritate ab eo percipiẽdis, & leuandis in suos vsus,& non aliter nec alio modo,& quia Papa sic prouidit D. de Lalemand retentis fructibus pro pensione, ergo illa clausula non aliter nihil operatur, quia adimpleta est conditio, cum Papa sit insequutus uoluntatem resignantis,& sic non potest resignans ob hoc conqueri, cum adimpleta sit uoluntas in procuratorio expressa.

15 Duodecimò † non ualet secunda resignatio nisi fuerit reuocata prima, & illa reuocatio oportet quod perueniat ad notitiam collatoris,uel procuratoris.Clem.vna.de renuntiat. Fel.& alii.in c.ex parte decani.de rescript.sed hic nõ fuit aliqua reuocatio facta, ideo non ualuit secunda.teste Do.cons.86.in cã.

16 Decimotertiò, non intendit Papa conferre,† ubi dolus interuenit,ut ipse declarauit in regul. cancel. 38. unde solet apponere in bulla attentè quoq; prouideas quod in renũtiatione prędicta dolus,uis,&c. non interueniat, sed non potuit maior dolus, interuenire,quã secundò resignare illud, in quo nihil habebat,ergo intentio Papæ conferendi secundo deficit,& sine intentione & uoluntate nihil fieri potest, ut superius probatum extitit quę in prouisione de Gorreuod facta desunt.

Decimoquartò,in regula Papę Pauli moder. reg. 46.est expressè decisum his uerbis, & si ipsũ resignãtem uel cedentem pluries super uno & eodem beneficio in fauorẽ diuersarum personarum successiuè consentire contigerit,uoluit Sanctitas sua,quod primus consensus tenere debeat, & alii posteriores consensus, ac literæ illorum prętextu etiã sub priori data expeditæ, pro tempore nullius sint roboris uel momenti.Ecce quod secunda resignatio est nullius roboris,ergo non potest parere possessionem, nec titulum, iudices igitur non possunt in uim illius secũdæ resignationis adiudicare D. Gorreuod possessionem nec aliquod ius,alioquirobur haberet sua prouisio,quod est in reg. cancell. prohibitum.

17 Decimoquintò,in reg.34.in fin.dicitur sic, † collationes quoque & quæuis aliæ dispositiones de illis tanquam per resignationem uacantibus factæ,& inde sequutæ nullius sint roboris,uel momenti,igitur quæcunque dispositiones factæ de illo prioratu post primam resignationem sunt nullę,ergo secunda resignatio, & inde sequuta sunt nulla, & sic possessio capta: ergo ea iuuari non potest.

18 †Decimosexto, resignãti obstat exceptio resignationis spontaneæ,c.super hoc.de renuntiat. & maximè nocet in possessorio etiam ad recuperãdam possessionem.c.accepta.de restit.spoliat.sic etiam nocebit ei,qui in ius illius prætensum succedit.per l.hæredem. & l.qui in ius.ff.de reg.iur.

19 †Decimoseptimò,in indulto Imperatori cõcesso sunt descripti sequentes casus,primus est quod nullus possit præfici ad Abbatiales dignitates, aut quorũcunque monasteriorum etiam ad prioratus, nisi habitis prius intentione & consensu Imperatoris.

Secundus casus est, quod de aliis dignitatibus, secularibus principalibus & regularibus non prouideatur nisi oriũdis in locis subiectis Imperatori, aut sibi gratis & acceptis.Illa dictio aut, ibi accipitur copulatiuè, ut sæpius in iure l.sæpe. ff.de uerb signifi. uolens dicere Papa, quod non possit prouideri etiã ab eo de principalibus dignitatibus secularibus, uel regularibus, nisi habita intentione & consensu Imperatoris,nam si de prioratibus inferioribus noluit prouideri sine consensu Imperatoris, fortius in dignitatibus maioribus. per auth. multò magis. C. de sac.sanct.ecc.nec posset disquiri an illi essent grati,& accepti,nisi de consensu Imperatoris præficerentur; & sic tria requiruntur in secundo casu, & quod sit principalis dignitas secularis uel regularis, puta Archiepiscopatus,aut Episcopatus,& quod ille cui prouidetur sit oriundus,tertiò quod de consensu Imperatoris fuerit prouisum.

Tertius casus est,quod gratiæ, expectatiuę, reseruationes seu mandata de prouidendo non debent cõcedi alienigenis,uel extraneis, nec illis in vim istorum prouideri debet, nisi forsan consensus Imperatoris suffragetur,& sic in oĩbus istis consensus Imperatoris requiritur qui habitus est à D.Ioãne Hanetõ.

20 †Decimooctauò, obiicitur D.Lalemand non habuisse cõsensum Imperatoris ad acceptandum prioratum de Lauthenans, ergo non potuit illum acceptare,nec postea resignare. Respondeo contrarium patere in literis cõsensus Imperatoris,in quibus narratur quod D.Ioannes de Palude constituerat procuratores ad resignandum in fauorẽ Ioannis de Lalemand prioratum de Lauthenans,qui D. Lalemãd nolebat super resignatione obtinere bullas sine literis nominationis Imperatoris,& sic abũdè exprimit D.Lalemand,quod iam resignatio erat admissa à Papa per signaturam, sed bullas nolebat leuare sine consensu Imperatoris,qui consensit vt D. Haneton fieret resignatio, ergo resignatio facta ipsi valet: nã quod in una persona statuitur, & in duabus locum habet. l. singularia. ff. si certum peta. vnde cum Imperator consenserit, ut Haneton possit acceptare, intelligitur tam ex resignatione de Lalemand, siue ex alio quocunque iure, & sic Haneton consensit.

21 Decimononò, D.Lalemand † duo petebat alternatiuè,primò consensum Impenratoris,vt ipse posset in dicto prioratu præfici. Secundò si fortè Imperator propter ætatem nollet consentire ut ipse præficeretur, saltem consentiat quod dictæ resignationes fiant in fauorem D. Ioannis Haneton: ecce igitur quod supplicatur Imperatori, ut resignationes in plurali resignationis, & sic tam resignatio de Lelemand, quàm etiam de Palude fiant, & cedant in utilitatem D.Haneton,& postea Imperator uidens Ioan.de Palude nullum ius habere,concessit D. Haneton,ut possit acceptare resignationem *d'iceluy*, uidelicet Lalemand, *pour en iouyr*, &c. & postea se refert ad tenorem bullarum:uidelicet,quod utatur secundum tenorem bullæ, quam obtinebit à Papa, ergo in vim bullę resignationis de Lalemand vti poterit D.Haneton prioratu de Lauthenans.

Vigesimò,non me mouet quod consensus Imperatoris fuerit,ut primo fieret resignatio D.Haneton, ergo in contrarium facta D.Lalemand uitiatur. Respõdeo hoc fuit expressum vt prædixi in literis Imperatoris,ẽt quia illa † ordinis omissio nõ vitiat actum. 22
l.2.in fi.ff.de vulg.qa ambę istę resigñones ad unũ effectum tẽdunt ideo ex persona media non uitiatur prouisio D.Haneton facta. Nã aut tenuit prouisio facta D.Lalemand,& tunc nõ est dubiũ quin potuerit resignare,aut nõ tenuit,& tũc quia Papa vacãtẽ inuenit,eo quod Lalemand resignauit, & sic non acceptauit collationem sibi factam, ob id illum cõferre

Papa potuit per illam clausulam quouismodo etiã si hoc non fuisset expressum Imperatori, qui hoc censetur voluisse.arg.l.Titius.§.fi.ff. de lib.& posth.

Vigesimoprimò interdicta sunt annalia.l.j.in fi.ff. de interdic. Ideo D. Gorreuod post annum non potest prosequi possessorium, etiam si ius habuisset, quod nullum tamen habuit, vt dictum extitit.

Vigesimosecundò, de Gorreuod suscepit tonsurã
23 ab Episcopo Nicopolitano vacante sede, †quo tpe ad capitulum pertinebat administratio spiritualiũ.c. pen.& vlt.ne sede vacante,in 6. & sic capitulum poterat licentiam prestare Episcopo conferendi tonsuram.c.cum nullus.§. episcopo,de temporib. ord. in 6.Non autẽ alius, & ideo decanus ecclesię sancti Petri,non potuit hanc facultatẽ præstare,nisi ei data esset potestas à capitulo.c. pen.de supp.neg.prel.in 6.
24 Vigesimotertiò,dictus † Episcopus dicit se administratorem, sed debet de hoc imprimis constare, quia non sufficit dicere nisi probetur.l.j.ff. si quadrupes paup.fecisse dica. & oportet quod à Papa sit constitutus.c.vlt.de supplend.neg.prælat.in 6.

Vigesimoquartò, non facit fidem illa litera tonsuræ de Gorreuod,quia est signata ab eo qui nõ erat persona publica,nempe is non erat notarius, nec se
25 cretarius id temporis,quo eam cõscripsit. † Ideo est potius scriptura priuata, quàm publica quæ sola nõ probat.l.instrumenta.C,de probat.c.2.de fide instru. & per supradicta liquidò apparet D.Haneton iure à Papa fuisse prouisum & solum habere ius in prioratu de Lauthenans, & sic concludo. Datum Parisiis hoc anno 1548.mense Martio.

RESPON. V.

An collatio facta per dominum Legatum Auenionensem, sit potior collatione D.Cardinalis Lotharingi.

SVMMARIVM.

1 *Specialis potestas derogat generali, cum generi per speciem derogetur.*

2 *Exceptio firmat prohibitionem, & regulam in aliis casibus.*

3 *Papa potest derogare illis, quæ fuerunt etiam statuta in concilio generali.*

LEGATVS Auenionensis contulit prioratũ sancti Marcellini, cuius collatio spectabat ad Cardinalẽ Lotharingũ,qui obtinet indultum,vt nullus possit inter sex menses sua conferre beneficia. Quęsitum est an collatio facta per D. Legatum Auenionensem valeat, vel collatio domini Cardinalis Lotharingi facta Ioãni Duble,& breui existimarẽ collationem D.Cardinalis Lotharingi potiorẽ.Nam quãuis legatus Auenionensis obtinuerit potestatem generalem conferendi,tam in Prouincia q̃ in Delphinatu, tamen illi potestati derogatum est per indultũ cõcessum D.
1 Cardinali à Lotharingia,quia certum est quod † specialis potestas data ei,derogat generali potestati legati.c.1.& c.pastoralis,§.fi.de rescrip. & generi per speciem derogatur.Regula generi de reg. iur. in sexto. Maximè quia indultum exprimit vt nullus possit conferre beneficia Domini Cardinalis Lotharingi etiam legatus à latere. Ideo ista prohibitio impedit quominus legatus potuerit conferre, & si contulerit nullius momenti est sua collatio. Reclamante D.Abbate Cluniacensi,& hoc per uerba indulti probatur ibi,quem legatus etiam de latere,etiam Cardinales quoscunque,etiã motu simili & ex certa scientia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine,ac eum quibusuis prægnantibus efficacissimis & insolitis clausulis,ac irritatibus & aliis decretis, &c.Et sic ista clausula derogat potestati legati Auenionensis, quę etiam est repetita in alio loco circa finem, ibi ac etiã per nos & successores nostros, ac quoscunque alios etiam dictæ sedis legatos de latere,&c. Etiã per clausulam non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis: nec non quibuisuis literis facultatibus, & cõcessionibus sub quibuscũque formis & expressionibus verborũ &c.Per hæc uerba etiam censetur derogatum potestati Domini Legati Auenionensis, etiam si in potestate sua essent clausulæ derogatoriæ: quia in genere facta est illarum mentio.vt Bart. & Imola scribunt in l. si quis,in princ.de leg.3.& text.in c.cum aliquibus, de rescript.in 6.

Etiam est alia clausula in non obstantibus, ibi,tenores huiusmodi præsentibus pro sufficienter expressis habentes motu proprio & certa scientia similibus,quoad præmissa specialiter & expresse derogamus,cæterisq; contrariis quibuscunq;,&c. per quas clausulas apparet derogationem sufficienter expressam ad derogandum bullæ Do.Legati Auenionensis factam etiam cum derogatoriis derogatoriarum.

Item Papa in indulto sibi tantum reseruauit ut possit per resignationem in manibus suis factam vacantia beneficia conferre,ergo aliis prohibuit arg. l. cum prætor. ff.de iudic. c.nonne. de præsumptioni-
2 bus.& quia † exceptio firmat prohibitionem & regulã in aliis casibus.l.1. ff. de reg. iur. Ergo ista reseruatio Papæ facta ut resignata in manibus suis possit conferre beneficia, facit ut alii cõferre non possint, & sic nec legatus Auenionensis, nec alii.

3 Preterea † Papa potest derogare illis quæ fuerunt etiam statuta in concilio generali.c.significasti.de electio. multò fortius poterit derogare potestati datæ legato Auenionensi,etiam si fuerit data de consilio fratrum, ut prætenditur:nec per illa uerba de consilio fratrum impeditur Papa illi derogare potestati, quia maiorẽ sibi retinet quàm det.c.dudum.de præbend.in 6.& ideo ex potestate sibi retenta derogauit concessioni Do.Legati Auenionensis.

Item si le Mandataire & le Conseillier nommé du Roy n'ont accepté le premier benefice qui à vacqué apres le moys, contant de l'insinuation de leurs lattres, ne pourront auoir aucum autre benefice, mais sont exclus par leur negligence. [Item si mandatarius & Consiliarius Regis nominatus primum beneficium,nõ acceptauerint, quod post mensem ab insinuatione literarum eorundem vacauit, aliud obtinere beneficiũ non poterunt, sed per propriam negligentiam exclusi sunt.] ut probat text.in c.si clericus.de preb.in 6. *Parquoy l'ordinaire pourra conferre les benefices apres vacans,* [Quare ordinarius beneficia posteà uacantia conferre poterit] personis idoneis, *sans aucum empeschement. Donne a Paris ce 28. de Mars 1552. auant Pasques.* [sine aliquo obstaculo. Datũ Parisiis xxviij. die Martii 1552. ante Pascha.]

RESPON. VI.

De indulto, Reuerendiss. à Lotharingia Cardinali, concesso.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia suis priuilegiis quosdam munire uult, & extra*

extra generalia decreta, quædam speciali beneficio indulget.

2 *Papæ voluntati standum est maxime in beneficijs in quibus plenariam habet potestatem.*

3 *Exceptio firmat regulam.*

4 *Derogatio quantumcũque generalis, non cõprehendit Cardinales, nisi de illis sit facta expressa mentio.*

5 *Dispositio generalis non cõprehendit maiora expressis.*

6 *Clausula aliqua specialis si sit posita in aliquo actu, oportet quod de ea fiat mentio, alias illi non derogatur.*

7 *Dispositio habens generalem clausulam derogatoriam, non tollitur per sequentem derogatoriam, nisi appareat in secunda disponentem specialiter penituisse de ea.*

8 *Nemo potest mutare consilium in alterius iniuriam. Priuilegia Ecclesiarum, & Sacerdotum debent manere inuiolata cunctis temporibus. ibidem.*

9 *Papa quod semel approbauit, amplius reprobare non intendit.*

Quæ de labijs Papæ processerunt, non vult irrita facere. ibidem.

REVERENDISSIMVS D. Cardinalis à Lotharingia amplissimũ obtinet indultũ, videlicet vt nulli ẽt legato de latere, nec quidẽ sũmo Põtifici, nisi per resignationem liceat beneficia ad eius collationem, seu ẽt dispositionem spectantia conferre, nec aliàs prouidere. Dubitatur an Reuer. D. Legatus à latere qui amplissimã etiã de beneficiis habet prouidendi potestatem, cum derogationibus amplissimis possit de beneficiis quorum prouisio spectat ad dominum Reuerendiss. Cardinalem à Lotharingia prouidere.

Respondeo Legatum de latere de his beneficiis, quorum dispositio ad præfatum Cardinalẽ spectat, non posse prouidere: tum ratione priuilegii dati D.
1 Cardinali Lotharingo †(vult enim sancta mater Ecclesia suis priuilegiis quosdam munire, & extra generalia decreta quædam speciali beneficio indulgere.c.vult.§.item Hiero. 25.quæst.1.) & quia Papa indulsit eidem Cardinali Lotharingo, ut nullus cõ-
2 ferre possit etiam Legatus à latere † ergo voluntati Papę standum est.c. porro. de priuileg. maximè in beneficiis in quibus habet plenariã potestatem. c.2. de prębend.in 6.clem.1.vt lite penden. & quod præcipitur imperatur, & quod imperatur necesse est fieri, si non fiat pœnam habet.c.fin.14 q.1.præcipit Papa vt nullus ista conferat beneficia, ergo nullus cõferre illa debet.

Tũ quia Papa in indulto se adstringit, vt nec quidem ipse cõferat, præterquam per resignationem, ergo nullus alius potest, etiam Legatus à latere, ẽt
3 per resignationem prouidere, † quia exceptio firmat regulam.l.1.ff.de reg.iur.sed Papa excipit se posse conferre per resignationem tantum, ergo nullus alius poterit etiam per resignationem.

Adhęc annullantur collationes in contrarium factæ in indulto, ergo si legatus à latere, vel alius contulerit, collationes sunt nullæ, & irritæ, quia hoc ẽt in indulto est expressum, ibi ac etiam per nos, & successores nostros, ac quoscunque alios etiam dictæ sedis Legatos, etiam de latere, ac nuntios nunc, & pro tempore deputatos, quamuis etiam speciali facultate fungẽtes de beneficiis prædictis nullatenus prouideant, ac disponant insuper sit irritum & inane, si secus super præmissis à quoquam, quauis authoritate, etiam per nos, & dictos Legatos, & nuntios scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Nec refragatur, quod Papa his indultis derogauit in concessione potestatis facta Reuerendiss. Legato à latere, ergo Legatus prouidere poterit. Respondeo, Papa non derogauit nec derogare voluit.

Primò non derogauit indulto Cardinali Lotharingo, quia hoc nõ expressit in facultate data D. Le-
4 gato à latere, ergo non derogauit nec † derogatio quantumcunque generalis nõn comprehendit Cardinales nisi de illis sit expressa facta mẽtio. text. in c. uno.§. omnem.ubi docto.de scismatic.lib.6. c.2. de cleric. non residen. & ibi interpretes, & Panorm. in repet. §. qui uero.c. extirpandæ. col. 8.num.25. de
5 præbend. & † dispositio generalis non comprehendit maiora expressis.c. sedes. de rescrip. ergo in derogationibus potestatis D. Legati non comprehenduntur indulta D. Cardinalium: quia de his non est expressa facta mentio, ut decebat, nec de aliis similibus: ergo illæ derogationes positæ in bulla D. Legati non continebunt Cardinales, de quibus non est actum, nec quidem cogitatum.

Nec me mouet, si dicatur expressam fuisse mentionem in bulla D. Legati ibi ac quibusuis priuilegiis, & indultis generalibus uel specialibus. &c. Respondeo, Papam fecisse mentionẽ de indultis monasteriorum, & ordinum, sed non de indultis Cardinalium, ut est expressum ibi indultis generalibus, uel specialibus ordinibus quibuscunque etiam Cistercien. & Cluniacen. quomodo libet concessis cõfirmatis, & innouatis, &c. ergo indulto D. Cardinalis Lotharingi noluit derogare, nec derogauit, quia nullã de eo fecit mentionem, & sic consuluit Cald. consi.11. habet ordo tit. de priuile. dicens nõ derogari priuilegio nisi fiat mentio de Cardinali protectore & nulla clausula illi derogat, nisi Cardinalem nominet.

Præterea voluit Papa in indulto D. Cardinalis Lotharingi vt nullo modo derogari possit huic indulto, ibi decernentes præsentes litteras de nullitatis vitio aut intentionis defectu notari seu illis derogari non posse, ergo Papa per potestatem datam D. Legato non derogauit prædicto indulto.

Nec obstat si diceretur derogationem in potestate D. Legati esse valde generalem, dicẽtem cuiuscũque tenoris existat, etiam si de verbo ad verbum de indulto huiusmodi expressa esset facienda mentio. Respondeo, illam clausulam non sufficere ad derogandum indulto D. Cardinalis Lotharingi per l. si nihil.§.in legatis.ff.de lega.1.& not. Barto. in l. si quis in principio .ff. de legat. 3. & Feli. in c. nonnulli de
6 rescrip. † vbi si sit aliqua clausula specialis posita in primo actu, oportet quod de illa fiat mentio, alias derogatum non est illi, sed non est facta mentio in facultate D. Legati de clausulis in indulto contentis, & quod illi indulto non possit derogari, & de aliis clausulis necessariis: ergo nõ cẽsetur derogatũ.

Nã in indulto D. Cardinalis Lotharingi est quod non possit derogari per quascunque clausulas, ibi ac cũ quibusuis pregnantibus efficacissimis, & in solitis clausulis ac irritantibus, & alis decretis emanassent, seu emanarent. &c. Ergo etiam de ista clausula erat facienda specialis mentio, si Papa uoluisset huic indulto derogare, & facere mẽtionem de Cardinalatu, & ista omisit in facultate data D. Legato, ergo nolui derogare his indultis Cardinaliũ, maximè indulto istius D. Lotharingi sic consuluit Card.

consi.

7 coll.2. dominus Gregorius. vbi firmat quod † dispositio habens specialem clausulam derogatoriã, non tollitur per sequentem derogatoriam, nisi appareat in secunda disponentem specialiter pœnituisse de ea, sed non potest apparere quod Papam specialiter pœnituit nisi specialiter reminiscatur primi indulti, ergo &c. Feli. in c. accedens num. 4. de præscrip.

Item Papa dicit in principio indulti magnitudine meritorum dignum, quin potius debitum reputauimus, postquam Papa hoc putat esse debitum D. Cardinalis Lotharingi, illi fieret iniuria si eidem debitum auferretur. Ideo Papa noluit eidem auferre,
8 quia dicit regula iuris † neminem posse mutare consilium in alterius iniuriam. Imo dicit Papa in c. priuilegia 25. q. 2. priuilegia ecclesiarum, & sacerdotũ intemerata, & inuiolata cunctis decreuimus manere temporibus &c. & cap. priuilegia. 2. ibidem.

Nam quod semel placuit amplius displicere nõ
9 debet. per regu. iuris in 6. & † quod semel Papa approbauit, amplius non reprobare intẽdit, vt iurisconsultus ait in l. Pomponius 1. ff. de nego. gest. l. in arenam. C. de inoffic. testa. & quæ de labiis Papæ processerunt non vult irrita facere iuxta verbum Domini. Nec variare Papa intendit, imò non est præsumẽdum de mutatione voluntatis Papæ, si nõ appareat: igitur concludendo dicemus nullum, nec quidem legatum, beneficia ad collationem vel prouisionẽ Reuerendissimi D. Cardinalis Lotharingi spectantia conferre, vel aliter prouidere posse, quod si quis in contrarium prouiderit, collatio & prouisio facta est nulla, nisi à Papa facta fuerit per resignationem: & ita subscripsi hoc anno 1553. in mense Iulio. Alia multa super hoc scripsissem nisi vidissem consilium Iaf. qui in indiuiduo consuluit, super indulto D. Cardi. Rothomagensis ad quem vos nunc reiicio, est consilium 121. viso themate. in 4. vol.

Indultum nominationis Curiæ Parisiensis.

PAVLVS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Decet Romanum Pontificem, ea, quæ à prædecessoribus suis Romanis Pontificibus, personis benemeritis, præsertim supremarũ Catholicorum regum curiarũ, in iustitia ministranda, operosæ diligentiæ studiis, omni tempore impẽdentibus, gratiosè concessa dicuntur approbare, & innouare, & desuper disponere prout in domino conspicit salubriter expedire. Sanè charissimus in Christo Filius noster Franciscus Francorũ rex Christianissimus suo & dilectorum filiorum modernorum, Cancellarii, Præsidentium, & Consiliarorũ suę supremæ Curiæ Parlamenti Parisiensis nominibus. Nobis nuper exponi fecit. Quod licet dudum felicis recordationis Eugenius Papa IIII. prędecessor noster procurante claræ memorię Carolo Francorum Rege tunc in humanis agente, litteras Apostolicas in forma gratiarum expectatiuarum, seu mandatorum de prouidendo, tunc, & pro tempore existentibus regni Francię Cancellario: necnon Præsidentibus, & Cõsiliariis Curiæ Parlamenti Parisiensis quorum nonnulli laici esse consueuerũt: ac per eosdem laicos loco sui, nominandis parentibus, familiaribus, & aliis tunc expressis de eiusdem Curiæ corpore, & gremio existentibus personis, de oĩum, & singulorum Episcoporum, Abbatum, & Capitulorum, & aliorum ordinariorum collatorum, dicti regni collationes, & alias quaslibet dispositiones. Ita vt Cancellario, Pręsidenti, Consiliario clerico, seu personæ per Cancellarium Præsidentẽ, aut Consiliarium, seu aliam personam dictæ Curiæ laicam. Et ad obtinenda beneficia ecclesiastica non capacem nominatam, ad eiusdem Caroli, & pro tempore existentis Regi nominationem vni ex eisdem ordinariis collatoribus, per suas patentes litteras, de persona huiusmodi faciendam. De uno beneficio ecclesiastico seculari vel cuiusuis etiam Cluniacens. ordinis regulari, semel in Cancellarij, Præsidentis, Consiliarii, seu personæ nominandæ, & ordinarii collatoris huiusmodi vita duntaxat per eundem ordinarium collatorem prouideri deberet: authoritate Apostolica perpetuò concesserit certis executoribus qui in dictorum ordinariorum collatorum negligentiam personis, ut præfertur, nominatis de beneficiis huiusmodi prouidere possent desuper deputatis. Tamen pro eo quod Cancellarius, Præsidentes, Consiliarii, & personę Curiæ huiusmodi qui ꝑ tempore fuerint, litteris, & gratiis illis vti, & illarũ effectum prosequi forsan prætermiserunt, à nonnullis de viribus litterarum prædictarum hæsitatur. Quare præfatus Franciscus Rex suo ac eorundem modernorum Cancellarii Præsidentium, & Consiliariorum nominibus prædictis, nobis humiliter supplicari fecit: vt ne Cancellarius, Præsidentes, ac Consiliarii, & personæ Curiæ huiusmodi qui in reddendis iuribus in regno prædicto continuò intenti existunt, dictarum litterarum frustrentur effectu. In premissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos modernos Cancellarium, Pręsidentes, & Consiliarios præfatos ac eorum singulos à quibusuis excommunicationi, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sentẽtiis, cẽsuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati litteras Eugenii predecessoris huiusmodi. Cum oĩbus, & singulis in eis contentis clausulis. Etiam ad hoc vt Cancellarius, Præsidentes, & Cõsiliarii Curiæ Parlamenti Parisiensis huiusmodi, nunc, & pro tẽpore existentes beneficia ecclesiastica, secularia vel regularia sub dictis gratiis cõprehensa assequi, & illis de eisdẽ beneficiis illorũ pro tp̃e occurrente vacatione per eosdẽ ordinarios collatores aut Iudices per nos infra deputatos prouidere liberè possit. Ita tamẽ ꝙ propterea ꝑsonis mãdata (iuxta formã capituli mandatũ, & duarũ sequentiũ Decretaliũ) pro tempore habentibus præiudiciũ aliquod nõ afferatur, nec prætextu nominationũ invim præsentium faciendarum, à prosequutione mandatorũ huiusmodi excludantur, authoritate Apostolica tenore pręsentiũ approbamus, confirmamus, & innouamus eisdẽ modernis, & pro tempore existentibus Cãcellario, Præsidẽtibus, Cõsiliariis, & personis vt beneficia ecclesiastica, secularia vel regularia supra valorẽ ducentarũ librarũ turonens. gratiarũ expectatiuarũ, seu litterarũ mandati, de prouidendo, ac nominationũ, per præfatũ Franciscũ, & pro tempore præsentẽ Frãcorum regẽ faciendarũ huiusmodi vigore acceptare, seu requirere minimè teneãtur indulgemus. Decernentes Eugenii prædecessoris, huiusmodi ac præsentes litteras, sub quibusuis reuocationibus, aut suspensionibus, quarũcunque similium vel dissimilium gratiarum minimè cõprehensas. Sed semper ab illis exceptas existere. Et quotiens illas reuocare contingerit, totiens in pristinum

statum

statum restitutas fore & esse. Sicque per quoscunque iudices, & causarum palam huiusmodi auditores, sublata eis quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & authoritate, iudicari & diffiniri debere. Irritum quoque & inane si secus super his à quoquam quauis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attemptari. Quo circa dilectis filiis sancti Maglorij Paris. & sancti Victori prope & extra muros Parisienses monasteriorum Abbatibus, ac Cancellario ecclesiæ Parisiensis per Apostolica scripta mandamus: quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios præsentes literas, & in eis cōtenta quęcūque vbi & quādo opus fuerit, ac quoties pro parte prefati Francisci & pro tempore existentis Francorum regis, ac Cancellarij, Præsidentium, & Cōsiliariorum etiam pro tempore existentium prędictorum desuper fuerint requisiti solemniter publicātes, eisque in præmissis efficacis defensionis presidio assistentes faciant authoritate nostra præsentes, & in eis contenta huiusmodi firmiter obseruari: ac singulos quos ipsę præsentes literæ concernunt illos pacificè gaudere. Nō permittentes eos desuper per quoscunque contra earumdem præsentium tenorem quomodolibet molestari. Contradictores quoslibet & rebelles per censuras & pœnas ecclesiasticas, appellatione postposita compescēdo, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis: non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis quas prefatus Eugenius prædecessor in dictis suis literis voluit non obstare. Aut si aliquibus cōmuniter vel diuisim ab Apostolica sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per literas Apostolicas nō facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo hominum liceat hanc paginā nostræ absolutionis, approbationis confirmationis, innouationis, indulti, decreti & mandati infringere, vel ei auso temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorū Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurū. Datū extra muros Nicienses anno incarnationis Dominicæ 1538. tertiodecimo Calendas Iulij, Pontificatus nostri: anno quarto. Sic signatum supra plicam N. Pollicaci. Et in dorso est scriptum. Registrata in secretaria Apostolica Rotulo. 2. ½. 2. Collatio facta est cū originali. Sic signatū: Du Tillet. Collatio facta est, & in fine subscriptum est. Extractum à registris ordinationum regiarum. In Curia Parlamenti registratarum. Sic signatum Berruyer.

Pro copia & collatione, per me Notarium subsignatum factum. Gouchezon Mauries.

FRANÇOIS, par la grace de Dieu Roy de Frāce, à nostre amé & cousin le Cardinal de Carpy, Abbé commandataire de l'Abbaye de Coulons, Diocese de Chartres, Salut & dilection. Comme pour consideration du grand soin, cure & solicitude, & des grands peines & labeurs qu'il conuient à nostre aimé & feal Chancellier prendre, & auoir continuellement, tant pour le regard, cherge & superintendance de toute la Iustice est ablie en nostre Royaume, & en tous & chacuns les pays de nostre obeiassance, que des autres choses dependans d'icell.s & de sondict office de Chancellier. Et que noz amés & feaux Presidens, Maistres des Requestes de nostre hostel, Conseilliers, Aduocats, & Procureur general, Greffiers & Notaires de nostre Cour de Parlement de Paris, qui est la primiere, capitale & principale Cour & iurisdiction souueraine de nostre Royaume, et chacun d'eux en leur regard, charge & office, ont & supportent iournellement, tant pour l'administration de Iustice, bien, protection & entretenement de la chose publicque, que conseruation des droicts, franchises & libertés de l'Eglise Gallicane, premier & principal estat d'icelle chose publicque. Eussiōs à grande & instante priere & requeste obtenu de nostre sainct pere le Pape Paul troisiesme de ce nom, au voyage que sa Sainctetė & nous, & pareillement l'Empereur nostre beau frere, auons faict l'Estè dernier en la ville de Nice, pour le bien de la paix de toute Chrestientè, Indult, faculte, & priuilege de mommer tant nostredict Chancellier que chacun desdicts Presidens, Maistres desdictes requestes de nostredict hostel, Conseilliers en nostredicte Cour de Parlement de Paris, que de nosdicts Aduocats & Procureur general, Greffiers & Notaires d'icelle Cour ou autres, qu'ils voudroyent presenter ou nommer à tel ses patrons & colleteurs de nostre Royaume, que bon leur semblera, pour estre pourueu à nostre nomination du premier benefice seculier ou regulier, de quelque qualité qu'il soit, vacāt par mort en leur nomination, patronage, collation, ou autre disposition. Sās toutes-fois qu'ils soyēt tenus l'accepter si bō ne leur semble, s'il n'est de la valeur de deux cēs liures de reuenu annuel & au dessus, toutes charges desduictes & supportees auec la clause de decret, irritāt toute autre collation faicte au preiudice dudict nōmé. Et ce pour vne fois seulemēt en la vie de chacun desdicts collateur & patrōs, & en la vie de nostredict Chācellier, et de chacun d'iceux Presidēs, Maistres desdictes requestes Cōseilliers, Aduocats & Procureur general, Greffiers et Notaires de nostredicte Cour. Voulāt nostredict sainct pere le Pape iceux nōmez par nous estre preferez à tous autres, mesmemēt aux graduès simples, et nōmez en quelque mois que eschee la vacation desdicts benefices: & generallement à tous autres de quelque qualité qu'ils soyent, ou puissent estre. sauf & excepté les mādataires Apostolicques, reçeus en nostre Royaume selon la forme sur ce introduicte & obseruee, demeurās en leur prerogatiues accoustumees. Suiuant lequel indult ait nostredicte cour de nostre cōgé & permission faict certain roolle, duquel chacun des dessusdicts se seroit nōmé & preseté, ou autre pour luy, à tel patron, & collateur qu'ils auroyent voulu choisir & eslire. Et soit ainsi que nostre aimé & feal maistre Frāçois Tauel Conseiller lay en nostredicte Cour de Parlemēt, ait nōmé en son lieu maistre Claude Briconnet escolier estudiāt à Paris aux benefices de vostre nomination, presentation, ou collation, à cause de vostredicte Abbaye de Coulons. Sçauoir faisons que nous suyuant ledict indult, faculté, & priuilege de ce à nous octroyé par nostredict sainct Pere, & desirans iceluy sortir effect: Vous auons nommé & presenté, nommons & presentons par ces presentes, ledict maistre Claude Bricōnet clerc, vous prians & neantmoins mādans qu'en obtēperant par vous au vouloir, intention & ordonnance de nostredict sainct Pere, & audict priuilege à nous octroyé par sadicte saincteté, vous ayez à le pourueoir du premier benefice seculier, ou regulier, de quel

de quel

de quelque qualité qu'il soit, qui vacquera par mort à vostredicte presentation, nomination, collation ou autre disposition à cause de vostredicte Abbaye de Coulons, apres la signification ou notification qui vous sera faicte de cesdictes presentes. Sãs toutes-fois (comme dict est) que ledict Briconnet soit tenu, si bon ne luy semble l accepter, si non qu'il soit de la ualeur de deux cent liures de reuenu annuel & au dessus, toutes charges desduictes & supportees. Car tel est nostre plaisir. Donné à Paris le vingt septiesme iour de Iulliet, l'an de grace 1539. Et de nostre Regne le vingt-cinquiesme. Ainsi signé par le Roy Robertet, & seellé sur simple queuë en cire iaulne.

TRANSLATIO.

FRANCISCVS, Dei gratia Francorum Rex, dilecto & cõsobrino nostro Cardinali de Carpy, Abbati & Abbatiæ de Coulons cõmendatario, Diœcesis Carnutorum, Salutem & dilectionem. Cùm summi illius studii, curæ & solicitudinis ratione habita, grauissimique laboris, quẽ dilectus & fidelis noster Cancellarius continuè impendit, tam propter iustitię in regno nostro aliisque locis nostræ Coronæ subiacẽtibus respectũ, curam & supereminẽtiam, quàm ob alia multa, quæ sunt præcedentium tanquam accessoria, necnon in ipsius Cancellarii muneris fauorẽ, quodque nostri dilecti & fideles Præsides, libellorũ nostrorum magistri, Cõciliarii, Aduocati, Procurator noster, Scribæ publici, Notariique in hac nostra Parlamenti Parisiensis curia quæ omnium prima & suprema huius regni curia est, atque iurisdictio, ac eorũ singuli in suo munere studiosè obeundo multos quotidie labores sumant & tolerent, tam iustitiæ administrandę, Reique publicæ protegendæ causa, quàm ut iura, immunitates & libertates ecclesiæ Gallicanæ conseruentur: Cùm inquam, à sanctissimo nostro patre Papa Paulo huius nominis tertio in eo itinere, quod Sãctitas sua, nosq; & Imperator sororius noster proxima æstate in urbem Niciã fecimus, quò totius orbis Christiani paci consuleretur, suppliciter illud atque instanter petentes impetrassemus, ut nobis plena potestas ac priuilegium nominandi concederetur, tam nostrum Cancellarium, singulos d. Præsides, libellorum nostrorum Præfectos, Consiliarios in nostra Parlamenti Parisiẽsis curia, quam dictos Aduocatos, Procuratorem nostrum, Scribas publicos, Notariosque in eadem curia, aliosque qui eos in patronos & collatores huius regni suos, quos velint, nominent, vel etiam præsentent, quò eis ad nostram nominationẽ de primo beneficio, siue seculari, siue regulari, qualecunque sit quod per mortẽ, in eorum nominatione, patronatu, collatione vel alia dispositione vacat, prouideatur. Quod tamen acceptare, si nolint, non tenebuntur, nisi ducentarũ librarum, vel ampliùs, in annuũ reditum equet summam, omnibus oneribus remotis. cum clausula decretali, infirmando aliam omnẽ collationẽ in preiudicium dicti nominati factam: idq; semel duntaxat, singulis eorum collatoribus & patronis viuentibus. Atque in vita nostri dicti Cancellarij, & singulorum d. Præsidum, libellorum Magistrorum, Consiliariorũ, Aduocatorum, Procuratoris nostri, Scribarum publicorum, & Notariorum nostræ d. curiæ. Voluit sanctissimus pater noster Papa, eos, qui à nobis nominati fuerint, cæteris omnibus, atque adeò graduatis simplicibus, & nominatis, quocunque mense vacatio dictorum beneficiorum existat & generaliter cuiusuis conditionis hominibus, longè anteponi, exceptis mandatariis Apostolicis, in regnum nostrum secundum formam de eo præscriptam & obseruatam intromissis, ac suis prærogatiuis solitis vtentibus: cuius indulti tenorem in sequendo, nostra d. curia ex nostra licentia & voluntate certum quoddam album atque registrum confecit, in quo singuli eorum, quorum mentionem fecimus, aut alius eorundem nomine se nominaret vel præsentaret, quem patronum & collatorem eligere voluerit. Cumque dilectus noster & fidelis magister Franciscus Tauellus, Consiliarius laicus in nostra d. Parlamenti curia, in suum locum magistrum Claudium Briconnetum scholasticum, Parisiis literis incumbentẽ, ad beneficia uestræ nominationis, præsentationis uel collationis, d. Abbatiæ de Coulons occasione, nominauerit. Notũ facimus, quod ex edicto, indulto, facultate & priuilegio super hoc nobis à sanctissimo Patre nostro cõcesso, percupientes illud sortiri effectũ: uobis nominauimus & præsentauimus, nominamus & pręsentamus per has præsentes d. magistrum Claudium Briconnetum scholasticũ, uos orantes, ac nihilominus iniungẽtes, uti voluntati, intentioni & mandato sanctissimi Patris nostri, & d. priuilegio nobis per suam Sanctitatẽ concesso, obtemperantes, & de aliquo beneficio seculari, aut regulari, qualecunque sit, facta harũ notificatione, prouideatis, quod per mortem in vestra prędicta pręsentatione, nominatione, collatione, vel alia dispositione propter d. Abbatiam vestram de Coulons vacabit: quod tamen (vt dictum est) pręedictus Bricõnetus vltra suum placitum acceptare non tenebitur, nisi in annuam pensionem ducentarum librarum, & amplius, summam conficiat, oneribus omnibus deductis. Ita etenim nobis placet. Datũ Parisiis 27. Iulii die, Anno Domini. 1539. Regni autem nostri. 25. Sic signatũ à Rege, Robertet: ac signũ his ex simplici cannabi, croceique coloris cera appositum.


HENRY par la grace de Dieu Roy de France, à nostre aymé & feal l'Abbé de l'Abbaye de Coulons, diocese de Chartres, Salut & dilection. Comme en ensuyuant l'indult, priuilege & faculté octroyee par nostre sainct pere le Pape Paul troisiesme de ce nom, à la grande & instante priere de feu nostre trescher seigneur, & Pere le Roy, que Dieu absolue. A nostre amé & feal Chancellier, nos Presidẽs, maistres des requestes de nostre hostel, Conseilliers, Aduocats, & Procureur general, Greffiers, & Notaires, de nostre cour de Parlement de Paris, & chacun d eux de soy presenter, & nommer ou aultres qu'ils vouldroient presenter, & nommer en leur lieu. A tel des patrons & collateurs de nostredict Royaulme que bon leur sembleroit, pour estre pourueus à nostre nomination du premier benefice de la valeur de deux cens liures de reuenu annuel, & au dessus, toutes charges desduictes & supportees: nostre amé & feal Consellier lay en nostredicte cour de parlement, maistre Françoys Tauel, ayt par cy deuant nommé en son lieu, maistre Claude Briconnet clerc, au benefice de vostre nomination, presentation, ou collation, à cause de vostredicte Abbaye de Coulons. Et nostredict feu siigneur & pere par ses lettres patentes donees à Paris le 27. iour de Iulliet l'an 1539. cy attachees soubs

soubs le contreseel de nostre Chancellerie, ait nommé & presenté iceluy maistre Claude Briconnet, à nostre aymé cousin le Cardinal de Carpy, lors Abbe de ladicte Abbaye pour pourueoir iceluy Briconnet, du premier benefice seculier ou regulier de quelque qualité qu'il soit, qui vac queroit par mort à sadicte presentation, nomination, collation ou aultre disposition, à cause de ladicte Abbaye de Coulons. Lesquelles lettres auroient este insinuees & notifiees à nostredict cousin le Cardinal de Carpy, ou ses vicaires de ladicte Abbaye de Coulons. Et auroit nostredict cousin le Cardinal de Carpy resigné ladicte Abbaye, sans auoir pourueu ledict Briconnet d'aulcun benefice Pource est il que nous vous prions & neaumoins mandons que en obtemperant, par vous, au vouloir & intention de nostredict sainct Pere, & audict priuilege & lettres de nomination; de nostredict feu Seigneur & Pere, vous ayés à prouuoir ledict Briconnet. Lequel à ceste fin entant que besoin seroit vous auons derechef nommé & presenté, nommons & presentons par ces presentes. Pour iceluy Briconnet prouuoir du primier benefice seculier ou regulier de quelque qualitè qu'il soit qui vacquera par mort à vostredicte presētation, nomination, collation, ou autre disposition à cause de vostredicte Abbaye de Coulons, sans toutes fois que ledict Briconnet soit tenu, si bon ne luy semble, l'accepter: sinon qu'il soit de la valeur de deux cēs liures de reuenu annuel, toutes charges desduictes & supportees: car tel est nostre plaisir. Donné à Paris le 29. iour de Iuin, l'an de grace 1549. Et de nostre Regne le troisiesme. Ainsi signe par le Roy Bouchet, & seellé sur simple queue de cire iaune.

TRANSLATIO.

HENRICVS Dei gratia Francorum Rex, dilecto ac fideli nostro Abbati Abbatiæ de Coulons, diœcesis Carnutensis, Salutem. Cum ex indulto, facultate & priuilegio à Sanctiss. nostro patre Papa Paulo huius nominis tertio, per instantes charissimi quondam Domini preces, nostri genitoris clarissi. memoriæ Regis, (quem Deus clementer intueatur) concesso, dilecto ac fideli nostro Cancellario, nostris Præsidibus, libellorum nostrorum Præfectis, Consiliarijs, Aduocatis, Procuratori nostro, Scribis publicis, Notarijsq; in nostra parlamenti Parisiensis Curia, & eorum singulis, vt plenam nominandi & se præsentandi potestatem habeāt, aliosq; qui eos in patronos & collatores suos, quos velint in hoc Regno, dicant, vel etiam præsentent, vt ad nostram nominationem primi beneficij, ducentorum francorum vel amplius summam in annum reditum æquantis, possessione fruantur: deductis & toleratis omnibus oneribus: dilectus noster & fidelis D. Franciscus Tauellus, Consiliarius laicus in d. nostri Parlamenti Curia, in suum anteà cooptauerat locum, ad beneficia vestræ nominationis, præsentationis, siue collationis d. Abbatiæ de Coulons occasione, magistrum Claudium Briconnetum scholasticum. Adhæc noster quondam dilectissimus dominus & genitor suo diplomate dato Parisijs XXVII. die Iulij, anno 1539. huic nostræ cōstitutioni, sub originali nostræ Cancellariæ sigillo, affixo, nominauit & præsentauit d. magistrum Claudium Briconnetum familiari & consobrino nostro Cardinali de Carpy, d. Abbatiæ tunc Abbati, vt eidē de primo beneficio, siue seculari, siue regulari, qualecunque sit, per mortem in d. præsentatione, nominatione, collatione, vel alia dispositione vacaturo, d. Abbatiæ de Coulons respectu, prouideret. Quæ sanè literæ Regię fuissent d. consobrino nostro Cardinali, eiusve vicarijs d. Abbatię de Coulons insinuatæ & notificatæ, verùm d. consobrinus noster d. Abbatiam, nulla beneficii prouisione pro Briconneto facta, resignauerat. Quam ob causam vos oramus, & nihilominus iniungimus, uti uoluntati & intentioni Sanctiss. nostri patris obtemperantes, nec non priuilegio, & literis nominationis à nostro quondā dilectissimo Domino & genitore concessis, d. Briconneto prouideatis. Quem in hunc finem, si necesse fuerit, uobis de integro nominauimus & præsentauimus, nominamus atque præsentamus per pręsentes literas, ut ei de primo tam seculari quàm regulari, qualecunque sit beneficio consulatis, quod per mortem post dictam pręsentationem uestram, nominationem, collationem, uel aliam dispositionem quamlibet, dictæ Abbatiæ de Coulons causa factam, uacabit. Quod tamē dictus Briconnetus ultra suum placitum recipere non tenebitur, si in redi tum annuum ducentarum librarum ualorem non conficiat, subductis nihilominus & receptis omnibus oneribus, ita etenim nobis placet. Datum Parisiis, xxix. Iunij, anno Domini MDXLIX. Regni autem nostri III. Sic signatum à Rege, Bouchet, & his signum ex simplici cannabi croceique coloris cera annexum.

A Tous ceulx qui ces presentes lettres verront, Iean de Touteuille Cheualier, seigneur de Villebon, le Gastiné, Blanuille, Brystaudon, Fretigni, & Vientes, Capitaine & Baillif de Rouan, Conseillier du Roy nostre Sire, Gentilhomme ordinaire de sa chambre, Capitaine de cinquante hommes d'armes des ordonnances du Roy nostre Sire, & garde de la preuosté de Paris, Salut. Scauoir faisons que par deuāt Claude Boreau, & Iean Boreau notaires iurez du Roy nostredict Sire en son Chastelet de Paris, furent presens en leurs persōnes noble homme & sage Monsieur M. François Tauel Conseiller du Roy en sa Cour de Parlement à Paris, & Claude Briconnet clerc escolier au college de Bourgoigne, en l'vniuersité de Paris. Lesquels, & chacun d'eulx, tant conioinctement que diuisement, ont faict & cōstitué par cesdictes presentes leurs Procureurs generaulx & speciaulx, Messieurs M. Guillaume Briconnet Archidiacre de Reins, & Françoys filz de fame Prieur de Triel, & chanoyne de Chartres, Ausquelz & chascun d'eulx ont donné par cesdictes presentes & donnent plain pouuoir, puissance authorité & mandement special de insinuer, monstrer, exhiber, signifier & faire scauoir au reuerend Abbé de l'Abbaye & monastere de Coulons, au diocese de Chartres ses vicaires ou commis, les lettres patentes l'edict, nomination, & vouloir du Roy nostredict Seigneur à luy addressans, dattees du 27. iour de Iuillet dernier passe. Et d'icelles leur en bail le coppie signee, à ce que le bon plaisir dudit reuerend Abbé de Coulons, sesdicts vicaires, ou commis, soit de pourueoir ledict Claude Briconnet du premier benefice seculier ou regulier dependant d'icelle Abbaye, qui vac quera par mort suyuant la teneur des lettres de l'indult de nostre Sainct Pere le Pape, & desdictes lettres patē

tes

tes du Roy nostredict Seigneur valāt la sōme de deux cens liures tournois par an & au dessus, toutes charges desdictes, & en ce faisant lui faire toutes les protestations en tel cas requises. Et de ladicte presentation, insinuation, protestation, & choses dessusdictes ensemble de la response que feront lesdicts venerēds ses vicaires ou cōmis, requerir & demāder lettres. Et generalemēt de faire ès choses dessusdictes & dependantes d'iceluy, ainsi & pareillement que lesdicts constituans feroient & faire pourroiēt, si presens en leurs persones y estoiēt, iaçoit que le cas requit mā dement plus special. Promettans lesdicts constituans en bonne foy auoir aggreable tout ce que par leursdicts procureurs & chacun d'eulx sera faict, en ce que dict est & qui en despend. En tesmoing de ce nous à la relation desdicts Notairēs, auons faict mettre le seel de ladicte Preuosté de Paris, à cesdictes presentes. Qui passees furent l'an 1539. le Mecredi treziesme iour d'Aoust. Ainsi signé, C. Boreau, & Iean Boreau Notaires.

TRANSLATIO.

VNIVERSIS præsentes literas inspecturis, Ioannes de Touteuille Equestris ordinis, Dominus de Villebon, le Gastine, Blanuille, Brystaudon, Fretigny, & Vientes, Præfectus, & Prætor Rothomagensium, Consiliarius Regius, Cubiculoq; Regio destinatus nobilis; quinquaginta cataphractorum equitū ex constitutione Regia capitaneus, & præfecturæ Parisiensis tutellarius, Salutem. Notum facimus, ꝙ coram Claudio Boreau & Ioāne Boreau Notarijs iuratis, & à Rege in sua Curia Parisiensi confirmatis, in persona cōparuerunt nobilis & sapiens dominus Franciscus Tauellus, Regis Consiliarius in sua Parlamēti Parisiensis Curia, & Claudius Briconnetus scholasticus collegij Burgundiæ in eiusdem ciuitatis vniuersitate. Qui, & eorum singuli, tam coniunctim quàm diuisim, per has literas suos Procuratores generales & speciales cōstituerunt, Dominos M. Guilielmum Briconnetum Archidiaconum Remensem, & Franciscū filium de fame Priorem de Triel, & Canonicum Carnutorum. Quibus & eorum singulis per dictas literas dederunt, & dant plenam potestatem, authoritatem & speciale mandatum vti reuerendo Abbati Abbatiæ & monasterij de Coulons, in diœcesi Carnutorum, eiusve vicarijs vel deputatis constitutionem Regiam, ad eos directam, die Iulij xxvij. postremò factam, in qua edictum, nominatio & Regis voluntas declaratur, insinuent, exhibeant & notum faciant: illisq; eiusdem exemplar signatum præbeant. Quo reuerēdus Abbas de Coulons, eiusve vicarij vel deputati velint d. Claudio Briconneto de primo beneficio, tam seculari, quàm regulari, ab Abbatia prius dicta dependente, quod per mortem vacuum existet prospicere (prout tenor literarum indulti à Sāctiss. nostro patre Papa concessi, Regiæq; constitutionis præscriptū postulant) quod ducentarum librarū & amplius summam in annuam pensionem, omnibus oneribus remotis, conficiat. Insuper vt omnibus protestationibus coram eis vti possint, in tali specie necessarijs. Vtq; præsentationis, insinuationis, protestationis, & prædictorum, necnon responsi quod d. reuerendus Abbas, eiusve vicarij, seu deputati faciet, exemplar requirant. Et generaliter in ijs & ab ijsdem dependentibus faciant, quod constituentes facerent & facere possent, si præsentes res suas agerent: quanuis etiam tale quid esset, quod mādatum magis speciale expeteret. Promittentes syncere d. constituentes se ratum habituros, quicquid per d. Procuratores suos, & ab eorundem singulis in eo quod dictum est, & ab eodem dependet, factum fuerit. In cuius testimonium nos ex relatione d. Notariorū sigillum præfecturæ Parisiensis hisce literis apponi fecimus, quę anno Domini MDXXXIX. Mercurij tertio Augusti die, expeditę fuerunt. Sic signatum, C. Boreau, & Ioannes Boreau, Notarij.

Declaratio Regis quod concordata non seruabuntur in prouincia, nec in Britannia. Et quod reseruationes, & alia hîc statuta, ibidem locum habebunt: & quòd nullus cum simplici signatura recipiet possessionem.

HENRICVS, Dei gratia Francorum Rex, vniuersis pręsentes literas inspecturis, Salutem, &c. Cum postquā nos, defuncto clar. mem. Frācisc. Rege Christianissimo genitore nostro: cui per felicis recordationis Leonem decimum, & Clemētem septimum, seu alios Romanos Pontifices, nonnulla nominandi ad ecclesias cathedrales, & monasteria, seu alia beneficia ecclesiastica certo modo qualificata, in regno Francię, ac certis alijs dominijs, nec non Ducatu Britannię & prouincia Prouincię consistentia, extra Romanam Curiam pro tempore vacantia, priuilegia, & indulta ad eius vitam certis modo & forma concessa fuerant apud Sanctissimum do. nostrum Paulum III. Pontificem maximum, ad presens regnātem, pro similibus priuilegijs, & indultis instaremus. Et à sanctitate sua illa nobis, prout dicto genitori nostro, concessa erant, nostra vita durante, pariter concedi peteremus. Pro parte eiusdem Sanctissimi do. nostri tam nostris apud sanctitatem suam agentibus, quàm nobis per eius nuntios significatum, ut cum in dictis Ducatu Britanniæ & prouincia Prouinciæ nonnulla in diminutionem & preiudicium ecclesiasticę libertatis & authoritatis sanctę sedis Apostolicæ attentata esse & continuò attentari reperirentur, pro nostra erga dictam sedem deuotione attentata, huiusmodi impedire & prohibere. Ac ut sua sanctitas dictaq; sedes in eisdem Ducatu & Prouincia pleno iure & authoritate uti & frui ualeat, prouideri faceremus: unde re omni particulari, in scriptis nobis tradita, & ad nostram notitiā deducta, tam ex iuris debito quàm uolentes sanctitatem suam dictamq; sedem Apostolicam, non minori (quàm in priuilegiis & indultis nobis concedēdis prędictis beneuolam, & gratam nobis esse speramus) gratitudine & beneuolentia prosequi, in pręmissis taliter prouidendum duximus. Sit ergo notum quod nos pro obedientia filiali qua sanctitatē suam prosequimur, ex certa nostra sciētia, plenaria potestate & authoritate Regia tenore præsentium diximus & declarauimus, dicimus & declaramus nostram præcipuam uoluntatem, & intentionem fuisse, quod idem sanctissimus D. noster, eaque sancta sedes gaudeant & utantur in eisdem nostris dominijs Prouinciæ & Britannię illis moribus & authoritatibus & preeminentijs quibus predecessores sui Romani Pontifices: ipseque sanctissimus Do. noster retractis temporibus, ante attentata huiusmodi gauisi sunt, atq; usi. Ipseq; gauisus & usus est, ac

est, ac uti, & gaudere quomodolibet poterant. Quarum quidem authoritatum & præeminentiarum præcipuas præsertim ad maiorem eclucidationem duximus inferius inserendas. In primis quod in dictis Ducatu & Prouincia reseruationes mensium Apostolicorum, & omnes aliæ tam generales, uigore regularum, quàm speciales & cæteræ constitutiones Cancellariæ recipiãtur. Quod prouisiones Apostolicæ de beneficijs in dictis mensibus vacãtibus admittantur: & prout de iure etiam cum ordinarijs cõcurrant, in eorum mensibus. Quod regressus coadiutoriæ, mãdata de prouidendo expectatiuæ, & similes gratiæ etiã præuentiuæ recipiantur. Quod assignationes pensionum super beneficiis ecclesiasticis, & literæ Apostolicæ desuper expeditæ etiam recipiantur. Quod cẽsuræ à Romana Curia tam vigore literarũ, super assignatione huiusmodi expeditarũ, quã sententiarum in dicta curia latarum ac executionum desuper decretarum admittãtur, & timeantur. Similiter interdicta Apostolica. Quod deuolutio causarum spiritualium & beneficialiũ præsertim in petitorio ad dictam Romanam Curiam nullo modo impediatur. Nec propterea aliquis etiam ex collitigantibus aut notarijs exequentibus citationes & inhibitiones desuper à dicta Curia emanatas in partibus molestetur. Quod Consilium & Parlamentum Britanniæ & Prouinciæ se nõ intromittant in cognitione causarum ecclesiastici fori. Nec aliquo modo libertatem ecclesiasticam impediant, etiam per viam appellationis præsertim super literis Apostolicis, & sententiis in dicta Curia latis. Quod non detur possessio beneficiorum in quouis loco vacantium in vim supplicationum, aut sumptorum vel transumptorũ, absque literis Apostolicis sub plumbo expeditis. Declarantes quod vigore Cõcordatorum nihil fiat in Ducatu Britanniæ, aut prouincia Prouinciæ. Cum in Cõcordatis comprehendantur. Et si dictus Ducatus unitus fuerit Regię coronæ mandantes nostris dilectis ac fidelibus nostrarum Curiarum Parlamentis, Prouinciæ & Britanniæ, requestarum Magistris, Cõsilio, & Cancellariæ eiusdẽ Britanniæ, nec non Seneschallis, Aduocatis, Locũtenentibus, aliisque nostris officiarijs earundem patriarum Prouinciæ, & Britanniæ, & earũ cuilibet respectiuè prout ad eum pertinet. Quatenus ipsi nostras præsentes declarationem, & voluntatẽ receptas, & admissas manuteneant, custodiant, & obseruent, ac manuteneri, custodiri & obseruari. Ac vocatis & adhibitis Aduocatis & Procuratorib. nostris fiscalibus, in eorum authenticis & publicis libris & registris scribi, & annotari faciant. Eisque prædictum sanctissimum D. nostrum Papam sanctamque sedem Apostolicam, ac eius officiarios, cõmissarios, & deputatos, plenè & pacificè guadere, & uti permittant: absque eo quod illis aliquam desuper molestiam, perturbationẽ, ullum ve impedimentũ inferant, & si quæ post præfatã approbationẽ & registrationẽ contra præmissa facta sint, uel fuerint, è uestigio, & absque dilatione amoueant, eademq; præmissa plenè & integrè expedita in pristinum & debitum statum restituant, seu restitui faciant. Sic enim fieri nobis placet. In cuius testimonium præsentibus literis nostrum sigillum appendi iussimus. Datum Parisiis die decima quarta mensis Iunii, anno Domini 1549. regni autem nostri III.

vide [illegible] non.

RESPON. VII.

De his quæ in literis legationis exprimuntur.

SVMMARIVM.

1 *Clausula apposita in legationis literis necnon omnia, & singula alia faciendi, gerendi, & exercendi, quæ alij Legati de latere possunt, quid importet.*

2 *Per clausulã supradictam legatus potest exercere omnia alia non expressa, quæ ius permittit, & alij Legati exercere consueuerunt.*

3 *Legatus potest conferre beneficia suæ legationis, tam in prouincia, quàm extra.*

4 *Legatus non potest dispensare super symonia, nisi hoc ei à Papa fuerit expresse concessum.*

5 *Resignationes committere quis non potest, nisi hoc ei expresse à Papa concedatur.*

6 *Legatus in collatione beneficiorum concurrit cum quolibet ordinario suæ prouinciæ, & est locus præuentioni.*

7 *Legatus honorandus est in prouincia sibi decreta, sicut summus Pontifex.*

Qui turbat statum ecclesiæ ab eius liminibus arceri debet. ibidem.

8 *Legatus non potest dispensare super gradibus consanguinitatis, vel affinitatis, nisi hoc ei expresse concedatur.*

9 *Legatus causas matrimoniales committere potest, item reseruare beneficia in fauorem vnius certæ personæ.*

10 *Legatus expectatiuas Papæ suspendere non potest, cum sit eo inferior.*

11 *Legatus statutis ecclesiarum derogare potest.*

12 *Legatus regulariter potest concedere indulgentias quadraginta dierum, Cardinales vero concedunt dies, nisi maior potestas eis concedatur à Papa.*

13 *Statutum fieri non potest, vt matrimonium non contrahatur sine consensu parentum, nam sufficit solus coniungendorum consensus.*

14 *Peccat ille qui rogat beneficium pro indigno.*

1 SCITARIS (Reuerẽde Domine) quid contineatur ista † clausula in legationis literis apposita. Nec non omnia & singula alia faciendi, gerẽdi, & exercendi, quę alii Legati de latere vbicunque existentes & destinati, tam de iure quàm de consuetudine facere & exequi possunt & consueuerunt, prout in literis Apostolicis desuper confectis plenius continetur.

2 Super his verbis contineri arbitror, ꝙ † Legatus possit exercere omnia alia non expressa, quæ ius ei permittit, ac ea quę legati alii cõsueuerunt exercere. Et Papa etiam concedere in literis possit suis, prout continetur plenius in literis Apostolicis, aliorum Legatorum, &c. Verùm quæ sint illa quædam ex iure, dicam: & tua prudentia alia supplebit.

Primò, conceditur expresè, ut legatus cõferat beneficia quandocunque uacantia de iure, intelligitur etiam si collatio sit deuoluta ad Papam, c. penul. de præben. vbi Panor. & alii glo. in c.j. de offi. lega. lib. 6. glo. & doct. in clemen. si de beneficio. de præbẽ.

3 † Potest etiam Legatus conferre beneficia suæ legationis tam in Prouincia, quàm extra Prouinciã. Quia hoc est uoluntariæ iurisdictionis. glo. in c. nouit. de offi. lega.

Resignationes omnes simplices admittere potest

in

4 in fauorem, non quæ symoniam inducunt, † super qua non potest dispensare glo.in cap. ex parte j. vbi doct de offi.deleg. c.pactiones.& c.cum pridem. de pact. Nisi hoc à Papa fuerit expresse concessum.

Item, in literis legationis Papa expressè concedit quod reuerēdissimus Do. Legatus à Lotharingia per se, uel Locumtenentem suum per eum suo arbitrio ad hoc deputandum, possit resignationes recipere.

5 † alioqui committere non posset, ut dicit tex. in c.penul. in fi. de offic. lega. in vj.

6 † Adhæc legatus concurrit cum quolibet ordinario suæ prouinciæ, & est locus præuentioni: de qua si non appareat, nec de possessione prius accepta propter prærogatiuam & præeminentiam legati præualebit legati collatio. c. si à sede. de præben. in 6. glo. & doct. in d. c. j. de offic. legat. in 6.

7 † Honorandus est de iure legatus in prouincia sibi decreta sicut summus Pontifex, c.fi.93.dist. l. sed si hac.§.fi.ff. de in ius uocan. Et ibi Ias. & si quis legationem, id est legatum impedierit, non vnius, sed multorum vtilitatem auertit. Et sicut multis nocet, ita à multis est arguendus, & bonorum societate priuandus. Et quia Dei caussam impedit, & statū turbat ecclesiæ, ab eius liminibus arceatur, c.si quis. 94. dist.

Potest etiam legatus adiri tam per appellationē, quàm etiam in prima instantia per uiam ut nostri dicunt querelæ. c. j. de offic. lega. ubi doct. declarant, & Ioan. Brunel. in tract. de dignit. Legat. conclus. 11.

8 † Non potest Legatus si ei expressè concessum nō fuerit, à Papa dispensare super gradibus consanguinitatis uel affinitatis uel publicæ iustitiæ ab humana lege prohibitis, c.quod dilectio, & c.quia circa, de cō sang. quia prohibitio est facta à Concilio, in c. non debet, de consang. Et Legatus contra Concilia dispēsare non potest, glo.not.in c.dilectus.j.de præben. in glo. penul. Feli. in c. nonnulli. col. 4. de rescrip.

9 † Sed caussas matrimoniales committere poterit. c. j. de consang. cum ipse iurisdictionem habeat ordinariam in sua prouincia. c. 11. de offi. lega. in 6.

Reseruare potest beneficia etiam in fauorem unius certæ personæ. c. cum dilectus, de iure patro. Tamen non potest una reseruatione pendente in una ecclesia alteram facere. c. præsenti, de offi. leg. lib. 6. Et sic non potest simul reseruare duo beneficia unius collatoris: sed finita una reseruatione, alteram concedet. Et quando dicatur pendere declarant ibidem glo. & doct.

10 Expectatiuas Papæ non potest suspendere uel reuocare, quia est eo inferior, nec alias gratias præuentiuas; quia inferior non tollit ea quæ superior concedit. clemen. ne Romani. de elect.

Vnire poterit beneficia: sed non episcopatus. c. sicut vnire. de excessi. Præla. & Phil. Perus. in c. pen. de offi. leg. in 6. Do. de Rot. decis. 58. legatus in no. & decis. 118. ibidem.

11 † Etiam putarem Legatum posse derogare statutis ecclesiarum, ad effectum prouisionis & suæ potestatis. Nam cui iurisdictio concessa est, omnia facere potest, sine quibus iurisdictio explicari non posset. l. 2. ff. de iurisd. omnium iudic. Alioqui potestas esset ei inutilis.

12 † Legatus etiam potest concedere indulgentias. glo. & doct. in c. fi. de offi. lega. Specul. in tit. de leg. §. superest. vers. potest etiam indulgentias. Et regulariter potest quadraginta dies concedere vel cum deducatur Basilica annum concedere potest, c.cum ex eo, de pœniten. & remissi. Cardinales concedunt dies non ultra nisi maior potestas fuerit data à Papa.

13 † Super statuto autem faciendo super matrimonio, ut non contrahatur sine consensu parentum, hoc statutum fieri non potest, quia in hoc iura ciuilia arrecta sunt. Requirentia consensum paternum. Nam sufficit solus coniungendorum consensus. c. sufficiat. 27. q. 2. quia matrimonia libera esse debēt. c. gemma, de sponsa. Ob id non debent ab alieno dependere arbitrio: ut ibi. Nec potest episcopus cō tra ius canonicum statuere, c. institutionis. 25. q. 2. tū quod est inferior eo qui condidit, tum etiam quia iurauit seruare illud. c. ego & ult. de iureiur.

Poterit tamen episcopus statuere, vt singuli curati in suis ecclesiis moneant parochianos, ne sine parentum consilio aut consensu contrahant matrimonia, vt honor, & reuerentia parentibus conseruetur, & ne odium inter parentes & filios oriatur, & vt mores boni seruentur. Ac ne iuuenes filii & filiæ in his matrimoniis decipiantur. Et hæc monitio prodesse poterit.

Ista fusius probarem, sed iura in scrinio tui pectoris, ut scio, habes: ideo illa omitto. Alia ex tuo supplebis ingenio Reuerende Pater.

Respondeo, quantum attinet ad primam quæstionem, quòd ualet prouisio facta per Dominum Legatum Auenionensem si coram eo resignatū fuerit beneficiū, seu prioratus prætēsus, quia constituēs duos fecit gradus. In primo cōstituit procuratorē ad resignandū: purè & simpliciter. In fauorē tamen fratris Guillelmi de Mōtibus, corā Papa, vel alio potestatem habente: sed quia non agitur de prouisione Papæ, ob id oportet ad secundum gradum deuenire.

Secundus est gradus, quatenus reuerendus Do. Legatus non haberet potestatem recipiendi resignationes, in fauorē cōstituens uolebat, vt purè corā Legato resignatio fieret: & quòd Procurator rogaret Do. Legatū, vt dignaretur prouidere dicto Guillelmo de mōtibus. Ista clausula rogationis nō sapit symoniā. c. tua. vbi ēt doct. de Sym. quia nō tenebatur Legatus conferre illi pro quo constituens rogabat,

14 vt doctores asserunt. In d.c.tua licet, † is qui rogat peccet si rogat pro indigno, c.tuam. iūcta gl. de ætat. & qualit. glo. in c. ordinationes. j. q. j. igitur si reuerendissimus D. Legatus contulerit ei pro quo rogatus fuerat, ualebit sua collatio.

Secunda est quæstio, an Legatus resignationes beneficiorum recipere potuerit, non obstante Cardinalium indulto, & non posse asseritur, quia regulariter in indulto dicitur, quòd nullus possit quoquomodo intra sex menses de beneficiis ad Cardinales spectantibus conferre. Nec quidem Papa nisi per resignationem. Ob id legatus hoc non potest, & legatus Franciæ nūquam recepit tales resignationes, & si reciperet non reciperentur in curiis Franciæ in fauorem D. Cardinalium, quibus Papa statim à creatione sua eis hoc priuilegium indulxit.

RESPON. VIII.

De indulto Cardinalium, vt nullus intra sex menses beneficia illorum conferat.

SVMMARIVM.

1 *Cardinalium indultum non facit, quin Papa beneficia conferre possit.*

Nemo potest sibi legem imponere, à qua recedere non liceat. ibidem.

2 *Papa sibi reseruat maiorem potestatem, quàm det.*

Ex-

3 *Exemptio concessa monialibus ne teneantur ad procurationem tollitur per Ponteficem, si eis mittat legatum.*
4 *Papa potest collationem iam factam imfringere.*
5 *Authoritas superioris in omnibus excepta censetur. Papa non potest sibi tollere ius superioritatis ibidem.*
6 *Derogatio specialis est necessaria in Papa, ad tollendam priorem suam voluntatem, vel clausula hic posita.*
7 *Priuilegium quando transit in contractum reuocari non potest, quod declarat num. 8.*
8 *Quæ requirantur ad hoc, vt dispositio Papæ dicatur transisse in contractum.*
9 *Priuilegium etiam sine causa Princeps reuocat.*
10 *Priuilegium in totum & pro parte tolli potest.*

1 INDVLTVM datum est, † vt nullus conferat beneficia pertinentia ad collationem Cardinalis, intra sex menses, etiam ipse Papa, quæro an si Papa conferat valeat collatio? videtur quod non potest quis venire contra contractum suum, etiam Princeps, alias nullus cum eo contrahere vellet.c. 1. de proba. & plenè scripsi in præfa.ad rub.de colla in concorda. Contrarium videtur verius, cum nemo etiam priuatus sibi possit legem dicere à qua recedere non liceat.l. si quis. in principio testam. ff.de leg.3.

2 † Item licet Papa concesserit potestatem conferendi, tamen maior potestas remansit penes eum, & sic cõferre potuit.tex.formalis in c.dudum.§. nos igitur. de preben. in 6.ibi dicit Archi. fons scaturiens est maior quàm inde procedens:& ille tex.decidit hũc casũ.

3 † Item si Papa concesserit exemptionem monasterio monialium vt non teneatur ad procurationem, & postea misit Legatum, & voluit vt à quibuscũque posset exigere non obstantibus quibuscumque priuilegiis, tunc tenebuntur moniales, illi procurationem soluere: quia priuilegium censetur reuocatum. Panor.in c.cum instantia.col.2. de censib. sic & quando Papa confert post suum priuilegium.

Item eius est nolle qui potest & velle. l. eius.ff. de reg.iur. & eius est reuocare, qui potest dare.l.si puellæ.ff. de sponsal.

Item Papa concessit collationẽ omnibus collationibus, & eam reuocat, licet per viam legis concesserit, quam reuocare potest, sicut lex.c.1.de cõstit.in 6. multò fortius & priuilegium concessum, vt nullus etiam Papa possit conferre beneficia.

Item Papa in beneficialibus habet plenissimam po-
4 testatem.c.proposuit.de concess.prębend. † & sic potest etiam collationem factam infringere. Feli.in cap. quę in ecclesiarum.nu.41.de constit. & scribere, non obstante collatione alteri facta. Felin. in cap. causam quæ. de rescript.col.11.nu.9.

5 † Item in omnibus censetur excepta authoritas superioris videlicet Papæ, c.venientes, de iureiurando. Alias sequeretur quod Papa posset sibi tollere ius superioritatis, quod non est dicendum. Feli.in c. nouit.nu.8. de iudic. & quod Princeps possit reuocare suum priuilegium est lex in c.veniens.de præscript. c. 1.de rescript.glo.vlt. in c. decet.de regul. iur. in 6.

6 † Debet tamen specialiter priori uoluntati derogare.d.l. si quis in princ.ff. de leg.3. doct. in primo de rescript.quamuis Fel. teneat contra in beneficialibus.in c.quæ in ecclesiarum, nu.41.de constit. & cẽsetur esse specialis derogatio quando est apposita illa clausula non obstantibus quibuscũque, etiam si de illis expressa mentio faciẽda esset, quæ solet in literis Papę apponi, & non obstante indulto. Guido Papę in deci. Delphinal.q.127. in camera. Dec. consi.165.

Vel clausula cuius tenor vel tenores pro expressis haberi volumus.l. omnes. & ibi glò. C.de præscript. triginta annor. scripsi in forma manda. Apostolici in glo. pro expressis alioqui si necesse haberet Papa specialiter exprimere, & non recordaretur non posse derogare quod esset absurdum, vt scribit Roman. consil.436. quod indultum. nn. 21. col.penul

Etiam quia est ambitiosum cum super beneficiis cõcessum sit.c.quamuis.de præbend.in 6. & est in lucro vt dicitur in c.dudum illo titul.Deci.consi. 410.

7 † Nec obest quod quando priuilegium transit in contractum non potest reuocari.l.quod semel.ff. de decre.ab ordi.faciend. Innoc in c.nouit.de iudic. scripsi in præfa. ad rub.de colla.

8 † Respondeo quod adhuc posset Papa in beneficialibus in quibus habet plenã potestatẽ, & quia recipiens habet causam lucratiuam ex qua sponte concessum est sine aliqua remuneratione: tunc poterit etiam reuocari. Paul. in l.digna vox. C.de legib.pulchrè Areti. in c.nouit.nu.29. & seq.de iudi.vbi declarat tunc transire in contractum quãdo conceditur ob aliquod factum, vel dationem præteritam vel futuram implẽdam ex parte eius cui conceditur, vel impletam: quod non est in hoc indulto, sed merum priuilegium, ergo reuocari potest, quia non transit in contractum.

Imò dicit Bald.in l.qui se patris.nu.13.C.vnde liberi,
9 quod † Princeps potest reuocare priuilegium, etiam sine causa quamuis sit ius alteri quæsitum per l.qui fundos. C.de omni agro desert.lib.11.sequitur Felin.in c. quæ in ecclesiarum, nume.51. de constitut.

10 † Post quam ergo in totum reuocare potest priuilegium, à fortiori & pro parte videlicet alteri conferendo: nec possit abdicare à se quin posset conferre, nisi dignitati renuntiaret. vt in c.1.de renũtia.in 6. & salua correctione melius sentientis: scripsi tamen postquam Papa concessit non tam facilè illi derogari debet, sed ardinales expectabunt prædecessorem, qui omnia ista tanquam abusiua tollet.

RESPON. IX.

An se extendat dispensatio ad præbendas Ecclesiæ Maioris.

SVMMARIVM.

1 *Dispensatio se extendit etiam ad præbendas ecclesiæ maioris.*
2 *Indefinita æquipollet vniuersali.*
3 *Verba Papæ non debent esse superflua, sed aliquid operari.*
4 *Mandatum de prouidendo in ecclesia cathedrali se extendit ad præbendas dictæ ecclesiæ.*
5 *Impetrationis & dispensationis eadem est ratio.*
9 *In certis non est locus coniecturis.*
7 *Dispensatio est stricti iuris, nec extenditur ultra casus expressos.*
8 *Spurius dispensatus non obstante quod pater eius esset canonicus in ecclesia cathedrali, quòd importet illa dispensatio.*
9 *Dispensatio ad secularia beneficia obtinenda in una ecclesia non impedit, quin censeatur dispensatus in alia ecclesia etiam cathedrali ad beneficia regularia.*

A verbis dispositionis recedere non licet. ibidem.

10 *Clausula inter diuersa posita non potest ad ambo illa diuersa referri.*

11 *Clausula posita ad qualificandum vnum casum non extenditur ad alium.*

12 *Per collationem acquiritur ius in beneficialibus sine possessione.*

1 VARRO an per † hanc dispensationem censeatur Michael de Lerano dispensatus ad consequendum canonicatum & præbendam in Ecclesia Maiori Appamiarum, & breui respondeo, quod sic, & hoc probatur per dictā dispensationē, ibi aut etiam in Maiori Appamiarum ordinis S. Augustini, ecce quod voluit Papa dispensare d. de Lerano etiam ad ea quæ sunt ordinis sancti Augustini, & sic ad præbendas regulares dictæ ecclesiæ, quæ est ordinis S. Augustini, quia beneficia secularia non habent ordinem, ergo ad illa non intendit d. de Lerano dispēsare. Host. ī sūma. de reg. §. 1. & 2.

2 † Item indefinita æquipollet vniuersali. c. ut circa de elec. in 6. sed Papa indefinitè dispensauit, ut posset in ecclesia Maiori obtinere quæcunque beneficia, ac si dixisset quæcunque, ut etiam dicit glo. in Clem. j. in verbo, quamuis. de præbend. & ibi doct. & sic, & canonicatum, & præbendam obtinere poterit illius uirtute dispensationis.

Item exceptio firmat regulam in casibus non exceptis. l. 1. ff. de reg. iur. glo. in rub. de reg. iur. in 6. vbi Dyn. sed Papa excepit ut non ministraret cum patre, ergo extra patrem potest ministrare, & in officio quo pater, sed non in uita patris, voluit tamen Papa quod eo ministerio quo ministraret pater, sed simul non.

Item potest probari, nam Papa derogat statutis ecclesiæ beatæ Mariæ, quoad canonicatus & præbendas & etiam statutis ecclesiæ Maioris Appamiarum ergo uoluit dispensare, ut d. de Lerano haberet canonicatus & præbendas in dictis ecclesijs, alioqui non derogasset dictis statutis, quoad canonicatus, quos nomi-

3 natim expressit, † & verba Papæ non debent esse superflua, sed debent de hoc operari, ut censeatur dispensatus ad obtinendum canonicatum, & præbendam in ecclesia. c. si Papa. de priuileg. in 6.

4 † Item quando mandatur prouideri in ecclesia Cathedrali, seu maiori: tunc veniunt etiam præbendæ ex verisimili Pontificis intentione. Calde. in consi. 31. an impetrans rubr. de præben. quem sequitur Soc. in consi. 260. in causa. col. pen. versi. 2. dico in 2. vol. sic quando dispensatur in ecclesia maiori censetur etiam dispensatus ad præbendas illius ecclesiæ, & maximè quia est facta supra mentio in proxima clausula de ca-

5 nonicatu & præbenda, † & quia est eadem ratio impetrationis & dispensationis: & illa expressio, quæ in impetrationibus requiritur, habet etiam locum in dispensationibus. Domi. & alij, in c. non potest, in fi. de præb. Fel. in c. in nostra. Correl. 8. de rescrip.

Præterea per dictam dispensationem, apparet Papam voluisse tres casus dispensationis facere: primus est quod Papa dispensauit cum dicto de Lerano ut canonicatum & præbendam in ecclesia beatæ Mariæ de Campo obtinere possit, ecce primum casum, super quo non extat dubium, quia est satis expressum,

6 super hoc, & † in certis non est locus coniecturis. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig.

Secundus casus est quod Papa videns in prædicta ecclesia de Campo esse quædam beneficia regularia, & quædam per clericos seculares teneri solita, & istū de Lerano esse secularem, voluit ut beneficia per clericos seculares teneri solita obtinere & retinere possit in prædicta ecclesia tantum videlicet beatæ Mariæ, & sic expressit: & quod haberet beneficium præbendā nuncupatum, alia ergo non poterat habere si alio no

7 mine nuncuparentur, † cum dispensatio sit stricti iuris. c. j. in fi de præbend. in 6. & hoc sit in secundo casu expressum: & quamuis non dixerit, tantum sufficit quod dixerit in prædicta ecclesia, ad hoc ut non extendatur ad sequentia: nam postquam hoc uult in prædicta ecclesia, ergo in alia non. argu. c. nonne. de præsum. cap. qualis. 15. distin. l. cum prætor. ff. de iudic. oportet extendere ad aliam ecclesiam & sic ad Maiorem contra Papæ expressionem.

Tertius dispensationis casus super quo dubitatur est, quod Papa dispensauit cum isto de Lerano ut possit obtinere canonicatum & præbendam in ecclesia

8 Maiori Appamiarum ordinis S. Augustini † non obstante quod eius genitor sit canonicus, & si canonicatum expressit genitoris ut exprimeret suam uoluntatem esse, quod etiam vellet ipsum de Lerano esse canonicum in prædicta ecclesia Maiori, & hoc probat dictio etiam quæ est implicatiua & includit diuersam speciem ab expressis, c. tanta. de symo. cle. grauis. de senten. excom. Domi. consi. 63. in nomine, col. 3. ubi etiam firmat implicare maiora expressis, & sic non est nunc dubium quin Papa voluerit dispensare cum isto de Lerano ad canonicatum & præbendam ecclesiæ Maioris Appamiarum.

Nec refragatur illa clausula ibi per clericos secula-

9 res teneri solitum, † vbi videtur dispensatus tantum ad beneficia solita, per seculares regi, fateor in prædicta ecclesia de Lerano, quia hoc expressit Papa, unde non est opus alijs coniecturis: nam quamuis clausula in principio, uel fine posita ad alia debeat referri. l. talis scriptura, & l. si seruus. §. fi. ff de leg. 1. c. secundò requiris. de appella. hoc tamen non procedit quando ex dispositione aliud apparet vt hic, quia tunc non refertur, cum à uerbis dispositionis recedere non debeamus. l. non aliter. ff. de leg. 3. Corn. consi. 305. in hac col. 2. vol. 1. & per hoc facit pulcher. tex. in c. ecclesia 2. ibi non debet ad contentum & alia quæ non sunt de forma referri. de elect. si Papa dixisset per clericos seculares teneri solitum non dixisset in prædicta ecclesia, tunc uoluisset ad alia referri secus quando expressit, in dicta ecclesia beatæ Mariæ.

10 † Item quando una clausula ponitur inter diuersa non refertur ad alia. c. inquisitioni. de appel. Præpo. in d. c. secundò requiris. col. 2. Alex. consi. 95. diligenter. nu 8. & consi. 226. ponderatis in 6. vol. sed ista clausula per seculares clericos ponitur inter diuersa, uidelicet inter ecclesiam B. Mariæ, & ecclesiam Appamiarum, quæ sunt diuersæ ergo ad ambas referri non debet, sed tantum ad ecclesiam B. Mariæ.

11 † Itē quando clausula est posita ad qualificandum vnū casum seu capitulū, tum ad alia non refertur, nisi ad illum tantum casum. l. filiū. in princ. ff. quando dies lega. cedit. Bart. in l fi. de rebus dub. Alex. consi. 48. visis col. pen. in primo vol. & consi. 158. abundè col. 2. & consi. 226. ponderatis in 6. vol. Ias. consi. 12. in capitulis. in 3. uol. & consi. 132. statuto. col. 2. volu. 4. sed ista clausula per clericos seculares est posita ad qualificandum casum in ecclesia beatæ Mariæ, ergo non extenditur ad alios casus.

Itē potuit Bertrandus Girandet ēt possessione non

12 adepta resignare. † quia per collationem acquiritur ius in beneficialibus sine possessione. c. si tibi absenti. de præbend. in 6. quod potuit postea resignare, & sic permu-

permutatio facta per de Lerano cum Girandet valebat postquam Leranus erat habilis, & collatio facta causa permutationis facit turnum. vt docet glo. in §. item quod omnia.in verb. faciēdæ. de colla.in pragm. scripsi in glo.5.in fin.§. primi. de mand.Apost. in concord. & sic excludo d. de Lerano in vim suæ dispensationis potuisse obtinere canonicatum,& præbendam in ecclesia maiori Appamiarum, quamuis tunc esset secularis: quamobrem his subscripsi.

RESPON. X.

De dispensatione Religiosi ad duo beneficia, & an possit in Abbatem eligi.

SVMMARIVM.

1 *Collatio beneficij facta ei, qui iam duo beneficia obtinebat, an nulla sit infra differitur.*
2 *Clementina si plures non habet locum in non curatis beneficijs.*
3 *Beneficia electi in Episcopum ante consecrationem non vacant.*
Beneficia electi in Abbatem vacant habita pacifica possessione Abbatiæ, licet Abbas non fuerit benedictus. ibi.
4 *Electus etiam post electionem resignare potest beneficia.*
Electus antequam possessionem Abbatiæ capiat, potest protestari se dimissurum duo beneficia. ibidem.
5 *Mensis datur ad resignationem primi beneficij vacantis per adeptionem pacificam secundi.*
6 *Abbatia non venit appellatione dignitatum, vel beneficiorum.*
De Abbatijs pronuntiatur in concistorio principis, sicut de Episcopatibus. ibidem.
7 *Electio Abbatis habentis plura beneficia valet.*

ELIGIOSVS dispensatus ad duo beneficia an possit eligi in Abbatem, & si eligatur an valeat sua electio, videtur quod sit ineligibilis per c.dudum.2.de electio.
1 † Item si eligatur quod electio sit nulla, sicut de collatione dicitur in cap. ordinarii.§. in conferendis. de offic.ordi.in 6.

Præterea probatur in cle.si plures. de præbend. vbi glo. dicit collationem beneficii factam habenti duo non valere:ergo nec electio.

Contrarium videtur verius nam tunc dicitur quis ineligibilis quando habet plures dignitates, personatus, vel beneficia curata tempore electionis. per d. c. dudum. in 2.quod loquitur de duabus ecclesiis parrochialibus,& est odiosum,ideò non debent extendi ad habentes alia beneficia ibidem expressa,per tex.in cap. cum iandudum. ibi si inueneritis prædictum habere plures alias dignitates,atque præbendas de præbendis, ibi copulatiuè loquitur, & ibi Card. in 4.opposit. dicit quod nō efficitur quis ineligibilis licet habeat plures præbendas, vel alia beneficia non curata: & quod
2 dicta † Clemen. si plures non habeat locum in non curatis: consuluit Anchar. consil.59. colum.1.imò dicit Card.in d.Cle.si plures,quod collatio tertii tūc nō valet quando fit ab ordinario ad hoc vt possit tria retinere, sed per adeptionem tertii duo prima vacabunt,ergo collatio tertii valuit.tex. in extra. execrabilis.§.porro. ibi.illo tantum retento.quod ultimo receperunt de præb.& sic.d.§. in conferendis in fi.dū dicit collationem esse nullius momenti, debet intelligi quoad effectum, quia non debet operari momentum, id est, adiutorium vt possit istud vltimum retinere, cum duobus primis, imò per adeptionem vltimi vacant duo prima beneficia.

Item quod electio valeat patet in c.cum in cunctis.
3 §. cum verò. de electio. † vbi beneficia electi in episcopum nō vacant ante consecrationem:ergo electio tenuit. & ibi Panor. & alij dicunt quod beneficia electi in Abbatem, vacant statim quod habuit pacificam possessionem Abbatiæ non antè: licet non fuerit benedictus,ergo electio tenuit. probatur ēt in d.c.dudū. uersi.partibus ibi irritantibus,ergo non erat irrita.

Imò dicit Anton. de Butrio in dicto cap. dudum, 2.in uerb.secundo casu.num.40.de electio. & ibidem
4 Cardin.in uersic. tandem. in tertia oppositio. † quod si electus resignet post electionē non debet impediri confirmatio, quia eidem amplius non potest obstare pluralitas,sed electio indigni tunc non ualet quando est in crimine enormi indigno uel scandaloso,secus si leue fuisset crimen,& sic iste electus poterit protestari se dimissurum duo beneficia, antequam possessionē Abbatiæ adipiscatur: & hoc quando tenebat illa duo beneficia,cū dispensatione: secus si sine, quia tunc nō ualebit resignatio post electionē. Collect. ibid. col. 2.
5 †Item in dicta extra.execrabilis datur mensis ad renuntiandū beneficiis primis à die adeptæ pacificæ possessionis ultimi,per d. Clem.si plures. ergo ante mensem non uacabunt priora: nam prima duo beneficia quæ habet cum dispensatione habentur loco unius: ergo cum est electus ad tertium electio tenet, & duo prima tunc demum uacabunt,quando pacificam possessionem ultimi habuerit.ut in d. Clem. si plures. dicitur.in d.§ cum uerò.c. cum in cunctis. de electio.

Ad hæc §. in conferendis non habet locum in Abbatia, probat ibi text.& beneficijs talibus.ergo in aliis
6 non habebit locum:nā † Abbatia non uenit appellatione dignitatum,uel beneficiorum.glo.in c.2.de præbend.in 6. quia dicitur in primo dignitatis gradu, sicut episcopus & de Abbatijs pronuntiatur, in consistorio principis sicut de episcopatibus teste Lappo. Alleg.84.incip.& Old.consi.14. cum quæritur col. 2. dicit de consuetudine obseruari quod Abbates retineant beneficia priora usque ad benedictionem,ergo electio de illo facta ualuit. & hoc probat c. presbyteros.16.q.1.ibi,si Abbates loco permanere decreuerint clericatus nullatenus permittantur habere militiam.

Item in §.fi.de manda. Apost. quando concord.dicitur quòd promoti ad dignitates & monasteria debēt si uelint retinere beneficia quæ habent, exprimere verum ualorem: ergo electio & promotio tenebat.
7 Et per hoc concludo quod † religiosus obtinens duo beneficia non curata,nec duas dignitates, potuit eligi, & sua electio non fuit nulla, & sic ipse consentire potuit electioni de se factæ,cum superioris authoritate & per illum consensum præstitum non uacant priora beneficia, ante administrationem & adeptam possessionem Abbatiæ pacificam.

RESPON. XI.

An valeat dispensatio si quis dixerit se vtriusque iuris Baccalaureum, cùm iuris tantum unius sit.

SVMMARIVM.

1 *Dispensatio non vitiatur in qua falsò quis asserit se utriusque iuris baccalaureum, cum unius tantū esset.*

Falsa causa non vitiat dispensationem. ibidem.
2 *Impetratio non vitiatur ex expressione minoris quantitatis beneficij.*
3 *Papa, an alias concessurus erat, an non, duæ coniecturæ.*
4 *Falsum in literis expressum an vitiet dispensationem declarat.*
5 *Expressio in literis qualis fieri debeat.*
6 *Falsitas in literis Apostolicis, quando cum dolo præsumatur expressa.*
7 *Insinuatio mandati facta etiam non Vicario, dum sit facta in domo Abbatis sufficit.*

1 AN † dispensatio Papæ reddatur vitiosa eò quòd impetrans expressit se vtriusque iuris Baccalaureum, licet non sit nisi in altero. Breui respondeo quod non: quia falsa causa non vitiat dispensationē, quando Papa esset aliàs cōcessurus. l. cū tale. § falsam causam. ff. de cond & dem. Paul. & alij in c. quia circa. de consang. & affin. sed sine dubio Papa dispensasset cum Baccalaureo alterius iuris tantum, quia sola litterarum peritia inducit eum ad dispensandum non gradus. cap. de multa. in fi. de præb. ergo tantum unus gradus induxisset ad dispensandum, sicut duo similes.

Secundò quandocunque Papa reddidisset se difficilem ad concedendum, uel ad non concedendum, tunc obreptio uel subreptio vitiat, aliàs non. arg. c. super literis de rescri. 2 Ideò † si impetrans expresserit minorem quantitatē beneficij, non uitiatur impetratio. arg. l. scio. ff. de integrit. restit. Dec. consi. 407. uisis in fi. Soci. consi. 115. fundata. col. j. in 3. vol. 3 † Et an Papa concessisset vel denegasset colligitur maximè ex duabus coniecturis, prima uersatur circa consuetudinem concedentis, si alias noluerit concedere in simili casu. Lappus alleg. 89. factum: quia consuetudo patrisfam. debet inspici. l. vel vniuersorum. ff. de pign. action. cum similib. sed Papa nunquam recusauit, nec recusat has dispensationes, etiam non Baccalauriis: ergo multo fortius non recusasset isti Baccalaureo alterius iuris. Secunda coniectura circa stylum Curiæ Romanæ. c. ex literis. de constitu. sed stylus notorius Curiæ Roma. est quod in istis dispensationibus Papa ostendit se liberalem. c. sedes. de rescrip. Feli. in c. super literis. in vers. exprimenda. de rescrip. & sic quod dispenset etiam cum non graduatis, & sic multò fortius pro graduato in altero.

Non refragatur quod consuluit Ancha. consi. 138. 4 de natura, † vbi falsum in literis expressum, maximè dispensationum vitiat: quia hoc est uerum quando concedens aliàs non erat concessurus, vt si dicat beneficium curatum simplex, tunc apparet Papam fuisse deceptum, secus quando aliàs erat concessurus. text. solennis. in c. dudum. uersi. considerantes. de præbend. in 6. facit c. si pro clericis. ibid. ut in casu nostro. ubi esset concessurus.

5 † Nec obest quod omnia debent exprimi etiamsi concedens non redderetur difficilior, uerum est quando in iure est expressum, quod illa exprimantur, alias secus. Domi. in c. dudum. col. pen. de præben. in 6. per c. si motu proprio. illo tit. & cap. si proponente. de rescrip. ubi quantuncunque modicum beneficium est exprimendum, quia à iure quis tenetur: secus hic, nam non tenebatur exprimere se Baccalaureum, nisi ad facilius inducendum Papam ad dispensandum: ergo cum circa alios solitus sit dispensare, sine hac qualitate, multo magis & cum isto cum hac qualitate Baccalaureatus alterius iuris.

Item illud debemus dicere, quod est verisimile, quod concedens fecisset si de hoc interrogatus fuisset. l. Titius §. Lucius. ff. de liber. & posthum. glo. in l. tale pactum. in fi. de pactis. sed est plus quàm veri simile quod Papa cum isto Baccalaureo alterius iuris tantum dispensasset, ergo illud tenere debemus, & sic mandatum est validum, nec Papa dicitur fundare intentionem suam super illo expresso Baccalaureatu. Nam hoc attestatur in forma mandati, ibi non ad ipsius instantiam, sed de nostra mera liberalitate: ergo non potuit fundare se super expressione, cum fundamentum suum sit circa liberalitatem faciendum.

6 † Nec obest quod in literis gratiæ omnis falsitas præsumitur expressa cum dolo. Innoc. in c. accedens. de crimin. fals. quia intelligitur in dubio, sed quando talis falsitas est quæ non inducebat ad id concedendum non præsumitur dolosa. ut hic. Fel. in c. super literis. col. 3. nu. 5. de rescript.

7 † Vltimò etiam dico insinuationem mandati etiā validam quoad Abbatem, licet non appareat de uicariatu eius cui fuit præsentatum, cum sit facta in Abbatia, & in domo Abbatis: nam uicarius præsumitur is qui in domo Abbatis remanet, & etiam non inuento vicario, etiam alii poterit fieri. Clem. causam. de elect. & sic cum insinuatio fiebat ei tanquam vicario, si se negauit talem, imò eam sic acceptauit non contradicendo, debet ualere prout multa scripsi in tracta. de nominatio. in 14. quæst. & sic concludo dispensationem & mandatum ac insinuationem ualere.

RESPON. XII.

An requiratur dispensatio ad dicendum officium Romanum.

SVMMARIVM.

1 *Officium Romanum non licet presbytero, uel beneficiato dicere sine dispensatione.*
2 *Officium debet dici ad usum præstitum a suo Episcopo.*
3 *Prohibitio totum prohibet.*
4 *Clericus etiam idoneus prohibetur administrare in beneficio suo propter scandalum.*
5 *Dictio ante, quando respicit terminum habentem tractum & durationem, vt annus intelligi debet de perfecto.*
6 *Canonicatum, & præbendam ante XIIII. ætatis suæ annum completum quis obtinere non potest.*
7 *Annus cœptus quando habeatur pro completo.*
8 *Impubes nihil scire intelligitur.*
Beneficium datur propter officium. ibidem.

1 NON licet † propria authoritate sine dispensatione beneficiato vel presbytero dicere officium suum ad usum Romanum, sed tenetur quilibet presbyter secundum usum suæ diœcesis missas dicere. c. de his. 12. dist. & per Clem. fin. de celeb. missa. per locum à speciali. nam ibi conceditur domesticis Cardinalium, ut possint dicere illud officium quod diceret Cardinalis, & in eo se aptare suo domino, ergo in alio casu non.
Ad hæc quilibet tenetur seruare statuta loci & consuetudines loci in quo degit. c. illa. 12. dist. c. 2. de obseruat. ieiunior. ubi per doct. dicitur.

Si fueris Romæ Romano viuito more.

Igitur qui in uno degit Episcopatu extra Romam debet officium in illa diœcesi præstitutum dicere.

Item non seruans statutum sui superioris peccat mortaliter. c. 1. de consti. c. vlt. illo tit. in 6. cap. qui resi-
2 stit. 11. quæst. 3. † sed is qui non dicit ad usum per suũ Episcopum præstitutum non seruat præceptum Episcopi, & sic peccat, alioqui in vanum statutum esset officium in qualibet diœcesi si pro libito quisq; accipere potest officium quod vellet. Nec obstat quod Papa potest præuenire ordinarios omnes, fateor: sed ego non possum recipere vsum Romanum, nisi Papa illud mihi concedat, & hoc si sim alterius diœcesis: quia sicut beneficium non possum recipere sine collatione. cap. j. de reg. iur. in 6. ita nec vsum Romanum sine concessione Romani pontificis.

Papa prouidit cuidam puero, in vndecimo suæ ætatis anno de præbenda & canonicatu in ecclesia cathedrali Baiocensi, eidem tamen puero prohibuit ne in ipsa Ecclesia vt canonicus resideret ante duodecimum ætatis annum, quæritur an finito vndecimo possit hic residere, vel an expectandus sit duodecimus annus completus?

Super hoc facto dicerem voluntatis Papæ esse quæstionem quæ tam ex iure quàm etiam ex suis regulis colligenda erit & maximè ex sequentibus.

3 † Primò iure certum est, quod prohibitio, totum prohibet. l. si mulier. in prin. ff. quod metus caus. gl. in l. hoc genus. ff. de cond. & demonstr. l. si quis ita stipulatus. ff. de verb. oblig. sed papa prohibuit ne hic puer resideret ante duodecimum annum, ergo totum prohibuit duodecimum.

Secundò, si consideremus rationem quæ mouit Papam ad hoc prohibendum, huius erit quæstionis decisio: cur enim Papa ei cui prouidit de canonicatu prohibuit ne in ecclesia resideret? Certò arbitror fecisse scandali vitandi gratia, ne scandalum inferret hic puer populo, & Ecclesiæ dedecus hoc maxime tempore tur-
4 bulento. † Nam propter scãdalum clericus etiam idoneus prohibetur administrare in beneficio suo. c. tua. de cleric. ægrot. à fortiori ratione vitandi scandali causa, hic puer prohibetur ministrare in Ecclesia cathedrali, ante illud tempus completum.

Tertiò, fieret contra voluntatem Papæ, qui voluit vt ante duodecimum annum non resideret vt canonicus, resideret autem ante duodecimum, si in ipso
5 anno duodecimo resideret: † quia quando hæc dictio ante respicit terminum habentem tractũ & duratione vt annus, tunc dẽt intelligi de perfecto. l. stipulationes non diuiduntur. §. j. ff. de ver. obl. Bar. & alij allegant in l. 2. in fi. ff. de reb. credit. Ideo Papa uoluit ne resideret ante duodecimum annum, uidelicet perfectum.

6 † Quartò, probatur in regul. Papæ moderni 19. vbi ante 14. ætatis suæ annum completum non potest quis obtinere canonicatum, nec præbendam in Ecclesia cathedrali: ergo de completo intelligitur, & non de incepto, & sic Papa in prouisione ipsius pueri uidetur ad suas regu. rationem habuisse.

Quintò, declarat idem Iulius Pontifex uoluntatem suam in regula 53. quod si ipse concedat dispensationem super defectu ætatis, de duobus annis tantum, dabit: unde si intelligeremus istum puerum debere residere anno duodecimo, esset dispensatus de tribus annis, uidelicet de 12. 13. & 14. cũ ante 14. cõpletum non possit recipi. Igitur intelligendo de dudecimo anno completo erit ad duos annos dispensatus insequendo regu. cancel. Iulij Papæ 3. uidelicet ad 13. & 14. & sic dispensatio erit cõformis uoluntati Papæ, & si Papa interrogaretur uerisimile est cum responsurũ secundũ suam regulã & declarationem, alioqui erat necessaria expresio illius regulæ, & de ea fieri deberet expressa mẽtio, & ad uerbũ recitatio in prouisione in d. regula 19. scribitur: quæ si nõ est facta in prouisione istius pueri non proderit. Igitur voluit Papa intelligere vt iste puer resideret anno decimotertio, & deinceps dispensando, cum eo de duobus annis iuxta suã voluntatem, & legem latam, in dicta regula 53.

Sextò, non me mouet. l. ad rempublicam. ff. de mu-
7 neribus † ibi annus cœptus 25. habetur pro completo: quia is qui peregit annum 24. est in matura ætate, & parum distat ab æta te legitima, ob idem non est mirum si annus cęptus ibi habeatur pro completo fauore Reipu. & proximitatis: cum ea quæ incontinenti fiunt inesse videantur. l. lecta. ff. si cert. petat. & hic annus duodecimus longè distat à legitima ętate: ergo non potest baberi ꝑ cõpleto, etiam non est causa. Imo est & scandalum, & dedecus Ecclesiæ, si recipiatur. Ideò dicerem ante duodecimum annum completũ nullum debere in Ecclesia residere tanquam canonicum.

Vltimò, non video hic fauorem cultus domini, sed potius destructionem, & dedecus Ecclesiæ, nempe is qui in ætate legitima esset canonicus celebraret in hebdomada sibi præstituta, sicut alii canonici Euangelium legeret, responsoria, lectiones, & alia cantaret, ac consuleret in capitulo, quæ in toto episcopatu agenda forent, & alia tractaret Ecclesiæ negotia, ut in capitu. dilecto. de præbend. scribitur. & in capitu. nouit. & per totum de his quæ fiunt à prælatis, quæ
8 non potest facere hic iuuenis. † Nam impudere nihil scire intelligitur. l. fin. ff. de iur. & fact. ignor. scripsi in tracta. de pacifi. possess. in 4. limita. num. 174. quomodo hic sit fauor cultus diuini nõ video. Nam ipse puer tenetur dicere per se horas canonicas ratione beneficij. Nam propter officium datur beneficium. c. fin. de præb. in 6. ergo non erit maior cultus diuinus in Ecclesia quando ipse puer residebit, quàm si non resideat. Igitur non debet mouere hic fauor cultus diuini nempe si non essent alii canonici sacerdotes qui supplere possent, non fierent res sacræ, in illa Ecclesia Cathedrali, ab istis pueris, & sic omnino cessaret cultus diuinus per illos. Quare ex prædictis concludo illum puerum iuxta Papæ voluntatem non recipiendum esse, vt in choro stallum habeat, & in capitulo locum, donec compleuerit duodecimum annum, & ita subscripsimus. Datum Parisiis anno 1554. in die Sancti Marci.

RESPON. XIII.

De Episcopatu Appamiarum, an vacet, deq; nominatione Regia.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio de abusu electionis, & confirmationis Episcopatus Appamiarum.*

2 *Nominatio Regis pro Episcopatu Appamiarum Papæ presentata, & post executioni mandata.*

3 *Symonia pro Episcopatu commissa.*

4 *Confirmatio electi facta sine causæ cognitione non valet.*

5 *Confirmatio electi nimis accelarata non valet.*

6 *Episcopatus limitrophus de sui natura requiritur consensum Regis, vt quis ibidem in Episcopatum præficiatur.*

8 *Episcopatus uacans per Symoniam.*

Symoniacus tenetur ad restitutionem fructuum perceptorum post symoniam. Item priuatur non tantum beneficio, in quo commisit symoniam, sed etiam alijs. ibidem.

8 *Per adeptionem secundi beneficij, an vacet primum declaratur.*

9 *Episcopatus primus non vacat per adeptionem secundi Episcopatus.*

10 *Matrimonium spirituale, quod inter electum, & ecclesiam contrahitur, sine Papæ licentia dissolui non potest.*

11 *Translatio episcopi facta in fauorem inhabilis est nulla.*

12 *Episcopatus sine licentia Papæ dimitti non potest.*

13 *Regia nominatione an sit opus in hoc Episcopatu.*

14 *Nominatio fieri debet intra sex, vel nouem menses, aliter nominandi, & disponendi ius deuoluitur ad Papam.*

15 *Menses regij præstituti à quo tempore computentur. A verbis recedendum non est, nisi constet de mente. ibidem.*

16 *Sex menses in nominatione regia computantur à die vacationis.*

17 *Arestum an noceat impetrationi.*

18 *Sententia lata præiudicat quoad possessorium, non quoad petitorium.*

19 *Narratiua verba in sententia apposita non præiudicant veritati.*

20 *Decreto de pacifica possessione an possit gaudere incapax.*

PAR *le decés du Reuerendissime Cardinal d'Albret, l'an mille cinq cens & vint, & le dixiesme de Decembre vacqué l'eueschê de Pamies, apres laquelle vacation les chanoines de la susdicte Eglise se assemblarent, pour faire election de nouueau prelat, & de faict eslirent mesire Bernard de Lordat. Lequel apres auoir esté esleu, presta son election à M. l'Archeuesque de Tholose, comme à son Metropolitain à tout le moins à ses vicaires pour lors y estãs, pour icelle confirmer, & procedarent lesdicts vicaires à ladicte confirmation, à bien grande diligence. Car le dixiesme de Decembre mourut (comme il a esté dict) le Reuerendiss. Cardinal au lieu de Castelgeloux, distant dudict Pamies trante grand lieuës de Gascogne, & le xv. ou xvi. fut faicte l'election dudict de Lordat, la confirmation le dixhuitiesme, à laquelle confirmation ne fut appellé le procureur du Roy, qui de ce aduerti ensemble des abbus commis à l'election tant de la partie de l'esleu, que des eslisans pretendant ladicte prouince. Lesdicts elisans auoir procede à l election sans pouuoir. Parce que par les sainctz Concordatz la nomination appartenoit au Roy, & les elections estoient supprimees, fors que des expressement, surce priuilegiees, supposant lesdicts Chanoynes estre du nombre desdicts priuilegies, appella comme d'abus, tant de l'eslection que confirmation.*

Le Roy cependant aduerty du trespas dudict d'Albret, nomma à nostre S. Pere le Pape mesire Iean de Puis son Ambassadeur pour lors à Rome, lequel (suiuant la teneur des Concordatz) à la susdicte nomination du Roy fut proueu de ladicte Eueschê, par nostre Sainct Pere le Pape, & les bulles despechees print possession d'icelle par les procureurs à ce constitués, & impetra lettres du Roy pour oster la main mise & tout autre empeschement, laquelle auoit esté mise & apposee à ladicte Eueschê, pendant la vacation, ainsi qu'à toutes autres Eueschés de ce Royaume on a accoustumé de faire la prouisiõ Apostolique, ensemble la prouisiõ du Roy furent mises en execution par les Iuges à ce delegués par nostre Sainct pere, & commissaires deputés par le Roy Assauoir, la prouision Apostolique par mesire Bernard de Ioglad Official, Archidiacre d'Aulx, la commission de main leuee du Roy, par monsieur Roberti conseillier de Tholose. Desquels, ensemble de leur procedure, fut appellé & formé opposition aux inhibitions, & par ce la matiere introduite au grand Conseil entre les susdicts de Puis, & de Lordat, ensemble le procureur du Roy, ioinct audict de Puis, & appellant comme d'abbus: les matieres bien auant poursuiuies par toutes parties & respectiuement.

Et estant les procés en estat de iuger, suiuant la vacation de l'Eueschê de Rieux, laquelle vacqua par le deces de maistre Pierre Loys, le Roy donna l'Eueschê à vn frere d'un quidam, lequel mourut incontinant apres ledict don. Neantmoins le Roy la donna à ce quidam susdict, pour en prouoir tel de ses parens qu'il voudroit, idoine & de la qualité requise. Dequoy aduerty le susdict de Lordat, trouua (moyenant la somme de quatorze, ou quinze mille liures qu'il donna à ce quidam) moyen de faire depescher le placet à la susdicte Eueschê de Rieux, en faueur du susdict de Puis sa partie. Et par ce moien amortist le procés entre eux meu, à raison de ladicte Eueschê de Pamies neantmoins appaise le procureur du Roy & feist en sorte que ledict de Rieux passa procuration pour consentir que ledict de Lordat fut diffinitiuement maintenu & sans de spens à ladicte Eueschê. Suiuant laquelle s'ensuiuit l'arrest par lequel fut maintenu diffinitiuement (comme dict est) ledict de Lordat. De ce dessus resultant les doubtes: c'est assauoir, Si ladicte Eueschê de Pamies est uacante par la promotion dudict de Puis à l'Eueschê de Rieux: item, attendu que personne n'a esté proueu despuis ledict de Puis par le Roy, si lon doit prendre placet du Roy, & suiuant ledict placet prendre titre ad nominationem Regis, *ou bien si le droict est deuolu à nostre Sainct Pere, & que,* iure deuoluto, *on doiue prendre titre sans nomination du Roy.*

Item si ledict Arrest (attendu quil est donné de consensu, *combien qu'en iceluy soit dict, veuës les pieces peut empescher ledict titre & nuire à celuy qui sera nommé.*

Item en quelle sorte doit estre depesché le trite, s'il doit estre depesché, per mortem, & promotionem domini Ioannis de Puis, aut alio quouismodo.

Item si la possesion de dix ans apres la sentence pourra en rien preiudicier audict nommé, & si ledict de Lordat, se pourra aider du Decret de pacificis possessoribus.

TRANSLATIO.

De Episcopatu Appamiarum, an vacet, deq; nominatione Regia.

PER mortem Reuerendissimi Cardinalis de Albret, anno millesimo quingentesimo, & vigesimo, decimo Decembris die vacauit Episcopatus Appamiarum. Post quam vacationem Canonici prędictæ Ecclesiæ conuenerunt, vt noui prælati electionem facerent. Et de facto elegerunt dominum Bernardum de Lordat, qui postquàm electus fuisset, mutuauit domino Archiepiscopo Tholosano, tanquam suo metropolitano electionem suam, saltem vicariis suis, tunc præsentibus vt eandem confirmarent, & quàm maxima diligentia prædicti vicarii ad illam confirmationem processerunt. Nam decimo Decembris die (vt dictum est) Reuerendissimus Cardinalis in loco castri Gelous triginta magnis miliarium Vasconicis à d. Appamiis distantis obiit: decimoquinto uerò vel decimo sexto facta fuit dict. Lordat electio: confirmatio autem, de
1 cimooctauo.† Ad quam confirmationem Procurator Regius vocatus non fuit, qui de hoc commonefactus, tam de abusu ex parte electi in electionem commisso, quàm eligentium dictam pręeminentiam sibi prætendentium, prędicti eligentes postquàm sine potestate aliqua processissent, eò quod per sacra Concordata nominatus ad Regē spectaret, & electiones suppressæ essent, exceptis super eo expresè priuilegiatis, quorum ex numero d. Canonici se esse supponebant, appellauit, vt de abusu tam super electione q̄ confir-
2 matione facto † Rex, intereà de obitu d. de Albret certior factus, sanctissimo patri nostro Papæ nominauit dominum Ioannem de Puis suum tunc temporis Romę Legatum, cui secundum Concordatorum tenorem ad dictam nominationem Regis per sanctissimum patrem nostrum Papam de d. Episcopatu fuit prouisū, & bullis expeditis, per procuratores ad hoc constitutos eiusdem possessionem cepit: literasque à Rege impetrauit, vt ab apprehensione omnique impedimento desisterent, quæ tempore vacationis in d. Episcopatu facta fuerat: vt ī omnibus aliis huius regni Episcopatibus fieri consueuit. Itaque prouisio Apostolica, atque Regis, à iudicibus ad hoc delegatis, per sāctissimū patrem nostrum, & Commissarios per Regem deputatos, sunt executioni mandata. Prouisio nempe Apostolica per dominum Bernardum de Ioglad Officialem, Archidiaconum de Ans, commissio verò Regis de possessione deiicienda, per dominum Robertum, Consiliarium Tholosanum. A quibus, & eorundem produceris appellatum fuit, atque inhibitionibus oppositio firmata, materiaque per hoc in supremam curiam introducta, inter d. de Puis, & Lordat, vnà cum Procuratore Regio, coniuncto de Puis, & appellante, vt de abusu, materiis per omnes partes, & respectiuè multum productis.

Processu iam ad sententiam vergente, secundum Vacationem Episcopatus Riuensis, qui per mortem magistri Petri Ludouici vacauit, Rex Episcopatum fratri cuiusdam ignoti donauit, qui statim post factam donationem obiit. Nihilominus Rex d. ignoto eundem hac conditione donauit, vt suorum parētum ali-
3 cui, quem vellet, idoneo prouideret. † Quod prædictus Lordat intelligens, inuenit (mediāte quatuordecim, vel quindecim millium librarum summa, quam prædicto homini ignoto dedit) modū, quo diploma pro d. Episcopatu Riuensi in suæ partis d. de Puis fauorem expediretur. Atque eo medio processum inter eos causa d. Episcopatus Appamiarum agitatum extinxit: Procuratorem nihilomninus Regium pacauit atque ita rem gessit, quòd d. Riuensis procurationem constituerit, vt d. Lordat diffinitiuè, & sine expēsis in possessione p̄dicti Episcopatus conseruetur, qua perfecta, arestū subsequutū est, p quod diffinitiuè (vt dictū est) d. Lordat in eiusdē possess. fuit cōstabilitus.

Super præmisso hę difficultates oriuntur. Nēpe, an dictus Episcopatus Appamiarum sit per promotionē d. de Puis Episcopo Riuensi vacans. Item, cùm nemini post d. de Puis per Regem prouisum fuerit, an diploma accipiendum sit, & secundum illud capiendus titulus ad nominationem Regis, an vero, si ius ad sanctissimum patrem nostrum deuolutum sit, iure deuoluto, titulus sine nominatione Regis capiendus sit.

Item an dictum arestum (postquàm de consensu datum sit, quamuis in eodem dictum fuerit, visis chartis) dictū titulū impedire, & nominato nocere possit.

Item quomodo titulus expediendus sit, an expediri debeat per mortem, & per promotionem domini Ioannis de Puis, aut alio quouis modo.

Itē an decem annorum possessio post sententiā in nullo d. nominato præiudicare poterit, & an d Lordat se iuuare possit decreto de pacificis possessoribus.

In hoc facto sex video præcipuas imminere quæstiones. Prima est, an Episcopatus Appamiensis vacet vel non. Secunda, si vacet quo genere vacationis. Tertia, quomodo possit, si vacet, impetrari. Quarta, an opus sit Regia nominatione. Quinta, an Arestum latum in vtilitatem d Lordat noceat quominus impetrari possit d. Episcopatus. Sexta, an d. Lordat qui possedit d. Episcopatum per decem annos possit iuuari Decret. de pacific. possess.

Inuocato diuino numine breui dico dictum Epi-
4 scopatum vacare, † tum quia accelerata fuit confirmatio, ideo non valuit, c. fin. de elec. in 6. nam causæ cognitio in cōfirmatione (saltem ex officio) debet interuenire. c. cum nobis. & c. venerabilem, de elec. itaque debet confirmans ex officio, tanquam ex negotio inquisitionis procedere, & omnem adhibere diligentiā vt tam forma electionis, quàm merita electi, & omnes circunstantiæ examinentur. text. in §. facta. de ele. in pragm. vbi glo. dicit debere inquirere de irregularitate, & legitimatione, de eligentibus, & an sit facta in concordia, de zelo, de merito, & an electio redundet in perturbationem Regni vel patrię, sed hoc non fecit confirmans, ergo confirmatio non valuit.

Item probatur arg. à sufficienti partium enumeratione sic, quia aut electores non habuerunt priuilegium electionis, aut habuerunt: si non habuerunt, nō potuerūt eligere, & si elegerint, illa electio est nulla. §. 1. in uersi. decernentes de Regia ad pręla. no. & de quo operatur illud priuilegium tradit. de Ripa. in lib. 2. responsorum c. 17. facultas.

5 † Si verò electores habuerunt priuilegium, adhuc confirmatio, & sic electio non valet, quia est accelerata, & quamuis fuisset optima, tamen quia de Lordat commisit simoniam, ideo per illam simoniam cēsetur vacare: vt dicetur in 2 quæst.

Item posito quod valuisset electio etiam per Cōcordata, tamen quia redundabat in regni, & patriæ pertur-
6 bationē, non potest sustineri, † quia Episcopatus Appamiarū est situs in partibus limitrophis regni, ideo nullus recipi potuit ad eū sine regis prmissu. p text. & ibi gl. & doc. in l. 2. C. de fun. limitrophis. lib. 11. nā istud priuilegium semper censetur exceptum, per text. in authen. qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi. oporteat. Bened. in rep. c. Raynutius. in verb. & vxorem. nu. 405.

de testam.& tunc rex cum habeat interesse, poterit se opponere,& debet audiri, teste Innoc. in c. super his. col.3.nu.13.de accusat.quem sequitur Panor.ibi.& in c.cum terra.col.1. & c. quod sicut.de elect. doct. in c. relatiua.63.dist.sed rex non fuit auditus,quia eius procurator consensit,ergo non valuit, vt plenè scripsi in Concord.in §.pen.rub.de nomin.reg.

Secũda quæstio est,quo genere vacet,& dico quod per inhabilitatem & incapacitatem ipsius Lordat, vt-
7 pote quia est (vt præsupponitur)symoniacus. † Et symoniacus est ipso iure priuatus.c.insinuatũ de symo. vbi text.vtitur verbo,admoneas, quod denotat executionem,& sic factam priuationem.c.Abbate sanè, in princip.ibi petijt eidem monasterio adiudicari,& vos exinde amoueri,de re iudic.in 6.Anto.Butr. in c.si de post.col.2.probatur in extra. cũ detestabile. de symo. in communib.vbi symoniacus tenetur ad restitutionem fructuum perceptorum post commissam symoniam: ergo erat priuatus,quia priuandus lucratur fructus vsque ad sententiã priuationis.glo. sing. in auth. de incestis nuptijs.§.1.in verbo imminere.colla.2.& facit in c.non secũdum leges.de heretic. in 6. & est priuatus non solum beneficio in quo commisit symoniam, sed etiã alijs, sicut de periurio concludit Fel in c.tua nos.de iureiurando. & sic nõ fuisset approbatus per Papam.& d.de Pinu translatus, tunc censetur per mortem ipsius vacare dictum Episcopatum.

Non refragatur si dicatur quod vacauit per mortẽ
8 des Puis ad Episcopatum de Rieux,†quia per adeptionem secundi beneficij incompatibilis vacat primum. c.de multa.de præben.extra. execrabilis, illo tit. extra. Io.22. Respondeo quod licet ista vera sint in beneficijs minoribus,non tamen in Episcopatibus,quia per
9 adeptionem beneficij incompatibilis, † nõ vacat Episcopatus,tex.in c.cum nostris.vbi doct.de conces.prebend. nec per adeptionem secundi Episcopatus vacat primus,sine licentia Papæ.Sed vtroque priuari per Papam debet religionis ratione.c. tãto. de translat. episc. & ibi Anto.Butr.hoc expressim dicit.in fi, Nã per electionem & confirmationem, vel per prouisionem factam per Papam est contractum matrimoniũ, inter
10 electum vel promissum, & ecclesiam † quòd matrimonium spirituale dissolui non potest sine Papæ facultate.cap.inter corporalia.de translat.episc.itaq; des Puis Episcopatum Appamiarum dimittere sine Papæ licentia non potuit,& ideo si Papa non cõcesserit nec transtulerit ad episcopatum Riuensem vacauit Episcopatus Appamiarum, per mortem de Pinu, si hæc translatio facta fuerit de Papę licentia, dando ius
11 isti Lordat per cessionem de Pinu, † illa translatio (tanquam facta de inhabili)id est, de symoniaco non valet: & sic semper Episcopatus Appamiarum vacauit per incapacitatem.

Tertia quęstio quomodo possit impetrari postquã vacat.Respõdeo si cessio iuris fuerit facta per de Pinu in fauorem Lordat,coram summo Põtifice, & is transtulerit dict.de Pinu ad Episcopatũ Riuensem,& Lordat ad Episcopatum Appamiarum, debere impetrari per incapacitatẽ istius Lordat, & aliàs quouis modo.

Si verò tantum concesserit coram Parlamento, vt sentẽtia siue Arestum ferretur pro Domino Lordat,
12 † tunc deberet impetrari per mortem de Pinu,qui sine licentia Papę,non potuit Episcopatum dimittere, ideo tutius esset exprimere,siue per mortẽ de Pinu, siue per incapacitatẽ Lordat, siue aliàs quouis modo.
13 † Quartò,an sit opus regia nominatione? Respondeo,non: tum quod rex non nominauit intra sex vel nouem menses sibi præstitutos,in §.1. de regia nominatione:ideò ius deuolutum est ad Papam,& sic iure deuoluto Papa prouidebit, c.ne pro defectu. de electi.c.2.de conces.præbend.

Nec obstat quod Rex potest nominare quomodocunque vacat Episcopatus,per dictum.§.1. ibi vacantibus. vbi indefinitè loquitur, & sic quomodocunque
14 uacet, etiã per cessionem. † Respondeo uerum esse (ut ibi scripsi) Regem prouidere posse quomodocunque uacaret, dum tantummodo nominaret intra sex uel nouem menses,intra quos non nominauit: ergo non potest nunc nominare,cum ius sit ad Papam deuolutum: nec poterit purgare moram.glo.& doct.in dicto cap.2.de conces. præbend.

15 † Nec refragatur quod isti sex,vel nouẽ menses, debeant cõputari a die notitię vacationis per c. quia diuersitatem.de conces.præb.& ita tenuit Io.Dayma.in Concord. rub. de nomi. Regia. in verb. a die vacationis.& ideo quia nunc venit ad notitiam Regis nunc poterit nominare.

Respondeo non esse verum, quia in Concord.dicitur computari tempus a die vacationis: ergo nõ quęremus notitiam,postquam enim text.hoc expressit illi standum est. Nam in claris non est locus coniecturis.l.continuus.§.cum ita ff.de verb.obligat.sed in illo tex. est clarum & expressum computari a die vacationis,ergo ab illo die computabitur, quia non aliter recedendum est a verbis nisi constet de mente.l.non aliter.ff.de leg.3. sed hic non constat de contraria mente: ergo verbis text. stabimus.& pro ista sententia est text.formalis.in c.statutum. de præbend.in 6.vbi dicit mensem datum summo Pontifici computari a die quo vacauerint beneficia: ergo dixit glo.ab omnibus approbata in illo casu non requiri notitiam,quia tempus tunc introducitur & datur in fauorem ecclesiarũ, ne diu vacent:ideo sic computabitur,nam possent vacare Ecclesiæ Franciæ diu si tempus a die notitię computaretur,& huic sententiæ uidetur inhærere Panor. in repet.c.cum esses. col.vlt. de testam.facit c.placuit. 16.q.3.& nunquam Papa per deuolutionem posset conferre, quia rex diceret se ignorasse vacationem: quare stabimus textui sic dicenti.

Nec obest c.quia diuersitatem,quippe qui loquitur quando simpliciter dicitur intra sex menses, vel tale tempus prouideatur, nam tunc computatur illud tẽpus a die notitiæ:& ita intelliguntur iura cõtraria: sed
16 † quando text. vel constitutio dicit intra sex menses debere aliquid fieri a die conuentionis vel cõtractus, seu vacationis,tunc non inspiciemus aliam notitiam: & ita loquitur.§.primus.de regia.ad prælat.non facienda.qui decepit Io. Dayma,eò quòd non ponderauit illud verbum:nam expressum facit cessare tacitum.l. cũ filio.§.filio. ff. de vulgar. & ita conuenit Papa cum rege,cui contractui standum est,& quamuis durum sit, tamen tenendum.l.prospexit.ff.qui & a quib. itaq; in principio poterat Rex refragari,& aliter conuenire secundum ius,id est,ut a die scientiæ, tantum computaretur idem tempus,sed postquam ita consensit,ita & nos consentire debemus,ut abunde scripsi in dicto §. 1.de nomi.regia contra Io.Dayma. quẽ ibi reprehẽdi.
17 † Quintò,an arestũ prolatum in vtilitatem d. Lordat noceat ne impetratio fieri posfit. Respondeo, quod non:quia quãuis sententia inducat probationẽ, nam res iudicata pro ueritate habetur. l. res iudicata. ff.de reg.iur.l.ingenuum. de statu ho. & tantum operatur sententia ad probandum, quantum operantur test s ad iustitiam.Bald.his verbis utitur.in l.1. col.ult.
18 C.de falsa cã adiecta lega. tamẽ in petitorio non sufficit ostendere sententiam pro se latam in Palatio cõ-

tra

tra alios, sed in possessorio sufficeret ad colorandum titulum, quia non est verisimile quod Palatium pro aliquo iudicasset nisi de iure suo docuisset. Hoc expressim tradit Aegid. Bellamera in decis. 578. spoliatus, & Feli. in c. cũ venerabilis. col. 13. de excep. refert Hyppoli. in rub. de proba. fol. 20. ergo illud arestum non nocet.

19 † Nec probãt illa verba narratiua uisis libello, litis contestatione, & aliis. &c. tum quia pars altera non erat præsens, & quia istis solemnitatibus partes renunciare non poterant. Bart. in l. prolatam. C. de sent. & inter. omnium iudic. demum quod sententia lata super causa beneficiali non transit in rem iudicatam quoad iudicem. Domi. in c. 1. de litis contesta. in 6. licet secùs quoad præiudicium partis. glo. sing. in c. 1. de cõcessio. præbend. quàm ibi doct. probant.

20 † Vltimò an d. Lordat possessor decẽnalis gaudeat decreto de pacifi. possess. Respondeo, quod non, quia inhabilis non iuuatur illo decreto, vt dixi abunde in tracta. de pacific. possess. limita 4. quia possessio longi temporis non reddit habilem incapacem. cap causam & c. accedentes. de prescrip. Ioan. And. per illum tex. in c. 2. de præbed. in 6. quia inhabilitas non præscribitur, vt ibi plenissimè dixi: hìc non repetã, sed claudam.

RESPON. XIIII.

Episcopus solutus an sit legibus monachatus.

SVMMARIVM.

1 *Monachus licet fiat episcopus, non ideo est solutus legibus monachatus, aut regulæ, ibi & infra declaratur.*
2 *Ea quæ sunt de substantia regulæ tolli non possunt.*
3 *Monachus dicitur mortuus mundo, & viuere Deo.*
Res semel extincta, amplius reminiscere non potest, ibidem.
4 *Abbas monachum præfectum hospitali inuitum reuocare potest.*
5 *Monachus acquirit monasterio, cuius est monachus.*
6 *Monachus Episcopus non portat Rochetum.*
7 *Monachus factus Abbas non desinit esse monachus.*
8 *Dignitas facit ascendere, sed non liberari monachum à substantialibus regulæ.*
9 *Monachus factus Episcopus admittitur ad successionem.*
10 *Monachus Episcopus quod querit, id querit Episcopatui non monasterio.*
11 *Monachus factus Episcopus solutus intelligitur ab obedientia.*
Episcopatus liberat à patria potestate. Ibidem.
12 *Monachus factus Abbas alterius monasterij liberatur à iugo primi.*
13 *Monachus peculium habere potest.*
14 *Monachus dispensatus, vt nuberet.*
15 *Monachus factus Episcopus in quibus sit liberatus à regula monasterij, & in quibus non.*
16 *Dispensatio super substantialibus regulæ fit à solo Papa.*
17 *Papa non posset dispensare super substantialibus regulæ sine causa.*
18 *Diuerso iure quomodo eadem res censeatur.*
19 *Patria potestas est indiuisibilis.*
20 *Papa plenariam potestatem habet maxime in beneficialibus.*
21 *Monachus non debet esse deterioris conditionis, quàm alius non monachus.*
22 *In monachis quodlibet beneficium est incompatibile ad aliud.*
Papa conferens beneficium ex certa scientia videtur dispensare. ibidem.
23 *Monachatus qualitas semper est exprimenda.*
24 *Monachus non potest esse Iudex delegatus, nisi hoc ei per clausulam ex certa scientia concedatur.*
25 *Monachus prohibetur eligi in Abbatem alterius ordinis.*
26 *Nominatio regis debet esse de religioso eiusdem Ordinis.*
27 *Voluntas, & potestas sunt effectus humanorum actuum.*
28 *Pluralitas beneficiorum est damnosa in monachis.*

1 AN † monachus factus Episcopus, solutus sit legibus substantialibus monachatus, & regulæ? an desinat esse monachus, & uidetur quod non: primo à nomine si arguere liceat, ut Iurisconf. in simil l. 2. §. mutui datio. ff. si cert. peta. doc. in c. 1. de iudic. dicemus monachum dici à monos quod est vnus, & achos quod est tristis, quod unus tristis in monasterio esse debeat. c. placuit. 2. & c. si cupis, 16. q. 1. glo. in l. decernimus. C. de Episc. & cle. & monachus propriè dicitur solitarius, quia debet hominum vitare consuetudinem, & non docentis, sed plangentis officium habet. c. monachus ibidem, & debet totis (vt aiunt) neruis ad hoc attendere, vt status eius cum suo nomine concordet: nam vt piscis sine aqua caret vita, ita monachus sine claustro. d. c. placuit. ergo si habeat nomen Episcopi post Episcopatum, igitur & effectũ habere debet. l. à nullo. C. de fer. c. cor Episcopi. 68. dist. & sic postquam est monachus post Episcopatum, ergo legibus monasterij non est solutus.

2 † Secundò ea quæ sunt de substantia regulæ tolli nõ possunt: vnde Bapa de monacho non monachum facere potest: sed quod monachus habeat proprium, & quod non sit subiectus regulæ facere nõ potest. doc. in c. cum ad monasterium, per illum tex. de statu. reg. ergo Episcopatus nõ soluet istum monachum à substantialibus regulæ.

3 † Tertiò monachus est mortuus mundo, viuit autẽ Deo. & sic quoad actus ciuiles mortui censentur. c. placuit 2. quæst. 7. vbi glo. l. Deo nobis. C. de Episc. & cleric. licet quoad actus naturales non sint mortui. glo in auth. idem est. C. de bonis quæ liber.

Ergo non possunt reuiuiscere per Episcopatum, qa res semel extincta amplius reuiuiscere non potest. l. qui res §. aream. ff. de solut.

4 † Quartò si Abbas exemptus prefecit monachũ suum hospitali, potest eum reuocare inuitum, & sine Episcopi consensu: nec per talem promotionem fuit absolutus à iugo claustrali, cum nec nolle, nec velle habeat. cap. si religiosus. de elect. in 6. sic expressim consuluit Federic. consil. 134. casus talis est, quidam Abbas, &c. Idem videtur dicendum si præficiatur ad aliam dignitatem, uidelicet Episcopalem, seu aliã quamcunque.

Quintò dicit Bart. in l. penult. in fi. ff. de stipula. seruo. & in l. si quis. §. interdum. de vsufruct. quod si monacho est commissum regimen alicuius ecclesiæ ab Abbate suo 5 † illud quod monachus querit aliun-

aliunde quàm ex re ecclesiæ, quod illud acquirit principali monasterio cuius est monachus, & sub cuius obedientia durat, & semper remanet monachus.

Sextò, expressè dicit Guillel. & ibi Bonifacius post
6 eum in Cle. ne in agro. §. rursus. in fi. de statu monachorum, quod monachus factus Episcopus non portat rochetum (vt verbis suis vtar) super scapulare suum, etiam si esset Cardinalis: nec potest portare aliū colorem quàm antea, nec habitum dimittere propriū c. penul. § fi. de vita, & honesta. cleric. Bertach. in tract. de Episco. in 2. lib. q. 39. ergo non est solutus per Episcopatum.

Septimò monachus testari non potest, quia nihil habet. authen. ingressi. C. de sacrosanc. eccle. cap quia
7 19. q. 3. etiamsi fuerit factus Abbas † quia non desinit esse monachus. c. fi. de symo. vbi doc. quod procedit etiam in monacho facto Cardinali, secundùm Bald. in authen. licentiam. C. de Episco. & cleric. dicentem quod nulla dignitas monachum liberat à substantia-
8 libus regulæ. † nam dignitas facit quem ascendere, sed liberari à substantialibus regulæ, & descendere in deteriorem statum minimè. c. statutum, 18. q. 1. sic consuluit Bertrand. consil. 100. visis propositis. in princ. vol. 1. sed vide primam editionem Marti. Lauden. in tract. de Card. q. 59. Imo si efficiatur Papa non liberatur à potestate, allegatur glo. in c. quam sit. 18. q. 2. quod parum tamen probat, & hoc casu putarem eum liberari quia absurdum esset illum esse in potestate, sub cuius potestate omnes alij sunt. cap. cuncta. 9. quæst. 3.

Octauò, facit cle. in plerisq; de elec. ubi religiosus prohibetur fieri Episcopus, & quamuis fuerit effectus Episcopus, dicit tex. sub religionis, ac monasterij sui prelato semper erit, sic degat humilis, iaceatque prostratus. Igitur est ibi text. quod per Episcopalem dignitatem monachus non est solutus regula monacha-
9 li. † In contrarium facit tex. in c. statutum. 18. q. 1. vbi monachus factus Episcopus admittitur ad successionem, velut legitimus heres, & quia si restitutus succedit (vt probat Bart. in tracta. minorita. in fi. per l. 1. de in integrum restitut. quamuis in hoc regno non reciperetur) acquirit ipsi monasterio dictam hæreditatem.

10 † Secūdò monachus factus Episcopus quicquid quærit post promotionem quærit Episcopatui non monasterio primo. c. cum olim. in 2. & ibi Anchar. no. 10. de priuileg. ergo est solutus primo monasterio.

11 † Tertiò, dicit gl. in d. c. statutum. 18. q. 1. quod monachus factus Episcopus absoluitur ab obedientia, qa est factus de filio pater, item à monachali regula, in ieiuniis, vigiliis, & modo cantandi, & silentio, cum tubam præconis habere debeat. c. sit rector. 43. distin.

Quartò, Episcopatus liberat à patria potestate, authen. sed Episcopalis dignitas. C. de Episco. & cleric. ergo, & monachum liberabit à regulis monasterii, qa patria potestas ratione quadam naturali introducta est à iure ciuili. vt in §. 1. de patria potestate. in Insti. not. doct. per §. 1. itaque in authen. de hæredi. & fal. colla. 1.

12 † Quinto, monachus factus Abbas alterius monasterii absoluitur à iugo primi. doc. in c. nullus, & c. si Abbatem. de electio. in 6. Cle. 1. illo titulo. ergo, & multò fortius quando est factus Episcopus. Et ideo Pet. Ancha. in Cle. fi. de electio. reprobat glo. in c. quàm sit. 18. q. 2. dicentem per Papatum monachum non liberari: nam hoc est falsum, vt etiam plenè probat Barba. in tract. de præstan. Cardi. in 1. q. primæ partis, in fi. vt superius dixi.

13 † Sextò, monachus potest peculiū habere de licentia Abbatis. c. cum ad monasterium. Panor. in c. cum edoceri. col. 2. de rescrip. ergo, & multò fortius Papa poterit hoc concedere concedendo Episcopatum.

14 † Septimò, Papa dispensat in cōtinentia quando se queretur pax vnius regni pro vtilitate maxima regni: vnde in Francia dispēsauit cum filio Regis monacho, vt nuberet, patet in Histor. Galliæ, & quod hoc possit firmat Archi. in c. sunt quidam. 25. q. 1. & refert Propo. in c. non dicatis, co. 3. in 12. q. 1. Io. An. in reg. actus legitimi. & in reg. semel Deo. de reg. iur. in 6. in Mercurial. Anto. & communiter. doct. in d. c. cum ad monasterium, post theologos Thomam, & alios in 4. senten. sic etiam poterit absoluere monachū à iugo monachali, dando Episcopatum, & constituendo eum patrem: facit ideo non subditum.

15 † Breui dicendū est, monachum factum Episcopū solutum esse à regula monastica quatenus contraria est dignitati Episcopali, sed quatenus est conueniens nō: & ideo adhuc testari non potest, quia monachus est. teste in additio. ad Specul. in titul. de statu monach. q. 23. vide tex. in d. c. statutum. 18. q. 1. qui dicit vt monachus quem electio canonica à iugo regulæ monasticæ professis absoluit, id est ab onere, & labore professionis monasterii, & ideo ieiunare sexta feria, secundùm regulas monasterii, vel vigiliis interesse non tenetur: sed non dicit tex. prorsus absolutū monachum esse propter Episcopatum.

Et ideò bona quæsita post Episcopatum adeptum quærit ecclesiæ Episcopali, teste Specul. in d. titul. de
16 statu mona. q. 23. p d. c. 1. 18. q. 1. † & sic solus Papa super substantialibus regulæ dispensat, non alius. & hoc in casu generalis necessitatis, teste Præpos. in d. c. non dicatis. col. 3. 12. q. 7. & ideò Papa assumendo monachum ad Episcopatum, videtur secū dispensare, quæ dispensatio extenditur ad necessaria consequutiua gl. sing. in cap. quia in tantum. de præben. Feli. in c. postulastis. de rescript.

17 Non obstāt notata in d. c. cum ad monasteriū † vbi Papa non potest dispensare super substantialibus. Respondeo uerum esse indulgendò id: gratiosè concedendo, & sine causa, sed cum causa sic, cum omnia sint ei necessaria per illud verbum quodcunque solueris, glo. in c. non est de voto. c. sunt quidam. 25. q. 1. Et cum monachi sint mortui mundo, Papa non viuificat eos mundo, cum remaneant, quoad se, adhuc mortui, in his quę sunt accessoria, ad dispensationē probibitionem specialem, ex magna causa relaxat. c. de illo. vbi Præpos. 32. dist.

18 † Non obest quod vna res nō debet diuerso iure cēseri. l. eum qui. ff. de vsuca. verum est regulariter tamē in multis casibus diuerso iure censetur: probatur in l. 2. ff. ad Macedo. vbi filiusfa. loco patrisfa. habetur. probatur in l. si seruo. ff. de hered. insti. & in casibus 8. quos collegit Rochus Curtius in repe. c. fi. in glo. vilis. de cōsuetud. probatur de filiofa. adepto Episcopatum, vt in quibusdam sit patri subiectus, in his quæ compatiuntur cum dignitate, in aliis sit solutus patria potestate. no. doct. in d. authen. sed Episcopalis dignitas, & in l. fi. C. de Decurio. lib. 10. adeò quod monachus factus episcopus non excusatur à vita monachali. tex. in cap. quia tua. 12. q. 1. vbi Præpo. in 1. not. facit gl. in c. de monachis. 16. q. 1. & ideò non excusatur à voto paupertatis. d. c. quia: eò quod nihil habet proprii, sed tanquam Episcopus erit dispensator communium bonorum Ecclesiæ. Præpos. in d. c. non dicatis. col. 4.

19 Item sicut patria potestas est indiuisibilis, nec potest in duplici statu cōtrario esse l. 1. §. 1. C. de Latina liber-

berta.tollend. Et ideo patet quoad unum actum, non potest filium emancipare, Bal.in l.senium. C. qui testa.facere possunt: licet Bart.contrarium tenuerit, quē reprobant ibi doc.in l.1.§.filii. ff. ad Trebel.facit.l.si tibi.ff.de adop.l.si duobus.& l.si pariter. de libera.causa. vbi non potest quis esse pro parte in potestate domini,& pro parte non: sic videtur quod etiam non possit monachus, quo ad aliqua esse in potestate, & quo ad alia non. Respondeo, per dispensationem hominis hoc fieri non posse, vt iuribus prędictis, secus per dispē sationem iuris, per l.communium. de natura liber. & l.cum multa de bonis quæ liber.hoc nominatim docet Barba. in tract.de præstant.Cardi.q.1.partis primæ in fi.& sic concludendo ius potest facere monachum quo ad quædam, solutum à iugo monachali: & quo ad alia erit monachus, & ita fit quando est Episcopus.

Secunda quæstio est si monachus sit factus Episcopus & postea eidem per sedem Apostolicam conferatur Abbatia alterius ordinis, nō facta mentione, quod à primordio erat monachus antequā ad Episcopatū assumeretur, an talis prouisio sit ualida vel non.

Et videtur prouisionem valere, quia concludimus Episcopum liberatum à regulis monasticis, igitur poterit ei prouidere de Abbatia, & de aliis beneficiis, nō facta monachatus mentione, quia quo ad ista omninò censetur solutus: nam postquam Papa contulerat Episcopatum memor erat, & sciebat: ob id certus non amplius certiorandus est, per reg. eum qui. de reg. iur. in 6.

20 † Secundò, etiam probatur nempe cum Papa plenitudinē potestatis habeat.c. proposuit. de concessio. præb. & maximè in beneficialibus in quibus plenaria dispositio est, apud eum. c.2. de præbend.in 6.cle.1.vt lite penden.ergo potuit eum promouere ad Abbatiā, etiam si Episcopus antea esset.

Tertiò, probatur quod monachus potest eligi in Abbatem sui ordinis.c. si religiosus. & c.nullus. de elec. in 6. non alterius ordinis. cle. 1. de electio. multò fortius Papa poterit eum iam Episcopum promouere in Abbatem etiam alterius ordinis.

21 † Quartò, monachus nō debet esse deterioris in hoc conditionis, quàm alius non monachus, quia vbi spiritus Dei est, ibi libertas, & qui Dei spiritu aguntur, non sunt sub lege, quia lex non est imposita iusto, vt ait diuus Paulus.& in c.licet de regula. sed monachus ducitur lege spiritus: igitur ex hoc non debet deterioris fieri conditionis, quàm alius non monachus. In cōtrariū videtur prouisionem subreptitiam, & sic nullā.

22 † Primò, in monachis quodlibet beneficium est incompatibile ad aliud.c. cum singula. de præben.in 6. imo nisi primum dimittat eo ipso efficitur ineligibilis & ab vtroque penitus repelli debet, vt ibi dicitur: ergo multò fortius Episcopatus erat ei incompatibilis, cum Abbatia.cle.quia regulares.in fi. de supple.negli. præla. Ioan. Andr. in regul. quæ à iure. de regul.iur.in 6.in Mercurial. & sic non valuit collatio Abbatiæ isti monacho Episcopo, nec prouisio etiam à Papa.

Secūdò, licet Papa ex certa sciētia si conferat videatur dispensare.l. Barbarius Philippus. ff. de offic. Prætor.l.quidam.de re iudic.tamen hic non interuenit sciētia Papę, quia monachatum non expressit in prouisione, & verisimile est, quod si Papa sciuisset illum monachum, quod non dedisset ei Abbatiam cum Episcopatu, cum pauperes esse debeant nō sic plura habere maiora beneficia.

Tertiò, præcepit sancta synodus, vt quicunque de Pontificali dignitate habituque ad monachorum vitam, & pœnitentiæ descenderit locum, nequaquam ad Pontificatū resurgat.c hoc nequaquam.7.q.1.postquā ergo prohibitio maior est in monacho, q̄ in alio: ergo maior debuit fieri expressio, & illius qualitas.

23 † Quartò, quod qualitas monachatus sit exprimēda patet, quia difficilior fuisset Papa ad concedendum religioso quàm seculari: ergo hoc debuit exprimi per tex. in d. cap. postulastis. de rescrip. vbi Felin. colum.4.plenè docet Panorm. & alii in cap.super literis.de rescrip.

Quintò, cōfirmatio simpliciter de beneficio à Papa facta monacho non valet, nisi fuerit ex certa scientia Papæ, vt asserit Panor. in c.nisi essent.in fi.de præbend. & Cardi. in cle. vna in verb. reuocari. de supplen. negli. præla. multò fortius dicemus in monacho iam effecto Episcopo. vt si postea conferatur Abbatia simpliciter, quod non valeat prouisio si non sit ex certa sciētia Papæ, videlicet sciens, & exprimens eum esse mo-

24 nachum † & non potest monachus creari iudex delegatus, nisi ex certa scientia Papæ. cle. & si principales. de rescrip. quæ certa scientia probatur quando in literis est expressa. glo. in cap. statutum. in princ. in verb. literarum.de rescrip.in.6.quod non est hic, ergo, &c.

25 Sextò, hoc probatur maximè, quia prohibetur qs eligi, & promoueri in Abbatem alterius ordinis cle. 1.de elec. ergo si Papa sciuisset istum esse religiosum alterius ordinis, facilè non contensisset contra iura.c. quam sit.18 q.2.c. inter quattuor. de maior. c. nullus. c.si religiosus.de elec. in 6. quia rationi non conuenit vt homines disparis professionis in simul cōiungātur. d. cle. 1. & sic Papa contra rationem non fecisset sine causa, quam oportebat exprimere.per glo.in cap. nō est de voto.

Septimò, hoc prohibetur in Concordatis, in §.mo-

26 nasteriis. de nom. reg. † quod Rex non possit nominare religiosum alterius ordinis: igitur si Papa sciuisset istum esse alterius ordinis, nunquam illi prouidisset contra Concordata veniendo. Imo. in rub. de firma, & irreuocata. Concord. stabilitate annullat omnia in contrarium facta etiam ab ipso: igitur est nulla prouisio huius Abbatiæ tanquam subreptitia.

Non refragantur prædicta, primo quod esset Episcopus, quia esto sanè quod sit Episcopus, verè tamen est monachus, vt in præcedenti quęstione conclusimus: nec est memor Papa illorū quæ fecit. c.ex parte. 1.de offic.delega.ideo debet exprimi etiam in secunda dispensatione prima. c. 2. de filiis presbyter.in 6. sic & in secunda prouisione debet fieri mentio primæ.c. ad aures.& c.si proponente.vbi doct. de rescrip.sic,& in hac prouisione. Nec obest quod Papa plenariam habeat dispensationem, quā fatemur, sed dicimus quod noluit conferre, & fuit deceptus eò quòd non fuit ei expressa qualitas monachatus.ut dicit in simili Bal.in c.cum olim. de re iudic.ideo Iuriscon. ait in l.1.§.siquis adita. ibi possit si volet.ff. ad Tertul. nam duo sunt ex quibus humanorum actuum constat effectus, uidelicet voluntas, & potestas, quorum alterum si desit nihil est quod explicari possit. teste Bal.in c. cum contingat, nu.10. col.4. de iureiuran. & in l.cum te. col.1. C. de dona. ante nup. igitur cum Papæ non sit expressa qualitas monachatus non est verisimile quod voluerit conferre Abbatiam huic monacho Episcopo: ergo ex defectu voluntatis non ualet dicta prouisio.

Nec in hoc monachus est deterioris conditionis, q̄ alius, qa si secularis haberet qualitatē aliquā: vt pote illegitimitatē illā exprimere deberet, vt plenè cōcludit Fe.in c.in nostra.de rescr.ergo & monachus illam qualitatē exprimere debet, & maximè in pluralitate

28 beneficiorū † quæ ipsis maximè est dānosa, cū dissolutionis

tionis ac euagationis contineat materiam. c. cum teneam ur. de præben. quæ religiosis præ cæteris est aufe renda. d. c. cum singula. Et sic concludo prouisionem factam de Abbatia monacho effecto Episcopo, non expressa qualitate monachatus subreptitiã esse, & sic nullam, cũ etiam non expresserit alia superius scripta.

RESPON. XV.

De indulto concesso Senatoribus, & an graduatis, & nominatis præferantur.

SVMMARIVM.

1 *Graduatus nominatus in suis mensibus præfertur Senatori secundum indultum regium.*
Prior in tempore potior in iure, ibidem.
2 *Nominationes vniuersitatum ortæ sunt ex consilio generali.*
3 *Pauperes diuitibus in collatione beneficiorum præferendi sunt.*
4 *Ratio naturalis ad conseruationem, non ad destructionem tendit.*
5 *Compensationis causa datum non reuocatur, nec etiam prætextu ingratitudinis.*
6 *Status Ecclesiæ, vel regni non potest peruerti per Papam, etiamsi simul Regis authoritas interueniret.*
7 *Eugenij bulla circa nominationem regiam de Senatori. faciendam non extat.*
8 *Expectatiuæ sunt in regno sublatæ.*
9 *Approbatio apæ ĩtelligitur fieri sine præiudicio alterius.*
10 *Restitutio concessa à Principe ad bona confiscata, sine præiudicio tertij facta intelligitur.*
Publica vtilitas præfertur priuatæ, ibidem.
11 *Priuilegia sublata per præscriptionem innouari non debent, nisi vocatis vocandis.*
12 *Exceptio non comprehendit ea, quæ non sunt de genere regulæ.*
13 *Papa in dubio non videtur præiudicare iuri tertij.*
14 *Mandatarios excipiendo Papa, uel Rex, in indulto concesso Senatoribus, uidetur etiam alios excipere, in quibus est eadem, uel maior ratio.*
15 *Generaliter dispensare plus est, quàm regulariter.*
16 *Exceptio non firmat regulam, in casibus sub regula non comprehensis.*
17 *Concordata facta per uiam contractus inter Papam, & Regem, & regnicolas.*
18 *Cõstitutio transiens in contractum reuocari non potest.*
19 *Concordatis non potest derogari, nisi contrario dissensu omnium, qui super his suum consensum adhibuerint.*
20 *Concordatis non derogatur prætextu quarũcunque gratiarum, seu literarum Apostolicarum.*
21 *Derogationis clausula apposita annullat omnia in contrarium facta, nisi expressa fiat mentio illius clausulæ.*
22 *Confirmatio, uel approbatio eius, quod nullum est, nihil proficit.*
23 *Approbatio non tenet facta ad relationem cuiusdam simpliciter, nisi cum certa scientia.*
24 *Approbatio præsupponit, & confirmatio aliquid prius esse.*
Confirmationis natura est robur addere confirmato non ipsum extendere. ibidem.
25 *Bulla Eugenij indulget tantum Consiliarijs non habentibus aliquod beneficium.*
26 *Declaratio Regis super indulto Senatoribus concesso nihil ualet.*
Iudex mentem libelli, uel testium declarare non potest, ibidem.
27 *Declaratio contraria decisioni concordatorum nulla est.*
28 *Verisimile non est Papam voluisse vno verbo tollere concordata.*
29 *Importunitas uitiat declarationem, à Papa, vel Rege factam.*
30 *Papa circunuentus præsumitur, quando agit contra suã pronuntiationem.*
31 *Clausula generalis non obstantibus, non potest tollere priuilegia in corpore iuris clausa.*
Priuilegium concessum alicui quando est insertum in libro statutorum ciuitatis, vel curiæ, tunc quantumcunque omnia priuilegia, Princeps annullet, & casset, illud tamen non videtur cassare, ibidem.
32 *Ius quando Ecclesiæ ex contractu est acquisitum, licet postea contractus reuocetur, Ecclesiæ præiudicium non infertur.*
33 *Mutanda non sunt, quæ certã habuerunt interpretationem.*
34 *Potestas legatorum à latere fortior est, quàm istius priuilegij Senatorum.*
35 *Bullæ in forma rationi congruit expediri debent intra sex menses à die coronationis computandos.*
36 *Concordata non sunt constitutiones Apostolicæ.*
37 *Tollere, & ad longum, & incertum tempus differre æquiparantur.*
Iudicium est idem, de his quæ non sunt, & non apparent. ibidem.


NDVLTVM concessum est Senatoribus Parisiensibus, & priuilegium vt Rex eos, & singulos eorum collatoribus nominare possit, quibus collatores tenentur conferre beneficium ducentarum librarum. Ita tamen quod mandatariis præiudicium aliquod nõ afferatur. Dubitatur, an graduatis, & ab vniuersitatibus nomina
1 tis præferri debeãt? † Breuiter respondeo quod non. Imo nominati vel graduati vniuersitatum in mensibus illis deputatis, dictis Senatoribus præferuntur, & hoc demonstrari potest ex sequentibus.

Primò tempore prior iure est potior, regula iuris. Prior enim est concessio nominationum graduatorum, ergo & potior.

2 Secundò ratione originis. † Ortæ enim fuerunt vniuersitatum nominationes, & illarum materia à cõsilio vniuersali, & ea maximè ratione fuit (vt omnibus est obuium) vt docentis releuaretur necessitas, & via pateret discẽtibus ad doctrinam. c. quia. de Magist. & in præfa. ad rub. de collat. in Concorda. plenè descri
3 bitur, scilicet † quia pauperes in collatione beneficiorum diuitibus sunt præferendi. c. si pro clericis. c. si pauper. de præben. in 6. sed nominati pauperes sunt, nullum cõmunius habentes officium, nec beneficium, ergo præferri debent consiliariis habentibus stipendia ac patrimonium, & alia beneficia.

4 † Tertiò, ratio naturalis tendit ad conseruationem non ad destructionem. Inde est quod nominationes concessæ sunt vniuersitatibus Regni Franciæ, vt prædictas

dictas uniuersitates teneantur, & fruantur.§ itē placuit.de collat. in pragmat. quæ tamen cadent in irritū si isti præferantur. Nempè si hi Consiliarii nunc præferantur, postea alij per consequentiam præferantur: & sic nunquā erit prouisum graduatis, & nominatis.

Quartò, Præses Prouinciæ prouidere debet, ne tenuis vitæ homines prætextu aduentus officiorum, vnico lumine, vel breui supellectile ad aliorum usus translatis, iniuriis vexentur. l. illicitas. §. illicita. versic. ne tenuis. ff. de offic. Præsid. prouidebit ergo magnum cōsilium ne nominati pauperes, vnico lumine priuētur, id est suis nominationibus, quæ sunt illis vnica lumina, quia illis nullo modo prouideri speratur, quam p nominationes. Et quod hoc auferre est, eis auferre palladium, & procellum, vt dicit glo. in d. §. ne tenuis. quod nō debet fieri.

5 † Quintò, ob recompensationem datum tolli non potest etiam prætextu ingratitudinis. l. si pater. §. fi. ff. de donat. sed hæc priuilegia data sunt graduatis in cōpēsationem laboris, & bonorū in studio impensorū. aut. habita. §. ne filius pro pat. vbi doct. ergo ab eis auferri non possunt.

Sextò, si præferrentur peruerteretur, & immutaretur status ecclesiæ Gallicanæ, quia per concordata est prouisum tam Theologis, quàm aliis graduatis, de beneficiis vacantibus in tempore illis cōstituto. Et si præferri deberent Consiliarii ipsi possent habere præbendam Theologalē, & parrochiales ecclesias villæ muratæ. Et sic ecclesia non haberet Theologū, nec aliū qui resideret, & prædicaret. Nec est ratio, quod alii aliis præferantur, cum omnes sint nominati.
6 † Et quando peruertitur status ecclesiæ vel Regni etiam Papa derogare non potest. glo. & doc. in c. proposuit. de cō cess. præb. Nec Papa cum Rege, quia monstrum in regno generare non debent: ergo hoc monstrum non debet in regno ali.

Septimò, in procemio Concordat. Rex deformitatem tollit in suo Regno per quā literarum studiosi, & disciplinis liberalibus incumbentes sacerdotia adipisci nequirent, aut qui adipisci cuperent literarum studium abiicere, aut certè deponere cogerentur. Sed si Consiliarij pręferantur illis nominatis, quæ maior deformitas esse posset? ergo præferri non debent insequendo Regis voluntatem.

Octauò, argumento sumpto à sufficienti partiū enumeratione, quod est in iure validum. §. omnium.
7 inst. de act. vbi Angel. † Nam aut volunt præferri ex iure quod habent ex bulla, & priuilegio Eugenii, & non possunt, quia de illo priuilegio non apparet. Et si quis in aliquo documento alterius fecerit mentionē, nulla ex hac memoria fiat exactio. auth. si quis. C. de edend. Aut volūt habere ius ex ista concessione Pauli, & non possunt, quia innouatur, & approbatur tantū bulla Eugenii, si illa nihil dat: ergo nec ista. Nempè in principio indulti dicitur approbare, & innouare. Et in medio literas Eugenii prædecessoris huiusmodi cū omnibus, & singulis in eis contentis clausulis approbamus, confirmamus, & innouamus. Nihil ergo noui vult concedere: sed illæ litteræ erant subreptitiæ, & obreptitiæ, & à mala origine extractæ cum noluerint eas producere.

Nonò, hoc rescriptum est secundum formam de perinde valere, quod patet ibi, à nonnullis de viribus literarum prædictarum hæsitatur. Et ibi literarum prædictarum frustentur effectu, quia non tollit interim ius acquisitum tertio, cap. quamuis. de rescrip. in 6. Domi. consil. 11. & consil. 128. & Phillp. Probus. in c. fin. de consuetud. in 6. sed ius est acquisitū nominatis per Concordata. ergo illis non derogatur per has literas Pauli.

Decimò, Eugenius concessit suas litteras in forma
8 gratiarum expectatiuarum, seu mandatorum, † sed expectatiuæ sunt in regno sublatæ per Cōcordatum, & per Conciliū Basiliense, ergo, & illę literæ Eugenii, igitur non poterant confirmari, & approbari cū nullę essent. Si verò in forma mandati sint concessæ non possunt grauare ordinarium iam grauatum. in rubr. de mand. in Concordat. ergo Papa hoc excepit, quia voluit, vbi essent mandata, quòd in illis nō haberet locum ista concessio Eugenii.

9 † Vndecimò, quando Papa confirmat, & approbat actum intelligitur semper saluo iure alterius. tex. in c. super eo. de offi. delega. Bal. in l. 1. col. 1. ff. de cōst. princip. Si igitur Papa approbauerit priuilegium Eugenii, hoc sine præiudicio nominatorum ab vniuersitatibus & graduatorum, approbasse censetur.

10 † Duodecimò, restitutio quando à Principe conceditur, vt quis ad sua bona confiscata restituatur: intelligitur sine præiudicio tertii. l. Gallus. §. & quid si tantū. ff. de liber. & posth. doc. in c. intra quatuor. de maiorit. & obedient. Sed ista est quædam restitutio: nam consiliarii restituuntur ad gratiam Eugenii perditam: ergo sinæ præiudicio nominatorum, & graduatorum. vt plenè Dec. in d. c. super eo scribit, vt non pręiudicetur etiam in iure ad omne.

Decimotertiò, vtilitas publica priuatæ pręferri debet. l. vtilitas. C. de primipil. lib. 12. & si fuerit duplex vtilitas, illa quæ est magis communis est præferenda. Bart. & alii in l. 1. ff. solut. matrim. Sed vtilitas publica graduatorū totius regni est maior quàm vnius Curię: ergo illa pręferri debet, alias esset iura peruertere.

11 † Decimoquartò, priuilegia sublata per præscriptionem innouari non debent. c. cum dilecta, ubi Panor. de confirmat. vtili. saltem nō debent innouari, nisi auditis quorum interesse potest, vt ibi: sed interesse potest collatorum, & graduatorum: ergo illi sunt vocandi, & audiendi, saltem nunc in magno Concilio, & approbatio est subreptitia, quia præscriptio non est expressa à quo tempore, quia multi fuerunt Pontifices illius nominis. Non obstant allegata in contrarium primo, quod in indulto Senatorum non excipiuntur nisi mandatarii: ergo nominat, & graduati comprehenduntur, qa exceptio firmat regulā in casibus aliis.
12 Respondeo, multis modis. Primò, † quòd exceptio non comprehendit ea quæ non sunt de genere regulæ. Bar. Dec. & alii. in l. 1. ff. de reg. iur. Et ideo infert Petrus de Ancha. in c. 1. de offic. vic. in 6. & de reg. iur. in 6. in rub. q̄ si Episcopus dederit vicario potestatē faciendi oīa quæ potest Episcopus excepta collatione, non tamen intelligitur vicariū oīa posse quæ sunt Episcopo reseruata specialiter, quia non sunt de genere regulæ: sequuntur canonistæ in c. quoniam contra. de probat. Sed ista exceptio nominatorum, & graduatorum non est de genere regulæ: ergo non comprehenditur. Nempè summus Pontifex concedendo indultum Senatoribus uoluit quod executores deputati possint eis liberè p̄uidere: ita tamen q̄ præiudiciū aliquod non afferatur mandatariis Ergo voluit vt præiudicium afferretur nominatis, vel aliis Cardinalibus habentibus indultum: certè non valet consequentia. Nam Papa expresse reseruauit illud, quod eum tangit, videlicet mandatarios, sed noluit propterea præiudicare aliis, scilicet nominatis.

13 Item regula iuris est æqua, † quòd in dubio Papa vel Rex non uidentur velle præiudicare iuri tertii. cap. quamuis. de rescrip. in 6. & supra dictum extitit.

Item

14 † Item excipiendo mandatarios videtur excipere velle etiam eos in quibus est fortior, vel par ratio. §. porro. quæ fuit prima causa beneficij amit. sed fortior est ratio in nominatis quàm in mandatariis vt supra dixi propter vtilitatem publicam, & alia. Igitur. &c.

Præterea excipit mandatarios tanquam descriptos in Concordatis, per hoc volens ostendere quod non intendebat derogare Concordatis, & sic nec nominatis, & graduatis, qui ius ex Concordatis habent, nempè ita conuentum fuerat, vt illis Concordatis non derogaretur. Et excipiens vnum ex parificatis videtur ēt aliud excipere. c. de multa. de præben. hic excepit vnū: ergo & alios parificatos excepisse dicendum est.

15 † Item plus est disponere generaliter, quàm regulariter. tex. in cap. uenerabilem, vbi Panorm. colum. 2. de elect. & c. fin. vt lite non contest. Card. Alex. in c. synodum. 17. distin. sed quando Papa scribit generaliter, nulla facta exceptione, non includit iura Galliæ, & Concordatorum, vt notum est: ergo nec per illam exceptionem intendit ea tollere, & includere.

16 † Item exceptio non firmat regulam in casibus qui sub regula non includūtur. l. generali. §. vxori. vbi Bar. ff. de vsufr. legat. Nempe sub legato generali eorum quæ in domo sunt non veniunt venalia. §. idem quæsiit. ibidem. & l. si chorus. §. 1. & l. si ita legatum. de legat. 3. vnde exceptio ibi facta de argento, licet confirmet regulam, non tamen ampliat illam vt res venalis includatur, quę aliàs non comprehenderetur. Bart. in l. Lucius. §. pluribus. per illum tex. ad Trebel. Et sic exceptio non facit quod extendatur ad ea quę aliàs non facta exceptione sub regula comprehensa non essent. Aretinus consil. 8. abundè. in fi. sed sine hac exceptione non comprehenderentur graduati, ut notum est: ergo nec cum exceptione.

Item noluit Papa cum Rege nominatis, & graduatis derogare, nempè hoc dixerūt in rub. de firma. & irreuoca. Concord. stabili. in Concord. vbi sic inquiunt: concordiam illam inuiolabiliter obseruari desidera-
17 mus. † Illā verò cōtractus, & obligationis inter nos, & sedem Apostolicam prædictam ex vna, & præfatū Regem, & regnum suum ex altera partibus, legitimè inuiti vim, & robur obtinere, nec illi, & præsentibus in aliqua sui parte, per quascunque literas, & gratias p nos, & successores nostros desuper cōcedēdas derogari, clausulamque, cum earundem derogatione pręsentium tenore latissimè extendēda, ad quam eadem præsentes literæ, & earum tenor pro expressis habeantur, in quibusuis supplicationibus pro tempore signatis appositis, nihil penitus operari possint, & illius vigore in literis Apostolicis, super ipsis supplicationibus conficiendis, quicquam, per quod præsentibus, aut alicui particulæ de contentis, in eis derogaretur, seu derogari videretur, narrari nō possit. Cū si narretur nullum effectum, nec emolumentum consequatur, contra prædictam Concordatorum firmam stabilitatem, & irreuocabilem firmitatem.

Item paulo post dicunt, nec non irritum, & inane quicquid secùs super his, vel eorum aliquo, à quoquā quauis authoritate, etiam per nos, & successores nostros præfatos scienter, vel ignoranter cotingerit attentari decernimus.

In illo tex. sunt sequentia notanda. Primò, quod Concordatum fuit inter Papam, & Regem initum, ut inuiolabiliter conuenta in eis obseruarentur: id est sine violatione, & corruptione aliqua, exponit glo. in §. item sacramenta. de pace tenenda, & firm. iuram. in vsibus feud. Adeo vt hoc verbum tollat dispensationē in contrarium. glo. & doc. in auth. sacramenta. C. si aduersus vendit. vt in contrarium non valeat derogatio, quia aliàs inuiolabiliter non obseruarentur.

Secundò, disposuerunt quod vim contractus, &
18 obligationis habeant dicta † Concordata, sed quando constitutiones transeunt in contractum reuocari non possunt. Bart. in l. hi qui. C. de excus. muner. lib. 10. Rom. consi. 252. quæritur. col. 3. Rebuffi plenè in præfa ad reb. de collat. igitur contractui facto in commodum graduatorum non potest derogari sine uoluntate, & facto eorum: quia id quod nostrum est, sine facto nostro tolli non potest. l. id quod nostrum. de regul. iur.

19 † Tertiò, inter Papam, & sedem Apostolicam ex vna, & Regem, & regnum partibus ex altera fuere dicta Concordata: ergo unus sine altero derogare illis non potest, sicut facta venditione altera pars non potest ab ea resilire. l. 1. & sequen. C. quando liceat ab emp. disced. etsi sint plures partes omnium, tamen cōsensus requiritur: sic, & in derogatione Concordatorū requirebatur cōsensus sedis Apostolicæ, ac regni.

20 † Quartò, conuentum fuit vt non derogetur in aliqua sui parte Concordatis, per quascunque literas, & gratias à Romanis Pontificibus, vel à Rege concedendas, vt patet in d. tit. de firma. & irreuocab. si expressè non potest derogari Concordatis: ergo nec tacitè per aliquā exceptionem, vel aliàs, nempè quòd plus operetur expressum quàm tacitum. lege cum quid. ff. si cer. petat.

21 † Quintò, clausula derogationis Concordatorum annullat, & nihil penitus operari vult in contrarium. Imò quod nihil narrari possit, quod ad derogationem operetur, & certum est, quod tunc etiam in aliis actibus non posset derogari, nisi fieret mentio huius clausulæ. l. si quis in princip. ff. de leg. 3. sed hìc nulla est facta mentio: ergo non censetur derogatum.

Sextò, omnia irritat in contrarium attentata, etiā ignoranter. Et sic cum istæ decisiones sint lucidæ, & claræ, non debent timere iudices, secūdùm Concordata, contra quascunque alias literas, & indulta iudicare, & maximè contra istas literas subreptitias, & obreptitias.

22 † Septimò, quando non ualet principale, nec valebit approbatio nec confirmatio. text. in l. obligationes quæ. ff. de actio. & obli. vbi dicitur expressè quod obligationes, quæ non propriis viribus existunt, neq; officio iudicis, neque pretoris imperio, neque legis potestate firmari possunt: sed prima concessio Eugenii non valebat, quia secundam non habuisset: ergo illi stari non debet.

23 Octauò † quando approbatio est facta simpliciter, & confirmatio non valet. l. apud. §. idem Iulianus. ff. ad Trebel. sed ista confirmatio, imò verius approbatio fuit facta simpliciter, sine certa scientia, sed ad relationem, vt dicitur in princip. Nobis nuper exponi fecit, quod licet dudum fœlicis recordationis Eugenius Papa, & cæte.

24 † Nonò, approbatio, & confirmatio præsupponit aliquid prius esse Bal. in l. nominationes. in fi. C. de appel. sed nulla bulla Eugenii inuenitur: ergo non ualebit confirmatio, etiam si esset quod non reperietur. Confirmatio autem non extendit indultum ad casum, qui non includebatur in literis primis. arg. l. Aurelius. §. testamento. ff. de liber. leg. quia natura cōfirmationis, & approbationis est robur addere confirmato, non ipsum extendere. Bal. in l. si aduersus. in fi. C. si aduersus rem iud. consuluit Alex. consil. 122. ui-
25 so. in 4. vol. sed literæ † Eugenii volebant vt prouideretur tantum consiliariis non habentibus aliquod be-

beneficium, quod patet in bulla Pauli tertii, ibi de uno beneficio tantum ecclesiastico seculari.&c. ergo aliis non poterit prouideri habētibus aliud beneficiū: patet etiam ibi oportunè prouidere, & quia tanquam expectatiuæ conceduntur quæ non solent concedi habenti beneficium, etiam nunquam fuit cogitatum, quod laicis, & coniugatis daretur hęc nominatio, & nescio vnde tantus ortus est abusus. per l. meminerint C. vnde vj.

26 † Et sic declaratio Regis nō valet, tum quòd vnus, non possit declarare voluntatē alterius. Nempè Papa concessit dictum indultum, & nunc Rex declarat quod Papa intellexit consiliarios præferri graduatis, certum est quod declaratio facti alieni non valet. per l. idem Pomponius. §. fi. ff. de rei vendic. vbi doct. vnde non potest iudex mentem libelli vel testium declarare. teste Bal. in l. ea quæ. C. comminat. & epistol. & l. si vt proprius in fin. de execut. rei iudic. Deci in c. cum venissent col. ij. de iudic. quia solus scrutator mentis est Deus. c. nunquid Cain. de pęnit. distinc. j. c. tua nos. de symo. igitur quisque videre potest, hanc declarationem non valere quia eius est interpretari, cuius est condere. l. ita fidei. ff. de iure fisci. Bal. cōsi. 271. iste vol. 2. & in additio. ad Barba. in c. cum venissent. de iudic. sed Papa concessit ad petitionē regis, ergo Papæ erat declarare, & non regis, & hoc est tam tritum vt omnibus pateat.

27 † Secundò, quod esset declaratio contraria constitutioni Concordatorum & decisionum iam factæ, & quando declaratio naturam verborum offendit, & est contraria decisioni non valet. l. item veniunt. §. aptanda. ff. de petit. hæredi. gl. & Bal. in l. si vt proponis C. de execut. rei iud. sed ista declaratio omninò est contraria concordatis, ac iuri & verbis indulti, ergo nullius momenti erit.

28 † Tertiò, quia non est verisimile quod vno verbo velint concordata cū consilio facta tollere, & sic eneruare arg. l. si quando. C. de inof. testam. & graduatis & nominatis velle præiudicare non est verisimile, cum in dicta rubr. de firma. & irreuocab. concord. stabilit. fuerit dictum, non posse hoc fieri.

29 † Quartò, per importunitatem fuisse obtentam declarationem quilibet videre potest, & rescriptum per importunitatem obtentum nō prodest. l. j. C. de petit. bonor. subl li. x. Et præsumitur per importunitatem obtētum, quando per curiales & magnates princeps infestatur l. j. C. de fund. limit. li. xj. vbi Bar. & Rebuffi dicunt rescriptum à curialibus impetratum, quando affert alicui præiudicium esse ipso iure nullum.

30 † Quintò quando Papa aliquid facit contra suam pronunciationem præsumitur circumuentus. tex. notab. in c. cum olim de re iudic. vbi Bal. dicit esse not. dignum quod si rex Francorum contra suam pronūciationem aliquid concedat tacito de pronunciatione, concessio & declaratio est ipso iure nulla ut ibi per eos, sed hæc declaratio est omnino contra Concordata, ergo nullius est efficaciæ, & mirandum est cur etiā allegent.

Sextò, declaratio non facit utile quod est inutile. Oldrad. consil. 167. ante omnia. Sed supra probaui inutile esse rescriptum, ergo & declaratio.

Septimò, etiam noluerūt, quia non expresserunt &

31 † clausula generalis non obstantibus non sufficit, nec potest tollere priuilegia in corpore iuris clausa. gl. in l. 2. §. legatis. ff. de iudic. sed ista priuilegia graduatorum sunt clausa in corpore iuris. Ergo illis noluerunt derogare Papa & Rex, imo quando cōcessum est aliquibus priuilegiū, & illud insertum est in libro statutorū ciuitatis, vel curiæ tunc quantumcunq; princeps annullet, & casset omnia priuilegia non uidetur cassare istud insertum in libro statutorum. Cepol. cautel. 47. Sed hæc priuilegia Concordatorum, sunt inserta in libro curiæ & registrata ibi. Ergo illis non derogatur per clausulam non obstantibus. Et maximè uniuersitas Parisiensis habet priuilegium, vt nunquam comprehendatur sub literis quantumcunq; generalibus odiosis, de quo mentio est, ut dixi in scholasticorum priuilegio: penult. igitur ista declaratio non poterit obesse graduatis & nominatis.

32 Octauò, † si duæ partes contrahant, & ex illo contractu acquiratur ecclesiæ uel alteri, si postea reuocetur contractus non tamen præiudicatur alteri, quominus acquiratur l. quoties, C. de dona. quæ sub mod. Iason & alij in l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de uerb. oblig. & ista est communis opinio contra Bart. ibi secundū quam fuit prolatum arestum teste Bened. in repet. c. Raynutius in uerbo si absque. 2. nu. 123. & sequ. in substitu. fideicommissi de testam. igitur ex concordatis fuit acquisitum ius graduatis, quod non potest tolli etiam si contrahentes uellent.

33 † Nonò, minimè mutanda sunt quæ semper certā habuerunt interpretationem. l. minimè. ff de legi. sed semper etiam ante Concordatum ista fuit interpretatio Gallorum, quod priuilegia nominatorum, & graduatorum, & qualificatorū exciperentur, & si à Papa non essent excepta tamen curię supremæ hoc faciebant, nec fuit uisum à sęculo quod graduatis sit derogatum, ergo hic non derogabitur ex ista importunarum literarum impetratione.

34 Decimò, † fortior est potestas legatorum à latere quàm istius priuilegij senatorum, quia & à iure, & à Papa emanat. ut patet in rub. de offic. legat. & indultū tantum à Papa, sed si detur potestas legatis conferendi, etiam in mensibus graduatorū, intelligetur saluis priuilegiis graduatorum & semper curiæ supremæ, hactenus exceperunt tam in legato de Boysi, quàm de Prato & etiam nouissimi legati. Ergo & hæc interpretatio fieri debet si nolimus omnia Galliæ iura peruertere, imo etiam in indultis Cardinalium fuerant excepta, ergò & nunc excipi debent.

Vndecimò, subreptitia uidetur dicta cōcessio quia

35 regula Cancellariæ uult ut † bullæ in forma rationi congruit expediri debeant intra sex menses à die coronationis computandos, sed istæ non fuerunt expeditæ post duos annos, ergo non ualent: nempe nulla facta est derogatio regulis Cancellariæ, & rescriptum uel alia concessio non ualet, nisi derogetur regulis Cancellariæ expresè & mentio illarum fiat. Domi. in c. si propter. col. 5. de rescrip. in 6. Feli in c. nonnulli. uersic. no. tertio. colum. 10. eo. tit. plenè D. Gomes. in procemio Regulæ cancell. q. 5. & 6.

Duodecimò in d. indulto Papa uult non obstare ea quæ sunt expressa in indulto Eugenij, ergò illud est producendum, nempe sic dicit non obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis & omnibus illis q̄ præfatus Eugenius p̄decessor in dictis suis literis uoluit nō obstare: ecce enim quòd cōstitutionibus Apostolicis & ordinationibus uoluit derogare, ergo non aliis nec tamen per hoc censetur derogatū

36 cōcordatis, † quia nō sunt cōstitutiones Apostolicæ.

Vltimò, fortè dicetur quod per hoc indultum senatorum non tollitur ius nominatorum, sed differtur, dico etiam differri non posse in suis mensibus uacan-

37 tia beneficia, † cum tollere, & ad longum & incertū tempus differre æquiparentur, in c. si super. de offic. de leg. in 6. l. quoties. C. de precibus imperat. offeren. & maximè

maximè quando clausula non obstantium non est apposita in literis,& non est appositum verbum impediri valeat,vel differri. Nam tunc non differretur effectus gratiæ,vt concludit Domi.per text.ibi.& glo.in c. si propter.col,5. de rescrip.in vj. quem sequitur Cald, consil.1.de rescript.& Felin.in c.nonnulli,col.11.versic.nota tertio de rescrip. sed in his indultis nō est apposita hæc clausula, non in hoc de nouo concesso, vt patet nec in rescripto Eugenij quarti, quia non apparet, & de his quæ non sunt & non apparent, idem est iudicium.l.duo sunt Titij.ff.de testam. tutel. ergo in mensibus graduatorum non poterit prouideri.consiliariis,nec in mensibus deputatis nominatis,sed debebit eis prouideri in aliis mensibus liberis & nulli affectis.& de his non esset dubiū si ageretur contra quendam priuatum,sed agitur hic cōtra curiā,ob id nescio quid dicā nisi vt ipsi ministrēt primi iustitiā de seipsis.

RESPON. XVI.

Nominatus per regem in vim indulti,an teneatur acceptare beneficium primum, ualoris ducentarum librarum.

SVMMARIVM.

1 *Nominatus per regem in vim indulti tenetur acceptare beneficium valoris ducentarum librarum.*
Argumentum à contrario sensu etiam in rescriptis est validum. ibi.
2 *Regula in non exceptis locum habet.*
3 *Clausula decreti apposita intelligitur si impetrans vti velit.*
4 *Clausula decreti apposita in nominationibus, quomodo sit intelligenda.*
Processus vitiatur si iuramentum calumniæ parte petente non præstetur. ibidem.
5 *Fideiussor quando ad validandum actum à lege requiritur, intelligitur si à parte fideiussio fuerit petita.*
6 *Ignorantia vacationis beneficij nihil prodest nominato.*
7 *Clausula quod duxerit acceptandum, quid in mandatis importet.*
8 *Mandatarius non acceptans primum beneficium, sed ad secundum aspirans neutrum habet.*
9 *Valor beneficij attenditur à loco in quo situm est beneficium.*

VBITATIO præcipua est,an nominatus p regē in vim indulti Papæ teneatur acceptare beneficium valoris ducentarum librarū, & breui omissis multis quæ ob festinum nuntij discessum scribere potuissem,puto quod sic,& hoc probatur in indulto, vbi dicitur, quod nominati non teneantur acceptare beneficiā infra valorem ducentarum librarum turonensium: ergo si sit valoris ducentarum librarum vel supra,tenebitur,† sumēdo
1 argumentum à contrario,quod etiam in rescriptis est validum.per glo.sing.in l.si procuratorem.§.si ignorātes.in verb igitur.ff.māda.quam no. Corse.singul. Itē in nominatione regis dicitur: *Sans toutes fois (comme dict-est) que ledict nommè soit tenu accepter, sinon qu'il soit de la valeur de deux cens liures de reuenu annuel, & audessus.* [Vt nihilominus (sicut dictum est) prædictus nominatus non teneatur id acceptare,infra valorem ducentarū librarum in annuum reditum, vel supra.] vbi satis declaratur ista opinio. Itē probatur per literas nominationis regis,in quibus dicitur, *Pour estre porueu de nostre nomination,du premier benefice.* [Vt prouideatur per nostram nominationem de primo beneficio,]& ibi, *Mandons que vous ayez à le prouoir du premier benefice.* [Iubemus vt ei de primo beneficio prouideatis.] Igitur si primum debetur, & omisit negligenter illud petere,est exclusus sua nominatione, sicut mandatarius. cap.si clericus.de preben.in sexto. ibi petere negligenter omittat, aliam postmodū in ipsa ecclesia vacaturā nequibit prætextu dicti mandati petere:nec tu de ipsa sibi poteris prouidere,cum facta ei gratia per ipsius negligentiam sit extincta postquā gratia & regis nominatio est extincta non poterit aliud beneficium acceptare,probatur etiam quia mandatur de primo prouideri:& hoc pro regula,excipit tamen rex quod nō teneatur acceptare, nisi sit valoris ducentarum librarum,er-
2 go † regula remanet in nō exceptis.l.1.ff. de regul.iur. probatur,ibi: *Sans toutesfois qu'ils soyent tenus d'accepter (si bon ne leur semble) s'il n'est de la valeur de deux cens liures de reuenu:* [sic tamen,quòd ea non teneantur acceptare (si eis non videatur) infra valorem ducentarum librarum in annuum reditum.] Ergo, *s'il est de la valeur de deux cens liures,il sera tenu de l'accepter.* [si sit valoris ducentarū librarum,id acceptare tenebitur.] quod non fecit,vnde sibi imputare debet & sua culpa ac negligentia debet esse sibi nociua iuxta iuris dispositionem: nec obstat quod regula decreti sit apposita in regis nominatione: ergo Episcopus Caturcensis debebat conferre
3 d.nominato. Respondeo contrarium esse verum,† nā clausula decreti apposita intelligitur si impetrans vti velit. Ioan. Monach.in c.statutum. de preben.in vj.gl. in §.quod si quis. in verb. irritum. de collat.in Pragm. & in Concorda.
4 † Nam clausula decreti est apposita in noīationibus vniuersitatum, in §.si quis verò.de colla.in Concorda. & tamen si nominatus non petat beneficium collatio non erit irrita,quia vbi actus est nullus ratione personæ non est absurdum, quod possit per illam ratificari.l.filio.ff.de iniusto rupto.& irrito fac.testa.Imol.in c. si quis presbyterorum.col.6.de rebus eccles. non alienandis.gl.in cle.1.de regula.sed collatio facta in præiudicium nominati est nulla,fauore nominati à rege, si ipse illam prosequatur,nō si fuerit negligens,quia sua negligentia non debet ei prodesse.Item non valet processus si iuramentum calumniæ non præstetur.intelligitur si pars hoc petierit.l.secunda.§.verum.C.de iureiurand.propter calumniam dando.
5 Rota,decisi.607.& sequent.& † quamuis lex mandet præstare fideiussores alioqui annullat actum, si fideiussio non fuerit petita actus non erit nullus, Paul. in l.si vniuersa.C.de precib.impe.offer. per l.peto.§.fratre.ibi si cautio nō fuerit postulata.ff.de lega.ij.Ias. plura adducit in d.l. vniuersa. si ergo hic nominatus non petierit sibi intra sex menses de primo prouideri beneficio prima collatio valebit alteri facta, & secundum non poterit acceptare beneficium.
6 † Nec refragatur quod nesciuit vacationem beneficij,quia id quod notoriū erat,non potuit,nec debuit ignorare: nam ad id sciendū habebat sex mēses. iuxta c.nulla.de cōcessio.præbend. si intra tempus illud nō acceptauerit nec requisiuit,imputetur ei quia Episcopus Caturcensis non tenebatur ei conferre si ipse nō requirebat, nā poterat esse mortuus, vel ad diuersam professionē, vt potē militiam transiuisse. ob id debebat declarare si volebat dictum beneficiū maximè cū non teneretur acceptare,nisi vsq; ad certum valorem.
Nec obest.c.j.de concess.præben.in vj.vbi si non acceptauerit primum,poterit acceptare secundum.

Respon-

7 † Respondeo hoc verum quādo in mandato erat clausula quod duxerit acceptandum: sed in indulto Papæ & in regia nominatione, non est dictum, vt de primò prouideatur, quod non teneatur acceptare, nisi ad talem summam: ergo si sit illius summæ tenebitur acceptare vt prædictum extitit.

Item, iste nominatus acceptare beneficium debebat & acceptare dicitur petendo sibi conferri. glos. in verb. post acceptationem. in d.c.1 de concess. præb. in 6. Rota. decis. 432. in no. igitur satis constat quod tenebatur petere acceptando, cùm debeat acceptare.

Item est verisimile, quod si episcopus Caturcensis contulisset eidem nominato primum beneficium vacans, illud non acceptasset, quia affectabat semper habere maius, vt patet ex sua acceptatione secundi beneficij, iuxta. c. scribam. de præsump. facit quod plenè scri-
8 bit Decius in reg. qui in alterius. 2. no. ff. de reg. iu. † Igitur potest isti nominato à rege dici, qđ potuit noluit, & quod voluit adimplere nequibit, iuxta l. multum. C. si quis alteri vel sibi. c. cum super. de offic. delegat. quia non poterit nunc obtinere beneficium secundum, postquam in primo fuit negligens.

9 Præterea, valor debet considerari, prout est in loco beneficij, no. Anch. in Clem. vna. q. 6. de concess. præb. facit l. viuum. in fi. ff. si certum peta. & quod valor in loco debeat attendi consuluit Oldr. cons. 168. quia actus cuius expeditio in certum locum confertur in illo loco censetur celebratus. l. hæres. §. vlt. ff. de iud. l. contraxisse. de act. & obligat. sed in loco beneficii inuenietur quod beneficium excedit ducentas libras, igitur illud requirere & acceptare debebat, quod non fecit: igitur meritò exclusus.

Vltimò (ne per mendicata eamus suffragia) est tex. formalis. in Clem. vna. de concess. præb. ibi antequam extet prima conditio beneficium prætaxati valoris, & etiam minoris, priusquam suam impetrans, super valore huiusmodi valorem declaret, conferri liberè poterit per ordinarium, ecce ibi tex. tollentem dubitationem huius quæstionis, & per hæc patet dictum nominatum à rege exclusum, eò quod non acceptauit primum beneficium valoris ducentarum librarum, & sic non poterit acceptare secundum beneficium, & si acceptet non valet acceptatio, cum sit ipso iure sua nominatione priuatus.

RESPON. XVII.

De dispensatione pœnitentiarij.

SVMMARIVM.

1 Pœnitentiarius an, & quando possit dispensare, infra declarat.

Inferior non tollit legem superioris. ibidem.

2 Pœnitentiarius non habilitat irregularem ad tenendum beneficia, vel ad celebrandum.

3 Pœnitentiarius dispensat ad nuptias in tertio, & quarto gradu affinitatis, & consanguinitatis.

4 Dispensatio inferioris contra legem superioris quando valeat.

Pœnitentiarius non potest dispensare cum celebrantes scienter post excommunicationem. ibidem.

5 Dispensatio prætextu nobilitatis facta an sit nulla, quia non fuerat expressa nobilitas, infra declarat, quæ retrahunt concedentem ad concedendum in literis exprimenda sunt, ibi. quod limitat, ibidem.

6 Nobilitas non est necessario exprimenda ad dispensationem obtinendam.

Personarum acceptio sicut non est apud Deum, ita nec apud eius ministros. ibidem.

7 Actus in dubio non debet reddi nullus, nisi à iure exprimatur.

Rescriptum fundatum in paupertate, si non adest paupertas non valet. ibidem.

8 Diuitiarum mentio in literis impetrationis non est facienda.

Ecclesiæ reguntur, & tuentur per diuites, & per pauperes spoliantur. ibidem.

9 Pœnitentiario creditur dicenti se dispensare ex speciali mandato Papæ, vel eius viuæ vocis oraculo.

10 Authoritas & testimonium vnius testis quando sufficiat, infra declaratur.

Cardinali dicenti aliquid sibi à Papa commissum, quod damnum tertij respiciat, non creditur, nisi literas commissionis ostendat. ibidem.

11 Assertioni pœnitentiarij standum est.

12 Matrimonium per incestum contractum, si per dispensationem confirmetur, an valident donationes, & alia pacta matrimonialia, declarat.

13 Hæreticus deprehensus in errorem, si statim ad ecclesiam redierit, retinebit beneficia, nec eius bona confiscabuntur.

QVATVOR dubia ardua proposita videntur,
1 † primum est an pœnitentiarius possit dispēsare, & super quibus. Secundò an dispensatio facta nobili qui nō expressit nobilitatem subreptitia censeatur. Tertiò an credatur isti de mandato viuæ vocis oraculo impartito. Quartò an dispensatio facta super matrimonio contracto cum prohibita extendatur ad bona donata in primo matrimonio, adeò quod confirmato matrimonio cēseantur pacta & donationes factæ confirmatæ adeò quod valeant.

Primum dubium est an pœnitentiarius possit dispensare? & videtur quod non, quia inferior non tollit legem superioris. Clem. ne Romani. de elect.

Secundò, claues datæ sunt Petro & successoribus per illa verba, quodcunque ligaueris, & sic non aliis, & ideo non pœnitentiariis.

Tertiò, pœnitentiarius iuxta nomen suum pœnitē-
2 tiam in confessione imponere, † sed dispensare non potest super irregularitate clericorū, vt irregularis habilitetur ad celebrādum, vel ad beneficia. teste Præpos. in c. miror. col. vlt. 50. distinct. ergo nec hoc in casu.

Contrarium est verius. Curia enim Romana solet habere maiorem pœnitentiarium qui est Cardinalis, & hic absoluit in casibus pœnitentialibus, etiam arduis & reseruatis Papæ, & eius officiū non expirat per mortem Papæ. Clemen. ne Romani. §. eo tamen prouiso. de electio. & ibi hoc expressè asserit Cardin. & alii. Itaque cum hi contrahētes iniustum matrimonium peccauerint, pœnitentiarii erat absoluere. Ideò absoluit, verùm quia videbat causam cur matrimonium omninò dissolui non debebat, ideo dispensauit ex potestate à Papa data, vt in dictis literis continetur. & habetur
3 in taxa. cancella. apostol. quod † dispensationes conceduntur per pœnitentiarium in tertio & quarto gradibus consanguinitatis, vel affinitatis, quando contrahentes in isto casu partes se attinent in tertio consanguinitatis gradu. Ergo pœnitentiarius Papæ authoritate dispensare potuit.

C Nec

4 † Nec refragantur in contrarium adducta, quia ipse hoc casu non est inferior, cum authoritate Papæ faciat, Papa facere videtur, & maximè quia ex speciali mandato Papæ fecit, vnde dicit text. in capit. 1. in fin. de tempor. ordin. in 6. sine speciali licentia pœnitentiarium Papæ dispensare non posse, & Præposi. in d. cap. miror. dicit pœnitentiarium non posse super irregularitate dispensare, nisi super hoc speciale habeat mandatum, sed hic speciale habuit mandatum, vt patet in literis: ergo dispensare potuit. Nam licet pœnitentiarij possint absoluere excommunicatos, non tamen possunt dispensare cum celebrante scienter post excommunicationem, per ea quæ doctor. dicunt in capit. proposuisti. de cler. excommunic. mi. quia forum pœnitentiale licet tollat delictum, non tamen tollit sequelam delicti, quando super illa sequela ius requirit dispensationem. Panormit. in capit. de his. de accusatio. & capitulo fin. de purgat. canon. hoc expressum, docet Præposit. in capit. Euphemium, in §. 1. colum. secunda, in secunda quæst. 3.

5 † Secundæ quæstioni respondet Barba. in capit. ad aures. de rescript. dicens literas sine hac expressione nobilitatis nullas, tam literas ad beneficia, quàm ad lites probat, per capit. significantibus. de offic. delegat.

Secundò, illa quæ retrahunt concedentem ad concedendum sunt exprimenda, cap. postulasti. ibi si de le ui non concessissemus. de rescript.

Tertiò, de diuitijs fieri debet mentio, & de patrimonio. d. capit. postulasti. quia is qui habet patrimonium promoueri potest, is verò qui non habet, non. capit. episcopus & capit. cum secundum. de præbend.

Contrarium firmant communiter doctor. in d. capit. ad aures. † videlicet non esse faciendam mentionem nobilitatis, nec in literis ad lites, nec ad beneficia, quia de his quæ inducunt concedentem ad concedendum facilius, non est facienda mentio. capit. in nostra. vbi Felin. de rescript. sed nobilitas inducit Papam ad facilius dispensandum. cap. de multa. in fi. de præben. & capit. venerabilis. ergo, &c.

Secundò, nullibi cauetur quod sit facienda nobilitatis mentio, ergo hoc non dici debet, vt dicunt doct. per illum tex. in cap. super literis. de rescript.

Tertiò, maximè vbi agitur in foro animæ non est ista expressio facienda, quia sicut apud Deum non est acceptio personarum, ita nec apud eius ministros, maximè apud pœnitentiarios. capit. nouit. de iudic.

Quartò, non inuenitur iure cautum, quod annulletur rescriptum à pœnitentiario impetratũ, ob istius
7 expressionis defectum, & † in dubio, nullum reddere actum non debemus, nisi à iure inueniamus. §. fin autem. in authen. de non eligend. secundo nuben. Ibi non est aliqua lex tale quid dicens. collatio. j. glo. in capit. fin. de iure patronat.

Quintò, non refragatur d. cap. significantibus, quia ibi vidua diues dicebat se pauperem, vt priuilegia pauperum viduarum haberet, ideò ibi rescriptum non valet, quia vbi impetratio fundatur in paupertate, & ibi non est paupertas, non valet rescriptum. cap. si pauper clericus. de præbend. in 6. secus est in casu isto.

8 † Sextò, etiam diuitijs in hoc casu non debet fieri mentio vt not. doctor. in d. capit. postulasti. sed benè quando vult impetrare literas, cum secundum apostolum, vt sibi prouideatur tanquam pauperi, quia non est pauper qui sufficiens patrimonium habet, secus in alijs regulariter casibus, quia diuitiæ inducunt potius ad concedendum hoc rescriptum, quàm ad denegandum, quia per diuites ecclesiæ reguntur, & tuentur, & per pauperes spoliantur. glo. in capit. constitutis. de appellatio. Felin. in dicto capitulo, ad aures. nec sequitur est facienda mentio diuitiarum, ergo nobilitatis, quia multi sunt nobiles, qui carent diuitiis, & diuites qui nullam habent nobilitatem. Ergò de hac nobilitate mentionem facere non tenebatur, vt plenè scripsi in gl. concorda in forma manda. in glo. pro expressis.

9 Tertium est dubium an † credatur isti pœnitentiario dicenti se de speciali & expresso mandato Papæ dispẽsasse, quod datum est ei viuæ vocis oraculo. Respõdeo breui ex stylo curiæ Romanæ qui pro iure habetur c. ex literis. de constitu. & cap. quàm graui. de crimin. fal. creditur magno pœnitentiario, si dicat aliquid, de reseruatis soli Rom. pontifici sibi esse commissum à Papa viuæ vocis oraculo, vt in ea absoluat & dispenset. vt scr. Ioan. à Grassis in arbore iudicio. in versi. vltimus flos. per text. in c. nobilissimus. 97. distin. vbi creditur Cardinali. Idem tenuit Bald in cap. cum in iure peritus, de offic. delegat vbi dicit stari dicto Cardinalis in sibi commissis per Papam. Idem tenuit in l. iurisiurandi. colum. 2. C. de testib. Salic. & Paul. in l. vnica. C. de manda. princip. & Rom. consil. 59. ad discutiendum, in 4. dubio. & Petr. Paul. Paris. in consilio 132. prima facie, columna 3. numero 26. in quarto volumine.

10 † Nec obest, decretalis licet vniuersis. in fin. de testi. ibi quia licet quædam sint causæ, quæ plures quàm duos exigant testes, nulla est tamen causa, quæ vnius testimonio (quamuis legitimo) terminetur: & in cap. cum à nobis. ibid. dicitur ne vnius iudicis quantæcunque fuerit authoritatis uerbo credatur, etiam si præsidiali refulgeat dignitate. cap. licet ex quadam. ibidem. & l. vna. de manda. princip. nec alia iura obstant, quia illis respondeo, non credi vni in præiudicium alterius, etiam si fuerit Cardinalis. vt asserit glo. in capitulo, sicut nobis. in fi. de sentent. excommunicatio. vbi Panormit. & alii inferunt, quod si Cardinalis, etiam de latere dicat Papam sibi aliquid commisisse, quod respicit damnum seu præiudicium tertii, ei non adhibetur fides, nisi literas commissionis ostenderet. Felin. in capitulo, post cessionem. columna 4. numero 12. de probat. Aufrer. in decisio. Tholos. quæstio. 463. Boer. in tract. de offic. & potest. leg. in quinto prælud. & Gomet. in tract. breu. numero 10.

Sed in his quæ principaliter non præiudicant aliis, imò potius commodum subditorum respiciunt, plenam fidem faciunt, puta quod habeat potestatem dispensandi, vel absoluendi, vel concedendi indulgentias, & iste est casus noster, & istud tenet Angel. in l. quæcunque. §. fin. ff. de public. & consilio 182. mandatum. & maximè quia ista assertio Cardinalis est facta in curia Romana, in qua residet Papa, qui viuæ vocis oraculo dictam commissionem fecisse dicitur, quo
11 casu data præsentia Papæ in eodem loco, † procul dubio standum est assertioni dicti Cardinalis pœnitentiarii: vt tenet expressè Iason. in consilio 104. circa. in primo volum. vbi allegat multa quæ videri possunt.

12 Quarta quæstio est † an si matrimonium per incestum contractum, per dispensationem confirmetur, donationes factæ ac alia pacta matrimonialia valeant? Et an princeps bona retinere possit, & breui respondeo valere donationes, nec bona esse confiscata in effectu, nisi sentẽtia fuerit super eodem crimine promulgata. vt est tex. in c. cum secundum leges. de hære. in 6. qui etiam legitimatio trahitur retro in his, quæ sibi fauorabilia sunt, & aliis non præiudicant, quia nondum aliis erat acquisitum ius aliquod formatum, & incommutabile. l. fi. ff. de natal restitut. Ias. in §. & quid si tantum. l. Gallus. ff. de liber. & posthum. num. 86. sed in

casu isto non erat aliquod ius formatum antequam iudex ecclesiasticus proferret sententiam. per d.c.cum secundum leges. Ergo ante sententiam nihil est confiscatum. Igitur per matrimonium nunc contractum per dispensationem, cessabit omnis cōfiscatio, & hoc Boer.tangit.q.264 potest probari etiam per c.ad abo-
13 lendam.de hæret.† vbi bona heretici sunt ipso iure cōfiscata, tamen si continuò post deprehensionem erroris ad fidei vnitatem recurrerit, & errorem suum ad arbitrium Episcopi regionis publicæ consenserit abiurare, & satisfactionem congruam exhibere, bona & beneficia retinebit, vt ibidem dicitur, & Boer.q.341.& q.343. multò fortius in hoc casu, alioqui iniquum esset quod matrimonio confirmato, donationes & alia pacta nulla essent, & facit. l.qui in prouincia. in fin.ff.de ritu nuptiar.

RESPON. XVIII.

De legitimato.

SVMMARIVM.

1 *Illegitimus per Papam legitimatus, si iuret se esse legitimum non incidit in periurium.*

2 *Iuramentum debet intelligi secundum intentionem proferentis.*

3 *Infamis etiam rogatus à iudice de sua infamia si non sit notoria, non tenetur illam prodere, vel diuulgare.*

4 *Legitimus debet impetrare signaturam, vt dispensetur ne teneatur facere mentionem suæ maculæ.*

1 PRIMA quæstio an † hic canonicus incurrerit verum periurium non videtur necessaria, quia postquam est à Papa absolutus iam non oportet disputare num in signatura indultum erat dicto canonico ne teneretur præstare iuramentum, & si præstitit dicens se legitimum, intelligendo autoritate Papæ factum, nō videtur periurus: nam legitimatus potest vocari legitimus, & efficitur legitimus per legitimationem. Probatur in rubr.quibus mod. naturales efficiantur legitimi. iuncto §.si quis verò.&§.sic igitur.ibi nihil à legitimis filijs differentes.collat.1.& §.reliqui.& §.seq.in authen. quib. mod.natural.efficiant.sui.colla.7.& legitimam sobolem posse dici legitimatam consuluit Dec.consi.258. in casu Domini.sed hic canonicus ad maiorem cautelam sit absolutus de his omnibus, ideo supersedeo.

Secunda quæstio, an sine scrupulo conscientię possit beneficia retinere, & puto quod sic, nec debet in hoc timere culpam vbi non est, nempe ex potestate Papæ prouisus est ac dispensatus à præstando tale iuramentum ecclesiæ, vt in signatura est expressum. Ergo potuit dicendo se legitimum intelligere de legiti-
2 mo per dispensationem: † at iuramentum debet intelligi secundum intentionem proferentis, capitulo qui peierare.23. quæst.5.

Nec tenetur si macula sit occulta eam propalare, nec prodere seipsum. Imo. Angel. de Clauas.in sum-
3 ma Angel. in verb. confessio delicti, † docet quod quando factum non est notorium, neque flagrat infamia, tunc non tenetur etiam à iudice interrogatus respondere.argumen.capit.quilibet.1.de accusa.etiamsi iurasset dicere veritatem, quia non est in hoc obediendum prælato volenti vt occulta ei reuelētur, quia hoc est contra charitatem. Panorm.in capit.cùm super.de confessis. Ideò si dicit d. Angel.quod iste non debet dicere mendacium, sed debet vti verbis duplicibus & simulatis, sicut fecit dicendo se legitimum per dispensationem. Ideo conscientiam debet deponere & scrupulum conscientiæ, cum non proueniat à bono: nam postquam est absolutus, si periurij reatum incurrisset, tunc non debet maculam dicere nec reuelare, nec sana conscientia potest fructus cum humilitate recipere, quia vndecunque homines nascantur si parentum vitia non sectentur, honesti & salui erunt. Angel.in capit.vndecunque.56.distinct. & nasci de adulterio non est culpa eius qui nascitur, sed illius qui generat.capit. nasci.56.distinct.& ibi in capit. cumque. de vitijs erubesc.parentum. Ex his patet nullum conscientiæ in
4 hoc scrupulum esse faciendum, † si tamen velit deinceps etiam in aliis tutus esse impetret signaturam, vel in impetratu faciat apponere, quod deinceps non teneatur in aliquibus impetrationibus, nec in aliis quibuscunque actibus facere mentionem suæ maculæ, viso quòd est legitimatus, & deinceps non tenebitur mentionem facere: & ita mihi visum est.

RESPON. XIX.

De nominato vel graduato.

SVMMARIVM.

1 *Nominatus vel graduatus acceptans beneficium vacans in mensibus sibi deputatis, si super illo lite pendente componat, an excludatur à suis nominationibus, & gradu.*

2 *Emptor compromittens super re empta de euictione agere non potest.*

Negligentia alicuius ad alienam iniuriam referri non debet. ibidem.

3 *Mandatarius negligens primum beneficium vacans requirere, vel requisitum super eo componens aliud ratione mandati non poterit habere.*

Gratia extinguitur per negligentiam. ibidem.

4 *Litis euentus dubius est.*

Fraudibus obuiandum est. ibidem.

Pro sententia præsumendum est. ibidem.

5 *Potentioribus pares esse non possumus.*

Difficultas non excusat, sed impossibilitas.

6 *Remittentibus ius suum amplius non est dandus regressus.*

Possidere is intelligitur, qui per alium possidet. ibid.

1 SI † nominatus vel graduatus acceptet beneficiū in mensibus sibi deputatis vacans, & collationem obtineat, si lite pendente componat super illo beneficio, dato sibi modico beneficio, vel pensione, an is nominatus uel graduatus sit à suis nominationibus & gradu exclusus; Breui respondeo, eum priuatum si beneficium super quo litigabat erat valoris ducentorū florenorum auri de camera: quia componēdo & transfigendo per eum stat quominus illud habeat. Ergo illi est imputandum. regu. in iure ciuili. ff. de regul. iur.

2 † Sicut in emptore dicitur qui compromittit super re empta vt postea de euictione agere non possit: quia nulla necessitate agente, id fecit. l.si dictum.§. si cōpromisero. ff.de euict. & ibi Alex.in addit. ad Bart. & consi. 4. viso processu. col. 1. in tertio vol.

Iuris enim presumptio est quòd illi beneficium collatū eidem debebatur. Cùm quod tēpore præstituto

dictis graduatis & nominatis vacasset, vt dicitur in §. præfatique ordinarij. de collat. in Concord. Tum etiã quia si ordinarius vidisset non esse sibi debitũ ille non contulisset, ideò in hoc dubio debebat expectare sententiam, per quam hoc declaratum fuisset, an sibi debitum esset, & postea prouocare non tenebatur. l. propter, §. fin ff. de Senatusc. Sillan. si sententiam non expectauerit sibi imputare debet. Nec debet negligentiam suam in non prosequendo ad alienam iniuriam referre, l. imperarores. ff. de transact.

3 Idem dicimus in † mandatario qui si negligat primum beneficium vacans requirere vel requisitũ non prosequatur vel componat, aliud habere ratione mandati non poterit, quia per negligentiam extincta est gratia. c. si clericus. de præb. lib. 6. Et suo mandato renuntiare videtur. Cle. gratiæ. de rescript. Sic & hic graduatus vel nominatus dimittendo beneficium acceptatũ pro pensione videtur renũtiare suis nominationibus, si beneficiũ tanti erat, sicut superius dictũ est.

Maximè, cum Concordata prohibeãt eum qui ducentos florenos obtinet in beneficijs, alia in vim nominationum vel gradus obtinere beneficia, quia repletus censetur. in §. volumus. de collat.

Idem dicendum est si præbenda seruiendo & residendo valebat ducentis florenis. Sed non est tantum emolumentum non residendo, nempè in hoc casu dicit tex. in d. §. volumus. quòd inspici debet quãtum valeat præbenda residendo. Vnde si valeat ducentis florenis, & nominatus super ea composuerit suis est priuatus nominationibus vt ibi scripsi.

4 Non refragatur quòd † dubius est euentus litis. l. quod debent. ff. de pecul. & potuit nominatus per sententiam amittere beneficium, Ergo sibi imputari nõ debet. Respondeo dubium esse litis euentum. Tamen quia posset sic fieri fraus componendo, & postea nominati sequentia semper prosequerentur beneficia, & si colluderent in præiudicium sequentium nominatorum: ideo illis fraudibus est obuiandum. l. in fundo. ff. de rei vendicat. & quãdo expectatur sententia non est præsumptio fraudis, sed pro sententia est præsumendum, quod iustè fuit condemnatus. l. j. ff. de re iudic. cap. in præsentia. de renuntia. & sic poterit alia beneficia requirere & ostendere sententiam etiam recredentiæ, quæ hoc casu sufficiet.

Non obest, quia ius illius nominati erat controuersum & ipse erat pauper, & non poterat prosequi

5 contra diuitem, quia † potentioribus pares esse non possumus. l. 3. ff. de alien. iud. & Ecclesiast. 4. capit. scribitur. Noli resistere contra faciem potentis, ne coneris contra ictum fulminis. Respondeo difficultas non excusat aliquem, sed impossibilitas. Ideo pauper cui est difficile soluere decem aureos non liberatur, sed impossibilitas bene excusat. l. continuus. §. illud. ff. de verbor. obligatio. l. impossibilium. de regul. iur. l. cum hæres, §. 1. ff. de statu libe. Ergo quamuis esset difficile huic nominato prosequi, non erat tamen ei impossibile. Ideo si composuerit renuntiare videtur suis nominationibus & gradu. Vix enim est vt non videatur alienare.

Item in hoc videtur duplex renuntiatio, Vna tacita quando non est prosequutus. Altera est expressa quando pro alio beneficio vel pensione resignauit ius quod habebat. Et sic videtur esse quædam permutatio per cap. fi. de permutat. Ob id debet sibi imputari qui sic permutauit cum modico beneficio. Et

6 dicitur † remittentibus ius suum amplius non est dãdus regressus, l. quæritur. §. si venditor. ff. de ædil. edict. cap. quam periculosum. 7. quæst. 1.

Etiam quis censetur obtinere & possidere quod per alium obtinet & possidet. l. 1. §. videor. ff. de ui & ui arma. Sed is qui resignauit alteri obtinet per illum cui resignauit: ergo obtinere censetur.

Nam peruenisse ad te rectè dicitur quod per alium ad te peruenit. l. 2. §. peruenit. ff. de hæred. uel act. uendit. l. peruenisse. de uerborum significat.

Et sic concludendo is qui beneficium ualoris ducentorum florenorum acceptauit, & collationem habuit si composuit recipiendo beneficium uel pensionem est suis priuatus nominationibus, & gradu, nec poterit alia beneficia in uim gradus obtinere. Subscripsi hoc anno 1553. in mense Octobris.

RESPON. XX.

Cum duo litigant de prioratu vter eorum præsentare possit vel conferre.

SVMMARIVM.

1 *Præsentationes plures, & prouisiones.*
2 *Beneficia vacantia in mensibus affectis graduatis, conferri debent ipsis graduatis.*
3 *Collatio facta non graduato, non est irrita graduato non prosequente, secus econtra.*
4 *De duobus litigantibus, is qui possidet præsentare debet.*
Præsentatus à possessore præfertur ei, qui præsentatus est à raro patrono non possessore. ibidem.
5 *Monachus ecclesiam parrochialem obtinere non potest sine dispensatione.*
Religiosus mortuus est mundo. ibidem.
Dispensatio fieri non debet sine causa vtilitatis, vel necessitatis. ibidem.
6 *Allegans vnionem probare eam debet.*
7 *Ecclesia tanquam vnita non præscribitur, quando est collata.*
Ecclesia tanquam vnita non possidetur, quando collatio petitur. ibidem.
8 *Collatio facta ab Episcopo, & vicario eodem die quæ valeat.*
9 *Patronus si præsentet inhabilem, deuoluitur potestas conferendi ad superiorem.*
10 *Graduatis nominatis beneficia conferri possunt, etiam vacantia in mensibus graduatorum simplicium.*
Nominationes inductæ ad augmentum, detrimento esse non debent. ibidem.
Duo iura quando vni competunt, vno sublato, remanet aliud. ibidem.
11 *Beneficia regularia regularibus debentur.*
12 *Ecclesiæ regularis qualitas ad hoc vt præscribatur, quæ requiruntur.*
13 *Præscriptio in beneficialibus locum non habet, nisi præcedente titulo.*
14 *Ecclesia regularis data in commendam seculari, vel cum dispensatione nusquam mutat suum statum.*

VACAVIT Ecclesia parrochialis sancti Petri de Varenes, in mense Octobris deputato graduatis simplicibus, cuius præsentatio spectat ad priorẽ sanctorũ Germani Brionensis, & Saturnini du Boys Heduensis diœcesis, qui prioratus litigabatur inter magistrũ Philibertum de Dion, & Iacobũ de Glux: tñ Philibertus de Dion erat in pos-

in possessione prioratus,quamobrem eius vicarius ad dictam Ecclesiã de Varenes præsentauit Lancellotũ Chapeau nominatum & graduatum, ac ritè qualificatum Episcopo Heduensi qui recusauit illum insti-
1 tuere. † Ideò dictus Chapeau iure deuoluto obtinuit prouisionem ab Archiepiscopo, item eodem die saltem pridie dict.de Dion prior saltem in possessione dicti prioratus existens presentauit fratrem Ioannem Mathoux,religiosum in dicto prioratu professum d. Heduensi Episcopo, qui etiam recusauit instituere, sed superior instituit: postea frater Iacobus de Glux litigans super dicto prioratu, præsentauit fratrem Franciscum Iacquet religiosum, non graduatum, vicario Episcopi Heduensis, qui fuit per dictum vicarium institutus.

Quæritur quis istorum ius habeat in d.beneficio de Varenes. Breui respondeo quod Lancellotus Cha-
2 peau graduatus, † quia beneficia omnia vacantia in mensibus affectis graduatis conferri debent istis graduatis.§.præfatique ordinarij. de collat. in Concord. sed hic mẽsis est deputatus graduatis,vt patet in rubr. de regia facultate.primum mensem graduatis debitũ nominandi, ergo debuit conferri, & collatum fuit d. Chapeau, tanquã graduato, ergo sua prouisio valet.

Secundò,etiam probatur in §.teneantur de colla.
3 in Concord.† quod collatio facta non graduato non est irrita non prosequẽte nominato vel graduato, vel non debitè qualificato, ergo à contrario sensu prosequente nominato vel graduato,ritè qualificato collatio est irrita, sed hic graduatus est debitè qualificatus: præsumitur igitur præsentatio facta de aliis,quã nominatis, vel graduatis nulla:quamobrem Ioannes Mathoux Pelitier,Iacquet ac alii non graduati nullũ possunt prætendere ius in dicto beneficio, quandiu d. de Chapeau graduatus prosequetur, vel alius habens ius ab eo.

4 Tertiò, † quando sunt duo patroni litigantes eis qui est in possessione potest præsentare.c.consultationibus. de iure patron. doct.in c.cum ecclesia.de causa possess.c.querelam. de elect. quia bonæfidei possessor facit fructus suos.l.bonæfidei.ff.de acquir. rerum dom.§.si quis à non domino.instit. de rerum diuis. glo.in c.grauis. de restitut. spoliat.sed præsentatio est fructus iurispatronatus. Alexand. consil.75. uisis.nu. 12.in 4. vol. post Panorm. & alios. in c.ex literis. & c. consulationibus. de iure patr. ergo presentatio spectabat ad possessionem. Rochus in tracta.de iure patro.in verbo competens. quęst.19.vbi concludit præsentatum à possessore pręferri ei qui est præsentatus à vero patrono, non possessore,sed hic d.Philibertus de Dion erat in possessione, quia manus Regia, & omne impedimentum erat remotum in illius vtilitatem, ergo possessio erat, ideo potuit iure præsentare possessione durante.

Quartò,ista ecclesia de Varenes est ut prætendatur
5 ecclesia parrochialis, sed certum est † quod collatio parrochialis ecclesiæ facta monacho, seu Canonico regulari, vel præsentatio non valet sine dispensatione. cap.2. de statu monach. tum propter abdicationem proprietatis,& propriæ volũtatis,tu m quia stare debent solitarij in monasterio.de Rota. decis.262. in religioso. in no. quia religiosus est mortuus mundo. cap.placuit, & c.monachus. 16.q.1.& quando ad parrochialem assumitur resuscitatur, quæ resuscitatio est miraculosa: ideo opus est dispensatione superioris,quæ fieri non debet sine causa vtilitatis, vel necessitatis. argumen. l. qui res. §. aream. ff. de solut. sic decidunt d. de Rota. decisio. 483. collatio. in no. & Aegidius decisio.714. collatio. ideo collatio facta istis religiosis, vel præsentatio de dicta ecclesia parrochiali de Varenes non valuit sine dispensatione.

Quintò,respondetur fundamento Io.de Mathoux
6 dicentis eam annexam:nam † qui eam allegaret vnionem eam probare debet.no.in capit.exposuisti. & capit.vacante.de præben.l.quotiens.§.qui dolo.ff.de probat.& si sit vnita,aut est vnita per Papam,aut per inferiorem: si per Papam eam ostendere oportet: si per inferiorem oporret probare non solùm vnionem, sed & consensum Prioris, seu collatoris ad quem spectabat collatio, seu præsentatio ecclesiæ de Varenes. text.& ibi doctor.in clement.ult. de rebus eccles.non alie.sed consensus Prioris sancti Germani & Saturnini non probatur: ergo unio etiam probata non ualeret,& quamuis probetur beneficium spectare ad collationem, uel præsentationem regularium, non per hoc dicetur regulare uel unitum Felin.in capit.in nostra.colum.ult. de rescript. Ioan. de Selua. in tracta.de benefic.in 3.parte. quæst.11. num.50. quod probatur in rubr.de capellis mona. per totum.

Non obest si dicatur quod ecclesia de Varenes fuit possessa per duos priores: ergo unio fuit præscripta, nam sicut potest præscribi ecclesia ut proprietas. cap. auditis.de præscript.capit.cura.de iure patro.ita potest præscribi, quod vna ecclesia censeatur alteri unita,licet non sit. Petr.de Perusi. in tracta. de unione ecclesiarum.quæst.4.circa finem.& tũc necesse est ad unionem, ut quis probet possedisse illam ecclesiam sine collatione, tanquam unitam per triginta uel quadra-
7 ginta annos, † alioqui si collata sit ei ecclesia non præscribit eam, tanquam unitam etiam per mille annos possidendo,tum quia mala fide possidet,tum etiã quia petendo collationem, iam non possidet tanquã unitam: ergo non præscribit Ioan.de Lignia.in capit. sicut unire. de excessib. prælat. sed dicti Priores ecclesiam de Varenes non possederunt sine collatione: ergo eam non præscripserunt tanquam annexam.

8 Nec refragatur quod si fiat † præsentatio,uel collatio per uicarium & Episcopum eodem die,& non appareat, uter prius præsentauerit, uel contulerit quod propter maiorem prærogatiuam præfertur præsentatus ab Episcopo. capit. dudum.de præbend. in 6. Respondeo duobus modis:primò hoc esse uerum,quando ambæ collationes æquo iure procederent,secus si una secundum ius, altera contra ius, quia illa quæ est facta secundum ius præfertur, etiamsi sit facta à uicario, quia is habebat potestatem conferendi secũdum ius & non contra ius,instar procuratoris. l.si procurator.ff.de condictio.indebi. & sic ista præsentatio facta per uicarium dict.de Dion erat secundum Concordata quæ uolunt ut graduatus præsentetur ad beneficia uacantia, suis mensibus. Is uicarius satisfecit dictis Concordatis: ergo ritè fecit & præsentatio per Priorem facta non ualet,quia est facta cõtra Concordata, & sic est irrita, ut supra dixi, & ista plenius scribuntur, in tracta.de pacific.possess. numero 297. uersic.quarto. Secundo uicarius confert, uel præsentat authoritate Concorda.ut patet in §.teneantur.de collatio.in Concorda. ubi uicario datur etiam potestas: ergo is uicarius authoritate Concordatorum potuit præsentare qualificatum. ut habetur in tracta. nominatio.quæstio.17.numero 24.

9 Tertiò,non requirebatur præsentatio,† nam eo ipso quod patronus presentat inhabilem,utpotè nõ graduatum,deuoluta est potestas ad superiorem,qui potuit conferre sine aliqua præsentatione,& contulit d. Chapeau ad præsentationem uicarij: ergo dicta col-

latio valet, etiamsi vicarius inutiliter præsentasset post constituentis præsentationem, quia quando non requiritur præsentatio, & interuenit minus legitima actus valet. glos. singul. in l. viuum. ff. si certum peta. & in §. multis. in verb. transitu. institut. de libert. plenè Hyppolitus in l. vnius. §. si. ff. de quæst. & sic valet collatio, seu prouisio facta d. Chapeau tanquam graduato.

Item non refragatur quod d. Chapeau non sit graduatus simplex, sed nominatus: ergo ipsi non debetur beneficium vacans in mensibus affectis graduatis, simplicibus. Respondeo, quod in §. præfatique graduari. de collat. in Concorda, statuitur, quod beneficia vacantia in mensibus sequentibus publicationem conferantur graduatis, & idem dicitur de mēse Octobris, vt graduatis debeant conferri beneficia. idem in §. statuimus. primo. ibidem illi tex. non dicunt quod
10 simplicibus graduatis conferantur: ergo † graduatis nominatis conferri possunt beneficia, etiam vacantia in mensibus graduatorū, quia omnes nominati sunt graduati: ergo ratione gradus beneficia eis conferri debent. Nec obstat quod non sint simplices, quia beneficia simplicium graduatorum sunt etiam affecta graduatis nominatis & è contrario. glo. in verb. irrita. in §. teneantur. de collatio. in Concorda. & nominationes non debent esse detrimento graduato, qa inductæ sunt ad augmentum, videlicet vt prouideatur eisdem, tam in mensibus nominatorum, quàm graduatorum: ergo non operabuntur diminutionē, vt tantum eis possit prouideri in mensibus graduatis deputatis, per l. legata inutiliter. ff. de leg. 1. & quando duo iura currunt in personam vnius, ille habet vim duarum personarum. l. si consul. ff. de adopt. etiam quando plura iura vni competunt vno sublato, aliud remanet illæsum. l. si domus. & ibi. Bartol. ff. de serui. vrban. prædio. gl. in verb. dispensationes. §. si quis verò. de collat. in Concorda. sed duo iura competunt nominatis secundum ius nominationum, & gradus: ergo vno sublato videlicet me nominatum, remanet gradus. Imo si suis priuetur nominationibus, adhuc vti poterit gradu. vt est in tract. nominatio. in q. vlt. nu. 4. Igitur nominari in mensibus graduatorum possunt acceptare beneficia & requirere, & eisdem debentur.

Præterea non obstat. §. volumus. de collat. in Con-
11 corda. vbi † beneficia regularia debentur regularibus, sed ecclesia de Varenes est regularis: ergo regularibus debetur, & non d. Chapeau seculari. Respondeo, hoc esset verum, quando probaretur eam esse regularem, sed supra dixi quod non potest teneri per regulares, cum sit ecclesia parrochialis, cuius sunt incapaces religiosi, vt etiam sequitur.

Nec obstat, quod fuerit possessa per regulares per quadraginta annos, ergo præscripta, vt regularibus tantum debeatur. capit. cum de beneficio. de præben.
12 in 6. Respondeo † antequam illa qualitas possit præscribi, videlicet, vt regularis ecclesia efficiatur secularis, uel è contrario, & sit solita regi per regulares requiruntur sequentia. Primò requiritur bona fides: ideo si contra præceptum Papæ in fundatione forsitan appositum, vel contra prohibitionem regulares eam possederint, non præscribuntur. Felin. in capit. in nostra, colum. penult. de rescript. Ioan. de Selua. in tracta. de benefic. in 3. parte. quæst. 11. num. 49. glos. in §. 1. de firma. & irreuoc. Concorda. stabilita.

Secundò, requiritur quod is qui possedit beneficium sit institutus, uel alio modo prouisus. d. capit.
13 cum de beneficio, ibi institutus: alioqui si de facto teneret beneficium non præscriberetur qualitas sine titulo. Anchar. consilio 162. in quæstione.

Tertiò, requiritur quod collator eo animo conferat, ut imprimat alium statum in beneficio, & ideo in collatione debet dicere regulari, confero tibi regulari ecclesiam de Varenes regulare, vel è contrario, li-
14 cet non sit regularis † alioqui si daretur in commendam, vel diceretur dependere à monasterio, vel diceretur ecclesia parrochialis, vel cum dispensatione possideretur, tunc nō præscriberetur illa qualitas, per mille annos. do. Perus. & alij in d. capit. cum de beneficio.

Quartò, requiritur possessio quadraginta annorū, post collationem factam de illo beneficio seculari, regulari. d. cap. cum de beneficio, sed ista ecclesia de Varenes fuit possessa per religiosos, tanquam parrochialis, vt patet ex eorum collationibus, & ex dispensationibus, & sic mala fide: ergo non potest dici solita regi per regulares, ad hoc vt regularibus debeatur. vt scripsi in §. volumus de collatio. in Concorda. & sic d. Chapeau secularis graduatus potuit eam requirere & acceptare, ac illi omne ius competit: salua correctione melius sentientis, ita subscripsi.

RESPON. XXI.

Collatio facta graduato à Papa, omissis medijs, an valeat.

SVMMARIVM.

1 *Papa plenitudinem potestatis habet, & nunquam potestatē concedere videtur quin maiorem sibi retineat.*
2 *Papa est omnium ordinarius, & concurrit in potestate & iurisdictione cum omni prælato.*
3 *Appellari potest ad Papam omissis medijs.*
4 *Deuolutiones cur sint inuentæ.*
Papa conferre potest omisso medio. ibid.
5 *Papa retinuit sibi ius præuentionis.*
6 *Papa non comprehenditur in generali prohibitione.*
Papa solus vltra sex menses potest dare in commendam. ibidem.
7 *Præuentionis ius reseruatur Papæ in concordatis.*
8 *Papa duplici iure confert.*
9 *Acceptans vnum beneficium, an possit secundum habere.*
Habens vnam præbendam, habere aliam non potest in eadem ecclesia. ibidem.
10 *Nominatus semel beneficium acceptans, aliud acceptare non potest.*
Consilium quis in alterius iniuriā mutare non pōt. ibid.
11 *Reuocatio resignationis, post admissionem est inualida.*

PRIMA quæstio est, si nominatus requisierit primum ordinarium, & postea adierit Papam omissis Archiepiscopo, & alijs collatoribus mediis, an valeat prima collatio. Et breui respondeo valere, quia nunquam Papa statuit aliquid, quin sit supra statutum per eum: ipse
1 † enim plenitudinem potestati habet. c. proposuit. de concessio. præbend. & nunquam videtur potestatem concessisse, quin maiorem retineat. c. dudum. de præbend. in 6. §. nos igitur, & sic potestatem conferendi habuit, etiam aliis mediis exstentibus.

2 Secundò, † Papa est omnium ordinarius. c. per principalem, & c. cuncta per mundum. 9. quæst. 3. & cum omni prælato concurrit in potestate, & iurisdictione, teste Ioan. Mona. in c. si eo tempore, & ibi Probus in additionibus. de elec. in 6. Bal. in c. 1. no. 1. qui feudum dare possunt. & in cap. 1. quis dicatur Dux. ac in proœmi. decre. col. 1. vnde dicit idem Bal. in c. dilecti.

c.dilecti.2.de appellat.quod Papa concurrit cum omni prælato in eadem iurisdictione,in maiori autem & in propria Papali, per se stat,quæ non minuitur per cõcursum alterius iurisdictionis, sicut mare per concursum fluminum: sic igitur Papa concurrens cum omnibus in eadem iurisdictione potuit cõferre, sicut Archiepiscopus, vel alius prælatus.

3 † Tertiò, sicut omisso medio de iure ad eum appellari potest. capit.ad Romanam. & capit. quotiens. 2.quæst 5. capit. si duobus. de appellatio. sic conferre omisso medio poterit, licet in titulo. de friuol.appellat.sit hodie in Concorda. immutatum in appellatione,non tamen in collatione.

4 Quartò, † introductum in fauorem nominatorum & graduatorum est, quod deuoluatur ad superiorem proximum, vt facilius collationes obtinere possint.d.§.si quis verò, vbi scripsi: ergo illi fauori renuntiare possunt.capit si diligenti.de foro competen. l.si quis in conscribendo,C.de episcop.& cleric.l.pen. C.de pac.& sic iste nominatus qui adiuit Papam,omissis medijs,renuntiauit medijs quod potuit: licet istud videatur perplexum, & non satis constans: & quod non mutatur cur stare prohibetur? l.præcipimus. C. de appellatio.nam Papa in spiritualibus, & beneficijs est omnis & super omnia Bald. in l. Barbarius, in fi.ff. de offi.prætor. Ias.in l.rescripta. colum.2. C.de diuers. rescript. & sic potest concurrendo conferre omisso medio: nempe postquam est concurrẽs ipse semper est medium & ante,& in medio, & posteà semper iure alij non acquisito conferre poterit.

5 Quintò † Papa retinuit sibi in §.declarantes.de mãda. Apostol. ius præuentionis, videlicet vt iure præuentionis possit conferre beneficia vacantia in mensibus graduatorum, vel nominatorum qualitercunque qualificata essent,sed præuentio est, quando quis vadit ad Papam potius,quàm ad Archiepiscopum: ergo hoc potest Papa facere saltem est concursus.

Sextò, in §.si quis verò ponit ordinem,& nõ comprehendisset Cardinales,nisi eos expressisset, vt ibi dixi à fortiori, nec Papa ibi comprehenditur, quia persona loquens semper videtur excepta & maiora expressis non comprehenduntur.cap.sedes. de rescript. & scripsi in d.§.si quis vero.

6 † Septimò quamuis prohibitio sit generalis, tamẽ Papa non comprehenditur.capit.nemo deinceps.ubi doctor.de electio.in 6.ubi prohibetur,ut nemo commendare possit ecclesiam parrochialem, ultra sex mẽses, tamen doctor. ibi dicunt Papam exceptum sic. & in d.§.si quis uero.

Vltimò non refragatur tex. in rubr.de firma. Concorda.stabili.ubi Papa uult seipsum non posse contra qualificationes prædictas uenire. Respondeo Papam nolle, & non posse uenire contra qualificationes &

7 statuta in Concordatis, † sed in Concordatis est statutum quod iure præuentionis possit, ut supra dixi conferendo nominato omisso medio, non facit contra statuta Concordatorum: ergo sua collatio ualet, & præferri alijs debet, cum sit iuxta qualificationes, non contra: & de legato fuit decisum propter concurrentiam quam habet ut possit conferre,prout scripsi in d.§.si quis uerò,à fortiori in Papa istud procedit, & sine dubio.Nã Papa confert ratione cõcursus non deuolutionis,& sic non obest. d.§ si quis uerò. ubi dicit donec ad Papam fit deuolutio: nam postquam ad immediatum erat facta deuolutio, & ipse cum immediato concurrit: ergo poterit cõferre,& pauci hoc

8 intelligunt.Nam † Papa duplici saltem iure confert: primò ratione præuentionis: secundò ratione deuolutionis, post tempus ordinariis præstitutum: tertiò ratione concursus,quia cum quolibet ordinario concurrit: ergo sicut Archiepiscopus conferre potest, ita & Papa,& sicut Episcopus,ita & summus Episcopus, quod est notandum.

9 Secunda quæstio est, † quis nominatus acceptauerit vnam præbendam vacantem in mense qualificatorum, & postea secundam vacantem acceptet, facta resignatione primæ, an possit istam secundam habere. Respondeo quod non, quia aut habet & tunc non potest habere aliam, maximè in eadem ecclesia. c.sanctorum.70.dist.aut non habet,quia resignauit ac si eam haberet: quia per eum stat quominus habeat, & regu. iuris est quod per me stat mihi est imputandum. l.in iure ciuili. ff. de regul. iur. etiam si non resignauerit,nisi ius prætensum, quod idem est,quia censetur quoad hoc prouisus: aut non resignauit,sed succubuit, & tunc illam secundam prosequi poterit, quia non potest ei imputari, quod consequi non potuit: & quia istam quæstionem plenè tractauit glos. prag.sanct. ideo ad illam debet haberi recursus: quæ est in §.item quo ad dictas. in verb. nominatorum. de

10 collatio.in prag.sanct. dicens quod † nominatus qui semel beneficium acceptauit in vim nominationis, non potest aliud acceptare: quia ex quo elegit vnum non potest variare.l.serui electione.ff.de leg.1. l.apud. ff. de optio. lega. si tamen istud beneficium consequi non potuit,variare poterit.c.1.§.penult. de concessio. præbend. caueat tamen, vt per sententiam succumbat,& sine collusione, alias sibi obesset. capit.audiuimus,de collus.deteg.ideo si compromitteret, vel cõponeret sibi imputabitur,nec poterit aliud beneficiũ acceptare. capit.ad audientiam. de rescript. capit.non potest.§.2.de præbend. in 6. l.si dictum. §. si compromisero.ff.de euictio.imò si dicat quod prima præbenda non cadebat in gratiam suam, non creditur sibi, quia ex quo acceptauit præsumitur contra eum, glo. ibi. Cum igitur hic nominatus resignauerit ius quod in illa prima præbenda habebat non potest mutare consilium in iniuriam alterius.per regul.iur.nemo potest mutare consilium in alterius iniuriam, videlicet, in præiudicium secundi nominati,& secundam acceptare,sed contentus sua prima esse debet.

11 Non obest, quod hic † nominatus reuocauerit resignationem, quia illa reuocatio facta fuit, postquam erat admissa, & ideo non valuit per clem. vnicam. de renuntia. & cap.ex parte.de rescript.vbi Felyn. plenè, & habetur ac si reuocatio facta nõ fuisset, quia solum facta est in fraudem, vt sibi non noceret in alia, quod non potest eidem seruire.

Nec me mouet, quod primus acceptãs succubuit. Respondeo illum succubuisse eò quòd non est primam consequutus ob id semper præsumitur quod ius habuerit maximè, quia omnia acta ac documenta suæ causæ resignatario tradidit, quamobrem puto concludendum ualere collationem à Papa omissis medijs, & quod is qui primam acceptauit præbendam, quam postea resignauit aliam habere non possit, in eadem ecclesia, & in præiudicium secundi nominati, sed illa prima sibi computabitur. Datum Parisijs, anno 1543. die 26. Ianuarij.

RESPON. XXII.

Permutatio fraudulenta, an noceat graduatis, & nominatis.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia vacantia causa fraudulentæ permutationis,*

debentur nominatis, vel graduatis.

Permutatio quod sit fraudulenta, ex tribus probatur, ibid. & infra declarat.

2 Beneficium pingue, quando cum tenui permutatur fraus præsumitur. item quibus coniecturis permutatio præsumatur fraudulenta, declaratur hic & infra.

3 Iudicandum licet non sit propter vnam coniecturam, secus tamen est quando plures adsunt.

4 Paria sunt non facere & minus legitime facere.

5 Papa præsumitur nolle conferre, quando est circunuentus.

6 Clausula perinde valere, non tollit ius acquisitum tertio.

7 Papa non præsumitur velle conferre, quando illud ei nõ exprimitur, quod exprimendum erat.

8 Collatio facta per ordinarium non valet, quando adest fraudulenta permutatio.

9 Permutatio facta in fraudem illorum, qui vocari debẽt, est inualida.

10 Cap. 2. de renuntia. in 6. declaratur.

11 Canonici licet per statutum possint inuicem permutare, non poterunt tamen permutare fraudulenter.

Statutum reducitur ad terminos iuris communis. ibid.

12 Resignatio facta per auunculum valde senem est inualida, nisi expressa fiat mentio senectutis.

Iuri quod quis ignorat, renuntiare non videtur. ibid.

Vitium rei furtiuæ non purgatur, redeunte rem in potestatem domini ignorantis. ibid.

13 Papa confert beneficia vacantia in curia, quando sine fraude vacant.

14 Impetratio, non facta mentione de expectatiuis, non tenet.

15 Quando in aliqua legis dispositione adsunt duæ rationes, licet vna ratio cesset propter aliam tamen remanet legis dispositio.

16 Resignatio quibus coniecturis non præsumatur fraudulenta, hic & infra declarat.

17 Beneficium pingue, quando pro tenui renuntiatur, fraudulenta præsumitur renuntiatio.

Nemo præsumitur velle suum iactare. ibid.

18 Senex resignans præsumitur in fraudem resignare.

Senectus est morbus per se. ibid.

19 Resignans percipiens fructus post resignationem eos restituere tenetur.

20 Pingue beneficium quando permutatur cum tenui in mẽsibus graduatorum præsumitur fraus.

Coniecturæ, ex quibus resignatio in fraudem facta esse intelligatur. ibid.

21 Socius omniũ bonorũ renuntians societati sibi deferendæ spe futuræ successionis, in fraudẽ id facere dicitur.

22 Adoptans imminente sibi bonorum confiscatione nihil facit.

23 Resignanti, si beneficium resignatum iterum conferatur, fraus præsumitur.

24 Nominatus tenetur exprimere beneficinm in sua nominatione, etiam quod nondum anno possedit.

25 Euentus molestationis super possessorio nõ consideratur.

26 Beneficiatus pacifice possidere non reputatur, nisi per annum possiderit, quod an sit verum declarat.

27 Beneficium an sit in nominationibus exprimendum, si habuerit recredentiam.

28 Paria sunt possidere, vel facere quominus possideatur.



ECEPTO facto, recusaui consulere, quia mihi primo aspectu videbatur collationẽ ordinarij & summi Pontificis valere: at cum diutius cogitassem librosque super hoc reuoluissem, inueni collationem graduati meliorem, & in possessorio, & petitorio obtinere debere: quod sic probatur. Certũ est quod † beneficia vacantia causa permutationis fraudulentæ debentur nominatis vel graduatis. c. vno. de rerum permut. in 6. gl. in §. item quod omnia in verbo permutationis. de colla. in prag. & in §. volumus. illo tit. in Concorda. sic consuluit Anchar. consi. 388. in causa. sed hæc permutatio est fraudulenta: ergo, &c. Quod sit fraudulenta ex tribus probatur. Primò ratione sanguinis: vtpotè quia auunculus permutauit cum suo nepote, & sic carnalitatis sequens affectum non rationis iudicium. capit. graue. de præben. de Rota decisio. 361. nota præsumitur. in antiq.

2 Secunda coniectura, quia † permutatum est beneficium pingue cum tenui, tunc etiam fraus præsumitur. c. fi. de renuntia. in 6. Calder. in c. quæsitum. de rerum permuta. ex noua enim liberalitate præsumitur fraus. l. omnes §. totius. ff. quæ in fraud. credi. licet sola inæqualitas beneficiorum non vitiat. de Rota. decis. 129. nota quod non vitiatur. in antiq. & decis. 361.

Tertia cõiectura, quia tempore infirmitatis. c. 2. de renuntia. in 6. Anch. d. consi. 388. in casu. col. 1.

Quarta coniectura ex multiplicitate resignationũ, vt scripsi in §. uolumus. in gl. ul. in Concorda. Franciæ.

Quinta coniectura quando est ualde senex. glo. in d. c. 2. interest enim à sene potius manumitti, quàm à iuuene l. si is qui. ff. de fideicom. liberta. glo. in dicto capit. secundo.

Sexta, quando renuntiatio fit clam. Barba. cons. 60. præclarè. col. 3. in 4. uol.

Septima, ratione temporis fraus fieri intelligitur. tex. in l. omnes. §. fina. ff. quæ in fraudem credito. quia tempore destinato graduatis hæc renuntiatio, & permutatio facta fuit, ut excluderet, non graduatos, & nominatos.

3 Item, † si propter unam coniecturam non sit iudicandum, tamen quando sunt plures sic: sed hic sunt sex, ut uidemus, sufficit quod tales sint coniecturæ, quæ iudicem mouere possint ad sic iudicandum, ut asserunt d. de Rota. decis. 129. nota, quod non uitiatur. in antiquis.

Item si quis habeat expectatiuam ad Episcopatũ, renuntiatio postea in fraudem facta non ualebit. Bertach. in tracta. de Episcopo. in prima parte tertij libri, quæstione. 64.

Præterea, probata tam fraudulenta permutatione beneficium debitum erit graduato, quia tempore illis destinato uacauit. per §. statuimus primum. de colla. in Concorda.

4 † Item paria sunt non facere, & minus legitimè facere. l. quotiens. ff qui satisda. cogant. sed si nulla permutatio facta esset, deberetur graduato beneficium, sic quando facta est inutilis permutatio.

Nec obstat, quod Papa potuit conferre & derogare regulæ Cancellariæ, de 20. diebus: quia respondeo

5 quod † Papa noluit conferre: nam fuit circunuentus, quod sic probatur per tex. in tit. de mand. Apostoli. in §. declarantes, vbi Papa retinet sibi iure præuentionis posse conferre beneficia, etiam qualificatis debita, sed in hoc casu non confert iure præuentionis, quia collatio erat facta ab ordinario: ergo iure prẹuẽtionis nõ potuit conferre. Nec cõtulit ideo nulliter, cũ alio iure non possit hæc beneficia conferre nisi graduatis,

per §.j.de firma. & irreuoca.Concorda.stabilitate.

Item ista collatio per Papam facta cẽsetur facta cũ
6 †clausula perinde valere, quæ non tollit ius tertio acquisitum, sed erat acquisitum ius graduatis ex fraudulenta resignatione: ergo Papa non potuit conferre, nec voluit in præiudicium. c.quamuis.de rescrip. in 6. Imo Papa solet in suis scribere collationibus, dummodo ius alicui acquisitum non fuerit.

Item Papa noluit derogare graduatis, quibus erat iam ius acquisitum pretextu fraudulẽtæ permutationis saltem non apparet ex suis literis: ergo quamuis liceat Papam iustè adire, intellige tamen, nisi suspicio fraudis sit.l.penult.§.si adierit.ff.de lega.præstand. hic ergo erat fraus: ideo Papa iuste adiri non potuit.

7 †Istud enim nõ fuit expressum Papæ, quod reuera iustè exprimendum erat: nempè quod in fraudẽ graduatorum fieret, & quod pingue beneficium permutaretur cum tenui, nec aliæ coniecturæ fuerunt expressæ. Consequens est vt Papa noluerit conferre, per nota.in c.in nostra.de rescrip. Imò fortius nisi coram Papa primò fuisset ista resignatio facta, etiã non valuisset, prout concludit Oldrad. consil. 324. factum, quod esset magis dubitabile.

Non obstat, quod rescriptum potest valere pro parte.c.si eo tempore. de rescript. in 6. si ergo non valeat collatio Papę, saltem valebit derogatio regulę. dico contrarium, quia fraudi non videtur derogare:
8 nam † postquam fraudulenta erat permutatio, ergo non valebit collatio per ordinarium. Igitur nihil proderit derogatio regulæ, cum collatio non valeat, & inspici debet initium.arg.l.3.§.si quis.ff.de minor.

9 Pręterea, † permutatio in fraudem illorum qui debent vocari non valet, vt pulchrè concludit Calderi. consil. ij. de rerum permuta. sic etiam non valebit in fraudem nominatorum, vel graduatorum, & ita expressè in hoc casu tenet Auriol. & Probus in c.ij.de renuntia. in 6.

10 Nec obstat, quod † d.c.ij. loquatur de renũtiatione simplici non de permutatione, quia respondeo, quod in permutatione fraudulenta etiam habebit locum. per tex.in c.vno. & ibi glo.expressè docet.de re-
11 rum permuta. & quia est eadem ratio: imò † si per statuta caueatur, quod canonici possint inuicem permutare non obstante consuetudine optandi.de qua. in c.ij.de consuet. in 6. non tamen poterit permutare fraudulenter. ita sing. consuluit Barba.consi.60.pręclarè. col.2.in 4. vol. quia statutum illud debet reduci ad terminos iuris communis.l.si serui.C.de noxal. & l.fin.§.in computatione. de iure delibera. sic & Concorda, postquam igitur fraudulenta permutatio non excludit optãtem: ergo nec graduatum vel nominatum, qui pinguis ius habent, quia quædam ambitio notatur in expectante, c.quamuis primo. de prębẽd. in 6. quę nõ habet locũ in nominato, vel qualificato.

12 Imo consuluit Oldra. consil. 324. factum † non valere resignationem factam in Curia Romana per auunculum valde senem, eò quod nõ fuit expressum de senectute & debilitate, & antiquitate, per multa quæ adducit, quę ibi licet videre: nam quando Papa ignorat uitium siue fraudem non videtur actũ coram illo ignorante ualere.l.seruus.ff.de bono.possessio.l.j. C. qui admitti. nec videtur quis renuntiare iuri quod ignorat, uel ratum habere.l.mater.ff.de inossi testa & quando res furtiua redit in potestatem domini ignorantis non purgatur uitium.l.sequitur.§.qui autem.ff. de usuca. Imo dignus est pœna qui circunuenit conscientiam Papæ, uel principis. l.fi.C.de his qui à non
13 do.ma. † licet ad ipsum spectet cõferre beneficia uacantia in Curia & id tantũ quando sine fraude uacant, alioqui poterit episcopus conferre, quamuis in curia uacent: sic concludit Oldr.cons.324. col.4.in fi.

14 Item non tenet † impetratio quando de expectantibus non fuit facta mentio cap.ex parte.de offic.delega. sed hic non fuit facta mentio de graduatis, qui fortius habent ius, quàm isti expectantes Apostolici: ergo non solum de facto est facienda mentio, sed etiam de modo faciendi, vt ualeat d. impetratio.l.precibus. C.de impube.l.cum hi.§.modus.de transact.gl. & Innoc. in c.dilectus filius Abbas.de rescript.

15 † Itẽ duę rationes sunt in d.c.2. Prima, ut obuietur fraudibus, secunda ne expectans Apostolicus gratia defraudetur, licet cesset una ratio, tamen adhuc habebit locum legis dispositio.§.affinitas.insti.de nup. & in proximis terminis, sic cõsuluit Barbat. consil.11.scripsit col.15.nu.16.in 1.uol. & ideò licet non emanata fuerit hęc resignatio in præiudicium alterius, tamen quia fuit facta in fraudem non ualebit, aliàs sequeretur quod ius pareret uiam fraudibus, quod non est uerbum.l.conuenire.ff.de pact. dotal. & quod dolo renuntians reportaret commodum, quod non debet esse.c.ex tenore. de rescript. nam hic permutat, ut priuet graduatum isto beneficio, quod nunquam fortè habebit, licet aliud possit habere, tamen sua interest hoc pingue habere.

16 † Euitantur coniecturę fraudis, quando senex erat resignans, & beneficium habebat curam onerosam, cum non erat tam senex, tunc dicemus resignationẽ non præsumi fraudulentam.

Secundò quia locus beneficii non erat tutus propter aliquos inimicos ibidem habitantes, nec tũc euitatur etiam inęqualitas beneficij.c.cum dilecti.in fi. de dolo.

Tertiò, quando aer non erat ei salubris, quia nimis calidus in æstate. ca.ad supplicationem. de renuntia. Bartho.Cepol. in 15. præsumptio. tractatus sui simulatio. & de serui. rustico.prędio. rub.de aere.

Quartò, quando erat situm beneficium tenue in patria, longè pingue: quia propter affectionẽ patriæ, & parentum hoc fecisse uidetur.

Quintò, quando illud beneficium tenue fuit possessum per illos de sanguine, uel fundatum: nã affectio præsumitur eò, quia fuit maiorum.l.si in emptione. ff.de minor.

Sextò, quando beneficium tenue est in ciuitate, pingue ruri, quia beati qui habitant urbes.l.2.ff.de nundinis.

Septimò, quando tenue beneficium erat dignitas, & permutans uolebat habere dignitatem, ut posset esse iudex delegatus. iuxta c.statutum. in princ. de rescrip.in 6.

17 Alia coniectura, quando † renuntiatur pingue pro tenui, quia nõ est uerisimile quod beneficium tot & tantis laboribus acquisitum, uideatur renuntiare pro tenui.c.super hoc. de renuntia. nemo enim pręsumitur iactare suum.l.cum de indebito.ff.de proba. & ex hoc solo præsumitur fraus. Cardi.in c.quæsitum.de rerum permuta. maximè cum persona domestica, & in domo sua. ut consuluit Anch.consi.385.licet pridie: circa finem, nisi esset in patria minus delectabili, uel sana, aut in patria permutantis, tunc fraus excluderetur. Ancha. cons.388. in casu col.2. & seq.

18 Alia coniectura † si senex resignet, & moriatur ante 20. dies, quia senectus per se morbus est, & etiã senex est proximus morti. arg.l.computationi in alimentis.ff.ad legem falcid. & facilius admittenda resignatio ęgri, quam senis. Arch. in c.nihil. 7.q.1. & ual. de

de senex æquiparatur infirmo.c.1.de cleric ægro.lib. 6. maximè,quando facta resignatione moritur in mẽse qualificatorum: nam non est presumendum,quod hic inueteratus senex, cuius auaritia iuuenescebat, beneficiũ resignasset,nisi se proximum morti cognosceret,habereturque pro mortuo qui est de proximo moriturus:& habet quandoque retro ad tempus infirmitatis.l.huic scripturæ.ff.ad legem Aquil. Ancha. consil.430.fuisset.col.2.

Alia coniectura,quãdo consanguineo fit collatio,
19 & in fauorem illius fit resignatio. † Tunc enim resignans quando recipit fructus post resignationem tenetur eos restituere cum nullo iure percipiat etiam nomine illius, fauore cuius fuit resignatum: secus si tantum constituerit procuratores ad resignandum, quia ante notificationem resignationis factæ fructus facit suos, etiam in conscientiam, quia potest præsumere quod superior noluit resignationem admittere uel procurator non resignauit, aut pars non curauit. arg l.sed & secus.§.si absenti.ff.pro soc. Probus in additio. ad monach.in d.c.2.nu.30.

20 † Et tunc censetur fraudulẽta, quando in mensibus graduatorum, vel iuxta fit permutatio pinguis beneficij ad tenue.tex. in c.fina.de renuntia. in 6.tex.& ibi ponderat Bald.in l.spadonum.§ si.ff.de excusa.tutor. & quando fit valetudinario, qui graui infirmitate detinetur.l.filiæ meæ.ff.sol.mat.& dicitur graui infirmitate detineri, quando ex ea moritur, vel quando per medicos, & communiter alios reputatur ex illo morbo moriturus. Alberic.in d.l.filiæ.

Item additur alia coniectura,quando patronus vel consanguineus permutat cum consanguineo, iuxta menses præstitutos qualificatis, & hoc quando moritur alter permutantium in mensibus qualificatorum. nota. in d.c.fi.

Quando dicitur fieri in fraudem, facilè colligi non potest,nisi ex coniecturis.l.quia autem.§.non simpliciter. ibi.si modo nulla collationis suspicio religionẽ Pretoris instruxerit.ff.si quis omissa causa testa.

Quæ sunt coniecturæ? Respondeo: prima est,quãdo infirmus in mensibus graduatorum, uel nominatorum resignat in Curia, in fauorem alicuius: nam tunc si non fiat mentio in quo vacauit non ualebit illa colatio: quia etiam in tempore fraus fieri intelligitur.l.omnes.§.fi.ff quæ in fraud. credito. & ista grauis infirmitas debet allegari, & probari, & tempore resignationis, & constitutionis procuratoris, alioqui non prodest. Ancha.consi.388.in casu,col.2.digerere: si uero ab ordinario conferatur dicitur in fraudem fieri, si ex illa infirmitate moriatur ante 20. dies per regul. Cancella. 18.

Renuntiatio simplex dicitur fraudulenta, quando quis resignat beneficium tenue durante infirmitate alicuius. d.c.si te præbendam: nam si socius omnium bonorum, spe successionis sibi deferendæ societati renuntiat, in fraudẽ dicitur facere.l.actione. §.diximus. ff.pro socio.& si pater adoptiuus emancipet filium ut fratres collatione priuet,id etiam in fraudem facere videtur.l.1.§.his quorum. & l.si filium.in fi.2.respon. ff de colla.bono.sic cõcludit Thomas Fastol.in decis. Rotæ. causa.6.in vlt.dubio.

22 † Item, quia adoptat præueniendo tempus confiscationis bonorum, cum iam accusatio immineret nihil facit.l.cum ratio.§ ex bonis.ff de bonis damna.l. ult.de his qui sibi mortem consciuerunt. donatio siquidem facta propter delictum futurum nõ valet.l. post contractum ff.de dona.l.1.C.de iure fisci. Idem in muliere præueniente diuortium, manumittendo seruum, ut adulterij substrahat quæstionem.l.sed si maritus.ff.qui & à quib.ma.liber non fiunt.

23 Item † quando postea confertur eidem beneficium.d.c.2.vel nepoti, aut consanguineo, vel alteri qui det pensionem resignanti.

Item non excluditur optio per permutationem nisi ad vtilitatem ecclesiæ fiat. teste Barba. consil.60. præclarè col.vlt.in 4.vol.est tamen dubia hæc decisio.

Item,præsumitur ad excludendum expectantem, quando inimicus resignat beneficium tenue, etiamsi non speret aliud,glo.in d.c fi.

Secundò quero, an beneficium de nouo possessũ per sex menses, vel aliud modicum tempus sit in nominationibus exprimendum. Respondeo,quod sic, dummodo tempore nominationum possideat siue possederit.

Tertiæ quæstioni etiam facillimè respondetur,
24 quod quis † tenetur exprimere beneficium quod possidet tempore nominationum, siue possederit longo tempore, siue non, siue possederit annum,siue minus: tum quia in Concorda. tantum requiritur vt beneficium possessum exprimatur, non distinguẽs de tempore, tum etiam quia ratio Concorda.locum habet siue possederit per annum, siue minus: vtpote, vt vniuersitates instruantur, an ille qui impetrat nominationes habeat vsque ad ducentos florenos auri de camera,sed ille qui de recenti possidet beneficium habet id vltra ducentos: ergo oportebit illud beneficium exprimere.

Non obstat, quia potest molestari intra annum su-
25 per possessorio, quia fac esse, attamen † non consideratur ille euentus.l.inter stipulantẽ. §. sacram.ff.de verbo. obligat. nam de iure potest quis in beneficio perpetuò molestari.regula. beneficium. de reg.iur.in 6.c.cura. de iure patro. glo.in verbo triennio.de pacific. possesso.in pragm. & etiam in hoc regno Franciæ quis potest molestari intra triennium: ergo ante triennium beneficium possessum quis non teneretur exprimere si cõsideraretur quod quis posset molestari.

Nec refragatur glo.in verb.pacificè.de pacific.pos-
26 sesso.in prag.vbi dicit,quod multi † non reputant beneficiatum pacificè possidere, nisi per annum possederit sine lite, cum infra annũ possit inquietari super possessorio retinendæ in casu saisinæ & nouitatis, & beneficium sequestrari ex stylo Franciæ per iura ibi allegata. Respondeo, quod ibi citat opinionem aliquorum,quam non approbat, vel ibi. quoad titul. de pacific. possess.non quoad nominationes, vel dic vt statim dicetur. per glo.in ca.cõmissa.de elec.in 6.ubi oportet quod quis aliquandiu possederit antequam dicatur pacificè possidere, quia hoc est verbum in casu illius. c.& c.licet canon. de elec.in 6.nã posset quis ordinari, & postea auferretur sibi beneficium & cogeretur mendicare in opprobrium totius cleri. cap. diaconi. in 5.93. dist.secus est in impetratione nominationum, quia si impetrat nominationes, & in eis exprimit beneficia, quæ nunc possidet,si ascendãt usque ad ducentos aureos vniuersitas recusabit, expectet ergo an beneficium euincatur,& postea nominationes impetrabit, si verò non ascendant vsque ad summam taxatam,impetrabit,& obtinebit nominationes: igitur expressio in nominationibus nullius aut parui est momenti, secus in promotione, uel in adeptione secundi beneficij.

27 Ad tertium dubium dum quæritur, an de † beneficio super quo quis obtinet recredentiam tantum teneatur in nominationibus facere mentionem, & breui respondeo quod non, quia is qui obtinet recredentiam

dentiam non dicitur possidere simpliciter, sed sub manu Regia, quia in hoc regno beneficia sequestrantur, vt not. per illum text. posse fieri. in c. 2. de dolo. & per totum titul. de sequestra. posse. & fructuum: ideo is qui non possidet beneficium non tenetur de illo facere mentionem: nam missus in possessionem ex reali ex primo decreto, elapso anno tantum possidet. arg. l. penul. §. penul. C. de prescript. 30. anno. & anno elapso incipit vsucapere. ut ibidem no. & Guido Papę in tracta. de primo & secundo decreto. col. 4. vers. in reali verò.

Fallit, quando staret per eum qui habet recredentiam quominus possideret, vtpote quia non prosequitur litem super pleno possessorio post habitam recredentiam: hoc expressè tenet glo. in §. item quod vniuersitates. in verb. possidebunt. de colla. in prag. quia
28 † paria sunt possidere, vel stare quominus possideatur. arg. c. commissa. de elec. in 6. tutius est tamen in vtroque casu exprimere ne processibus inuoluaris.

RESPON. XXIII.

De præsentatione.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatio facta ad beneficium affectum graduatis de non graduato.*

2 *Collatio non graduato facta, inualida est prosequente nominato.*

Posthumus censetur pro virili institutus cum alijs filijs, Matre decedente in puerperio.

3 *Si vinco vincentem te, multo magis vincam te.*

Cui quod est plus licet, & quod est minus licebit. ibid.

4 *Collatio papæ quando iure præuentionis fit, excludit graduatum, & nominatum, secus est, quando per concursum.*

5 *Papa beneficium iam collatum conferre non intendit. Actus agentium vltra intentionem operari non debent. ibidem.*

6 *Papa iure præuentionis beneficia, affecta graduatis, vel qualificatis conferens, horum mentionem facere debet.*

EPISCOPVS Viuariensis ad Ecclesiam parrochialem beatæ Mariæ de Capreolis vacantem in mense Octobris instituit Gu-
1 lielmum Raynaudum † non graduatum, nec qualificatum, facta prius præsentatione per patronum eclesiasticum decimaquinta Octobris, quo die etiam Papa contulit Ludouico de Bellomonte, & vterq; accepit possessionem Raynaudus die decimaseptima dicti mensis Octobris, de Bellomonte die uigesimaseptima eiusdem mensis, die verò decimasexta Stephanus Beraudus graduatus, & ritè qualificatus requisiuit patronum vt eundem presentaret, qui recusauit: ideò dictus Beraudus iure deuoluto ab episcopo Viuariensi collationem obtinuit, superque possessorio causa coram Senescallo Bellicadi agitata fuit, vsque ad recredentiam inclusiuè, quam Raynaudo adiudicauit, dubitatur an rectè iudicauerit: & inuocato diuino præsidio male iudicatum per Senescallum Bellicadum, seu eius locumtenentem & bene appellatum mihi infra scripto visum est, primò præsupponendo quod præsentatio & institutio facta per ordinariũ d. Gulielmo Raynaudo non qualificato tenebat, non prosequente nominato, vt in §. si quis verò. de collat. in Concord ergo Papa nõ poterat iure conferre quia locus erat repletus nec vacabat beneficiũ: quia erat iã collatum: igitur collatio Papę postea nõ potuit fieri.
2 Secundò, est certum quod † collatio facta non graduato est nulla ipso iure prosequente nominato. glos. in tit. de collat. in Concor. in §. si quis verò. vbi plenæ sunt allegationes postquam ergo collatio facta Raynaudo tenebat in præiudicium Apostolici, Apostolicus eam impugnare nõ poterit: sed quia est nulla in fauorem nominati, ergò nominatus vel graduatus eam nullam dicere poterit, arg. l. si mater, C. de inoffic. testa. vbi si mater in puerperio decedat, posthumus censebitur institutus pro virili cum filiis aliis, ideò tenet testamentum quoad omnes filios, si verò instituti fuerint extranei, nullum erit testamentum in fauorem istius posthumi, sic & collatio ordinarij erit nulla in fauorem graduati Beraudi in cuius fauorem hoc est introductum, & non in fauorem extraneorum, id est à Papa prouisorum: per quos non debet iniqua conditio afferri graduato.
3 Tertiò †; in hoc casu habet locum illa regula, si vico vincentem te à fortiori uincam te, de qua in c. pen. de concess. præbend. in 6. Bald. consil. 258. quia. vol. 2. nam graduatus per supradicta uincit Raynaudum primò institutum, quia collatio seu institutio d. Raynaudi non qualificati est nulla, in fauorem dicti graduati, & eo prosequente nullitatem, & Raynuadi uincit Apostolicum, uidelicet, Ludouicum de Bellomonte, per supra adducta: ergo Beraudus graduatus vincet vtrunque, tam Raynaudum quàm Ludouicum, per regulam cui licet quod est plus, licet quod est minus: & quia d. Beraudus vincens Raynaudum, subrogauit in ius Raynaudi, & sic postea d. Beraudus excludit Apostolicum. glo. in l. vsucapio. C. de pignor. sic Decius consil. 28. fuit. nu. 4. in 4. vol. & dixi in 17. quæst. tracta. nomi. nu. 8. & seq.
4 Quartò, certum est quod † collatio Papæ facta iure præuentionis excludit graduatum & nominatum. §. declarantes. de mand. Apostol. in Concord. & ibi plenè dixi, sed hęc collatio facta fuit per concursum non per pręuentionem: Ideo habet locum c. si à sede. de pręb. in 6. quia attenditur quis prius adeptus fuerit possessionem, sed Raynaudus adeptus est possessionem, ergò excludit Apostolicum, & postea excluditur à graduato Beraudo: nec potest dici Papam præuenisse ordinarium, sed concurrisse cum eodem, qui concursus non debet nocere graduatis.
5 Quintò, † Papa non intendit cõferre beneficium iam collatum, quod probatur ex bulla d. de Bellomonte, dum dicitur conferimus beneficium vacans per mortem Raynaudi, sed non vacabat, quia ordinarius contulerat: ergo Papa non intendebat conferre, & sic illa collatio præter intentionem Papę non valet. cap. ad aures. & ca. mãdatum. de rescrip. & c. fin. de præben. imò diceret non obstante collatione alteri facta de inualida intelligeretur, Feli. in c. causam. de rescript. & sic ista collatio nõ debet vltra suam intentionem operari, quia actus agentium non operantur vltra eorum intentionẽ. l. non omnis ff. si certũ pete.
6 Vltimò, quando † Papa confert beneficia affecta graduatis seu qualificatis iure præuentionis debet facere de hoc mentionem, aliàs collatio erit subreptitia. Collecta in c. relatum. col. 1. in fin. de præben. dixi in glo. ac etiam. in §. declarantes. de mandat. Apost. in Concord. imò collatio facta per Papam, etiam ex causa permutationis de beneficio iam affecto alteri non valet, nisi de reseruatione facta fuerit mentio, ut consuluit

suluit Aegid. Bellamera consil.33. quod si. colum.5. in d.concl.facit regula cancella.30.& quod consuluit Old.consi.324.factum tale. & per hoc concludo malè iudicatum, per d. Seneschallum: & bene appellatum,& reformando sententiam illius nedum recredentiam adiudicari debere d.Beraudo graduato, sed etiam plenum possessorium ac etiam petitorium si corā iudicibus Ecclesiasticis ageretur,& in fidem præmissorum me subscripsi hoc anno 1537. die 23. Iulij.

RESPON. XXIIII.

De quatuor nominatis, & quod antiquior non præferatur.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium vacans in mensibus nominatorum antiquiori debet conferri, quod limitat. num.2.*

2 *Nominatus primus quando est inhabilis, fit locus secundo nominato.*

3 *Papa non intendit eum grauare, cui non diriguntur mandata, aut nominationes.*

4 *Collatio spectans ad episcopum cum consensu, & consilio Capituli, ad episcopum solum spectare censetur.*
Nominationes non comprehendunt beneficia collatorum quibus non diriguntur.

5 *Collatio concessa cum consensu alterius, non includit plures collatores.*

6 *Nominatus habens vnam præbendam non est incapax ad secundam.*
Beneficium duorum esse non potest. ibidem.

7 *Capitulum vices episcopi gerens, eis tenetur conferre, quibus tenebatur episcopus.*
Affirmans aliquem esse talem, illud debet probare. ibidem.

8 *Capitulum non nisi absente, vel negligente episcopo conferre potest.*

9 *Collatori nō creditur, nisi de collatione extet instrumētū.*
Separata debet esse scriptura collationis factæ ab Episcopo & absentiæ episcopi. ibid.

10 *Succedens in locum alterius plus iuris habere non potest quàm is, in cuius locum successit.*

VACAVIT præbenda in diœcesi sancti Flori, anno 1541.& in mēse Ianuario affecto nominatis quam requisierunt & acceptarunt quatuor nominati, videlicet, Fabri antiquior, Bronchi sequens, Demum Naucaze, vltimo Morgue, qui eodem ordine nominati sunt: quesitum est quis istorum obtineat ius in præbenda: & videtur quod Fabri tanquam antiquos, per §. statuimus
1 primum. de collat. in Concord. vbi † antiquiori conferri debet beneficium in mēsibus deputatis nominatis vacans. nam qui prior est tempore, potior est iure. per reg. iuris. & in rescriptis tempus datæ attenditur. c.eam te. de rescript. cap. si eo tempore. illo tit. in 6.

Contrarium concluditur in hoc casu, & dico. d.
2 Bronchi ius obtinere, in d. præbenda: † nempe quando primus nominatus est inhabilis, idem est ac si nullus esset nominatus, & sic sequens admittetur. argum. l. pen. § quibus. ff. de success. edict. l. 1. § si duo. ff. de bonor. poss. secundum tabul. nam nominatum eum accipere debemus, qui ritè nominatus est. l. 4. §. condemnatum. ff de re iudica. facit l. quotiens. qui satisda. cogan. sed hic Fabri non erat nominatus ad beneficia Episcopi sancti Flori, & nominationes suæ tantum dirig bantur capitulo: ergo non astringit
3 Episcopum, quia † non intendit Papa, nec vniuersitas grauare eum, cui non diriguntur mandata aut nominationes. c. fin. de præbend. in 6. ideo nominationes Fabri cum non essent directæ nisi capitulo sancti Flori non astringebant Episcopum ad conferendum illi: ergo d. Faber non est quo ad hoc nominatus, & sic sequens gradus succedit, sublato primo. per l. 1. de bonor. poss. secundum tabul.

Nam quod nullum est, nullum debet operari effectum. l. non dubium. C. de legib. capit. ex tenore. vbi glo. & doct. de rescript.

Item hic de Bronchi est antiquior respectu Naucazæ & Morguæ, ergo erit potior. per dictum §. statuimus, de collat. in Concord.

Nec refragatur quod eius nominationes diriguntur tantum Episcopo sancti Flori, & collationes spectant ad Episcopum cum consensu & consilio cap. ergo Episcopus tantum est ligatus. Respondeo per text. in c. vno. §. 1. ne sede vacante. in 6. nu. 4. vbi dicit
4 Philipp. Francus quod † quando collatio spectat ad Episcopum vel Prelatum cum consilio & consensu capituli, tunc censetur spectare ad ipsum Episcopum solum, ut patet ex hoc text. & hæc sunt verba illius: ob id nominationes de Bronchi rectè sunt directæ Episcopo, nam capitulo dirigi non debebant: & ista est communis conclusio Do. de Rota. in rubr. de præbend. decis. 10. quæritur an impetrans. vbi si Papa mandet prouideri de beneficio spectante ad collationem Abbatis, poterit prouideri de beneficio quod habet conferre cum consensu Episcopi. Hoc etiam probat And. Dom. & Franc. in d. c. cum in illis. in fi. de præbend. glo. in verb. decem. in fi. §. non tamen. de collat. in Pragm. Igitur postquā nominationes d. de Brōchi dirigebantur Episcopo, & ipse erat antiquior nominatus, ideò affectum est illi beneficium, & sic d. præbenda erat illi affecta.

Item lata est differentia quando collatio spectat ad
5 Episcopum & capitulum communiter, & † tunc nominationes vni directæ non afficerent alterum. capit. cum in illis. in fi. de præbend. in 6. cap. cum ecclesia. de elect. diuersum est, quando collatio spectat ad Episcopum cum capitulo, quia tunc solus Episcopus cōfert & illi debent dirigi nominationes, & insinuari. per d. c. fi. de præb. in 6. nam collatoribus & patronis ecclesiasticis nominationes tantum diriguntur, & hi grauari possunt. §. præfati primo. ibi collatores ordinarij & patroni ecclesiastici. de collat. in Concord. vbi qui nō nominantur, consentire tamen debere uidentur: ergo nō debent illis nominationes dirigi, quia aliud est conferre, aliud collationi consentire. l. aliud. ff. de reg. iur. hoc scribit Io. Andr. & doct. in c. collatione, de appellat. in 6. & Io. de Selua. in tract. de benefic. in 2. parte. q. 11. Fel. plenè in c. eam te. col. 13. uersu si Papa. de rescript. plus dicens quod non uidetur collatio spectare ad te & me cōmuniter, licet in eius collatione habeam te consulere, allegat Panorm. in c. non potest. in fi. de re iudic. nec dicitur spectare communiter duobus, id quod unus facit cum consensu alterius, secundum eum: ideò collatio spectat ad Episcopum, unde nominationes rectè fuerunt Episcopo directæ & grauando Episcopum uidetur grauasse etiam de collatione, quam faciebat cum consilio & assensu capituli per prædicta.

Item quamuis necessarium esset dirigere capitulo etiam nominationes d. Bronchi, sunt directæ & Episcopo & capitulo. Primò, Episcopis atque Abbatibus

bus secundò capitulo & canonicis ecclesiarum collegiatarum. Tertiò dirigit capitulis ipsorum Episcoporum & Abbatum, ibi dum dicit, & cuiuslibet ipsorum vicario seu vicarijs, capitulo, seu capitulis nemo inficiari poterit, quum per ista verba etiam directæ sint nominationes singulis capitulis ipsorum collatorum, sed cum hoc non sit necesse, non probo aliter, quia satis ex inspectione nominationum de Bronchi apparet.

Nec obesse potest d.de Bronchi quædam prætensa acceptatio alterius præbendæ cuiusdam ecclesiæ. Respondeo, quia eam non obtinuit nec obtinet, & quia
6 fuit vacans in mense graduatorum, † & graduatus vel nominatus non est incapax ad aliam præbendam in mense nominatorum vacante nisi duas obtineret. per text.in §.volumus. de collat. in Concord.

Vnde cum ex transactione collationes faciendæ erant ab Episcopo cum consilio tamen & consensu capituli, sufficit Episcopum sic consuluisse d.de Bronchi qui per collationem ius validum obtinuit: ergo alij obtinere non potuerunt, quia duo non possunt obtinere ius validum in vno, cum non possit beneficium esse duorum. cap. cum non ignores. de præbēd.

Itaque per mortem illius Bronchi vacauit beneficium, & sic cum mortuus fuerit in mēse Iulio affecto nominatis, antiquiori debebatur qui est Naucaze, & d.Naucaze per d.Bronchi obitum obtinuit collationem illius iuris, ergo is est potior nunc: tum quia antiquior, tū quia ritè qualificatus & successit in locum d.Bronchi, etiam quia antea nihil obstabat d.Naucasse, nisi quia Bronchi eum pręcedebat nunc, cum sit mortuus, & is ipse habeat ius illius: habet ergo potentius ius & omnibus aliis est præferendus. Nec potest ei obiici quod fuerit prouisus qui nihil ab illo callatore obtinuit, nec ab aliis obtinet, usque ad ducentos florenos auri de camera.

Nec potest d.Naucaze obesse Fabri nominato, quia nō est directa ipsi Episcopo nominatio ad quem spectabat collatio ut superius dictum extitit: ergo nō potuit Episcopus per illud grauari.

Nec obest quod capitulum potest conferre in absentia Episcopi & vicarij, vt patet in trāsactione. Resp.
7 † capitulum posse tunc conferre supplendo vices Episcopi, & illi qui supplet vices non possunt nominationes vel mandata dirigi, sed ipse qui vices supplet, tenetur conferre his quibus tenebatur prior collator text. in cle. vnic. de supplend. negli. præla. & §.si quis uerò. de coll. in Concorda. ubi plenè scripsi. & ideo capitulum primò non potest conferre, sed recusante Episcopo uel absente tantum conferre poterit.

Item Morge non potest prætendere aliquod ius, tum quia iunior nominatus, quàm d.Naucaze etiam idem in nominato Riuet. & quia insinuatio facta fuit cuidam Claudio tanquam vicario, & tamen non constat illum fuisse vicarium, & qui dicit aliquem esse talem, hoc debet probare l.non ignorat. C. qui accusa. non possunt.

Item collatio facta Clamier nullius est momenti,
8 tum † quia facta à capitulo, quod non potuit conferre, nisi negligente uel absente Episcopo: sed hic de his non apparet, & de qualitate illa imprimis facienda est probatio. l.eum actum. ff. de nego. gest.
9 † Nec creditur collationi capituli etiam si ibi diceret per c. nuper. de testib. quia de hoc debebat fieri instrumentum, secus de requisitione episcopi, alioqui ipsi in proprio facto testificarētur quod nemini licet. l.omnibus. C. de testib.

Et quia collationis instrumentum fit ad probandam collationem non absentiam Episcopi, ideo scriptura separata de Episcopi absētia fieri debebat sicut debet fieri scriptura separata de causæ cognitione, & altera de decreto. teste Spec. in tit. de procur. in §.1. uers. quid si solum. & Alex. cons. 163. alias in fi. in 5. uol. etiam in collatione dicitur ut asseritur, ergo illud assertum Clamier probari debet.

10 Et quamuis collatio ualeret, tamen † non potuit Clamier plus iuris habere quàm Morgue, in cuius locum successit, sed Morgue nullū ius habuit ut patet, ergò nec ipse Clamier, quia per reg. iuris nemo potest plus iuris trāsferre quā habeat. l.traditio. ff. de acq. rer. dom. ex prædictis concluditur d.Naucaze tam ex suo capite, quàm ex subrogatione d.Bronchi totum ius ad d.præbendam obtinere, alijs exclusis, quod satis est superius probatū, & in aliis scriptis d.Naucaze, his ergo subscripsi hoc anno 1548. in mēse Augusto.

RESPON. XXV.

Si ecclesia regularis redacta fuerit in secularem, nominatus secularis recipietur.

SVMMARIVM.

1 *Legatus concurrit cum quolibet ordinario.*
2 *Beneficium seculare seculari debetur.*
3 *Beneficium præsumitur tale in quali statu reperitur tempore vltimi possessoris.*
4 *Existens in possessione præsentandi, poterit præsentare etiam eo non existente patrono.*
Præsentatio connumeratur inter fructus. ibidem.
5 *Collatio prima per legatum non qualificato facta, inualida est.*
6 *Insinuatio facta post vacationem beneficij valida est non existente alio qualificato.*
7 *Cathedralis ecclesia non ex eo dicetur regularis quod in ea quidam canonici regulares sint.*
8 *Legatus si resignationem factam in mensibus graduatorum, vel nominatorum admittere nolit, quid tunc agendum sit declarat.*
9 *Fraudibus & malitijs obuiandum est.*
10 *Legatum recipiens legationem, & iuramentum in Francia quasi contrahere videtur.*
11 *Reseruationis in Gallia sunt exosæ.*
12 *Reipublicæ interest, ne quis male re sua vtatur.*
Quæstus prælaturæ reprobatur. ibidem.
13 *Constitutio grauamen notorium inferens subditis reformatur.*
14 *Vniuersalis status quando turbatur etiam summus Pontifex reformatur.*
15 *Legatus constituitur ad conferendum personis non expressis.*
16 *Reseruatio contra concordata quando præsumatur facta à legato.*
17 *Famulis legatorum ex rapto, & cum alterius præiudicio prouideri non debet.*

VACAVIT beneficium in mense Ianuario nominatis deputato, legatus contulit nō nominato, postea idem legatus, decimaquinta Ianuarij contulit magistro Petro Borie nominato, & ritè qualificato seculari, demum antiquior nominatus regularis requirit uicarium capituli

pituli sede uacante, & in recusationem obtinet collationem ab archiepiscopo iure deuoluto, quæritur quis istorum habeat ius: breui uidetur quod d. Borie: quia legatus potuit eidem conferre saluis modificationibus regni, etiam si non fuerit facta gradatim re-
1 quisitio, quia† concurrit cum quolibet ordinario. c. si à sede. de præbend. in 6. & non derogatur legato nisi in qualificationibus: ergo eas insequendo poterit cōferre, & licet contulisset primo non nominato, potuit postea conferre nominato. ut dixi in glo. dispositiones. §. si quis uerò. de colla.

2 Secundò, † seculari debetur beneficium sæculare per §. uolumus. de colla. sed istud de quo prætenditur est seculare, ergo &c. quod sit sæculare patet, quia Ecclesia Tutellensis licet olim esset regularis, tamen est redacta in sæcularem, cum beneficijs dependentibus ab ea per Papam, qui ad hoc habet potestatem, uoluit & potuit, ergo & hoc beneficium, de quo pretenditur dependet à d. ecclesia Tutellensi.

3 Item † tale præsumitur beneficium in quali statu reperitur tempore uacationis. l. item apud. §. si quis uirgines. ff. de iniur. sed istud reperitur tempore mortis ult. possessoris possessum per seculares: ergò præsumitur seculare, & sic debitum seculari nominato.

Nec refragatur. c. cum de beneficio. de præben. in 6. ubi requiruntur quadraginta anni, quia hoc est uerum, quoad præscriptionem, sed hic loquitur quoad præsumptionē an sit sæculare uel regulare, & possessio ultimi possessoris inducit præsumptionem fortem ut secularis nominatus possit illud acceptare & habere: per no. in cap. cum ecclesia. de causa possess. scripsi in §. uolumus. de collat. in Concord. & c. con-
4 sultationibus. de iure patron ubi † si quis fuerit in possessione presentandi, licet non fuerit patronus, ualebit tamen præsentatio facta per eum ratione possessionis, quia possessor bonæfidei facit fructus suos, & præsentatio inter fructus connumeratur. gloss. in ca. cum olim. de maior.

Tertiò, legatus potuit conferre isti seculari, cum nullus secularis eo antiquior requisiuerit, & quamuis d. regularis sit antiquior, tamen debentur eidem beneficia secularia. per d. §. uolumus. de colla. in Cōcorda. ubi plenè scripsit.

5 Quartò: † collatio prima facta per legatum non qualificato nullius est momenti. §. si quis uerò. de colla. in Concord. sed hic nominatus iure prosequitur: ergo legati collatio non ualet.

Quintò, maior est inhabilitas omissę qualificationis quàm alterius qualificati. argu. no. in c. cum nostris. per Panor. de conces. præb. & c. fi. de æta. & qualit.

6 Sextò † insinuatio facta post vacationem beneficij est valida, quando alius qualificatus non adest, ut dixi in gl. vacationem. §. prefatiq; graduati. de coll. in Concord. ergo non potest impugnari per non qualificatū.

Nec obstat quod in ecclesia Tullensi sunt regula-
7 res canonici & secularis: quia fac esse, † tamen si aliqui regulares velint remanere, non tamen ob hoc impediunt quin illa Ecclesia sit in sæcularem redacta & maior pars attenditur, sed est maior pars canonicorum sæcularium: ergo illa attendetur per c. cum omnes. de constitu. & ita concluditur d. de Borie alijs præferendum.

8 Vltimò, † quid si legatus resignationem factam in mensibus graduatorum vel nominatorum, aut aliis admittere nolit: vt pote quia est Episcopus & suos habet nominatos propitios, quibus vult prouidere si vacet per mortem, vel habet famulos nominatos & graduatos, quibus vult cōferre, uel alijs prouidere vult: uel non vult dispensare regulæ de viginti diebus, ut per mortem suis conferat quomodo succurretur. glo. in dicto §. quid si quis. in verb. pontificem. dicit quod nominatus tunc obtinebit collationem iure deuoluto tacita qualificatione, dicendo, quod beneficium tanto tempore vacauit, quod eius collatio est ad sedem Apostolicā deuoluta, vel quod collator malè prouidit aut incapaci, & tunc ualet collatio, sed loquitur in Papa, nihil dicit de legato. Ideò ego dicerem ex æquitate beneficium esse affectum deferenti resignationem, ita quod si Legatus nolit admittere resignationem vel derogare regulæ, quod is facta diligentia de habēdo collationem ab eodem, poterit postea ire ad Papam: & ista collatio Papæ licet sit vltima, quia fortè is cuius resignationem deferebam sit mortuus, tamen eò quia erat affectum primo deferenti resignationem, ideo alteri non potuit conferri, hoc ex sequentibus.

9 Primò, † vt obuietur fraudibus & malitiis quibus maximè est obuiandum. l. in fraudem. ff. de rei uendic. c. sedes. de rescript. & maximè debet obuiare sacratissimus Senatus, qui abusus reformat in hoc regno: adeo malitiis obuiant iura ut aduersus malitiā possit quis se defendere; etiam cum calumina. glo. sing. in c. cupientes in uerb. malignantium. de elect. in 6. text. in l. cum pater. in §. Titio. ibi. nec dolo videtur fecisse, cum fraudem excluserit. ff. de lega. 2. Imò si decem mutuasti quæ tibi secreto restitiui iterum petis, potero iurare me nihil habuisse, quin soluerim. Anton. de Butrio. in c. 1. de mutuis petitio. multa adducit Hyppol. singul. 177. malitiis. multò fortius poterit suprema curia illis malitiis obuiare.

10 Secundò; † videtur legatus quasi contrahere recipiendo legationem & iuramentum in Francia qui videtur promittere se executurū suam potestatem, ergo tenetur ex quasi contractu expedire, vt promisit. arg. l. vnicæ. ibi pomissa restituant. C. de suffrag. & bonum esset quando in Francia recipiuntur quod sub ista modificatione reciperentur uidelicet vt omnibus & primò venientibus conferant.

Tertiò, aliàs daretur materia delinquendi & reseruandi omnia beneficia regni contra titul. de reserua-
11 tio. quas † reseruationes Galli tam exosas habent ut nullam velint extra corpus iuris admittere: sed si ista legatus conferret omnia beneficia venientium ad eum suis consanguineis & famulis quæ res esset pessimi exempli, ut solent quidam proh dolor facere.

Quartò, multi ad inopiam deuenirent qui ad eum maximo sumptu currerent, & ipse postea reseruaret illud beneficium & diceret.

Dum tu sectaris apros ego retia seruo.

Interest enim Reipublicæ ut subiecti sint locupletes. §. fin. inst. quib. ma. licet uel non. & ne beneficio Papæ decipiantur. l. 1. C. de his qui ueniam eta. impetra.

12 Quintò, † interest Reip. ne quis re sua malè utatur, ut scribitur in §. de his qui sunt sui uel. sed legatus sic faciendo malè uteretur potestate sibi data, ergo senatus debet reformare, alioqui primus abusus in principio erit maximus in fine, si non extirpetur antequam alii sic vtantur.

Sextò prohibentur prælati ad quæstum trahere suam prælaturam. c. irrefragabili. §. prouideant. de offic. ordinar. & super his uidi prouideri per metuendissimum senatum: sic etiam poterit super aliis abusibus legati, alioqui omnia beneficia regni ad quæstū famulorum legati treherentur: nam vnum pingue beneficium nolunt, nisi suis conferre, & sic omnes ad se uenientes decipiunt.

Septimò,

13 Septimò, † constitutio reformatur quando infert grauamen notorium suis subditis. c.fina.de rebus eccles. non alien.c.cum omnes. de constit. sed ista gesta per legatum inferunt notabile grauamen suis subditis: ergo sunt reuocanda: nam in bonis beneficiis semper datarius dicet prouidisse, licet non prouiderit.

Octauò, turbaretur status uniuersalis Franciæ, quia nullus extra famulos legati posset habere beneficiũ
14 in legatione: & quando † turbatur status vniuersalis potest etiam summus pontifex reformari, à fortiori & legatus, & quod summus pontifex possit gl. est ab omnibus approbata in c.proposuit. de concessio.præbend. & in capit. si Papa. 40. distinct. sic & legatus super his reformari debet.

Nonò contrarium faciendo venit cõtra mentem Papæ, qui ei bona fide commisit legationem: nam
15 † Papa constituit eum legatum ad conferendum beneficia legationis, non expressis personis. Igitur noluit quod ipse reseruaret suis famulis, cum reseruationes in hoc regno sint prohibitæ. in rubr. de reseruat. in Concorda.

Decimò, acceptionem in Euangelio prohibitam. & in cap. nouit. de iudic. Papa approbare noluit: ergò noluit vt beneficia petentibus idoneis conferrentur,
16 & ideo † putarem dicendum quod si legatus nollet conferre primo requirente, vel regulæ de viginti derogare, videtur illud beneficium sibi reseruare, vel suis, & quasi contractum frangere, nam sic receptus cẽsetur in Francia vt legitimè suo defungatur munere & officio, ob id si post requisitionem beneficia per eum conferantur, famulis suis, eodem die præsumetur facta potius illa requisitio, & ita collatio annullabitur: & is qui requisiuit, à legato, cui legatus conferre recusauit, si postea obtineat à Papa collationem, præferri debet etiã primo prouiso per legatũ, ꝑ supradicta & alia quæ dum operæpretiũ fuerit adducam.

Dicet quis, non ergo prouidetur famulis legatorũ,
17 nec consanguineis? cui respondeo, † melius esse non prouidere quàm si eisdem ex rapto, vel cum præiudicio alterius prouideretur, quod fieret si supra dicta sustinerentur. Nec refragatur quod non tenetur quis facere gratiam: nam non est mera gratia resignationes recipere. cap. uno. de rerum permut. in 6. imo causa existente peccat prælatus nõ dispensando licet subditi non habeant ius cogendi. arg. 2. quæst. 5. c. quãdo. ita expresse tenet Syluester in verb. dispensatio. quæst. 1. glo. in cap. domino. 5. distin. Barba. consi. 40. colum. 3. in 4. uol. Perus. in cap. licet. 3. no. de elect. in 6. & maximè quia in sua receptione promisit iure suo uti collatione, & sic est receptus, ideò ex illa prouisione, & sic ex illo quasi contractu, tenetur omnibus regnicolis, & ista iuris esse arbitror.

RESPON. XXVI.

Nominato cęco antiquiori, an prouideri possit.

SVMMARIVM.

1 *Afflicto non est danda afflictio.*
2 *Factum legitimè non retractatur licèt ad eum casum perueniat, à quo non potuit incipere.*
3 *Cæcus non est qui parum videt.*
4 *Surdaster, qui parum exaudit, potest actus ciuiles exercere.*
5 *Inhabilis quis non præsumitur, nisi hoc exprimatur à iure.*
6 *Excusatur à muneribus qui prorsus aciem oculorum amisit, nec est inhabilis.*
7 *Incapax qui à Deo dictus non est, nec ab hominibus dici meretur.*
8 *Iudici constare debet cæcitas, ante quàm quis cæcus esse iudicetur.*
9 *Cæcus semel ex infirmitate non præsumitur semper cæcus.*
10 *Morbosus à iure ciuili non dicitur, qui oculos eminentes habet & parum videt.*
11 *Idoneitas maior requiritur in episcopatu, quàm in præbenda.*
12 *Cæcus quando iudicandi officio fungi possit.*
13 *Cæcus licet de nouo iurisdictionem habere non possit, poterit tamen succedere patri eam habenti.*
14 *Cæcitas non priuat aliquem administratione habita, nec spe quæsita ante cæcitatem.*
15 *Cæcus potest seruire per substitutum, sicut absens causa studij.*
16 *Ius quando aliquem non facit inhabilem, nec nos facere debemus.*
17 *Vacatio beneficij præsumitur eo tempore, quo requisitum fuit, & eius fuit facta collatio.*
18 *Beneficium debitum nominatis non nominatus habere non potest.*
19 *Tonsura probari debet ad beneficium obtinendum.*
Titulus prædecessoris probari non debet quando prædecessor fuit triennis possessor. ibidem.
20 *Beneficium post acceptationem resignari non potest à procuratore constituto ad acceptandũ & resignandũ.*


IDE Domine afflictionem meam quoniam erectus est inimicus. Hierem. treno. c. 1. quod pulchrè facto nostro accommodari potest, in quo tota dubitatio est an Do. Claudius Maignolis nominatus debeat propter magnam visus debilitatem suis priuari nominationibus: adeò vt ob id fiat incapax ad acceptandum & habendum Canonicatum & præbendam villæ Annoniaci, & respondeo ob illam sui visus diminutionẽ suis non priuari nominationibus, nec ob hoc factus fuit incapax ad dictam præbendam. Imo acceptatio facta per procuratorem d. Maignolis valet & tenet: ad quod probandum primò facit quod Deus dixit:
1 † Afflixi te, non affligam te ultra, si Deus Opt. Max. nolit afflictum affligere; ergo nec nos hoc facere debemus: nam dicitur Leuitici 25. cap. Nolite confligere contribulos vestros, sed timebit vnusquisque Deũ suum: cui iuri diuino conforme est ius Canonicum, dicens: Afflictionem afflicto non esse dandam. cap. pen. de cleric. ægrotan. & in cap. cum percussio. in fin. 7. quæst. 1. in hæc verba dici non debet à nobis addi flagellatis afflictio: conuenit etiam huic sententiæ ius ciuile. in l. tam dementis. C. de episc. audien. imo modum pœnæ dissimulant & remittunt. in l. diuus. ff. de offi. præsid. c. iudicas. 3. quæst. 9. ergo & iudices affligere afflictum non debent, quod facerent si possessionem beneficii per d. Magnolis acceptati, alteri adiudicarent, & posset tunc dicere d. Magnolis preuenerunt me inimici mei in die afflictionis meæ, & factus est Dominus protector meus. Psal. 17. & alibi: Afflixisti populos & expulisti eos de suis possessionibus, & domibus sicut vult facere iste Claudius Arzalerij, qui debet timere id quod scribitur Iob 20. cap.

Deuorabit eum ignis qui non succēditur & affligetur. relictus in tabernaculo suo, id est, in inferno affligentes affligentur.

2 Secundò, † factum legitimè non debet retractari licet perueniat ad casum à quo incipere non potuit. per regulam iuris factum legitimè, sed gradus & nominationes legitimè fuerunt factæ & concessæ, d. Magnolis: ergò non debent retractari ex diminutione visus post nominationes contingente, maximè in præbenda quam potest seruire cantando in choro consulendo in capitulo sicut alij.

Tertiò, malè & perperam à parte aduersa dicitur

3 quod d. Magnolis est cæcus, quia † cęcus non est qui parum vdet, quidquid enim crescere potest nondum perfectum est, perfectio enim est perfectibilium quies. Baldus in consilio scismatis. in fin. posito in rubric. si quis aliquem testamen. prohibuer. C. sed d. Magnolis adhuc videt, ergo non est cęcus.

Quartò, licet secus nō possit facere testamentum. §. item surdus. Institut. quib. non est permiss. facere

4 testam. tamen † surdaster qui parum exaudit, potest & alios actus facere. l. discretis. C. qui testa. facere possunt: sic & qui modicum videt, poterit habere beneficium simplex, maximè pręebendam ecclesiæ collegiatæ quæ non requirit curam, nec sonat in nomen rectoriæ, vt dicitur in c. super inordinata. de præbend.

Quintò, priuatio non infligitur nisi in casibus à iure expressis. gloss. sing. in cap. fin. de iure patron. §. fin. autem. in authen. de non eligend. secund. nuben. col lat. secunda ibi nulla est lex tale quid dicens: sic nec in-

5. habilitas, quia † omnes de iure sunt idonei & habiles, nisi à iure reperiantur inhabiles. cap. cum in cunctis. & ibi not. de elect. Hostien. in summa de præbend. text. in cap. fin. de præsumpt. gloss. in clem. prima de offic. delega. sed non reperitur in iure, quod is cui est diminutus visus fato quodam sit incapax: ergo nec d. Magnolis potest dici ad hanc præbendam incapax, cum in iure non inueniatur decisum.

6 Sextò, qui † prorsus oculorum aciem amisit excusatur à muneribus, nō dicit quod sit adhuc inhabilis. l. 1. C. qui morbo se excusant, sed hic Magnolis non amisit prorsus, ergo non debet reputari inhabilis, nec dici cæcus, qui etiam parum videt.

Septimò, caligabant oculi Iacob propter nimiam senectutem, Genes. 48. & oculi Abiæ prophetæ, & tamen non ob id inhabiles dicti fuerunt, licet videre nō possent. 3. Reg. cap. 14. Idem in Isac. dicitur: Genes. 28. cap. in princ. & idem in Heli. 1. Reg. cap. 4. & Thobias non est contristatus contra Deum quod plaga cęcitatis euenerit ei, sed immobilis in Dei tremore & timore permansit, agens gratias Deo omnibus diebus vitæ suæ. Thobię 2. cap. ergo idem dicere debe-

7 mus in d. Magnolis vt † incapax non possit ab hominibus dici, qui à Deo non est dictus: ut patet in aliis supra expressis: & sicut d. Thobiæ est restitutus visus, ita Deo fauente restituetur d. Magnoli.

8 Octauò, † posito (quod Deus aduertat) & nō concesso, quod omninò fuisset d. Magnolis cęcus, oportet tamen quod illud constet iudici. l. 1. §. item illud. ff. ad Senatuscon. Silan.

Et quamuis probata olim fuisset cęcitas, quæ, si Deo placuerit, nunquam probabitur, tamen hodie adhuc adiudicari deberet d. præbendę recredentia d.

9 Magnoli, quia † cęcus semel ex infirmitate, non præsumitur semper cæcus. Bart. in l. secunda. in fin. ff. de bonor. possessio. furio. infant. competen. vbi dicit ꝙ cæcus de pręterito propter aliquod accidēs præsumitur in præsenti, cum potuerit curari cæcitas, & sic nō est dubitandum quin debeat eidem adiudicari recredentia, & plenum possessorium: vt dicetur in sequentibus: quia nunquam fuit probata nec probabitur si Deo placuerit cæcitas, sed fortè visus debilitas sic.

10 Nonò, probatur quod si quis † oculos eminentes habeat, ac parum videat ius ciuile eum morbosum, non dicit l. qui clauum. §. si quis natura. ff. de ędilit. edict. nec mutuum aliquem qui grauiter loquitur, sed qui omnino sine voce est. l. mutum. ff. illo titu. sic nec dicetur d. Magnolis cæcus, cum non sit prorsus: nam negotia collegij rectè disponit, sine aliquo duce, quod non posset facere si cęcus esset.

Decimò, Alexandrum Episcopum diuinitus esse factū quamuis ab infantia cæcus esset, legimus in supplemēto chronic. li. 9. anno 371. quod quidem refert Benedict. in repetit. cap. Raynutius. in verbo in extre

11 mis. nu. 12. de testa. & certum est quod † in Episcopatu maior idoneitas requiritur, quàm in præbenda. ut patet in cap. cum in cunctis. de elect. cap. nisi. de renuntiat. & per Berta. in tract. de Episcopo. Ipsi namque Episcopi Dei oculi dicuntur. cap. omnes. 6. quęst. 1. si diuinitus in Episcopum electus fuit cæcus, multo fortius in vim nominationum poterit prouideri d. Magnolis quamuis esset cęcus.

12 Vndecimò, facit l. cæcus. ff. de iudic. † vbi cæcus iudicandi officio fungitur. Intelligunt ibi doct. quando erat iudex ante cæcitatem eam iudicandi potestatem retinet, sed post cæcitatem eam habere non potest. per l. primam. §. quamuis. ff. de posthu. sic nec d. Magnolis post suam cæcitatem habere poterit. Respondeo, non esse cæcum, vt iam dictum extitit: tamen adhuc non prohiberetur, per text. in dicto §. quamuis. ibi dum dicit, sed melius est vt retinere dicamus quidem iā acceptum magistratum, posse aspirare aūt ad nouū penitus prohiberi: sed in hoc casu non aspirat ad nouum magistratum, vel beneficium cū iam esset ei affectum per Concordata. §. pręfati. primo & secūdo, de collat. quia iam erat nominatus anno vigesimo, & erat eiius ad rem acquisitum, vt dictum est in tractat. nominat. quæst. 4. ergo ad ius nouum non aspirat, sed tantum cupit retinere illud quod est ei acquisitum per suas nominationes, & illud prosequi.

Duodecimò, facit dictum solenne Bart. in d. l. cæ-

13 cus. quod omnes approbant, quod † licet omninò cęcus non possit de nouo habere inrisdictionem, tamē poterit succedere patri habenti eam & eam retinere, nec priuatur spe illa succedendi patri per cæcitatem, multominus priuabitur hic Magnolis iure ad rem, quod obtinet per suas nominationes, quod est fortius quàm spes.

Decimotertiò, probat hoc Panor. in consilio 47.

14 Nicolaus in primo vol. vbi concludit † cæcitatem non priuare administratione habita, nec spe quæsita ante cæcitatem, quia filius viuente patre non habet ius petendi legitimam in bonis patris. l. prima. §. si impuberi. ff. de collat. bonor. Bart. ibidem. in §. nec castrense. sed habet tantum spem. l. in suis. ff. de liber. & posthum. §. sui. institu. de hæred. qualitat. & non perdit eam, ergo etiam nominatus cæcus non perdet illam spem habendi beneficia, ex nominationibus ortam, & illud ius ad rem quod habet, etiam si omninò esset cæcus quod non est in d. Claudio Magnolis, sed tantum est visus debilitatus, ergo non debet beneficium, per Concordata affectum amittere.

Decimoquartò, non refragatur quod non poterit ecclesiæ seruire d. Magnolis, ergo nec beneficiū habere: quia propter officium datur beneficium cap. fin. de

15 rescript. in sexto. Respondeo, † quod poterit seruire

per

per alium, sicut absens causa studij. c. licet. de prçb. & c. vnic. de cler. non residen. & non minus debet esse impedimentum Dei, id est, ipsa cæcitas, quàm studium, uel alia infirmitas per ibi dicta: nam sicut iudex cæcus potest legere & scribere per alium, Bar. in d. l. cæcus & illiteratus. l. certi iuris. C. de iud. & l. 1. C. de senten. ex libello recitand. sic & d. Magnolis poterit deseruire per alium, in quibus non poterit sufficere, quandiu durabit infirmitas quæ Deo propitio non est perpetua, sed ad breuissimum tempus tantum duratura.

Decimoquintò, facit §. præfatique ordinarii. de collat. in Concorda. vbi collatores tenentur conferre graduatis & nominatis beneficia, in mensibus eisdem deputatis vacantia: qui gradus, & nominationis literas, cum studij tempore debitè præsentauerint: sed hic Magnolis præsentauit & insinuauit suas literas duplicatasque dedit dicto priori Annoniaci, & suum nomen & cognomen præsentauit, per viginti annos ferè: ergo ei debetur illa præbenda. facit §. teneantur. ibidem. vbi collatio non est irrita si nominatus non fecerit diligentias ibidem descriptas: si igitur nominatus illas diligentias fecerit, collatio erit irrita, sicut est illa quæ est facta de Clauso, & etiam Arzalerii: nec obstat quod non sit habilis, quia super dixi eum habi-
16 lem, nam † ius non facit eum inhabilem, ergo nec nos hoc facere debemus etiam initio inspecto. l. tertia. §. scio. ff. de minor.

Decimosextò, non refragatur quod in Leuitico scribitur, Homo de semine tuo, per familias, qui habuerit maculam non offerat panes Deo suo, nec accedat ad ministerium eius, vt si cæcus fuerit: quia respondeo cæcus quippè dicitur qui supernæ lucis contemplationem ignorat, qui præsentis vitæ tenebris pressus, dum lucem venturam nequaquam diligendo aspicit. text. in capit. hinc etenim. 49. distinctio. quod non est in dicto Magnoli: imo rectè gubernauit, & gubernat collegium Heduense cui est præpositus: ergo & præbendam regere poterit, quæ non requirit tam exactam curam.

Decimoseptimò, istæ præbendæ ecclesiarum collegiatarum requirunt maximè maturitatem consilij, vt Canonici negotia ecclesiæ tractare possint. Panormit. in c. super inordinata. de præb. sed d. Magnolis poterit ista facere: ergo ad illas præbendas est capax.

Decimooctauò, non prodest obesse d. Magnoli illud quod dicit pars aduersa, videlicet negando beneficium vacasse in mense deputato nominatis, videlicet
17 in mense Ianuario. Nam postquam † constat requisitionem illo mense factam, & collationem etiam per priorem, non est alia probatio facienda in recredētia, quia summariè constat vacasse in mense debito nominatis, postquam illo mense d. Prior contulit, & nō est verisimile quod contulisset nisi sciuisset mortem, vt est plenè scriptum in tractat. nominatio. quæstio. 16. in fin. ex his concludo recredentiam esse adiudicandam cum pleno possessorio d. Magnolis nominato, & ritè qualificato.

18 Decimononò, † non potest prætendere ius d. Arzeleri ad d. præbendam ex iure quod habebat de Clauso, tum quia de Clauso non erat nominatus: ergo nullum ius habere potuit in beneficijs nominatis debitis. §. teneantur. de collatio. in Concorda. & si non potuit d. de Claustro plus iuris transferre quàm haberet. argumen. l. traditio. ff. de acquiren. rerum domin.

19 Vigesimò, † nō poterat de Claustro habere ius, quia non erat tonsuratus, & non tonsuratus beneficium habere non potest. c. cum adeò. de rescript. c. ex literis. de transa. saltem non apparet de sua tonsura: & de his quæ non sunt & non apparent idem est iudicium. l. duo sunt Titii. ff. de testa. tutel. & qui dicit se clericum hoc probare debet l. si ignorat. C. qui accusa. non possunt. & quamuis non teneatur quis probare titulum sui prædecessoris, quando ille prædecessor in vita reputatus fuit verus beneficii dominus & curatus, vt no. Panor. & Fel. in c. cum venerabilis. de except. secus quando aliquis resignat, vel moritur antequam fuerit possessor triennalis. glo. in verb. requirant. de pacifi. possesso. in prag. sed hic de Clauso nunquam fuit pacificus possessor: ergo opus est, vt Arzaleri ostendat titulum, & tonsuram resignantis, aliàs succumbere debet.

Vltimò posito & non concesso quod de Claustro habuisset ius adhuc d. Arzaleri non potest prætendere
20 aliquod ius, quia † Procurator constitutus ad acceptādum beneficium nōdum vacans, & ad resignandum, non potest post acceptationem, illud beneficium acceptatum resignare. l. qui superstitis ff. de acquir. hæredit. ita non potest constituere Procuratorem ad resignandum ius quod non habet, vt concludunt do. de Rota decisio. 529 vtrum possit. in antiq. & ita fuit iudicatum in magno Consilio, anno 1536. in mense Ianuario præsente magno Franciæ Cancellario. vt dico in tract. nominatio. quæstione 14. numero 112. & per me nihil iuris habere potest d. Arzaleri.

RESPON. XXVII.

Nominatus duo beneficia an acceptare possit ex Concordatis Louanij.

SVMMARIVM.

1 *Transactio seu concordatum Louanij in concordatis beneficiorum.*

2 *Nominatus Louanij an possit acceptare duo beneficia.*
Argumentum à contrario sensu locum habet in statutis, ea dispositionibus, item in pactis, conuentionibus, & stipulationibus. ibidem.

3 *Affirmatiua dispositio continetur sub negatiua dispositione.*

4 *Statutum in quantum includit non dicitur extendi.*

5 *Dispositionis verbum est generalissimum, accipitur enim pro collatione, institutione, & qualibet alia prouisione.*

6 *Ordinarius non dicitur grauari, quando Papa confert in suo mense.*

7 *Canina inuidia esset collatoris prohibentis beneficium nominato per alium conferri, cum ipse hoc facere non possit.*

8 *Transactio non extenditur de persona ad personam.*
Mandatarius licet ex vi mandati non possit obtinere nisi vnum beneficium ab vno collatore, secus est si plures sint collatores. ibidem.

9 *Clem. gratiæ. de rescriptis. derogatum est per Papam.*

10 *Exceptio declarat mentem transigentium.*

11 *Sermo duplicatus maiori cum deliberatione prolatus videtur inclusio vnius est exclusio alterius. ibidem.*

12 *Pactum, & transactio eandem vim habent sine scriptura quàm cum scriptura.*

IVINO inuocato præsidio dubium est, an nominatus possit acceptare duo beneficia non obstante transactione facta his uerbis.

Item que d'oresnauant vn nommé de Louain, de quelque estat, ou condition qu'il soit ne pourra du viuant, & durant la Prelature du collateur, ou collatrice ordinaire, accepter qu'vn benefice vacant à sa disposition. N'estoit que tous les moys fussent à sa disposition, que lors lesdicts nommés pourront accepter vn benefice dedans dix ans, & iceulx expirés vn autre.

1 Item, † quòd posthac nominatus Louaniensis, cuiuscunque cōditionis fuerit, non poterit acceptare nisi vnum beneficium, sub dispositione vnius Prelati, & in eius vita, vel collatoris ordinarii, excepto quòd si omnes menses essent in eorundem dispositione, dicti nominati poterunt tūc acceptare vnum beneficium, intra decem annos, & iis elapsis etiam aliud.]

Primò, præsupposito facto, quod collator de quo agitur, non habet liberos omnes anni menses ad prouidendum, sed Papa habet quatuor mēses, intra quos nulli licet prouidere, qui Papa tantum prouidet iure quibus, vel si sit quis nominatus in illis mensibus præfertur si acceptauerit ante Papæ prouisionem, quo præmisso vacauit beneficium in mense Papæ assignato nominatis, acceptati illud, ordinarius confert, Papa prouidet, quis istorum præferatur: breui respondeo, quod nominatus, quia est habilis, tam ad beneficia vacantia in dispositione Papæ, quàm in dispositione ordinarii, vt patet per Concordata Louanii, siue per Leoninam constitutionem: ergo hic nominatus potuit acceptare istud beneficium.

Secundò, nominatus prius acceptauit quàm alius: ergo data inspicienda & tenēda erit. c.eam te. de rescr. c.si eo tempore. & c.duobus. illo tit. in 6.

Terriò, hoc probatur à contrario sensu capituli transactionis dum dicitur.

Ne pourra du viuant du collateur accepter qu'vn benefice vacant à sa disposition. 2 [Non † poterit acceptare, nisi vnum beneficium, sub dispositione collatoris, & in eius vita.] Ergo si non sit in dispositione ordinarii poterit acceptare duo, nempè argumentum à contrario sensu est validum, etiam in statutis & dispositionibus. l.1. vbi plenè Ias. ff. de offi. eius. cap. cum Apostolica. de his quæ fiunt à Prælat. & expressum probat Corset. in singul. incipien. argumentum, vbi etiam dicit in pactis conuentionibus & stipulationibus habere locum, per l. inter socerum. §. cum iter. ff. de pact. dotal. Barb. consil. 61 colum. 5. in primo volum.

3 Quartò, in † dispositione negatiua semper concluditur dispositio affirmatiua. Bart. in l.2. §. fin. ff. ad Senatuscon. Tertul. Alex. consi. 115. pro decisione. col. 1. in 3. vol. vbi dicunt. in hoc statuto extantibus masculis, vel agnatis, fœminæ non succedant, esse duo præcepta, vnum negatiuum, quod fœminæ excludantur, secundum affirmatiuum, quod masculi succedant.

Sic dicemus in hoc prædicto capitulo, vbi est præceptum negatiuum, quod nominatus nō possit acceptare nisi vnum beneficium sub dispositione vnius Prelati, & in eius vita, secūdum est permissiuum inclusum, quod nominatus possit acceptare duo beneficia si nō sint sub dispositione illius Prælati & collatoris ordinarii, sed beneficiū pretensū non est sub dispositione collatoris, sed in dispositione Papæ: ergo nominatus pōt illud acceptare vigore illius transactionis & capituli.

Vnde pulchrè dicit Bald. in l. quod uerò. ff. de legib. 4 quod † non dicitur statutum extendi in quantum includit, quia causa fauoris est persona quæ includitur, & uerisimile est statuentes sensisse hoc argumentum inclusiuum per l. tale pactum §. fin. ff. de pact. & est pro prius intellectus statuti, secundum Bal. ergo dicemus hunc intellectum tenendum.

Quintò, ponderantur uerba d. capit. *à sa disposition.* 5 [sub dispositione sua.] † dispositionis enim uerbum pro collatione, institutione, & qualibet alia prouisione accipitur. glo. & doct. in clem. unic. de suppl. negli. præla. est enim uerbum generalissimum, teste Bal. consil. 501. dixi in glo. quamuis aliam dispositionem, in §. præfatique ordinarii. de collat. in Concorda. sed hoc beneficium non est in dispositione ordinarii collatoris: ergo non comprehenditur in d. capit. loquente, *à sa disposition*. [sub dispositione sua.]

Sextò, si non liceat acceptare beneficium pertinens ad dispositionem collatoris, nisi unum: ergo si ad suā dispositionem non pertineat, licebit duo nominato acceptare per supradicta, in argumento à contrario.

6 Septimò, † non dicitur grauari ordinarius quando Papa confert in suo mense: nam Papa poterat conferre cuilibet in suo mense: ergo potuisset conferre isti nominato, uel alteri, & sic conferendo non est grauamen ordinario, quia collatio & dispositio beneficii ad eum non spectat: & tunc dicitur grauari ordinarius, quando ei aufertur libera collatio, quæ est in fructu. glo. singul. in cap. cum olim. de maior. Panor. & alii, in c. mandatum. col. 1. de rescript. quia tunc non potest suis prouidere. c. Abbatem. ubi Barb. col. 2. de rescript. igitur si dispositio ad istum ordinarium nō pertineat, non dicitur ordinarius grauatus, quia etiam prouidere non potuisset suis, nec erat eidem in fructu.

7 Imò esset † quædam canina inuidia. de qua in tit. de lege Fusia cani. tollend. si collator, qui non potest conferre beneficium prohibeat etiam conferri nominato per alium, & sic quod non potest habere, adhuc uelit prohibere ne nominati habeant.

Octauò, exceptio firmat regulam, in non exceptis. l. 1. ff. de reg. iur. Ioan. And. & Dinus in rubr. de reg. iur. in 6. sed excipitur quod nominatus possit duo habere beneficia, quando collatio & dispositio omnium beneficiorum esset libera collatori, & post decem annos quo fuit grauatus, & quando non erit libera omnium beneficiorum non poterit eundem requirere collatorem, nisi in uno: ergo non prohibet requirere Papam 8 qui non contraxit, nec transegit, & † transactio facta inter aliquas personas non extenditur ad alias personas. l. imperatores. ff de transactio. ideo ista transactio non extendetur, ut non possit habere duo beneficia sub aliorum dispositione sicuti dicemus de mandatario, qui non potest obtinere in uim mādati, nisi unum beneficium ab uno collatore. c. mādatum, & sequen. de rescript. non prohibetur tamen ab alio acceptare iure, utpotè si nominationes haberet.

Nonò, non refragatur quod gratia nominati expirauerit per acceptationem unius beneficii. per 150. gratiæ. de rescript. quia gratia est in forma pauperum, & ad certum beneficium, quod (salua pace) non est uerum, nam Leonina bulla permittit nominatis duo acceptare beneficia: ergo per unius acceptationem non expirant gratię nominatorum: nam derogatum est il 9 li † Clementinæ gratiæ cum Papa uoluerit duo conferenda nominato beneficia, sed illa Leonina est restricta ad unum beneficium uacans, cum uacabat sub dispositione collatoris. Nec est taxatio facta nominato de non beneficio, nisi in illo casu: ergo in alio non procedit. l. cum prætor. ff. de iud. c. nonne. de præsumptio.

10 Decimò, satis † probatur mens transigentium ex exceptione: nam exceptiones declarant regulam. l. nam quod liquide. ff. de penu. lega. Deci. in l. prima ff. de regul. iur. sed exceptio est quod nominato prouideri possit de duobus beneficiis, quando collator habet plenam ac liberam dispositionem omnium mensium, hoc tamen post decem annos, ne statim grauetur.

grauetur. Igitur satis declaratur, quod non vult comprehendere nominatum, nec excludere quominus possit habere duo beneficia, quādo vnum beneficium non erit in sua dispositione, vt est in hoc casu.

Vndecimò, bis repetitur in transactione, *à sa disposition* [sub dispositione sua] ista geminatio, ergo declarabit, vt intelligatur non posse prouideri nominato, quando dispositio spectat ad alium collatorem. arg. l. balista, & quæ ibi no. ff. ad Trebel. facit. c. & si Christus.
11 de iureiurandi † vbi sermo duplicatus videtur probatus maiori cum deliberatione, probat Corse. in tracta. de potesta. regia. quæst. 16. versic. 11.

Duodecimò, non obstat clausula prohibitiua, quod viuente testatore non potest habere beneficia duo, nisi in vno casu, scilicet post decem annos, & quando habet liberam collationem, sed hic viuente collatore haberet, ergo &c. Respondeo qđ viuente collatore non licet nominato duplex acceptare beneficium spectās ad dispositionem illius collatoris, à quo vnum habuit, ne in duobus grauaretur. in c literis. & c. mandatum. de rescrip. sed non prohibetur (vt superius dictum extitit) quando dispositio non pertinet ad collatorem, imo vnius exclusio, alterius est inclusio, vt prædixi, & plene scripsi in glo. gratificare. §. statuimus primo. de collat. in Concorda. Franciæ.

Vltimò, si pars possit contra nominatum probare compensationem factam esse, licet non fuerit scripta,
12 quia † tantum valet pactum siue transactio, siue scriptura, quàm cum scriptura. l. pactum. 2. C. de pact. l. cū te. de transact. & quia parem vim habent testes & instrumenta. l. in exercendi. C. de fide instru. poterit pars probare per testes dictam transactionem, & ante prosequutionem appellationis debet requirere nominatum, vt suam transactionem seruet, offerens ex parte sua adimplere quod promisit, quod si nominatus recuset, iustè appellatio prosequi poterit: & ita mihi videtur, salua Senatus authoritate, coram quo hæc causa tractari debet, à quibus & doctius & intentius intelligetur raptim scriptum ob nuntij festinationem Paris. anno 1545. die 12. Maij.

RESPON. XXVIII.

Papæ collationem potest nominatus sumere, quocunque ordine omisso, etiamsi non gradatim fiat, & declaratur. §. si quis verò. de collatio. in Concorda.

SVMMARIVM.

1 *Prouisus à Papa præfertur cunctis prouisis ab alijs.*
2 *Nominatus gradatim accipit collationem ab inferioribus à Papa.*
3 *Legatus omisso medio, cōferre potest beneficia graduatis.*
4 *Graduatus ante tempus per vniuersitatem statutum, non gaudet Priuilegijs graduati.*
5 *Instrumentum gradus sine die confectum non valet.*
6 *Studij tempus post gradum obtentum graduato non prodest.*
7 *Tempus studij male conceptum improbatur.*
8 *Tempus studij male contemptum ab eo qui actus vniuersitatis exercuit non improbatur.*
9 *Deuolutio à quo tempore fiat.*
Episcopus post deuolutionem non confert ius deuolutum ad Archiepiscopum. ibidem.
10 *Deuolutio, quod sit introducta in fauorem nominati, quomodo intelligatur.*
Iura quæ sunt communia, singularia esse non debent. ibidem.
11 *Nominatus, quando pluries possit adire primum collatorem.*
12 *Nominatus secundam præbendam requirere, & acceptare potest, si primam non est consequutus, quod facere debet cum protestatione.*

Eu le temps d'estude de maistre Guillaume Bernard, & aussi Nicole Grimeaut Rauisi & leurs degrés, & le faict posé, semble au subscript, que maistre Guillaume Bernard a le plus apparant droict. [Considerans tempus studij magistri Guillelmi Bernardi, & Nicolai Grimeaut Rauisij, eorundemque gradus, facti specie exposita, infra scripto videtur, magistrum Guillelmum Bernard meliore iure funda-
1 tum esse.] Tum primò quod † est prouisus à Papa, & propter maiorem Papæ prærogatiuam prouisus ab eo in dubio præfertur. capit. si à sede. de præbend. tum etiam, quia reperitur melius cæteris qualificatus, vt inferius ostendetur.

Nec refragatur. §. si quis verò. de colla. in Cōcorda.
2 vbi † nominatus debet gradatim accipere collationē, quod est verū ab aliis inferioribus à Papa, secus si à Papa, qui ius præuentionis habet. §. declarantes. de manda. Apostol. in Concorda. scripsi in §. statuimus primo. in verbo, gratificare. de colla. in Concorda.

3 † Et in legato fuit in magno Regis consilio iudicatum eum posse cōferre graduatis qualificatis, omisso medio, anno 1540. die 17. Augusti pro magistro Petro de Polestron, cōtra Ioannem Pichon, & alios per rationes quas scripsi hincinde. in tracta. nomina q. 17. num. 16. vbi etiam allegaui alia Aresta huic rei accommoda, sic multò fortius in Papa iudicandum erit.

Item potuit Papa conferre isti Bernardo, postquam nulli erat collatio facta, nec alicui ius quæsitum, aut si nullus erat qualificatus, sed apparet neutrum qualificatum, videlicet nec Grimeaut, nec Rauisi: igitur iure potuit Papa cōferre, cum semper maiorē sibi retineat potestatem, quàm cōcedat. c. dudum. de præbēd. in 6. *Touchant ledict Grimeaut, ne peut auoir droict à ladicte prebende, car* [Prædictus verò Grimeaut non potest ius aliquod prætendere ad dictam præbendam: nam] non
4 est ritè qualificatus: primò † enim sumpsit gradum in artibus ante triennium cum dimidio, & sic non valet, quia contra statuta vniuersitatis, non gaudet priuilegiis, pro nō graduato habetur. §. monemus. vbi etiā scripsi de colla. in Concorda. vbi in glo. præfata tempora, allego in addi. Arestum super hoc interuenisse, in hoc supremo Senatu.

Item fuit promotus dictus Grimeaut, anno millesimo quingentesimo vigesimo primo, ante Pascha,
5 & in † instrumento non est aliqua dies scripta, & sic non valet instrumentum, iuxta glo. tritam. in l. generali. C. de tabula. lib. 10. vbi dies non est inserta.

Item etsi valet, tñ non studuerat triennium cum dimidio, quia anno millesimo quingētesimo vigesimo-
6 tertio, & die 29. Ianuarii vniuersitas † attestatur eum studuisse quinquennium, & 21. sumpsit gradum, ergo ante gradum non studuerat nisi triennium. Igitur illi non potest gradus prodesse, cum cōtra statuta vniuersitatis promotus fuerit & minus properè, vt in simili dicitur. l. 1. C. de execut. rei iudic.

Item tps dicti Grimeaut nō valet, quia dicitur eum studuisse in artibus, & postea in grammatica rexisse.
7 Nam † Senatus aliàs improbauit tempus studii sic

concessũ, vt abũdè scripsi in trac. nomina. q. 11. nu. 16.

Ne faict riensi lon vouloit dire que ledict Bernard. [Non obstat, si dicatur quod dictus Bernardus] eodem morbo laborat. *Car à cela a responce, que à son temps d'estude est.*

8 [Ad hoc † enim respondetur, studij sui tempore] ꝙ etiam exercuit actus vniuersitatis. *Par ainsi se peut excuser, & mesmement à cause du statut de l'vniuersité.* [Quare excusari potest, & in primis propter statutum Vniuersitatis] quod vult vt comprehendantur illi, qui actus facultatis exercuerunt, vt alibi fusius dicam,

Item touchant de Rauisi apres onze moys de sa requisition est allé prendre collation, il semble qu'elle n'est valide car. [Quantum ad Rauisium spectat, qui post 11. menses suæ requisitionis collationem petijt, videtur quod nõ

9 sit valida: nam] non † habuit superior, nisi sex menses à die deuolutionis, *par le* [per] c. 2. de concess. præb. *Et par ainsi ily auoit onze moys* [Itaque vndecim erant menses,] & sic ius erat deuolutum ad Archiepiscopum: & ideò non potuit Episcopus amplius conferre post deuolutionem. Et ita etiam iudicatum fuit in Senatu, vt dico, in d. §. si quis verò. de coll. in Concord.

10 Nec refragatur quod † deuolutio sit introducta in fauorem nominati. d. §. si qnis verò, vbi dixi ideò si nominatus voluit ante sex menses adire superiorem nõ erat ius deuolutum. Respondeo, hoc esse intelligendum, quando vnus esset nominatus tantum, vel graduatus qui requisiuisset beneficium à primo collatore, tunc possent forte prædicta procedere, sed quando plures sunt graduati, vel nominati, qui requirunt à primo collatore sibi beneficium conferri, tunc si vnus eorum adeat superiorem, ab illo tempore ius ad superiorem deuolutum est, per d. §. si quis verò, quia deuolutio est introducta in fauorem omnium graduatorum non vnius tantum: ideò quando sunt plures, & vnus adit superiorem, ab illo tempore ius deuoluetur, alias vnus nominatus omnes alios sisteret, & iura quæ sunt communia fuerunt singularia. contra. c. cum omnes. de constitut. & ideo cum iste Rauisius distulerit habere collationem post sex menses, à die primæ collationis à superiore factæ, & recusationis, debebat adire alium superiorem non proximum, à quo ius erat deuolutum, & super hoc nullum interuenisse Arestum arbitror, sed duæ causæ in simili materia in hoc Senatu pendent, & postea sic iudicatæ sunt, vt à die recusationis facta à primo collatore deuolutio fiat ad secundum, qui habet sex menses ad conferendum, si tamen nominatus antiquior veniret intra sex mẽses & requireret à primo valeret collatio primi, licet secundus recusatus fuerit, quia ius deuolutum est ad superiorem, quoad requirentem, & non quoad alium.

Item in hoc casu, quando sunt plures, cessat ratio

11 posita in d. §. si quis verò, quia † nominatus poterat adire iterum primum collatorem, sed quando vnus graduatus iuit post recusationem primi collatoris ad superiorem, iam non potest adiri primus collator ab ipso qui iam ad superiorem iuerat quãtum ad ipsum, quia deuolutum est ius ab eo: ergo non valeret collatio facta ipsi, vt dixi in quæst. 17. tract. nomi. num 9. ex prædictis: ergo satis clarè constat dictum Bernardum præcipuum ius in d. præbenda habere, non obstantibus in contrarium deductis.

12 † Nominatus, vel graduatus, qui acceptauit vnam præbendam, an possit alteram acceptare? breui respõdeo quod sic, si illam non habeat, vtpotè quia fuit alteri adiudicata, licet ipse ius suũ alteri resignauerit, quia si illud ius fuerat euictum alteram acceptare potest, sicut dicitur de mandatario. per glo. & docto. in c. si pro te. de rescript. in 6. potest secundum beneficium acceptare etiam ante euictionem, sub protestatione tamẽ quod si obtinuerit primum, non intendit habere secũdum, vt scripsi in §. volumus. in glo. non possit. de collat. in Concorda. & me subscripsi. Datum Paris. anno 1542. die 16. Decembris.

RESPON. XXIX.

Nominatus in vim gradus, põt beneficia in mẽsibus graduatorum acceptare, & requirere.

SVMMARIVM.

1 *Nominatus graduatus beneficium acceptare, & sibi conferri petere potest; tam in mensibus graduatorum simplicium, quàm nominatorum.*

2 *Episcopus si sit canonicus alicuius ecclesiæ poterit conferre & tanquam canonicus, & postea tanquã episcopus.*

Nominato quando duo competunt iura, vno sublato aliud remanet, ibidem.

3 *Nominatus an teneatur in insinuatione exprimere, quod tanquam graduatus, & nominatus insinuat.*

Insinuans simpliciter in omnem casum videtur insinuasse. ibidem.

4 *Collatio facta idoneo graduato per gratificationem ualet.*

1 Iso facto superius expresso arbitror † nominatum in mẽsibus graduatorum simpliciũ posse acceptare beneficium, & sibi conferri petere, tum quod sit graduatus, cui ratione gradus debetur beneficium vacans in mensibus graduatorum, vt scripsi in glo. graduatis. §. præterea. de colla. in Concorda. tum etiam quod inducta ad augmentum non debent operari diminutionem. l. legata. ff. de lega. 1. sed nominationes sunt introductę ad augmentum gradus, & concessæ, vt videlicet nominatus posset tanquam graduatus habere beneficia, quia est graduatus etiam, ut saltem tanquam nominatus habeat, si collatores illum non gratificarent in mẽsibus graduatorum tanquam antiquior, saltem obtinebit beneficium in vim nominationum.

Item qui duplex ius habet duplici iure vti potest,

2 nempè † episcopus si sit Canonicus in ecclesia cathedrali poterit tanquam Canonicus conferre, & postea tanquam Episcopus. c. pen. de concess. præb. c. à collatione. de appe. in 6. sic & nominatus duplici iure vti poterit, videlicet gradu in mensibus graduatorum, & nominationibus in mensibus nominatorũ, alioqui gradus esset illis fere inutilis, quod non est dicẽdum: nam qñ duo iura vni competunt, vno sublato, alterum remanet illæsum. l. quotiens duplici. ff. de regu. iu. scripsi in §. si quis verò. in ver. dispositiones. de collat. in Concorda. sed nominato competunt duo, iura videlicet gradus & nominationis: ergo vtroque vti poterit, & vno sublato in mensibus nominatorum poterit altero, videlicet nominationibus vti, & sic concludo, aliis nunc omissis, propter discessum nuntii instantem.

3 Secunda quæstio, † an nominatus possit insinuare vt graduatus, & vt nominatus? Respondeo non esse prohibitum, istud tamen facere non debet, quia cũ nominationes coniunctæ sint gradui. §. præterea. & §. præfati. de collat. in Concorda. non debet nominatus eas diuidere & insinuare vt nominatus, & vt graduatus, & nõ est nisi perniciosa subtilitas, quæ ad perniciẽ eorũ qui ea vtuntur reuertitur. l. sancimus. C. ad Treb. & hæ subtilitates à iudicibus nõ admittuntur, imo repelli debent, ut dicit Iurisconsul. in l. sicut. §. si debitori. ff. quib. mod. pig. uel hyppoth. soluit. cap. dilecti. de iudic.

dic. Ideo concludo insinuationem magistri Couldree coniunctim factam esse ualidam, quia insinuando simpliciter uidetur in omnem casum insinuasse: nam cum duplex ius habeat, ut dictum est, ita uidetur illo duplici iure insinuasse, & expressa nocent, quando exprimeret se insinuare uno iure: per l. expressa. ff. de regul. iur. & non expressa non nocent. ut ibi.

Tertia, uter iure sit potior, an Couldree cui est facta gratificatio, an Bernardus; Respondeo Couldree,
4 quia † collatores ordinarij in mensibus graduatorum possunt gratificare illum debitè qualificatum, quem uolunt. §. statuimus primo. de colla. in Concorda. sed capitulum gratificauit istum de Couldree: ergo habet potentius ius: nam Bernardus alio qualificato existente, non potest uenire, nempe collatio postquam erat ualida facta Couldree non potuit iure fieri Bernardo, & sic ratione illius collationis nihil iuris prætendere potest, si non reprobet gradum, insinuationem, uel alias qualificationes primi de Couldree, & sic ob repentinum nuntij discessum, breui concludo. Actum Paris. anno 1544. die 28. Maij.

RESPON. XXX.

De requisitionis instrumento facto à Secretario Episcopi, & an probet, & multæ suspicionis præsumptiones contra illud.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum requisitionis à notario, seu secretario episcopi factum, multis ex causis redditur suspectum.*

2 *Episcopi literis non creditur, contra impetrantem Apostolicum.*

Episcopi aliquando anticipant datam contra Apostolicos impetrantes. ibidem.

3 *Fides nulli in causa propria præstatur.*

Episcopi literis sigillatis creditur circa eius officium, secus contra Apostolicum. ibidem.

4 *Cardinali non creditur in præiudicium alterius.*

5 *Testes domestici Episcopi idonei non videntur ad testificandum in instrumento requisitionis.*

6 *Actus qui de nocte fit redditur suspectus.*

Electiones clandestinæ improbantur, collationesq́; nocturnæ suspectæ sunt. ibidem.

7 *Falsitatis adest suspicio, cum in testes domesticos quis adhibet cum alios adhibere posit.*

8 *Instrumentum procuratoris remanens apud episcopum, inducit suspicionem.*

9 *Beneficium si sit requisitum, & recusatio sit secuta, præsumitur fraus si requirens non adeat superiorem.*

10 *Episcopus prosequens suis sumptibus collationem à se factam ad suam vtilitatem hoc facere præsumitur.*

11 *Collatio facta post reputationem, fraudulenta præsumitur.*

12 *Actus præmissus, quando clam & à domesticis fit, fraus præsumitur.*

13 *Argumentum à solitis in iure validum est.*

Falsi materia daretur, si crederetur instrumentis à collatoribus, vel eorum domesticis confect.s.

Papa contulit beneficium die 2. Ianuarij, ordinarius die sequenti, ad tollēdum præsumptionem Papæ producitur instrumentum requisitionis factæ à nominati procuratore hora nocturna, quod procuratorium Episcopus habebat in manibus suis: fuit factum hoc requisitionis instrumentum à notario seu secretario Episcopi & domestici Episcopi. In eo testes inscripti sunt, & is qui requisiuit ab Episcopo non prosequitur habere collationem à superiore, sed sumptibus suis Episcopus prosequitur processum, & procurator qui reperitur scriptus in insinuatione dicit se illo anno non insinuasse: q̃ritur, an ista requisitio, possit Papam præuenire stāte
1 lege Regni, quod sola præueniat requisitio. † Respondeo instrumentum requisitionis non probare requisitionem esse factam, sed esse suspectam ex multis cōiecturis & præsumptionibus sequentibus, ac insinuationis instrumentum.

Prima præsumptio contra requisitionis instrumentum est, quia factum est à secretario, & notario Episco-
2 pi, vnde † literis Ep̄i non creditur contra impetrātem Apostolicum, in quibus Ep̄s asserit se contulisse prius, quàm Papa, propter fraudem quæ timetur, quia sæpè imo frequenter accidit quod quidam Episcopi vel eorum vicarii anticipant datam contra Apostolicos impetrantes. c. post concessionem, vbi Host. & alii de probat. hoc expresse refert Rota. decis. 22. fuit dubitatum in nouis, & fraus & dolus non debent alicui patrocinari vt malitiis eorum obuietur. c. sedes, & c. ex tenore. c. plerunque. de rescript. l. in fundo. ff. de rei vendic.
3 † Item certū est quod nulli in cā propria creditur. l. vnic. C. ne quis in sua caus. iudicet. & l. omnib. de testib.

Sed in hoc casu Episcopus attestatur in actu proprio, videlicet se requisitum ante collationem Papæ: ergo ei credi non debet, quia collationem (fortè suā) fecit fratri suo, vel alteri consanguineo, vel alteri famulo, vt eum compensaret, & vt illum alteri personæ extraneæ præferret, & hodie prælati machinantur omnes fraudes quas possunt, contra Apostolicos impetrantes: verba sunt hæc, in d. decis. 22. in fi. & idem dicitur in decis. 348. voluerunt, ibidem licet credatur literis Episcopi sigillatis, circa eius officium, non tamen contra Apostolicum. domini de Rota, decisio. 701. nota quod non creditur: in antiq. & literis Episcopi quæ possunt tradi ad occasionem nocendi successoribus, vel tertio, non creditur, vt consuluit Bald. consil. 319. super primo puncto. in tertio volum. Imo etiam
4 † Cardinali non creditur in alterius præiudicium. cap. cum à nobis. de testibus. gl. in cap. sicut. de sentent. excommun. Panormit. in c. quod super. de fide instrum. Aufre. decis. 463. multò minus isti instrumento facto à domesticis Episcopi, & ita consuluit Bertrand. consil. 265. etiam in secundo volum. in 2. editione, & consilio 133. viso processu, ibidem.
5 Secunda præsumptio quod † testes domestici Episcopi inscripti sunt in illo instrumento requisitionis, & idonei non videntur testes quibus impetrari potest vt testes fiant. l. idonei. ff. de testib. etiam iure ciuili domestici testimonii fides improbatur. l. etiam. C. illo titu. quia domestici solent obedire domino per fas & nefas, nec curant nisi vt domino placeant. teste Bald. in c. in literis de testib. nam humani moris est illum vereri cuius iudicio & voluntate nunc erigitur, nunc deprimitur. cap. visis. 16. quæst. 2. & ideo isti testes nihil probant, nec illi instrumento credi debet.
6 Tertia præsumptio est, quia † hora nocturna: nam qui male agit odit lucem, ne eius opera perueniant in lucem, vt est in Euangelio, & in capitulo consuluit.

de offic.delega,nec valent electiones clandestinæ.cap. quia propter. in fi. de electio. & collationes clandestinæ & nocturnæ sunt suspectæ.c.vno.§.porro.vt Ecclesiastic benefi.glo.in d.c.consuluit: nam tenebræ aptæ sunt ad fabricandum falsum. glo. ibi per l. primum. §. tria lumina.ff.de vētre inspic. magna ergo ista est cum alijs præsumptio.

7 † Quarta presumptio fraudis & culpæ eo quod Episcopus poterat adhibere alios testes, quàm domesticos,si fuisset vera requisitio, & quia non adhibiti sunt, est fraudis, & falsitatis suspicio, teste Soc.decis.17.supradicta. colum.2. in 1.volum. secus si non fuerit culpa,quia tunc creditur testibus domesticis. per tex.in l. consensu.§.super plagis,C.de repud.

8 Quinta,† præsumptio est eo quod Episcopus habebat instrumentum procuratoris nominati ad acceptādum & resignandum apud se, ideo est præsumptio à solitis, quod nominatus pactus fuerit secum de resignando illud beneficium,certo dato,vel retento,vt in l.transactio.C.de transact. nempè eò quòd post maleficium commissum inuenitur alienantem possidere rem quam alienauit,præsumitur fraus.l.sicut. §.superuacuum.ff.quib.mod.pign.vel hyppoth.solu. doct. in l.omnes. §.Lutius. quæ in fraud.credito. hic probatur quod instrumentum procuratoris nominati, quod Episcopus habebat,quod hodie illi habent: ergo præsumptio est conuentionis & cōcordiæ factæ cum nominato,& fraudis aduersus Apostolicum.

9 Sexta,quod post † refutationem non aditus fuit superior, præsumitur enim quod illa requisitio tantum fuit excogitata vt præueniret Papam, & sic quod inuenta sit,& verè non facta alioqui,is cui fuisset facta recusatio adiuisset superiorem,vt in §.si quis verò.de colla. in Concorda. quippe dolus præsumitur in eo qui extra iudicium appellat, & appellationem non sequitur cum possit.c.cum dilecti,de dolo. etiam præsumitur fraus contra eum qui litem instituit eamque vsq; ad finem prosequi detrectat. §.omnem,in auth.de litigios.collat.8.authen.qui semel. C.quomodo & quando iudex, sic dicemus in ista inuenta requisitione, vt præsumatur falsa eò quod eam deuolutionem nō est prosequutus requirens, cui erat facta refutatio.

10 † Septima, quod Episcopus prosequatur collationem à se factam suis sumptibus: nam præsumitur venire ad suam vtilitatem, & sic ei instrumento facto à domesticis suis non debet credi.c.constitutis primo. vbi doct.de testibus, vbi factum à domesticis videtur de voluntate domini,sic & hoc instrumentum requisitionis vt præueniret Papam.

11 † Octaua, quando post refutationem idem ordine contulit illi quem refutauerat præsumitur quod visa collatione aduersarij, excogitata statim fuerit requisitio, quia non præsumitur velle variare, cum maximè in viris ecclesiasticis variatio sit prohibita.clemen, vnic.de renuntiat.

Nona est, quod ex his præsentibus ad præteritum præsumitur per l. ex persona. C. de probatio. cap.scribam. de præsumptio. videlicet quod ex his præsumptionibus præsumitur confectam falso requisitionem, cui credendum non erit, in præiudicium impetrantis Apostolici.

Decima quod requisitio ipsa sit facta etiam ab Episcopi famulis & domesticis: nempe vt omnia melius ad fraudandum Apostolicum conciperentur. Inter domesticos omnia tractata & confecta, & fabricata

12 fuerunt, vt superius probaui: nam † quando aliquod est permissum, & fit clam vel à domesticis, tunc fraus præsumitur. l.fin.ff.de ritu nuptia l.non existimo.ff.de administratio tutor. & illæ personæ quæ excusantur à iuris ignorantia si faciant actum clam, non excusantur.glo.sing.in l.1. C.de interdic.ma. secundum Rom. consil.714.regula est, sed ista requisitio erat permissa: ergo fieri palam poterat & non excusantur illi qui eā clanculum fecerunt.

Vndecima, qđ procurator qui inscriptus est se insinuasse testatus est contrarium, videlicet se non insinuasse illo anno: ideo instrumentum redditur suspectum.l.1.§.fin.ff.quemadmod.testamen.aperian.maximè iunctis prædictis,quod à domesticis factum est instrumentum & alijs supradictis.

13 Duodecima † à solitis arguimus & præsumptio magna est.l.si quis donaturus ff.de vsufruct.l.certi condictio. §.si quis nummos. si certum peta. c.cum ni. de constitut.sed Episcopi & collatores solent has fraudes committere. Igitur præsumitur quod commiserunt & fabricauerunt hanc prætensam requisitionem, vt Apostolicum impetrantem fraudarent, & isti omnes qui hæc faciunt sunt fures & latrones & falsarij, & tenentur ad interesse, & expensas nominatis, quos sic vexauerunt, ob id potest dici (vt dicebat Bald.) quò ibit anima istorum?

Vltima est,quod si credatur facile his, instrumentis à collatoribus seu eorum domesticis confectis penè omnes ingredientur ad beneficia falso titulo, & habentes verum titulum expellentur, & sic dabitur materia falsum fabricandi collatoribus, quod non est faciendum: imò totis neruis pugnant aduersus falsarios leges & canones.vt patet in l.vbi & per totum.C.ad legem Cornel.de fal.& ff.ac in decreta.vnde non potest negari dictum instrumētum,tam requisitionis,quàm insinuationis esse suspectum, & sic non esse illis standum, & sic concludo & prædictis subscripsi Paris. anno 1544. die 10. Maij.

RESPON. XXXI.

Theologus ducentos habens florenos in beneficijs,& reditibus,an præbendam Theologalem habere possit.

SVMMARIVM.

1 *Theologus habens beneficia vsque ad ducentos florenos Theologalem præbendam assequi non potest.*

Præbenda venit appellatione beneficij. ibidem.

2 *Theologus non doctoratus,licentiatus, aut baccalaureus formatus præbendam theologalem nec petere, nec consequi potest.*

Baccalaureus simplex est inhabilis ad istam præbendam alio qualificato existente. ibidem.

3 *Theologus modico contentus esse debet.*

4 *Pauper non est, qui habet beneficium vsque ad ducentas libras.*

5 *Collator potestatem habens conferendi idoneis.*

Conferre beneficium habenti aliud non poterit.

6 *§. Statuimus primus. de collatio. in Concord. declaratur.*

7 *Theologus acceptans vnam præbendam theologalem, & super ea comparens, an aliam acceptare possit.*

Graduato nominato computatur beneficium quodcunque acceptauerit, nisi sententia exclusus sit. ibidem.

Emptor

8 *Emptor super re empta compromittens, de euictione agere non potest.*

9 *Hæres vendens hæreditatem, à creditoribus & legatarijs conueniri potest.*

10 *Collator non qualificato conferrens, potest secundo qualificato conferre.*

1 PRIMA quæstio est, an † Theologus habēs beneficia vsque ad ducentos florenos auri de camera possit prębēdam theologalem assequi, si alius non sit repletus eam prosequatur; & breui respondeo, quod non, quia nullus graduatus qualificatus potest in vim nominationum aut gradus, postquā habet vsque ad prædictum ualorem petere, nec consequi beneficium. §. volumus. de colla. in Concorda. sed appellatione beneficij venit etiam præbēda. gl. in c. 1. de reg. iur. in 6. Fel. in c. postulasti. col. 7. de rescrip. ergo nec prębendam in vim gradus poterit consequi iste Theologus iam repletus.

2 Item nullus † Theologus præbendam theologalem petere vel consequi potest, nisi prætextu gradus, vtpotè quia est doctor, licētiatus aut baccalaureus, formatus, imo baccalaureus simplex non est habilis ad istam præbendā alio qualificato existente. §. 1. de colla. in Concord. sed is qui habet ducentos florenos non pōt beneficiū in vim gradus consequi: ergo nec præbendam theologalem quæ debetur ratione gradus.

Item professio & desiderium Theologi, inuicem

3 discrepant: nam cum sit Theologus, & sic † modico contentus esse debeat instar Christi, vincitur tamen cupiditate habendi plura beneficia, & ambitione. contra l. professio. C. de muneribus patri lib. 10. & cum vnū officium quis uix dignè valeat adimplere. c. 1. de consue. tamen stipendia plurimorum sibi vendicare satagit contra. c. quia nonnulli. de cleric. non residen.

Præterea Concordata volunt prouideri pauperi-

4 bus graduatis, vt in proœmio patet † sed is qui habet beneficium, vsque ad quadringentas libras nō est pauper. c. postulasti. de rescript. ergo illi nō debetur ratione sui gradus præbenda theologalis, nec est intentionis Papæ quod personæ pluribus reditibus abundantes, pauperes clericos super beneficiis inquietent. capit. ad aures: de rescript.

Adhęc non est idoneus ad aliud beneficium qui iam habet vnum. c. is cui de pręben. in 6. vbi Perus. in

5 2. no. dicit quod † habens potestatem conferendi idoneis, non potest conferre habenti beneficium, cum non sit idoneus, per illum text. ergo non potuit ordinarius conferre isti Theologo iam repleto, cum in §. præfatique ordinarij. de colla. in Concorda. astringantur collatores ad cōferendū idoneis, scripsi in §. statuimus primo. in verb. gratificare. de collat. in Cōcorda.

6 Nec refragatur † §. statuimus primus. de coll. in Cōcord. vbi fauetur theologis. Respondeo, verum est quoad approbationem vt aliis præferantur doctoribus aliarum facultatum, sed quod possint habere præbendam theologalem, quoniam sunt Ebrij multitudine beneficiorū, iuxta doctrinam diui Pauli ad Corinth. 11. non. Imo potius restringeretur pluralitas in theologo, vt non debeat ambire nec petere, sed permittat esurientem repleri, sicut ipse est repletus.

7 Secundæ quæstioni, † an theologus qui aliam præbendam theologalem acceptauit, & super ea composuit, & permisit recompensationem recipiendo, sit habilis ad aliam præbendam. Respondeo quod non, alio theologo qualificato qui nihil habuit prosequēte, nam graduatus uel nominatus quia acceptauit beneficium ascendens ad summam ducentorum florenorum non potest aliud acceptare, nisi per sententiā succubuerit, vt attestatur glo. in §. item quo ad dictus. in verb. nominatorum. de colla. in Pragm. quia postquam acceptauit & requisiuit beneficium præsumitur sibi debitum, & sic stare per eum quominus habeat summam alioqui quilibet graduatus posset sic habere decem beneficia, & recompensationem cuiuslibet acceptare: quæ fraus non est permittenda.

8 † Itē emptor qui super re empta compromisit nō potest agere de euictione cōtra venditorem, quia nulla necessitate cogente id fecit. tex. in l. si dictum. § compromiserit ff. de euictio. sic nominatus, vel theologus qui compromisit super præbenda theologali, vel remisit ius quod habebat in ea, non potest aliam habere in præiudicium alterius theologi qui nihil habuit.

9 Præterea † qui vendidit hæreditatem alteri potest à creditoribus & legatarijs cōueniri, ac si illam haberet. l. 2. C. de hæred. vel act. vend. quia pretium quod ex hæreditate habet subrogatur in locum hæreditatis. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. ille igitur qui habet recompensationem ex præbenda theologali cēsetur habere præbendam, & sic alteram non potest habere cum duas theologales possit habere vt scripsi. in §. 1. de collatio. in Concord.

10 Super vltima quæstione à me quæsita an † ordinarius collator qui contulit præbendam theologalem, non theologo facta concessione ab illo in manibus eiusdem collatoris, possit iterum conferre theologo qui iam requisiuerat & cui conferre recusauerat. Respondeo quod sic, quia istæ deuolutiones sunt in fauorem nominatorum introductæ. §. si quis verò. in verb. dispositiones de colla. in Concorda. & quoniam confertur ei cui iam recusauerat in fauorem illius: igitur valuit collatio dummodo superior non contulerit facta recusatione inferioris, potuit enim diuerso iure inferior conferre, vno iure tanquam ordinarius, altero tanquam executor Concordatorum, vt scripsi in tracta. nomin. quæstio. 17. num. 4. & in d. §. si quis verò. ideo hic nunc supersedeo.

RESPON. XXXII.

De duobus vicarijs conferentibus & recusantibus conferre graduato, quænam collatio ualeat.

SVMMARIVM.

1 *Iudex remittens ad alium causam illam postea tractare non potest nisi ei à superiore iterum fuerit remissa.*

2 *Remittere ad alium, & conferre velle sunt contraria.*

3 *Vicarius unus remittens ad alium Vicarium collationem nihil penes se retinet quo ad illam collationem.*

4 *Collationis ius amittitur per mendacium, & ad superiorem deuoluitur collatio.*

Malitijs hominum obuiandum est. ibid.

5 *Graduatus an expectare teneatur responsum Vicarij collatoris.*

Deuolutiones in fauorem nominatorum, & graduatorum fiunt. ibidem.

6 *Vicarius reuocare non potest remissionem factam alteri Vicario.*

Episcopus deuolutionem à Vicario suo factam reuocare non potest. ibidem.

7 *Verba illa, Feci, quod in me erat, quomodo intelligenda ſint.*

Reſponſio ſecundum interrogationem eſt intelligenda. ibidem.

8 *Verba in dubio contra illum intelligenda ſunt, qui ea apertius exprimere poterat.*

VACANS beneficium in menſe Octobris graduatis requirit à vicario vt eidem prouideat qui remittit graduatum ad alterum vicariū alter vicarius requiſitus dicit feciſſe quod in eo erat, graduatus iure deuoluto collationem habuit, vicarius etiam primo requiſitus contulit, vtra collatio valeat?

Breui reſpondeo collationem primo graduato requirenti factam præcipuam: quod probatur arg. à ſufficienti partium enumeratione, primus enim vicarius de Pratis requiſitus, prius conferre, & gratificare poterat, quoniam fuit requiſitus ſed noluit: quia ad alium
1 boni filium vicarium remiſit, & † qñ iudex remittit ad alium cauſam, non poteſt poſtea illam cauſam tractare. c. cum appellationibus. de appel. in 6. ibi, quia tamē iudex ipſe quantum in ſe fuit à ſe iuriſdictionem abdicauit eādem appellationi deferens minus iuſtæ totius cauſæ deciſio in ſuperioris eſt poteſtate transfuſa, & ibi gl. dicit quod iudex nō poterit cognoſcere niſi cauſa à ſuperiore fuerit ad priorem iudicem remiſſa, ſic & iſte prior vicarius de Pratis remittendo ad alium videtur tacitè renuntiaſſe collationi faciendæ, & detuliſſe ad alium vicarium, & ſic primus vicarius diſpoſuit aliter quàm ſit ſtatutum in §. præfatique ordinarij de collat. in Concorda. quia non contulit vt ibi eſt ſtatutum, ergo ſua collatio non valet poſtea facta.

2 † Iſta enim ſunt contraria remittere ad alium, & cōferre velle, ideo non potuit conferre niſi alter vicarius iterum ad eum remiſiſſet, vt gl. no. dicit in d. c. cum appellationibus, in verb. refutari. ſed quoad eum à vicario de Pratis non fuit remiſſa collatio.

3 Itemq; non potuit poſtea conferre, tum † quia tacitè remittendo renūtiauerat, & ſic ius totum erat deuolutum per renuntiationem tacitam ad alterum vicarium, ideo poſtea conferendo nihil egit, quia iam erat poteſtate exutus conferēdi, cum paria ſint expreſſè renunciare vel tacitè. l. cum quid. ff. ſi cert. peta. ideo poteſt dici quod potuit, ſed gratificare & conferre noluit, remittendo ad alium, & quod uoluit poſtea conferre, adimplere nequiuit. l. multum. C. ſi quis alteri vel ſibi. c. ſuper. de offic. deleg.

Item ſecundus vicarius vocatus boni filius requiſitus potuit in initio dum fuit requiſitus conferre & gratificare ſi voluiſſet, quia ad eum erat omne negotium remiſſum, ſed quod etiam potuit noluit, & quod voluit adimplere nequiuit. d. cap. cum ſuper. nam ipſe requiſitus dixit ſe feciſſe, quod in ſe erat, ideò videndum eſt aut ipſe verè contulerat, aut non contulerat, ſi iam contulerat graduato, non poterat alteri conferre, & ideò quia non apparet quod contuliſſet, de his quæ nō ſunt & non apparent idem eſt iudicium. l. duo ff. de teſtib. tutel. vnde dicitur quod collatio facta poſt illam collationem non valet, quia locus erat repletus per ſuam primam collationem.

Aut non erat ab illo vicario boni filio facta aliqua collatio, & tunc quia eſt mentitus, nec eſt boni filius,
4 etiam poſtea non potuit conferre, † quia per mendacium priuatus eſt poteſtate conferēdi, & deuoluta eſt collatio ad ſuperiorem. vt plenè ſcripſi in §. ſi quis verò, in verb. diſpoſuerat. in fi. de coll. in Concord. Igitur poſt deuolutionē conferre non potuit, nec is nec eius collega, qui iam ad eum remiſerat, & ita fuit iudicatū in hoc ſenatu pro domino Carolo Garnier, contra Alexandrum Termeau anno 1543. die 14. Auguſti; alias ordinarius ſemper imponeret iſti requirenti, & eum liberè deciperet, quod iura maximè abhorrent, & malitijs hominum obuiant. l. in fundo. ff. de rei uendica. c. ſedes. de reſcrip. ſcripſi in d. §. ſi quis uerò in glo. diſpoſitiones. in additio. no. de collat.

Nec refragatur quod primo requiſitus uicarius de Pratis dixerat remittendo ad alium poſtea faciam uobis reſponſum, & ſic uolebat conferre. Reſpondeo, iſta uerba vicarii de Pratis declarant intentionem ſuā, eam uidelicet quod non intendit conferre, eo quod dixit uobis reſpondebo: ergo conferre nolebat, ſed
5 reſpondere, & † iſtam reſponſionem non tenebatur graduatus expectare poſtquam boni filius uicarius dixerat feciſſe, quod in ſe erat, ideo tantum remouere uolebat graduatum, & decipere uerbis eum adhuc ut beneficium illud relinqueret, nam aliud eſt uelle reſpondere, aliud conferre: ſi hic uicarius dixiſſet, ſi alter uicarius non conferat ego prouidebo, tunc reuerti teneretur graduatus, ſed non ad audiendum reſpōſum.

Maximè quia alter uicarius dixerat ſe feciſſe, quod in ſe erat, & ſic prouidiſſe, quia tota poteſtas ad iſtum ultimum erat deuoluta, & ab eo ad Archiepiſcopum præſertim: quia iſtæ deuolutiones fiunt in fauorem nominatorum & graduatorum. §. ſi quis uerò de collat. in Concorda. ubi ſcripſi. Poſtquam ergo graduatus fuit ad Archiepiſcopum poſt debitam requiſitionem, ergo iſta collatio graduati præferri aliis debet.

Non obſtat quod dicit uicarius feciſſe quod in ſe erat, ergo non intelligitur de alio de Pratis. Reſpondeo, quia poſtquam ad eum remiſſum fuerat, collatio certè ad alium uicarium non poterat deuolui: ius collationis, ſed ad ſuperiorem: quia aliter diſpoſuerat quàm dictum ſit. in Concordat. in d. §. præfatique ordinarii, & iſta remiſſio Caiphæ ad hæredem non erat niſi quædam proditio facta contra graduatum, ut ſolet fieri, ad priuandum eum iure ſuo.

Nec obeſt, ſi dicatur quod de Pratis uicarius primus, poſtea conferendo quod noluerat, reuocauit.
9 Reſpondeo † quod non potuit reuocare etiam re integra, ut dicit Ioan. Andr. & Dom. in d. cap. cum appellat. in 6. plus ibi Peruſ. aſſerens quod ſi uicarius detulit appellationi Epiſcopus non poterit reuocare, cum idem ſit tribunal. c. 2. de conſuet. in 6. cap. Romana. de appellat. Ibidem ergo Epiſcopus poſtea etiam conferendo nihil egit, quia non potuit deuolutionem à uicario factam reuocare, & imputetur epiſcopo qui talem uicarium elegit. §. fi. pro ſocio. in Inſtitut.

7 Nec me mouet iſta uerba † feci quod in me erat, poſſe intelligi etiam in alio actu, quàm collationis. Reſpondeo, imo debent neceſſario intelligi de collatione, quia uicarii erat conferre, poſtquam erat præpoſitus illi officio, alioqui Epiſcopus incideret in pœnam ſi non conferret. c. de multa. de præben. In quam non debet pati uicarius, uel Domini procurator, ut incidat. l. ſi procurator. ff. de condit. indebiti, aliàs præſumeretur delictum uicarii, quod non debemus præſumere. l. meritò. ff. pro ſocio. & reſponſio debet intelligi ſecundum interrogationem. l. ſi defenſor. ff. de interrogat. actio. ſed petitio graduati erat ut conferret: ergo reſpondeo ad id referretur, dicendo: *I'ay faict ce qu'eſtoit en moy.* [feci quod in me erat.]

8 † Et in dubio uerba debent intelligi cōtra iſtum uicarium proferētem, qui legem apertius exprimere poterat. l. ueteribus. ff. de pact. & ex communi uſu iſta intelligi ſolent à collatoribus probata: ſed de collatione

quod

quod ſit iam facta collatio, qui communis uſus attenditur. vt per doct. in proœm. ff. noui, & in proœm. decreta. & ſic graduatus iuſtè poſt hanc reſponſionem adiuit Archiepiſcopum, & debent ſuper hoc ex bono & æquo ſtatuere iudices, aliàs fraus contra hos graduatos exercebitur nec vicarius faceret qđ in ſe eſſet ſi differret conferre. quia in §. teneantur. de collat. in Concorda. dicitur quod Epiſcopi abſentes tenentur relinquere vicarios, vt illis nominationes & qualificationes inſinuentur: & ipſi conferant. quod ſi non conferrent eſſet venire cõtra legem, & ſic delictum committerent. l. non dubium. C. de legib. & tales incurrerent pœnas poſitas. in d. §. fin. de collat in Concor. & duodecim pœnas in ordinarios venientes cõtra ſtatuta in Concordatis, cumulari, & in tract. Nomi. q. 19. Item vicarius dicit ſe de præterito feciſſe: ergo alius nõ poterat facere. Vnde ſupereſt quod nec primus uicarius de Pratis prius requiſitus, nec ſecũdus boni filius, potuerunt poſtquam ab initio noluerunt, & ita concludo ſalua correctione melius ſentientium.

RESPON. XXXIII.

Parrochialis Eccleſia vacans.

SVMMARIVM.

1 *Prioritas in collationibus attenditur.*

2 *Collatio non qualificato facta, non fit irrita nominato & ritè qualificato non proſequente.*

3 *Papa rite confert quando præuenit ordinarium.*

Collationes irritæ factæ non rite qualificatis, non tribuunt ius præuentionis Papæ. ibidem.

4 *Collatio facta graduato ſimplici in menſibus nominatorum eſt valida non exiſtentibus nominatis.*

5 *Coniecturas aſſumere contra verba expreſſa eſt in vanum contendere.*

6 *Vicarij declaratio præiudicium non infert præſentationi Abbatis.*

7 *Collatio facta ex falſa cauſa eſt inualida.*

Error circa qualitatem perſonæ non vitiat. ibidem.

ARROCHIALIS eccleſia beatæ Mariæ de Miſeriis vacauit in menſe Iulio affecto nominatis, patronus preſentauit Thomam Hebert in artibus magiſtrum ſufficientem, & idoneum, ac benè meritum & inſinuatum Epiſcopo Lingonenſi qui eundem Hebert inſtituit & illi tanquam graduato inſinuato contulit d. Eccleſiam parrochialem, anno 1530. die 14. Iulij. Verum quia hic Hebert non reperitur nominatus, nec inſinuatus, ſed tantum graduatus, ideo magiſter Iacobus de Lafferte nominatus, ſed per ſaltum: quia ante quinquennium requiſiuit dictum patronum, die 21. eiuſdem menſis Iulij, qui recuſauit, ob id iure deuoluto ab Archiepiſcopo Senonenſi collationem obtinuit die 23. dicti menſis, poſtea Ioannes Hollier nominatus, ſed non ritè requiſiuit vicarium patroni, vt eundem præſentaret. die 18. Iulij & antequam obtineret inſtitutionem quidam Thebaldus de Brielles à Papa impetrauit, quocunque modo vacaret die pen. Iulij, in cuius locum fuit ſubrogatus magiſter Philibertus Sachard licentiatus iuris, & demum fuit die vltima Iulij d. Ioannes Hollier. Nunc dubitatur quis iſtorum ius in beneficio conſequatur, & paucis agenda dico
1 Thomam Hebert ius in d. Eccleſia obtinere, † quia in collationibus attenditur prioritas. cap. eam te. de reſcript. cap. ſi eo tempore. illo tit. in 6.

Item clauſula poſita eſt in §. teneantur. de colla. in
2 Concorda quod † collatio facta non qualificato, non eſt irrita ſi nominatus & ritè qualificatus non proſequatur, ſed in ſpecie mihi propoſita nominatus non proſequitur imo vnus nominatorum habet omne ius aliorum: ergo collatio prima valet.

3 † Præterea ita demum poteſt conferre Papa quando præuenit ordinarium. §. declarantes. de mandat. Apoſtol. ſed in hoc caſu non præuenit: quia erat iam facta inſtitutio de Hebert, & collatio facta d. Lafferte, ac altera præſentatio de Holier, ergo Papa non potuit iure conferre, quia in fauorem tantum qualificatorũ eſt introductum, vt ſi proſequãtur collationes factas, nõ qualificatis, eas irritas faciant. §. ſi quis verò. de collat. in Concorda. ergo Apoſtolicus illas collationes irritas non poterit dicere, ratione qualificationis deficiẽtis, quia in fauorem illius hoc nõ eſt introductum. Huc accedit quod collatio facta magiſtro artium eccleſiæ parrochialis villæ muratæ valet. §. ſtatuimus. 2. de colla. & ibi dixi: igitur collatio facta. d. Hebert, ſeu inſtitutio valeat, ergo non poteſt impugnari per Apoſtolicũ, q nõ impetrauit tanq̃ magis qualificatus.

Non refragatur quod d. Hebert nõ ſit nominatus, & beneficium vacauit in menſe nominatorum, quia reſpondeo quod tertia pars beneficiorum eſt affecta nominatis & graduatis. §. præfatique graduati. & ibi
4 dixi de colla. in Concord. † Ideo nominatis nõ exiſtẽtibus valet collatio facta graduatis. vt tenui in gl. irrita. in §. teneantur. d. tit. de coll. & hic Hebert eſt graduatus, & ſic capax parrochialis eccleſiæ villæ muratæ.

Non obſtat quod voluntas & poteſtas deficiunt, quia reſpondeo, contrarium eſſe verum, de voluntate patet, quod graduatum voluit præſentare, & collator inſtituere, vt eſt expreſſum, tibi tanquam graduato, poteſtas etiam patroni & epiſcopi non impugnãtur, & ſi nominatim voluiſſet præſẽtare hoc dixiſſet ſicut
5 dixit graduatum. c. ad audientiam. de deci. & † aſſumere coniecturas contra verba expreſſa eſt in vanum cõtendere, quia in certis non eſt opus coniecturis. l. continuus. §. 1. ff. de verb. obliga. nec diſcedendum eſt à verbis niſi conſtet de mente. l. non aliter. ff. de lega. 1.
6 Item declaratio vicarij † videlicet quod Abbas præſentauerat nominatum, non poteſt præiudicare præſentationi Abbatis, cũ ſolus Deus ſit ſcrutator voluntatis & non homo. c. erubeſcant. 32. diſt. & c. nunquid. de pœnit. diſt. 1. ideo non potuit vicarius Abbatis declarare quod Abbas intendebat præſentare nominatum, cum in verbis præſentationis verbum nullum eſſet appoſitum.
7 Nec obſtat quod † collatio facta ex falſa cauſa eſt nulla, licet ex vera cauſa deducta poſſet valere. Panormitanus per illum textum. in capitu. ex parte. Caſtrenſis de conceſſio. præbend. Roma. conſil. 446. primus, quia hic nõ apparet falſam fuiſſe cauſam, nam voluit præſentare magiſtrum artium & idoneum, is talis reperitur: ergo non eſt falſitas cauſæ vt præſupponitur, nec error in nominatione quia nũquam fuit vocatus nominatus d Hebert, nec per patronum, nec per inſtituentem, ergo, &c. etiam error circa qualitatem perſonæ non vitiat. l. alioqui. §. 1. ff. de contrah. empt. & in ſumma. 29. quæſt. 1. ideo eſſet erratum hic, circa qualitatem perſonæ, ſi putaretur nominatus: & etiam ille error non vitiaret, quia conferre putabat, & ſufficit quod talis reperiatur, & ſic concludo Apoſtolicum non poſſe annullare collationem factam d. Hebert cum ſit valida, quoad eum, & cum Ioannes Hollier ſit ſubrogatus in ius ipſius Hebert & Lafferte, ipſe potius ius dicitur habere.

RESPON.

RESPON. XXXIIII.

De graduato simplici.

SVMMARIVM.

1 *Graduatus an beneficium quod in vim gradus acceptauerit resignare possit non graduato.*

Prohibitum vna via, alia permitti non debet. ibidem.

2 *Graduatus non debet esse deterioris conditionis, quàm alius.*

3 *Collusio facta non probatur ex eo, quod graduatus non graduato resignet nisi aliter probetur.*

Allegans collusionem comprobare debet. ibidem.

Coniecturæ plures requiruntur ad probandam collusionem. ibidem.

4 *Clem. ne in agro an habeat locum in prioratibus datis in commendam.*

5 *Qualitas non alterans subiectum comprehenditur sub prima dispositione.*

6 *Commendam habens melioris conditionis iura non faciunt quàm qui habet titulum.*

Specialia duo in vno esse non debent. ibidem.

7 *Cap. licet canon de elect. non comprehendit ecclesias collegiatas.*

8 *Religiosus cum dispensatione obtinens parrochialem ecclesiam, intra annum promoueri tenetur.*

Iura loquentia in regularibus regulariter, non habent locum in secularibus, fallit hoc ob paritatem rationis. ibidem.

9 *Nominatus primum beneficium acceptare non tenetur, quod secus est in mandatario.*

Verbum Potest, voluntatem, & non necessitatem significat. ibidem.

10 *Graduatus, vel nominatus non probant se habere collationem trium beneficiorum, quia præsumptionem pro se habent.*

Regulam habens, fundatam habet intentionem. ibid.

11 *Collatio facta non qualificato valida est non prosequente qualificato.*

12 *Collatio facta non qualificato non annullatur, nisi prosequente ritè qualificato.*

Regularia beneficia regularibus debentur, non autem sæcularia. ibidem.

13 *Qualitas beneficij diiudicatur secundum vltimum possessorem.*

14 *Cathedralis ecclesiæ beneficia indicantur regularia, vel sæcularia pars maior pars canonicorum ecclesiæ est.*

15 *Mandatum secundum ab eodem impetratum an valeat non facta mentione primi.*

16 *Clausula motus proprij tollit subreptionem.*

Mandatum dici secundum non potest, cum primum effectum non habuerit. ibidem.

Impedimentum non præstat, quod de iure effectum non sortitur. ibidem.

17 *Motus proprius quando præsumatur.*

Clausula motus proprij quando est in narratiuis non probat, secus est, quando adest in decisiuis. ibidem.

18 *Grauamen non intelligitur illatum per mandatum, quod effectum non habuit.*

19 *Præiudicium non attenditur, quando quis vtitur iure suo.*

1 GRADVATVS † simplex, facta eidem collatione per ordinarium, de beneficio vacãte in mensibus graduatis deputatis, illud post sex mẽses resignauit, & facta fuit collatio cuidam consanguineo episcopi, non graduato: an valeat collatio ratione collusionis: & videtur qđ non, quia quod vna uia prohibetur nõ debet alia permitti, regula cum quid. de regu. iur. in sexto. cum similibus.

2 Contrariũ tamen uidetur verius. quia † graduatus non debet esse deterioris conditionis quàm alius, & hoc certum est & notorium, sed esset deterioris conditionis si non posset cessante fraude resignare beneficiũ quod obtinuit in uim nominationũ, uel ius ad illud, ergo poterat, & huius sententiæ est glo. in §. quod si quis ex dictis in uerb. censeatur. de collat. in Pragm.

3 † Nec ob hoc quod resignat non graduato probatur collusio uel fraus prius facta, nisi aliter probetur, & qui eam allegat eam probare debet. l. quoties. §. qui dolo. ff. de probatio. & longinquitas temporis collusionem tollere videtur, videlicet, post sex menses resignauit. glo. in l. ventri. §. fin. ff. de priuileg. credit. cap. fin. de renuntiat. in 6. & quamuis vna coniectura fraudis & collusionis reperiretur, tamen non sufficeret, sed plures requiruntur, ex quibus iudex possit animũ suum ad iudicandum informare. cap. in præsentia. de renunt. & glo. in verb. uacantia. versic. notandum. §. uolumus. in additio. nouis. de collat. in Concord.

4 † Secundò an Clem. in agro. §. cæterum. de statu monachi habeat locum in prioratibus conuentualibus datis in commendam, & dicerem quod sic. per d. §. cæterum qui dicit, qui autem prioratus istos habuerint, sed is cui est commendatus habet, ergo astringitur per illum tex. quia habere dicitur cum effectu. l. nomen. §. fin. ff. de uerbor. signific. uidelicet, ut momentanea non sit acquisitio sicut etiam non est in habente in commendam, & octo modis quis dicitur habere, vt per Lucam, in l. 1. C. de nautic. Tyberi. lib. 11.

Item ille text. dicit, eis commissi fuerunt aut collati, ergo loquitur de commissis in commendam, per cap. nemo. de elect. in 6. & nulla videtur in hoc differentia inter commendam & titulum, cum vterque habeat & possideat, siue sit secularis qui possideat siue regularis: quia non additur aliqua qualitas quę debeat diuersum reddere subiectum, vel alterare, vt in

5 cap. statutum. de elec. in 6. & † tunc qualitas non alterans subiectum comprehenditur sub prima dispositione, vt pulchrè asserit Albertus Brunus, in tract. de augmento 3. conclusio.

6 † Præterea iura non faciunt melioris conditionis illum qui habet in commendam, quàm qui habebat in titulum, cum ille minus ius habeat, vt patet, in d. c. nemo. ergo magis adstringitur, saltem tantum quantum alius habens in titulum, & ista decisionis ratio est in tract. de pacific. posse. num. 42.

Item duo specialia non debent in vno esse. l. 1. C. de dotis prouis. doct. in l. singularia. ff. si certum peta. quod hic esset si diceremus commendatarium non teneri promoueri.

7 Nec refragatur quod † in cap. licet canon. de elect. non comprehenduntur ecclesię collegiatę. cap. statutum. de electio. in 6. facesse & est uerum in collegiata sæculari, vt ibi secus in prioratu regulari, qui comprehenditur sub §. cæterum. & non sub c. licet canon glo. in d. cæterum. in verb. isto.

Nec obstat quod pœna non debeat extendi per l. cum quidam. ff. de liber. & posthu. quia etiam non extenditur, sed d. §. cæterum exprimit quod habentes prioratus debent promoueri ergo quicunque fuerunt,

runt, nec debent in hoc esse sæculares prohibiti ad habendum illos melioris conditionis, quàm alij regulares non prohibiti.

8 Insuper certum est, quod si † religiosus cum superioris dispensatione obtineret parrochialem ecclesiã teneretur promoueri intra annum, per d.c.licet cano. ergo & sæcularis qui habet in commendam prioratũ regularem conuentualem vel curatum, & videtur facere quod consulit Federic. consil.25. casus talis est quidam, nec vidi super hoc aliqua consilia Oldra. vel alia in contrarium, verumtamen Oldra. consil.67. videtur dicere quòd si duo vel plures in parrochiali Ecclesia instituantur non habebit locum. capit.licet canon. sed nõ multũ conuenit proposito, & his contẽtus, propter nuntij festinũ discessum, subscripsimus.

Nec obest quod d. §.cæterum loquatur de religiosis, vt patet per rubr. sub qua situs est videlicet de statu monacho. & regula & iura loquentia in regularibus non habent locum in sæcularibus, quod est verũ nisi sit eadem ratio in sæcularibus, sicut in regularibus: & quando materia omnibus conuenit, vt in hoc casu .gl. sing. in cle. 1. in verbo præsidentes. de rescript. secundum Barba. in trac. de præst. Card. in 7.q. primæ partis. col. penul.

9 †Nominatus nõ tenetur acceptare primum beneficium, tum quia in illis non est hoc expressum, sicut in mandatariis. capit. tibi. de rescri. in 6. cap. si clericus. de præbend. illo libro, tùm quia inuitus non cogitur habere beneficiũ. l. inuito. ff. de regu. iur. adhæc quod in Concorda. rub. de colla. §. teneatur. dicitur quod graduati & nominati qui nõ insinuarunt nõ possunt petere beneficia vacantia in mensibus eisdem præstitutis: ergo si insinuauerunt possunt petere, non dicit teneantur petere, nam verbum possunt voluntatem & non necessitatem significat. l. sæpè. ff. de offic. præsid. Bar. in l. Gallus, in princ. de liber. & posthu. item non priuatur quis nisi in casibus in gl. c. si. de iure patro. hic non est expressus, item in fauorem nominatorum est introductum vt possit primum beneficium acceptare, ergo illi fauori renuntiare poterit. l. si quis. C. de pact. c. si diligenti de foro competen.

10 † Item graduatus vel nominatus non tenetur probare collationem habere vltra tria beneficia, vel tria, quia habet regulam pro se, vt omnia beneficia vacantia in mensibus eis designatis eisdem debeantur, qui vult dicere exceptionem probare debet. Bal. in c. j. col, 2. de aliena. iudic. qui habet regulam fundatam habet intentionem. gl. in l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. Bar. in l. quotiens. ff. si quis cautio. Dec. in regu. 1. not. 2. de regul. iur. nec tenetur contra se probare. l. qui accusare. C. de edend.

Prioratus sæcularis sancti Mauricij Dussac Lemonicensis diœcesis vacauit in mense Ianuarii, qui per legatum fuit collatus non nominato, demum idem legatus contulit d. Boriæ nominato, sed non insinuato illo anno postea regularis nominatus requiritur vicarium capituli sede vacante, & in recusationem iure deuoluto obtinet collationem, à superiore: queritur quis istorum habeat ius in beneficio; Breui respõdeo

11 quod primus, quia † collatio facta per ordinarium, aut etiam per legatum non qualificato valet, si postea qualificatus non prosequatur. §. teneantur. de colla. in Concorda. & ibi dixi, sed in hoc casu ritè qualificatus non prosequitur, ergo collatio valebit.

Nec refragatur quod de Boriæ nominatus prosequatur quia non est ritè qualificatus, vt potè quia non insinuauit illo anno, vel si insinuauerit, non insinuauit ante vacationem. vt tenetur in §. præfatique graduati. ibi ante vacationem de coll. in Concorda. & ibi dixi, & sic collatio facta ibi tanquam nominato non

12 valet, quia nõ erat ritè qualificatus & † collatio facta non annullatur, nisi ritè qualificatus prosequatur. vt dixi in §. si quis verò. per illũ text. de collat. in Cõcord.

Non obstat quod si beneficium non debeatur isti de Boriæ, debebitur saltem regulari. Respondeo non esse verum, quia regularia debentur regularibus, secularia non. §. uolumus. de coll. in Concorda. sed istud prætenditur seculare, ergò regulari non debebitur: & si fuerit nominatus & vacauerit beneficium in mensibus nominatorum, tum primò quia ecclesia Tutellẽsis est redacta ad secularitatem, ergo amplius illa beneficia non debentur regularibus, cum censeantur

13 secularia, tum etiã quia † beneficium tale præsumitur in quali statu reperitur tempore vacationis. arg. l. item apud. §. si quis virgines. ff. de iniur. sed istud reperitur tempore mortis possessum per seculares. ergo seculare præsumetur, quoad hoc ut secularibus debeatur, licet non sit præscriptum tanquam tale ante quadraginta annos. cap. cum de beneficio. de præbend. in 6. & ratione huius possessionis ultimæ præsumitur, ut no. in c. cum Ecclesia. de causa. possessio. & c. consultationibus. de iure patro.

14 † Nec obstat quod in ecclesia Tutellensi sint aliqui regulares, quia esto sanè, tñ inspicitur maior pars, & sufficit qđ in secularem sit redacta & quod sit in illa possessione, & sic concludo collationem non qualificato esse ualidã, cũ ritè qualificatus nõ prosequatur.

15 Quæstio est; an † ualeat secundum mãdatum impetratum ab eodem non facta mentione primi, in quo fuit negligens; Breui puto valere per text. sumendo argumentum à contrario in cap. ad audentiam. 2. de rescript. ubi si quis desistat pensione data & persequutione primi mandati, & impetret secundum tenetur facere mentione primi, ergo si desistat nihil accipiendo, & non vendendo primum mandatum non tenetur de eo facere mentionem, idem dicitur in capit. in nostra. illo titul.

Item in hoc mandato secũdo nõ potest notari sub

16 reptio, propter † clausulã motus proprii, & clausulã pro expressis habẽtes: ex hoc igitur reprobari nõ põt.

Præterea istud secundum mandatum non potest dici secundum, cum primum nõ habuerit effectũ, vt scripsi in gl. duob. §. 1. de mand. Apostol. in Concord.

Adhæc alius potuisset impetrare mandatũ, sic, & iste poterit cum non præstet impedimẽtũ qđ de iure non sortitur effectũ. regula nõ præstat. de reg. iur. in. 6.

Item pro hac sententia videtur text. in cap. si clericus. de præbend. in 6. vbi negligenti non potest prouideri prætextu mandati, sed si fuerit receptus in ecclesia uirtute receptionis, sic ita ratione secundi mandati poterit prouideri isti mandatario qui secundum impetrauit mandatum.

Non refragatur primum in cõtrarium adductum,

17 uidelicet quod † motus proprius non præsumitur, illud est uerum quando non est scriptum in mandato, sed cum est descriptum, iam non est opus præsumere, quia in certis non est locus coniecturis & præsumptionibus. l. continuus. § cũ ita. ff. de verb. obliga.

Secundũ etiam tollitur quod clausula motus proprii est in narratiuis mandati, ideo non probat maximè in hoc regno propter rub. de sublatio. cle. literis. Respõdeo quod imo est dicta cle. in decisiuis, nam vt scripsi in forma mandati: in uerbo uitæ, & in uerb. ac uolentes mandatum habere, quatuor partes: & uerba naratiua incipiunt in verb. vitæ. &c. & decisio incipit ibi ac volentes, & sic nihil obstat.

Nec

18 † Nec videtur fieri fraus Concordatis per impetrationem mandatorum, sed tantum attenditur grauamen per ipsa Concordata dicentia Papam posse grauare vnum collatorem habentem collationes decem beneficiorum, vno mandato &c. cum igitur hic sola impetratio non grauauerit ordinarium, non prohibetur idem impetrare alterum mandatum, si alius non illum præuenerit, & ecclesiam non grauauerit, vt scripsi in verbo grauare. in §. primo. de manda. Apostolic. in Concorda.

Item non obest quod fit præiudicium nominatis,
19 & graduatis, quia & si fiat illud † præiudicium, non attenditur quando quis vtitur iure suo quamuis alteri præiudicet, hoc enim licet. l. fluminum. §. fi. ff. de damno infect. quando quis impetrat primum mandatum bene præiudicat nominatis, ergo nullus potest mandata impetrare, sed sic dissoluitur, quia iure suo hoc facit, vt prædixi, & nullus videtur dolo facere qui iure suo vtitur. regula nullus. vbi ple. Deci. ff. de regu. iur. cum enim expresse potuerit primo mandato renuntiare, nec diceretur dolo fecisse, sic & tacitè: quia ius permittit vnicuique renuntiare iuri in fauorē suū introducto. l. penul. C. de pact. & alia quamplurima impræsentiarum nisi cum doctis agerem, adducerem: quę tua supplere poterit doctrina raptim. Parisiis, 14. Calendas Maij anno 1541.

RESPON. XXXV.

Quomodo incertitudo vitiet collationem.

SVMMARIVM.

1 *Incertitudo eius, de cuius persona vacauerit beneficium vitiat collationem.*
2 *Clausula, & quouis alio modo vacet, non comprehendit, nisi beneficium vacans per personam expressam.*
3 *Collatio beneficij cur requirat expressionem personæ, per quam vacauit.*
4 *Contrarietas vitiat collationem.*
5 *Literæ temporis studij Parisi. sine sigillo vniuersitatis valent.*
6 *Nobilitatis attestatio vbi fieri debeat.*
Deuolutio intra sex menses non deuoluitur ad superiorem, nisi voluntate nominati, & graduati. ibidem.
7 *Exceptiones peremptoriæ contra nominatum graduatū.*
Insinuatio debet fieri capitulo, vel in loco capituli. ibidem.
Nobilitatis attestatio fieri debet coram iudice ordinario. ibidem.
8 *Literæ tonsuræ sine anno sunt nullæ.*
Vniuersitas vna attestari non potest de altera. ibid.


COLLATIONEM factam magistro Guyno Ayque à vicario archiepiscopi Burdegalensis non valere arbitror, tum ratione
1 incertitudinis, † nam incertum ex cuius persona vacauerit erat collatori, & incertitudo vitiat collationem c. 2. de electio. in 6.

Tum quod collatio facta de beneficio vacante per obitum Ioannis non valet, si ex persona Petri vacet. domi. de Rota decisio. 273. nota quod vbi Papa in antiq. & decisio. 743. no. quod si facta. vbi etiam dicitur si
2 esset apposita † clausula & quouis alio modo vacet: nam tunc non comprenditur vacans per aliam personam, quàm expressam: sed hic non expressit personam, sed incertum reliquit, vt appatet: ergo illa collatio non valet.

Item & si potest vacare ex persona plurium, quia forte pluribus collatum fuit, vni non graduato, alteri non graduato, si vacet per mortem vnius, opus est exprimere ex cuius persona vacet. in c. susceptum. de rescript. in 6. quod non fuit factum in hac collatione, etiam posset vacare ex obitu alicuius defuncti in curia
3 † opus igitur erit exprimere ex cuius persona vacauit, vt sciatur an collatio ad ordinarium spectet necne. c. 2. de præb. in 6. alioqui infinitæ fraudes fieri possent, nā semper ordinarius facta collatione posset addere & declarare personam, sic fraudare nominatos & alios prouisos, quod non est permittēdum, sed malitiis obuiandum. c. sedes. de rescript.

Item nominatorum & graduatorum interest scire ex cuius persona vacet, vt liquidari possit quo iure beneficium vacauerit ad hoc vt graduatus, & nominatus acceptare, & requirere possit beneficia eis affecta. in §. præfatique ordinarij. de collat. in Concorda. & de his multa scripsi in gl. Concord. in verbo etiam in forma. mandat. & in tract. nominatio. 918. num. 25. & sequen. ideo hic alia non addam.

Item collatio est sibi contraria nempe conferre vicarius Guyno licet absenti per literarum traditionem quomodo potuit? & tradere literas si erat absens quo
4 modo est absens si tradiderit ei literas? † Ideo ista contrarietas vitiat collationem. per l. scripturæ. vbi doct. C. de fide instrum. & c. imputari. illo titu. quæ iura licet in duobus instrumentis loquātur, tamen ibi ea extendunt, & multò fortius ad vnum instrumentum sibi ipsi contrarium.

5 Quantum ad secundum non obstat quod † literæ temporis studij nō sunt sigillatæ sigillo vniuersitatis. Nam hoc est de consuetudine & stylo vniuersitatis Parisiensis, quæ non recepit Concor. in §. præfatique graduati. de colla.

Nec dicitur falsum tempus studij, licet unum dicat quod magister Franciscus de Tersac studuit usque ad decimam diem Septembris Paris. & aliæ literę dicant talem studuisse à principio mensis Octobris, quia debent concordari à principio mensis, post decimam diem, sicut in l. secunda. §. fin. ff. de reb. credit. ubi testes concordantur qui deposuerunt post nuptias, & ante vt intelligatur ante nuptias finitas, post nuptias, videlicet inchoatas, sic in principio mensis Decembris incipiendo post decimam diem illius mensis, nam dicitur principium mensis respectu signi quod incipit in medio mense, vel à principio, id est post principium sicut à prandio post prandium, nam dictio à excludit in l. datio. ff. de actio. empt.

Etiam sufficit studuisse, & verum est aliquem studuisse tempus præstitutū in Concordatis, licet dicat studuisse Parisiis vsque ad decimam diem, intelligetur computato itinere, quo potest ire usque ad ciuitatem Tholosanam, & quod in principio mensis illic fuit, nec dicitur falsum quod est immutatio ueritatis. §. 1. in auth. de instrum. cautela. & fide. collatio. 6.

6 Quod ad attestationem † nobilitatis sufficit quod sit facta in loco iudicii ordinarii iudicis licet non sit facta in loco natiuitatis in quo non redditur ius, vt dixi in §. cum uerò. de collat. in Concor.

Item sufficit habere collationem intra tempus intra quod potestis conferre, vt dico in §. si quis uerò. de colla. in Concord.

Et quod iste de Tersac poterat etiam iterum adire capitulum intra sex menses propter ius deuolutum ad superiorem, postquam nominatus hoc volebat, & uelle

uelle præsumitur postquam iterum adiuit capitulũ, & iterum & tertio potuisset adire intra dictos post sex menses: ergo non erat deuolutum ius ad superiorẽ vt dico in §.si quis vero. de coll. & in tract. nominatio.

7 *Contre* [Contra] Torciat tria obstant,† primo quod nominationes non fuerunt concessæ tempore quadragesimæ, quod est peremptorium. Secundũ quod procurator non est cõstitutus ad insinuandum quod etiam est peremptorium. §.teneantur. de coll. in Concor. & in tract. nominatio. quæst. 14.

Insinuatio nõ est facta capitulo vel in loco capituli qđ debet fieri. c. si capitulo. de concession. præbẽd. in 6.

Aliud peremptorium quod literæ temporis studij non sunt factæ ab uniuersitate, in qua studuit. contra §. præfati. de colla. in Concord.

Item attestatio nobilitatis non est facta coram iudice ordinario, quod maximè requiritur in §. cum verò. de colla. in Concord.

8 † Literæ tonsuræ Claudij Suac sunt nullæ, quia sine anno qui tamen necessarius est. l. generali, vbi glos. C. de tabula. lib. 10.

Item defectus insinuationis temporis studij dicti Claudij vitiat. §. teneantur. de collat. in Concord.

Attestatio temporis studij Aureliæ facta non valet, quia vna vniuersitas non potest attestari de altera, & & de tempore studij alterius. d. §. præfati.

Prima insinuatio non ualet, tum quia est facta vni canonico & debebat fieri capitulo congregato. c. si capitulo. vbi glos. de concess. præbend. in 6.

Tum qđ non sit in loco capituli facta, vt ibi dicitur.

Adhæc etiam quod non insinuauerit literas temporis studij Paris. & illæ literæ facientes mentionem de tempore studij Parisiensis sufficiunt nisi ipsæ exhibitæ & insinuatæ fuissent. authen. si quis. C. de edẽdo.

Item non insinuauit literas nobilitatis ob id non potest dici nobilis, quod etiam est necessarium in d. §. teneantur.

Secunda insinuatio eodem errore labitur, nec valet procuratorium d. Suac, quia non constituit procuratorem ad insinuandum quod est necessarium, in §. teneantur. de collatio. in Concorda.

Item non obstat collatio postea facta dicto de Tersac anno 1536. ad reddendum eam incapacem, quia tempore acceptationis erat capax, quod sufficit. §. uolumus de collatio. in Concord. nam non acceptauit illud beneficium, vel est dispensatus ad tenendum etiam illud.

Item contra Ludouicũ Baille probatur ignobilis & præbendę istæ ex statuto ecclesiæ solis nobilibus debentur.

Item probare oportet quod beneficium de Liossat ascendit vsque ad ducentos florenos auri de camera, cum aliis tribus quæ dicitur habere.

Item oportet quod constet de potestate administratoris, quia qui dicit se talem, oportet quod probet. l. non ignorat. C. qui accusare non possunt.

Item non valet tempus studij d. Baille, quia certificat de studio facto in aliis vniuersitatibus, quod non valet, imo debebat insinuasse literas studii cuiuslibet vniuersitatis, ut supra dictum extitit.

Item non apparet, quod duplũ siue copiam exhibuerit quod est præcipuum. d. §. teneantur.

Item insinuatio facta vni canonico non valet, ut supra dixi.

Item vicarius debet esse constitutus ad conferendum beneficia etiam deuoluta, vt dixi plenè in prax. beneficiali,

RESPON. XXXVI.

De duobus nominatis.

SVMMARIVM.

1 *Collatio facta graduato simplici in beneficio vacante in mensibus graduatorum, & nominatorum an valeat. infra declaratur.*

2 *Papa conferens gratiam duobus, videlicet primo, & secundo, si primus fuerit in negligentia, collatio alteri facta valet, quod declarat. num. 6.*

3 *Nominatus acceptando beneficium, acquirit sibi ius ad rem quod quidem renuntiare alteri potest. quod declarat. num. 7.*

4 *Collatio de beneficio affecto nominatis, non valet, & nulla est, si fiat alteri.*

5 *Clausula irritans posita in aliquo actu, reddit collationes in contrarium factas nullas.*

Actus, si expediri debet cum consilio alicuius, si hoc non seruetur est nullus. ibidem.

6 *Negligentia redundare debet in præiudicium negligentis, & non alterius.*

Negligentia antiquioris nominati quomodo diiudicetur. ibidem.

7 *Renuntiare beneficio non possumus, nisi illius collatione habita.*

Theologus suam theologalem præbendam cum non theologo permutare non potest. ibidem.

8 *Renuntiatio beneficij inducitur, si præsente eo, qui ius ad illud habet confeuatur alteri.*

Præsentia inducit consensum. ibidem.

9 *Creditor pignus habens, si consentiat, vt alteri detur, illud remittere videtur.*

Tacens, & præsens habetur pro consentiente, quando actus non est sibi præiudicialis. ibidem.

10 *Renuntiatio primi nominati, non potest fieri in præiudicium secundi nominati.*

Gratia vni facta, semper intelligitur sine præiudicio tertij. ibidem.

Verba papæ intelligenda sunt vt minus quàm fieri possit ledant ius commune. ibidem.

11 *Nominatus primus, qui semel resignauit, an possit pœnitere.*

12 *Renuntiantibus iuri suo, ad id amplius non datur regressus.*

13 *Contraria proponens repelli debet.*

14 *Collusio, & varietas reprobatur maxime in personis ecclesiasticis.*

15 *Remittere, & dare paria sunt.*

16 *Pœnitere licet quando res est integra, secus quando alteri est ius quæsitum.*

17 *Integra res in beneficijs obtinendis quando dicatur.*

18 *Renuntiatio expressa beneficiorum fieri non potest sine authoritate superioris, secus in tacita.*

Renuntiatio iuris in re requirit superioris authoritatem non iuris ad rem. ibidem.

19 *Capit. si beneficia, de præbendis, quomodo intelligendum sit.*

20 *Renuntians suo beneficio, ad aliud redire non potest.*

21 *Collatio prior regulariter præfertur.*

Papa

Papa in dubio non videtur velle præiudicare iuri tertij. ibidem.

22 *Electio ad hoc vt valeat, quando fieri debeat a maiori parte.*

23 *Capitulum si debet recipere aliquem, si nolit eum recipere à quolibet receptio facta valebit.*

Actum tale. Duo erant nominati in ecclesia Magaloñ. & vnus graduatus tantum, vacauit beneficium in mẽse graduatorum, & nominatorum. Primus nominatus acceptauit, acceptauit & secundus cum protestationibus solitis appositis. per glo. in cap. 2. de rescript. lib. 6. quia
1 collatio ad canonicos spectabat.† Ideo in unum conuenerunt canonici, & insimul congregati præsente primo nominato contulerunt graduato simplici, & primo nominato quoddam paruum beneficium, qđ acceptauit nominatus & accepit possessionem illius & arrentauit. Nunc secundus nominatus prosequitur ius suum, quæritur de tribus, an collatio illi graduato facta valeat?

Secundò, an præsentia primi nominati possit renũtiationem inducere in præiudiciũ secũdi prosequẽtis?

Tertiò, an si postea prosequente secundo velit primus redire ad prosequendum primum contra secundo loco nominatum, debeat audiri?

Inuocato Domini auxilio, & beatæ Mariæ, ac sancti Sebastiani, cuius hodie festum colitur, videtur primò dicendum quod collatio sit ualida. per tex. in c. ti-
2 bi qui. in fi. de rescript. vbi † si sint duo habentes gratiã à Romano Pontifice, videlicet primus & secundus. Et primus fuerit in negligentia, valet collatio facta alteri, potius quàm primo: ergo idem erit dicendum in casu nostro, cum primus fuerit negligens, collatio alteri facta valet.

Secundò, probatur per text. in cap. si clericus. de præbend. lib. 6. vbi si aliquis habeat mandatum de prouidendo & præsentauerit, si tamen fuerit negligens, collatio alteri facta tenet.

3 Tertiò probatur, nam † iste primus nominatus acceptando beneficium acquisiuerat sibi ius ad rem, qđ potest alteri renuntiare. Cum iuri pro se introducto quilibet possit renũtiare. l. si quis in conscribendo. C. de Episcopis & cleric. & l. si quis. C. de pac. c. si diligenti. de for. competen. ergo accipiendo aliud beneficium uidetur illi graduato renunciare, quare uidetur quod secundus nullum ius habeat.

His tamen non obstantibus, contrarium est verum
4 quod collatio est ipso iure nulla † probatur sic collatio facta de beneficio affecto alteri quàm illi in cuius fauorem est affectum, est nulla. in cap. tibi qui. de rescript. lib. 6. in cap. si capitulo. de concess. præbend. lib. 6. Sed post acceptationem & requisitionem collationis ab ordinario factas per nominatum, vel graduatũ beneficium est affectum. per tex. in Concord. §. si quis. ibi sint ipso iure irritæ collationes. de elect. & glo. in pragmatic. sanct. in §. item quod omnia. in verb. scilicet. & Ioan. de Selua, in tracta. de benefic. in 3. parte. q. 11. nu. 42. ergo collatio nulla.

5 Secundò probo, quod † collatio sit nulla: nam vbicunque in aliquo actu est clausula irritantis decreti, tunc si contrarium fiat, illud factum est nullum. per glo. singu. in clem. 1. de immunit. ecclesia. legistæ in l. omnium. de testam. & in l. omnes populi. de iustit. & iur. Panor. & alij in cap. cæterum. de rescrip. & in cap. dilecto. de præbend. tex. & ibi no. in capit. 1. de cõcess. præbend. lib. 6. Petrus de Anchar. in repetit. cap. primi versic. sed hic incidenter quæro. de constit. & Ioan. de Anania. in cap quia frustra. de vsur. Card. & Barb. in clem. 1. de elect. sed in dicto Concordato est apposita clausula irritans: ergo collatio post acceptationẽ facta est nulla: ulterius probatur quod ista collatio fuerit nulla, ex alio capite: nam beneficia vacantia in ecclesia Magalonensi vigore statutorum conferuntur per præpositum, vel debent conferri cum consilio priorum, sed nos habemus, quod quãdo actus debet expediri cum consilio alicuius, si illud consilium dimittitur, actus est nullus. per c. dilecta. de rescr. & gl. in c. nõ est. de consuet. lib. 6. tex. in auth. de non alienand. §. qđ autem. l. impuberib. ff. de suspect. tutorib. Bar. in l. j. §. si plures. ff. de exercit. actio. Pan. in c. ad Apostolicam. de reg. Spe. & ibi. Io. And. in addit. ad eum in tit. de requisit. consi. latè Fel. in c. ex parte. de const. Sed in casu nostro præpositus debebat conferre cum consilio, & tamne non erat præpositus: ergo collatio nulla. Et nõ obstat si dicatur quod non poterat haberi, nam dico quod imo: primo debebant eligere præpositum, & eo electo deuenissent ad collationem: iuxta statuta prædictæ ecclesiæ quod non fuit: ergo malè.

Nõ obstat primum, dum dicebatur, quod collatio facta alteri, quàm illi cui debet fieri propter negligentiam valet: nã illi tex. in c. tibi. & in c. si clericus. de præbend. lib. 6. intelliguntur, quando nõ erat alius qui haberet similem gratiam secus si esset secũdus, uel bene
6 † valet in præiudicium negligentis, & non alterius. ita text. in c. tibi qui. de rescrip. lib. 6. nam illa notabilis negligentia primi non potest secundo præiudicare. secũdum Domi. & Phili. in d. c. tibi. & c. si clericus. de præbend. glo. 1. in c. capitulum. & ibi Panor. & Feli. de rescript. ita tenent Io. de Selua in tracta. de benefic. in 3. parte. q. 15. Cosma Guimier, in gl. verb. scilicet. §. item quod omnia. de coll. in pragm. & quãdo dicatur negligens, dicit Ioan. de Selua in 3. parte. q. 34. & Fel. & alij in c. capitulũ. doc. in c. si clericus. de præb. lib. 6. vbique ergo dicunt, tam glo. quàm scribentes, quod est in arbitrio iudicis qñ dicatur negligens, vel secundũ eos dicitur negligens quando primus expectat, quod alteri conferatur præbenda, & in casu nostro: nam ipso præsente, & nõ contradicente fuit de illo beneficio acceptato facta tali graduato collatio, ergo est maxima negligentia. Imo fortius dicunt Pan. & Felin. in c capitulum. alleg. quod negligens dicitur, etiamsi nõ habet competitorem secundo expectantem. Et etiam dicet quod negligentia tollit ius affectiuum ad præbẽdam. per d c. si clericus: & secundus diligens debet præferri primo, vt asserunt Panor. & Felin. in d. c. capitulum. vlterius dicit Felin. in c. cæterũ. col. 7. versic. nõ est nullum. in fi. de rescript. & ibi Imol. quod secundũ rescriptum præualet primo, si primus fuerit negligẽs: ergo cum hic fuerit negligens accipiendo aliud beneficiũ, & dimittendo acceptatum illi graduato, ius est quæsitum secundo nominato, ita quod dicit glo. in tit. de collatio. in pragma. in §. quod si quis. in verbo irritum. quando primus nominatus renuntiauit, vel est negligens, fingitur tanquam si non esset qualificatus: sed si non esset qualificatus, ius secundo deberetur: ergo etiam quando fuit negligens.

7 Non obstat tertium † quando dicitur quod potest priuilegio introducto renũtiare, verum est habita collatione, & sic iure: secus ante collationẽ, cum non habuerit ius, & sic non potuerit renũtiare: sed nõ in præiudiciũ secundi. Imo secundus illo repudiante uel negligente, venit, ut dicit d. c. tibi. imo dicit glo. in §. & ordinat. versic. & quotiens. in verb. alio. in tit. de colla. in pragm. Quod si Theologus vellet permutare præbendam theologalem non Theologo, quòd non valeret permu-

permutatio:idem ergo uidetur in isto casu:nam si iste primus impetrans velit allegare permutationem fecisse cum isto graduato,dico quod non valet,quia sequeretur maxima fraus in præiudicium collatorum.nam Theologus semper permutaret præbendas theologales cum aliis: & sic collatores non haberent aliquam ad cōferendū,ita etiam facerent primo loco nominati:nam semper acceptarent pinguia beneficia, & permutarent cū paruis: & postea alio uacāte acceptarent cum ipsis nō esset prouisum, vsque ad ducentos florenos de camera,ut dicitur in Cōcorda.in tit.de ele.& si secundo loco nominati nunquam possent habere aliqua beneficia vigore nominationum,sed semper primus: ideo ne dolus & fraus patrocinētur alicui. iuxta c.sedes.cum similib.de rescrip.non potest fieri præiudicium secundo nominato,prosequente ius, & supra fuit probatum: & sic ex præmissis concludo collationem factam alteri quàm secundo nominato,nullam & inefficacem.

8 Ad secundum quo quæritur † an præsentia primi nominati quando conferebatur beneficium quod acceptauerat inducat renuntiationem, ita quod secundus non possit prosequi ius suum:& videtur quod sic: nam habens beneficium potest illi renuntiare per totum titulum.de renuntiat. idem ergo in isto primo, qui videtur posse renuntiare suo iuri in præiudicium secundi.Breuiter dicas quod præsentia inducit consensum & sic tacitam renuntiationē.per text.in l. Lucius. ff.de manumiss.testam. vbi si testator reliquit suo seruo libertatem, si filio testatoris rationes reddiderit. Postquam ille filius fuerit egressus pubertatem,si curatores impuberis, non expectato tempore conuenerunt seruū,qui reddidit rationes præsente filio.ibi dicitur,qđ tunc cōditio est impleta,ergo præsentia inducit consensum:facit l.certū.§.si quis absente.ff.de confess.vbi cōfessio facta parte absente nō valet,sed si fuerit præsens,vel procurator tūc valet, quia censetur acceptare,& sic cōsentire.facit tex.in l.si dictum.§.si præsente.ff.de euictio. vbi si præsente promissore denuntiauerim procuratori,valet denuntiatio.

Vlterius adduco tex.expressum,in l.fideiussor.in 2. §.primo.ff.de pignorib.vbi est casus multū notabilis: quod si pater persuasit suo filio emancipato, vt filius scriberet,& domum propriam,& non patris daret in hypothecā creditori, si filius hoc scripserit cōsensum ei obligationi dedisse manifestum est scribendo illam scedulam,& sic consentire.

Itē adducitur tex.in l.Paulus ff.quibus mod.pignus
9 uel hypothec.soluit. † vbi si creditor qui pignus habebat cōsenserit,vt alteri pignus detur,videtur remisisse. Idē ergo est in casu nostro: nā iste consentiēdo quod graduatus habeat beneficiū,videtur remittere ius qđ in illo poterat habere. Adducitur tex.in l.2.§.voluntatem. ff.solu.matri. vbi filia præsens videtur consentire patri repetenti dotem. facit tex. in reg. qui tacet, consentire videtur,de reg.iu.in 6.& alia iura multa quæ dicunt præsentem,& tacitum haberi pro consentiente, & maximè quādo actus est sibi præiudicialis. per text. in l.de ætate.§.qui tacuit. ff. de interrog. actio. idem quando poteram contradicendo impedire per glo.in l.Titia prima.§.Lucia. ff.de leg.2. per l. Caius.ff.de pignorat. act. sed in casu nostro primo nominatus erat præsens,& non contradicens, certè ista præsentia inducit tacitam renuntiationem quæ tantum operatur sicut expressa. l.item quia.de pact. l.2. de reb.credit. in glo. Felin.in c.capitulum. in versi.literæ priores.de rescript.si expressè renuntiasset,secūdo loco nominatus haberet locum. Ita & nunc quādo tacitè renuntiauit puta propter præsentiā: & quod præsens videatur cōsentire.glo. & in d.regul. qui tacet. & Bar.in l.2.§.fi.ff. solu. matri. & in l.quæ dotis. & ibi Alex. Ias. Vincen. & Bar.in l.Caius.Felin.in c.cum omnes.col.6.de constit.c.nonne.de præsum.in c.non potest.de re iudic.gl. & doc.in c.vno §.fi.si de inuestitu.inter dom.& vasallis oriatur.doc.in l.1.de filiisfamilias,& quēadmod.pater pro his teneatur lib.10.C.& nō eundo per mēdicata suffragia,de hoc est tex.in c.si quis sacerdotū.81.dist. vbi acceptādo secundū, videtur primo renuntiare.ita Ioan.de Selua.q.1.d.parte.& tract.de benefi. & sic per supradicta cōcludo præsentiam dicti primi nominati tacentis,quādo beneficium alteri cōferebatur haberi pro renuntiatione:& sic habetur pro excluso.

10 † Quando verò quæritur,an in præiudiciū? & dicatis quod nō.per tex.in c.tibi.& ratio videtur esse quia si primo nominato cōcederetur,renuntiare in præiudicium secundi nominati,nunquam secundus vti posset sua gratia, quia semper primus renuntiaret, & sic fieret fraus legi, quod prohibetur. per text. & ibi not. per Din.in regul. fi.de regul. iur. libro 6. item concessio semper intelligitur citra præiudiciū tertii. c.cum olim.de consuetud.facit tex.in c.multiplici.de decim. & c.quāuis.de rescrip.lib.6 vbi gratia facta vni semper intelligitur sine præiudicio alterius. Item nō valet dispensatio in præiudicium tertii, secūdum Ant.in c.ac si clerici.§.de adulter.col.12.de iudic. facit tex.in c.mādatum.de rescrip.vbi non est intentio Roma.Pontificis grauare ecclesiam in magnum præiudicium, sed minus quod potest facit.text.& ibi doct.in c.super eo. de offic.deleg.quod semper verba Papæ debent intelligi ut tāto minus lædant ius commune, quantū possunt:facit quod dicit Barto. in l.2. ff.de decurio.ubi si vnus doctor sit priuatus de collegio,& alius accepit locum illius, modo si ille doctor priuatus recuperat locū suum nō prȩiudicatur alteri,sed erit nouissimus. tex.in l.quoties.de precib.imperat. offerend. Sic dico in casu nostro,cū iste renuntiauerit non potuit prȩiudicare secundo, per iura allegata,sed iuri suo simpliciter:& sic cōcludo per alia multa quæ hic possēt allegari.idē tenet Ioan.de Selua.in tracta. de beneficiis, in 3. parte.q.60.& ita tenent Do.de Rota.in dec.329.in no.

11 Tertiò, an secundo prosequente † nominatus primus possit ad primum beneficium redire, & videtur quod sic:nam regulariter quis potest pœnitere nisi in delictis.l.si pecuniam. ff.de condic. caus.dat.l qui ea mente.ff.de furt.

Secundò facit glo.in c.gratia. de rescript. lib.6 vbi postquam quis elegit beneficium potest pœnitere & ad aliud redire.

Tertiò quis non potest renuntiare sine authoritate superioris.in c.admonet.de renuntiat.& in c.quod in dubiis.eodem titul.ergo nec iste primus nominatus.

Quartò, allegatur casus rotundus in capit. si beneficia. de rescript. libro 6. qui dicit quod libere reuertantur beneficiati ad beneficia quæ omiserunt, & sic iste primus potest redire ad beneficium primum acceptatum, quod omisit.

12 †Contrarium est verū quod non possit redire,quia remittentibus ius suum,non datur regressus.in l.queritur.§.si venditor.ff.de ædil.edict.glo.in cap.in causis. de elect. & 7.quæst.1.capit.eos. & in capit.sic illic.23. quæst.4. sed iste primo nominatus remisit ius suū accipiendo & acceptando aliud beneficium sibi collatum:ergo non datur regressus.

13 Secundò probatur † contrarius repelli debet siue contraria proponens.l.Titio.ff.de cond.& demonstr. & l.1.C.de fur.cum sim. sed iste primo nominatus acceptauit

ceptauit & arentauit suo nomine beneficium sibi collatum, licet illud non acceptasset vigore nominationum, & adhuc obtinet pacificè, quia tantum iuit ad superiorem causa habēdi collationem, primo loco acceptatam, & sic est contrarius renuntiando, & postea petendo collationem. Et ideo tanquam cōtrarius debet expelli, & pro ista opinione est tex. in c. gratię tuę. renuntiare videris, si aliud beneficium es pacificè adeptus: sed ipse est adeptus aliud, vt patet: ergo renuntiauit primo, quare uolendo utrunque prosequi contraria proponit: ideo non debet audiri.

14 Item probatur qui † illusio & variatio est prohibita, maximè in personis ecclesiasticis maximè religiosis. in clem. 1. de renuntiat. sed hic esset maxima variatio: nam secundo nominato volente prosequi beneficium, quod primus nominatus possit dimittere beneficium suum pacificum, & postea aliud prosequi, non videtur ratione variationis, cū semel habuit, & etiā illuderet & fraudaret secū dolo nominatū sumptibus & expēsis: nam ex eo qđ videt secūdo loco nominatū velle prosequi beneficiū, in casu negligentię omissum & fecisse multas expēsas in habēdo collationē, & alias, nunc uult eum illudere & fraudare, quare videtur quod omnia iura fraudibus obuient. c. sedes. de rescr. & c. ex tenore. illo titul. c. ex literis. de dol. & contuma. & l. si legatarius. cum simili. ff. de dol.

15 Vlterius probatur, † paria sunt remittere & dare. in l. quinetiam. ff. de calumn. text. in c. veniens primo. de testib. extra. vbi symonia committitur, ita in remissione, sicut in datione, & idem in c. talia. 8. q. 3. facit tex. in l. si fundum sub cōditione. § Titio. ff. de leg. 1. l. si mulier. de condict. ob caus. sed donatio non potest reuocari nisi in aliquibus casibus positis per tex. in capitulo finali, de donatio. & l. finali. de reuocand. donatio. C. idem ergo in renuntiatione & remissione, quam primo nominatus fecit, non potest reuocare, cum dare, & auferre sit puerile.

Vltimò allegatur tex. in c. cū in multis. de rescript. lib. 6. vbi dicitur quod postquam impetrator rescripti expressit nomina citandorum in primo rescripto, nō potest ratione fraudis variare: ita in casu nostro: nam postquam primus nominatus habuit collationem alterius, & illud beneficium pacificè possidet & possedit per sex vel septem menses, certè maxima fraus esset quod nunc omitteret, & ad primum reuerteretur.

Non obstant nunc in contrarium adducta ad pri-
16 mum, dum dicitur † quod quis potest pœnitere: verū est re integra antequā alteri sit ius quæsitum: sed hic est ius secundo quęsitum ex collatione habita per superiorem: ergo non potest pœnitere. per tex. in l. tertia, & l. quem pœnitet. ff. de cessio. bonor. doctor. in dicta l. si pecuniam.

Non obstat secundum dum dicebatur per gl. in c. gratia. de rescrip. lib. 6. quę dicit quem posse pœnitere: sed glo. dicit re integra: & ita intelligunt communiter
17 omnes docto. ibid. † Et res dicitur integra quando alteri non est facta collatio, secundum doctor. in cap. si clericus. de præben. lib. 6. Sed hic est facta collatio, tam graduato quàm secundo nominato. Ergo non est res integra, ergo talis primo nominatus nō poterit pęnitere secundum doctor. in d. l. si pecuniam. & Guido. Papæ q. 49. Prælatus. & istud per text. in l. mandatum. cum similibus. C. mand. vbi mandatum re integra morte mandantis expirat. Et dicit glo. quod res dicitur integra quando non sunt facta aliqua præparamēta. Idem dicit text. in l. 1. quando licet ab empt. disced. Nam re integra ab emptione licitum est discedere, & res dicitur integra (dicit gl.) quando pretium non est solutum, vel aliquid factum. Item Iurisdictio morte mandantis expirat re integra secundum Aufre. quæst. 364. in decisio. capell. Tholos. sed re non integra non, idem in casu nostro: nam pōt pœnitere re integra, sed hic non est res integra, ergo pœnitere non poterit: nō
18 obstat tertium dum dicebatur quod non † pōt quis renūtiare beneficio sine authoritate superioris per c. admonet. & c. quod in dubiis. verum quidem est in expressa renuntiatione: secus in tacita quæ resultat per acquisitionem alterius beneficij: & ita tenet gl. communiter approbata. in c. ex ore, in verbo renuntiasse. de his quæ fiunt à maiore parte capitul. & ita tenet Barb. in clem. gratiæ. in notabilibus. de rescript. & facit in simili quod dicit tex. in l. fi. §. sed quia. C. de iureiurand. propter calum. dand. vbi iuramentum calumniæ non potest remitti expressè, sed bene tacitè. vt ibi dicit glo. ergo idem in isto casu, vel possumus dicere quod iuri quod quis habet in re non potest sine authoritate superioris renuntiare, sed bene iuri ad rem: ita debet intelligi illa clem. secundum Barba. in c. P. & G. de offic. deleg. & in c. cum dilectus. de consuetud. & in rub. de rebus ecclesiæ non alienand. & doct. in d. clem. gratiæ, & ita tenent do. de Rota. decis. 328. in antiq. sed hic non habebat nisi ius ad rem: ergo sine authoritate superioris potuit renuntiare.

19 Non obstat † c. si beneficia. de præbend. lib. 6. quia ille text. intelligitur qđ quis potest redire ad sua beneficia, quando habebat ius in re, & etiam ibi agebatur de damno vitando, in casu autem nostro de lucro captando, id est, de habendo beneficium, quod nunquam habuit, sed ibi loquitur etiam de illo qui habebat beneficium: & errore ductus renuntiauit existimans secundum sibi deberi: sed in casu nostro primus nominatus bene sciebat & tractabat de lucro: quare non potest redire, ut dicit ille tex. qui ita intelligitur. per Ioan. de Selua in tract. de benefic. in 3. parte.
20 q. 28. & doct. in d. c. si clericus. Quare † concludo talē primo nominatum non posse nūc redire ad primum beneficium quod renuntiauit, & etiam quia non potest esse pluralis, cum habeat vnum beneficium in c. de multa. & extrauag. execrabilis, cum simil. de præbend. & sic concludo saluo iudicio cuiuslibet melius sentientis, iuxta dictum iurisconsulti, in l. Claudius, in fin. ff. qui potior. in pignor. habeant.

Viso facto superiore dicendum est antiquiorem nominatum esse præferendum prouiso à Papa, tum quia beneficium erat ei affectum per Concordata, quia in mense deputato nominatis vacauerat, utpote
21 in mense Ianuario, tum etiam quia prius † collatum fuit huic nominato: & regulariter prior collatio præfertur alteri. c. cum cui. de præbend. in 6. c. duobus & c. tibi. de rescrip. eod. lib. nam qui prior est tempore potior est iure per regul. iuris. Adhæc iste antiquior nominatus fuit electus, & in loco solito, & facta conuocatione omnium canonicorum ut moris est, & nō fuit facta singulariter, sed à collegio, & communiter vt fieri debet, c. in Genesi. de elect. ideo valere debet, nec potuit postea Papa conferre præbendam, Petro Eyquen, quia non vacabat. Nam iam erat collata antiquiori nominato. Ergo prouisio postea facta de beneficio non vacante nulla est. c. 1. & 2. de concess. præb. nec uoluit Papa præiudicare antiquiori nominato: quia in dubio non uidetur velle præiudicare iuri tertii. c. quamuis. de rescrip. in 6. c. super eo. de offic. delega. Imo quando Papa diceret non obstante quacunque collatione tibi Petro conferimus: intelligeretur de collatione inualida, teste Felin. in capit. causam quæ. de rescript. sed Papa conferendo dicit in bulla se

conferre

conferre Petro, si ius non fuerit alicui quæsitum, sed ius iam erat acquisitum antiquiori, per Concordata, & per capituli collationem: ergo Papa noluit isti Petro conferre, & sic sua non valet prouisio.

22 Nec obest quod † electio debet fieri à maiori & saniori parte, aliàs non valet, cap. quia. cap. ecclesiam. 2. de electio. sed hæc non est facta à maiori parte: ergo nulla. Respondeo, illa iura procedere in electione prælaturæ, sed non in beneficiis debitis nominatis. quia illa electio verius dicetur collatio, quã electio.

Ideo in hoc Franciæ regno in quo per Concordata quicunque collatores tenentur prouidere nominatis, & antiquioribus. §. præfatiq; ordinarij. iuncto §. statuimus. de collatio. in Concord. cum omnes & singuli teneantur prouidere nominatis, & in hoc sequi voluntatem Papæ, & Regis, non requiritur maior pars, sed si minor pars elegerit, vel contulerit, valebit collatio, & electio etiam à minori parte facta, quia illa minor pars erat executrix voluntatis Papæ, & Regis: ideo ipsi executores Concordatorum conferentes antiquiori nominato iure potuerunt prouidere: & quod factum est ab illis valet & tenet. Et ita censuit Senatus Parisiensis pro magistro du Four contra Guibbaud & Cheruin, super præbenda sancti Martini extra muros Rupellæ, quæ fuit adiudicata antiquiori, licet à minori parte esset electus, vt scripsi in d. §. statuimus.

Item cum agatur de executione Concordatorum quilibet videtur assumptus, vt facilior fiat executio: igitur quod vnus cepit, etiam alter potest perficere. Bald. in capit. eam te. de rescript. vbi etiam Panorm.

23 & Felin. docent, quod si † capitulum debet recipere aliquem, & nolit recipere, quilibet poterit eum recipere, & valebit receptio, etiam si singulariter facta fuerit. Panorm. & alij in cap. si capitulo, illo titu. in 6. sed ista electio, seu collatio facta fuit à tribus canonicis, ergo est valida. cum omnes & singuli tenerentur nominatis prouidere, & ita concludo.

RESPON. XXXVII.

Subrogatio collitigatorum per regulam hic expressam.

SVMMARIVM.

1 *Tempus datæ attenditur in prouisionibus beneficialibus.*

2 *Collitigans subrogatus intra mensem præfertur alijs per regulam cancellariæ.*

Impetrationes beneficiorum factæ intra mensem per eandem regulam sunt inualidæ. ibidem.

3 *Papa contra regulam scienter disponens, ei derogare videtur.*

FACTVM tale proponitur, dominus Ioannes monachus impetrauit beneficiũ à Papa post mensem, à die obitus fratris sui, qui litigabat cum quodam, & is frater obtinuerat recredentiam contra illum, deinde post duos menses collitigans impetrauit illud beneficium, & de eo prouisus fuit, quæsitum est, vtra impetratio valeat, & vter in beneficio ius obtineat? breui respondeo, impetrationem Ioannis monachi valere, & ius

1 ad eum pertinere, quod patet: nam † in his prouisionalibus beneficiorum attenditur tempus datæ capit. eam te. de rescriptis. cap. si eo tempore, illo titul. in 6. sed d. dominus Ioannes in tempore est prior: ergo aliis præfertur, etiam per regul. qui prior est tempore potior est iure.

Quantum verò attinet ad regulam Cancellariæ,

2 de subrogandis collitigantibus, quæ † vult quod si collitigans sit subrogatus intra mensem præferatur aliis, facit pro d. domino Ioanne: quia aduersarius eius collitigans non fuit subrogatus intra mensem, ergo non est locus regulæ.

Item etiam regula vult vt aliorum impetrationes sint nullæ factæ intra mensem, sed impetratio d. Ioãnis non est facta intra mensem, sed postea: ergo est valida, sumendo argumentum à contrario, vt patet ex capit. cum Apostolicæ: de his quæ fiunt à prælat. nam impetratio facta ab alio, quàm à collitigante, intra mensem est nulla, si collitigans intra mensem impetrauerit, quæ omnia hic cessant primò, d. Ioannes monachus impetrauit post mensem, ideo collatio eius valida est.

Item d. collitigans non impetrauit intra mensem, & sic non habet locum regula: ideo ius commune succedit, vt prima prouisio ualeat, & sic prouisio d. domini Ioannis, & aliæ nullæ sunt, quia postquam prima valet, non vacat beneficium, ob id non potest conferri alteri, vt constat ex c. primo, & per totum titul. de concess. præbend. & ecclesiæ non vacantis.

Imò etiam impetratio d. Ioannis esset valida facta intra mensem, si derogatum esset regulæ, vt scripsi in d. regula in prax. beneficio. quod factum esse cre-

3 ditur: quia † Papa voluit vt omnimodo sua prouisio valeret, & derogasse videtur quando sciuit. l. quidam. ff. de re iudicat.

Nec refragatur quod ille mensis deberet computari à die scientiæ. cap. quia diuersitatem. de concess. præbend. Respondeo contrarium esse verum, quia in d. regula non agitur de scientia, vel ignorantia, sed impetrationes annullat factas intra mensem ab alio quàm à collitigante: ergo ille mensis currit à die obitus, præsertim quando tempus præstituit & in fauorem alicuius, tunc non requiritur scientia c. oblatæ. in fin. de appellatio. sed in ista regula præstitutus est mensis in fauorem collitigantis, vt notoriè patet: ergo à die obitus currit, quidquid dicat Gomesius, in d. regula. quæst. x. scripsi in §. primo, de nominat. regiis, in verbo à die vacationis, in Concord. Et ita concludo d. Ioannis monachi prouisionẽ firmam, & validam esse, omne ius illi competete impetrationemq;, seu subrogationem collitigantis post duos menses factam nullam esse, nullumq; ius collitiganti præbere: & ita subscripsi Parisiis, anno 1556. in mẽse Septemb.

RESPON. XXXVIII.

De procuratore ad resignandum constituto.

SVMMARIVM.

1 *Resignare iterum non potest, qui semel resignauit.*

Remittentibus actiones suas non est amplius dandæ regressus. ibidem.

2 *Resignans plus iuris transferre non potest, quàm ipse habeat.*

3 *Resignans sine Regis nominatione, non potest iterum cum Regis nominatione resignare, nisi prima resignatio fuerit expressa.*

4 *Nominatio Regis ad prioratum vacantem per resignationem non extenditur, si alio modo vacet.*

Patronus præsentans ad beneficium vacans per priuationem, si alio modo vacet, præsentare non videtur. ibid.

5 *Resignans sub clausula non aliter, & c. quando possit retinere beneficia.*
6 *Donans quod non potest tanquam indignus priuatur illa re.*
7 *Clausula non aliter, nec alias non impedit ius regium.*
8 *Procuratorium ad resignandum à resignante constitutum fraudulentum præsumitur non facta Regis mentione.*
9 *Ignorans leges Regni communes est in lata culpa resignãtes beneficia causa permutationis post resignationem ad ea amplius redire non possunt. ibidem.*
10 *Renunciatione beneficij recepta à superiore non habet locum pœnitentia.*
11 *Nominatorum vter ius habeat in prioratu, an primus, vel secundus.*
Nominatis pluribus à rege, is præfertur, qui verum vacandi modum narrauerit. ibidem.
12 *Vitium impetrationis purgari non potest, nisi verum narretur.*
13 *Clausulæ generales Bullæ non tollunt subreptionem, quoad Principes, vel Reges, nisi specificetur.*
14 *Resignatio fraudulenta non valet, nisi in præiudicium resignantis.*
15 *Prouisio facta de beneficio in curia vacante non valet, nisi hoc exprimatur.*
Iuuari pluribus titulis, quando quis possit. ibidem.
16 *Collatio ordinarij contempto patrono non valet, si postea ipse præsentet.*
17 *Præcedere vbi aliquid debet, si non præcedat non valet actus licet postea ratihabitio interueniat.*
18 *Beneficia vacantia in curia sunt Papæ reseruata, quando per obitum vacant, secus si alio modo.*

VIDAM constituit procuratores ad resignandum Prioratũ suum in manibus Rom. Pontificis, nulla Regis facta mentione, nec nominationis Regiæ, in fauorem tamen nepotis non aliter nec alias procurator resignauit, prout erat in procuratorio descriptum, & Papa admisit resignationem, & contulit dictum Prioratum nepoti qui postea obtinuit nominationem à Rege & secundam resignationem à primo resignante hoc tamen subticuit, quod iam fuisset resignatio expedita sine Regis beneplacito. In vim cuius fit alia prouisio, huic primo resignatario: demum Rex certificatus de prima resignatione facta absque suo beneplacito, & nominatione contemptum suum prosequens nominauit secundum, cui est per Papam prouisum ad Regis nominationem.

Ex hoc facto sequentes resultant quæstiones: prima, an qui primo resignauit possit iterum resignare.

Secunda, si prius resignauerit absque Regis nominatione, an iterum possit resignare habita Regis nominatione: & an hoc debeat exprimi in secunda resignatione.

Tertia est, an si neutra valeat resignatio, resignans remanere possit in dicto Prioratu in vim illius clausulæ non aliter, nec aliàs.

Quarta, vter istorum ius habeat in dicto Prioratu, an primus an secundus nominatus à rege.

Inuocato prius Dei Optimi Maximi auxilio: pri-
1 ma quæstio breui decidetur tanquam facilis. † Certum est qui semel resignauit, iterum resignare non posse quia variare non potest. clement prima, de renunciat. capit. ex transmissa, & capit. in præsentia. de renunciat. & quia priuatio præsupponit habitum. l. decem. ff. de verb. obligat. sed is qui resignauit non habet beneficium: ergo illud non potest resignare: nam per primam resignationem quis est priuatus iure & possessione. text. in capitul. inter cuncta. glos. prima, de præbend. Innocen. in capit. super hoc. de renunciat. colum.3. de Rota decis.23. & decis.352. si opponatur, in no. Panorm. in cap. solicitè. col.4. de restit. spoliat. nam in amittenda possessione affectio eius qui possidet intuenda est. l.3. §. in amittenda. ff. de acquir. possess. & in l. si quis vi. §. differentia. ibidem, vbi Alexand. colum.2. ideo non restituitur qui post renunciationem spoliatur. cap. solicitè. de rest. spoliat. vbi Panorm. & alij. Cassad. in decis.4. fuit dubitatum. rub. de restitu. spoliat. vnde quàm periculosum sit in diuinis rebus, vt quis cedat iuri suo & potestate scriptura sacra declarat. Cum Esau primatus suos inde perdidit, nec recipere postmodum potuit, quod semel cessit. cap. quàm periculosum. 7. quæstio. prima, & remittentibus actiones suas amplius non est dandus regressus. l. quæritur. §. si venditor. ff. de ædilit. edict. igitur postquam is qui resignauit nihil iuris in beneficio habet, non potuit secundò resignare.

2 Ex quo infertur, † quod non potuit resignans plus iuris quàm habuerit transferre per istam secundam resignationem. per l. traditio. ff. de acquir. rer. domi. nam qui nil habet nihil dare potest. cap. Daibertum. 1. quæstio. 7. vnde quia iam resignauerat & resignatio à Papa fuerat admissa non poterat iterum resignare & circunuenire Regem, ex ista secunda resignatione: ideo dicit Bald. quod si Rex Francorum contra suam pronunciationem aliquid concedit tacito de pronunciatione concessio est ipso iure nulla. in c. cum olim, per illum text. de re iudic. sed pronunciatio sua Concordatorum erat quod resignatio Prioratuum & Episcopatuum ac aliorum, ibi nominatorum non valeret non pręcedente Regis nominatione. §. primo. de nominatio. Reg. in Concord. Tamen contra illam pronunciationem primus resignatarius iam prouisus sine nominatione, iterum procurat sibi resignari, vt nominationem extorquere fraudulenter posset, quod fecit, sed non ei prodesse debet dolus & fraus ac astutia. capit. ex tenore. de rescript.

3 Secunda quæstio etiam breui deciditur † quod si semel quis resignauerit sine Regis nominatione, non potest resignare iterum cum Regis nominatione, nisi saltem prima resignatio sit expressa, tum quod nil habebat, tum quia Rex erat ex prima prouisione contemptus. Ob id si bona fide nominauit, non videtur remittere illum contemptum. ignoratum: nã certum est, quod non valet prouisio etiam summi Pontificis, nisi sit facta mentio iuris patronatus laicorum, Felin. in cap. in nostra. de rescript. cap. cum Bertoldus. de re iudic. cap. cum dilectus. de iure patro. sic nulla fuit facta mentio: ergo non valet.

Vnde dici potest parti quod potuit videlicet exprimendo Regi primam resignationem noluit, & quod voluit implere nequiuit. l. multum. C. si quis alteri vel sibi. cap. cum super de offic. delega. potuit enim iure nominationem à Rege habere si expressisset, sed noluit exprimere, ob id, illa nominatio subrepta non debet illi prodesse.

Item differentia est inter modum vacandi per resignationem, & alium modum. c. susceptum. de rescr. in 6. c. cum in illis. §. cum autem. de præbend. illo lib.

Cum

4 Cum igitur † Rex nominauerit ad Prioratū vacantem per resignationem, nō censetur nominasse, si alio modo vacabat: ergo prima nominatio non valet, quia non est verus vacandi modus expressus.

Nam si patronus præsentauerit ad beneficium vacans per priuationem, si alio vacet modo non videtur præsentasse: ideo poterit iterum præsentare, quia in illo casu non præsentauit: & multiplex est modus vacandi d.ca.cum in illis: ideo quando Rex nominauit primo ad prioratum vacantem per resignationem nō intendebat nominare, si alio modo vacaret, vt apparet ex secunda nominatione, & quia hoc non expresserat, & ita fuit iudicatum in magno consilio. In causa Abbatiæ de villa longua contra illum qui habuerat nominationem per resignationem. Et postea resignans mortuus fuerat intra viginti dies, nam quamuis Papa prouidisset resignatario ad nominationem Regis per resignationem, vel alias quomodocunque, tamen per mortem, iterum Rex nominauit, & ille obtinuit in magno consilio, vt scripsi in Concord. §.j. in glo. dispendiosæ, sic & hic: nam Rex nominauit ad beneficium vacaturum per resignationem quæ fuerat iam admissa per Papam: & sic non vacabat amplius per resignationem, sed per contemptum, & nominationis regiæ omissionem d §.j.de nominatio. Reg. & vacabat: in curia ob id Rex nominauit tantum in vacatione per resignationem, ergo in alio casu non: nam qui de vno dicit de alio negat.l.cum prætor.ff.de re iudic. c. nonne. de iudic. ideo postea nominando, secundum cum uera expressione uacationis rectè nominauit, & ista ultima est sic expedita, ergo potior.

Tertia est quæstio postquam neutra ualebat resi-
5 gnatio: an † resignans qui sub illa clausula non aliter, &c. resignauit, possit retinere Prioratum, quòd sic uidetur, quia ista uerba non aliter conditionis uim habent: & faciunt ut nil uideatur actum in contrarium. l.nō aliter.ff.de legat.3.Bald.in authen.ingressi, num.7. C.de sacrosanct.ecclesiis. expresse Ias.cōsil 162.in causa col.4. in secundo uolumine, & consil.86.in c.causa.in fin.uolumine 3.igitur postquam non ualet resignatio resignās semper habet titulū & possessionem.

6 Contrarium est uerum, nam qui † donat quod nō potest, tanquam indignus priuatur illa re. tex.in l quidam.§.fi.cum l.seq.ff.de donat.sed hic resignans donauit, sine Regis nominatione quod non poterat, ideo tanquam indignus est priuatus, & suo facto, probat text.in clemen.unic.de rer.permut. ubi dicitur ne illudatur concessione iuris utentibus: ergo dicit glo. ibi si in fraudem expectantium fiat permutatio, cum illi non utantur concessione iuris, sed ius fraudent non ualebit & poterit conferri beneficium aliis quā permutantibus, sic & hic, nam iste resignans non est usus concessione iuris quod concedit, ut præcedente Regis nominatione cessio fieri debeat si facta sit in contrariū ualet in præiudicium resignantis, qui non est iuris concessione usus, sed fraudulenter procedit.

7 Item illa † clausula non aliter nec alias, non impedit ius Regium, quominus possit prouidere cum beneficium uacauerit, ut plenè probat in tractat.reg. priuileg.32.ob id illa clausula non releuabit resignantem à dolo & fraude, ut ibi dicitur.

8 † Dolus & fraus apparent ex primo procuratorio in quo resignans constituit procuratores ad resignandum, in fauorem, non facta regis mentione. Ergo uolebant eum sua priuare nominatione, ideo ratione huius doli & fraudis non potest retinere beneficium quod dolo resignauit, nam dolus non debet alicui prodesse.c.sedes. & c.ex tenore.de rescript.nec obstat si dicatur resignantem ignorare an nominatio Regis interuenire debeat, & ignorans pœnam subire non debet.l.fin.ff.de decret.ab ordin. faciend. Respondeo, ignorans si nihil gesserit non debet puniri, sed si aliquid fecerit, puniri ex illo facto debet. text.iunct. glos. in verbo ignorans.in l. ex maleficiis.ff.de actio.& obligatio. sed iste resignans & resignatarius fecerunt & expedierunt resignationem, sine regis nominatione. Ergo tanquam indigni priuati sunt iure, etiam si illa non vtantur, quia vsi sunt expediendo.

Adhæc quod ignorans leges regni communes est in lata culpa.glos.& ibi Ias.in l. quod te.ff si cert.petat. ideo isti non possunt ignorantia se tueri, cum ista iura sint in regno communia.

Præterea est decisio Rotæ expressa.23. fuit dubitatum in no. vbi resignantes beneficia causa permutationis non possunt post resignationem ad sua redire beneficia, quia non dicuntur sua, nam per resignationem omni iure priuati sunt, ut fuit dictum. Et sic non habet locum capit. si beneficia.de præbend.in 6. in resignante teste Panormita.& Felin.in cap.cum venerabilis.de exceptio. multò minus iste resignans ad prioratum resignatum redire poterit.

Item dicit Dom.in capitolo secundo. de renuncia-
10 tio.lib.6. † quod vbi renunciatio beneficij est à superiore recepta nunquam habet locum pœnitentia, quia quod semel placuit amplius displicere non potest, sic consuluit Barbat. consil.43. sempiterna. columna.3.hic fuit recepto à Papa, ergo frustra quæritur an resignans ad prioratum redire debeat.

Insuper nil est factum contra voluntatem resignātis, quia Papa prouidit insequendo procuratorium illius & illi in cuius fauorem procuratorium factum erat, ergo per illam clausulam non aliter & non potest actus annullari, quia non fuit aliter factum, quā ipse resignans voluit per suum procuratorium, in quo si expressisset cum regis beneplacito iustam causam habuisset conquerendi, si aliter factum fuisset, & sic non potest iuuari illa clausula non aliter nec alias &c. eo quòd non fuit alias factum quàm ipse disposuit: sed ipsi imputari debet cur non adiecit cum regis beneplacito.

11 † Vltima quæstio vter istorum nominatorum an primus an secundus ius habeat, in prioratu. Respondeo vltimum potiorem esse iure, quia ius obseruauit, primo nominatio sua præcedit prouisionem Papæ vt facere debet.§. primo. ibi præcedente regis nominatione de nominatio. Reg.in Concord.& omnia ibidem requisita.

Secundo in 2.nominatione est expressus verus modus vacandi & culpa primi resignantis, videlicet quia resignauit absque nominatione regis, etiam regis contemptus est expressus, dum dicitur sine nostro beneplacito, & nominatione. Ergo nil ei deest.

Tertiò ad nominationem regis sic expressam Papa prouidit vnde prouisio iusta est insequenda.§.j.& §.monasteriis.de nominati.Reg.in Concorda.

Item prima prouisio Papæ nullius erat momenti, quia facta sine Regis nominatione & de hac non est dubium non valuisse, vt habetur in §. primo. de Reg. nominatio.

Secunda etiam valere non potest, quia est subreptitia eò quòd resignatarius non expressit verum vacandi modum, & quod facta fuisset prouisio absque Re-
12 gis nominatione, vnde † Rex postea nominando & Papa conferendo non purgant vitium ignoratum.l. mater, ff.de inoffic.testa.& l.seruus, de bonor. possess. sic consuluit Oldrad. consil.324. factum. colum.3. & seq.

& seq.vbi decidit resignationem fraudulentam vt est ista in curia factam non valere, imo dignus est pœna qui circumuenit Papæ & Regis conscientias.l.fi.C.de his qui à non dom.manu. Bald.in l.fin.C.sentent. rescind.non posse.& Bellamera consil.32. pro introductione.col.penul.

13 Non refragatur quod Papa † per clausulas generales bullæ videatur sustulisse illam subreptionem. Respondeo dispositio quantumcunque generalis non comprehendit Reges, & alios magnos principes.c.si. de offic.deleg.lib.6.& c.ne aliqui.de priuileg.ibid.quia vbi aliqua sunt spirituali nota digna, si non exprimantur videntur neglecta.l.item apud.§. hoc edictum.ff. de iniur.& hodie extat regul.cancellar.40.Innocẽtius vbi nunquam censetur iuripatronatus regio derogatum, nisi hoc sit expressè nominatum.ideò gloss.ibi dicit quod si aliter fiat, Rex potest resistere prouisioni Papæ. Allegat Innocent in capit.sicut. de electio. & Panormit.in capit.primo, & cap.cum terra.& cum inter vniuersas. ibidem.

Item ista resignatio fuit fraudulenta quod patet,
14 nã facta sine regis nominatione, & † resignatio fraudulenta non valet.c.fi.de renuntiat. in 6.sed in præiudicium resignantis valebit. vnde in hoc senatu fuit iudicatum anno 1539. pro d. Francisco de Bourges.Cõtra Bricon in vigilia assumptionis beatæ Mariæ. Nam hic Bricon obtinuerat collationem ab ordinario factam per resignationem, & postea idem Bricon obtinuerat prouisionem à Papa per resignationem, cum derogatione regulæ de viginti diebus: verum quia resignans mortuus fuerat intra viginti dies posteaquam fuisset admissa à Papa, tamen quia erat fraudulenta & Papa nihil poterat conferre, quia iam facta erat collatio ab ordinario, & nihil expressum erat de illa collatione, ob id fuit contra illum iudicatum. Sic multò fortius in ista: nam prima resignatio erat iam facta, & resignans (vt dixi) omni iure exutus, ergo non poterat iterum resignare, nec Papa conferre vel Rex nominare.

Non obstat si dicatur quod beneficium post primam resignationem vacabat: ergo rex potuit nominare, & Papa prouidere. Respondeo verum esse illud beneficium vacare: sed quia erat in curia resignatum vacabant in curia: & sic alio modo quam erat expressum.per gloss.& doct.in clem.prima.vt lite pendente. & extrauag.ex debito.de electión.in cõmunibus. Ro
15 ta decis.23.fuit dubitatum in no. & † prouisio facta de beneficio in curia vacante non valet nisi hoc exprimatur.cap.2.vbi doctor.de præb.in 6.& in c.si tibi ibid. & Guid.cõsil.48.ac Barb consil.40.vt inferius dicetur.

Nec me mouet quod quis potest pluribus iuuari titulus.c.post electionem.de concess.præbend.& sic plures prouisiones obtinere: verum est quando sunt validæ, sed hic neutra prouisio valet, vt fuit dictum, quia non est expressum in vltima id quod debebat exprimi à iure in cap.in nostra, de rescriptis.

Non me mouet quod ius quæsitum non erat alicui primę nominationis Regis, ergo ius acquiritur isti resignatario. Respondeo si expressisset ea quæ erant exprimenda, potuisset ex nominatione Regis prima ius consequi: sed quia non est iuris concessione vsus. d.clem.vna.de rer. permut.ideò nil iuris est ei acquisitum, nec ex prima prouisione nulla, nec ex secunda in qua verus vacandi modus non est expressus, sed fraudulenter extorta est Regis nominatio.

Nec facit si dicatur quod collatio ordinarij, licet non præcedat patroni consensus valet si non conqueratur.c.decernimus.16.q.7.iũcto ca.illud.de iure patr. Respondeo, patet hic Regem conqueri, eo quod nominauit secundum. Ob id iste secundus Regis con-
16 temptum prosequitur: † Et sicut non valet collatio ordinarij contempto patrono si postea ipse præsentet d.c.decernimus. & cap. illud. vbi doct.sic nec ista prima nominatio valebit, postquam Rex iterum nominauerit.

Item minus conuenit illud quod dicitur quod ista secunda prouisio facta resignatario debet valere, postquam Regis nominatio eam præcessit? Respondeo, aut quis vult vt valeat tanquam per ratihabitionem &
17 nõ valet, quia nominatio præcedere debebat: & † vbi aliquid præcedere debet si non præcedat non valet actus. Etiam si posteà ratihabitio interuenerit.tex.in l. si quis mihi bona.§. iussum.ff. de acquir. hæred. & sic non potest valere Regis nominatio tanquam ratam habeat nominationem factã & expeditam, quia hoc non est eidem expressum.

Item quia subreptitia & nominatio præcedere debet non subsequi: & quia non fit de beneficio libero. per c.si tibi absenti.de præbend.in 6. nam aut beneficium resignatario absenti collatum fuit acceptatum: & tunc fuit culpa acceptare prouisionem nullam: & si hoc modo accepisset possessionem, poterat dici intrusus, & sic illo iure priuatus. c.cum iamdudum.de præbend. Si verò resignatarius non acceptauerit prioratum ex prima prouisione, tunc ille prioratus ante acceptationem vacabat in curia.doctor.in d c.si tibi. & in ca.2. de præbend.lib.6. ob id facienda erat mentio huius vacationis.

Et si dicatur si vacabat in curia, ergo Papa sine Regis nominatione conferre poterat, igitur valere debet
15 Papæ prouisio. Respondeo, † vacãtia in curia per obitum tantum sunt Papæ reseruata. in §.j.de reg.nominatio: sed alio modo vacantia in curia non sunt Papæ reseruata: ideo quia non vacabat in curia per obitum, sed per resignationem Papa sine Regis nominatione prouidere non poterat.

Itaque concludendo dico neutram valere resignationem, nec primam Regis nominationem, sed valuisse secundam, in qua verus vacandi modus est expressus, & his suscripsi anno 1549.in mense Octobris.

RESPON. XXXIX.

De præuentione.

SVMMARIVM.

1 *Papa iure præuentionis conferre potest ante acceptionem nominati à Rege.*

2 *Cardinalis Farnesius vacante sede, constitutus vicarius à sede Apostolica, an potuerit conferre in Episcopatu Cathurcensi, ante sui indulti publicationem.*

3 *Rex concedens vt indultum pro publicato habeatur non obstantibus arestis vel alijs in contrariũ, an tollat ius alijs interim per collationem quæsitum.*

Papa scribens velle valere collationem, non obstante quacunque collatione, intelligitur de inualida. ibid.

4 *Papa collationem validam tollere non solet.*

Lex respicit futura, non præterita. ibid.

5 *Aresta rescinduntur certis modis.*

6 *Literæ sunt inciuiles, & irrationales quæ tollũt ius tertij.*

7 *Citatio facta vbi partes non resident, nec residere tenentur, est inualida.*

8 *Nominatus à rege non acceptans beneficium intra sex menses, priuatur fructu nominationis suæ.*

Ius

Ius Extinctum non resuscitatur. ibid.

9 *Papæ manus non ligantur per quæcunque indulta, vel priuilegia.*

1 DVbia sequentia oriuntur super facto proposito. Primùm an † Papa possit ante acceptationem nominati à Rege iure præuentionis prouidere, & apud me non est dubiũ, interim Papam potuisse conferre, qui contulit magistro Antonio Regourd. Et sic potentius ius in beneficio habuit S. Huberti, prout visum fuit Senatui Tholosano, vt constat per arestum in vtilitatem ipsius Regourd prolatum, & sic amplius de eo quærẽdum nõ est, alioqui iniuriam faceret iudicio reuerendissimæ Synodi, si quis semel iudicata ac rectè disposita reuoluere contenderet. l. nemo. C. de summa trinitate.

2 Secundum dubium est, si † reuerendissimus Cardinalis Farnesius vacante sede constitutus vicarius, à sede Apostolica, in Episcopatu Cathurcensi potuerit conferre ante publicationem sui indulti. Non dicam quid in hac quæstione iuris sit, sed nos hoc iure vti in Francia, vt etiam legatus à latere Papę, in hoc Francię regno, vti sua legatione non soleat, antequam à Rege illi permissum fuerit, & illa potestas & permissio fuerit in parlamento publicata, & ita semper vidi obseruari in hac quæstione. Et plura super hoc extant aresta. Ratio est quia ante publicationem lex, nõ ligat. tex. in auth. vt factæ nouæ cõst. collat. 5. & Ioan. Andr. in fin. Sexti: sic nec aliæ literæ ante earum notitiã. l. 3. ubi gloss. in uerb. ignorans. ff. de actioni. & obligat.

3 Sed dubium non paruum est si † Rex concedat ut indultum habeatur pro publicato, non obstantibus arestis & aliis quibuscunque in contrarium factis, an tollat ius quæsitum aliis per collationem aut prouisionem interim factam, & certum est non tollere. Nã Papa si scribat uelle ualere collationem uel actũ, non obstante quacunque collatione & prouisione, intelligitur de inualida, ut docet Felin. & alij in c. causam quæ. col. 11. de rescript. & Alex. consil. 23. uiso processũ. col. 3. in 5. uol. quia non intendit Papa tollere ius tertij. c. super eo de offic. deleg. c. quamuis, de rescr. in 6. multò minus Rex nec Imperator. l. 2. §. meritò. ff. ne quid in loco publ. fiat, & de hoc scripsi in forma nouæ prouisio. in uerb. dummodo. in praxi benefic.

4 Sicut ergo Papa non solet collationem ualidam tollere, ita nec rescribere, sic & multò minus Rex, ut non obstantibus collationibus publicatio habeatur pro facta, & intelligentur istæ literæ ut à tempore literarum in futurum hoc procedat, sed de præterito nõ habebit locum, quia non possunt maiorem uim habere istæ literæ quàm haberet lex, sed lex respicit futura non præterita. l. leges & constitutiones ff. de legib. c. fin. de constitut. Ergo istæ literæ à Rege concessæ, ut d. Cardinalis se iuuare possit indulto, ac si esset publicatum, non respicient præterita, sed deinceps, scilicet à die publicationis, & comprobationis harum literarum, & sic rationem habebũt futurorum, ut aliquod pondus habeat indultum.

5 Vnde absurdum esset, si arestum rescinderetur per has literas. † Nam certi sunt modi per quos rescindũtur aresta utpotè per supplicationem. authent. qua supplicatio. C. de precib. Imperat. offer. & per literas ciuiles ut dixi in primo tomo commentar. ad constitutio. reg. & alios ibi tractaui modos, sed iste modus nõ est de illis, ergo nõ cõprehenditur in literis istis, & sic per has literas non poterit d. Regourd qui iã habet arestum comprehendi, minusq; præiudicium ei fieri. Ideò si d. Regourd vocetur ad comprobationem rescripti, & interinationem, debet apponere & dicere

6 † literas esse inciuiles & irrationabiles, quia tollũt ius tertij, & non possunt ad præterita extendi, nec de illis Rex cogitauit, nec possunt tollere aresta curiæ Parlamenti: & alia quæ aduocatus supplere poterit, quæ relinquo ob nuntij festinatum discessum. Sed multa tradidi in secund. tom. comment. ad constit. reg. tit. de rescript. in q. 11. in præfa.

7 Item non videtur valere † citationem factam in loco beneficij sequestrari in valuis quia ibi partes non residebant, nec residere tenebantur, donec super illo beneficio litigatur, sed sequestri recipiunt interim fructus. Et quãdo citatio domi vel in ecclesia fieri potest, oportet prius disquirere citandum an inueniatur vel eius procurator, & posteà citare in domicilio. c. causam. vbi glos. & doctor. de dolo. sed hic Regourd non fuit inquisitus, quia habebat domicilium, ergo non valet citatio. Nam doctor. ibi dicunt prius quem citandũ in domo habitationis, quàm in ecclesia. Imo quando quis in ecclesia citari potest, vtpote quando non habet domiciliũ, eo casu debet seruari decisio. clem. causam. de elect. vt prius in domo fiat notificatio, quæ non fuit facta, & sic dicta citatio non valet, nec defectus potuit dari propter illam. vt doc. & Soci. in tract. de citatio. artic. 17. quest. 5.

8 † Præterea nominatus à Rege si non acceptauerit & requisierit primum beneficium intra sex menses, est priuatus suæ nominationis fructu. per c. si clericus. de præb. in 6. quia est negligens & negligentia cuilibet est damnosa. c. tibi qui. de rescr. in 6. l. diuus. ff. de offic. præsid. Panor. & Felin. in c. capitulum. de rescr. & tunc dicetur negligens quando intra sex menses nõ requisierit sibi conferri. glos. in §. item quod omnia. in verb. scilicet. de coll. in pragm. dixi in §. declarantes. in glos. prosequentes. de mandat. Apostol. in Concord. & nõ poterit posteà ille nominatus aliud beneficium habere, in uim illius nominationis: cum iam sit illa nominatione priuatus, & nõ resuscitatur ius iã extinctum. l. qui res. §. aream. ff. de solutio.

9 Postremò etiam potest † Papa præuenire nominatos per indultum curiæ. Nam manus Papæ non ligantur per quæcunque indulta & priuilegia sua, uel suorum prædecessorum, quominus illis derogare possit, quia maiorem sibi retinet potestatem. c. dudum. de prębend. lib. 6. c. innotuit. de electio. nec legem dicere potest à qua non liceat recedere. l. si quis in princip. ff. delegat. 3. c. fin. de rescrip. in 6. nisi per uiã contractus. c. 1. de probation. ideo potuit Papa beneficium S. Huberti ante requisitionem nominati à Rege conferre, contulit d. Regourd. igitur collatio & prouisio Papæ est potior: sed nominatus, qui non fuerit negligens, expectabit aliud: & quia prædicta uera sunt, ideo subscripsi. Datum Parisi. anno 1556. in Mense Martio.

RESPON. XL.

Plura super materia mandatorum responsa.

SVMMARIVM.

1 *Papa secundum mandatum dirigere potest collatori habenti collationem decem tantum beneficiorum.*

2 *Grauamen, non concesio literarũ, spectatur in mãdatis.*

3 *Rescripti impetratione sola non dicitur quis grauari nisi ea vtatur.*

4 *Rescriptum impetrans contra transactionem iuratam non incidit in pœnam nisi eo vtatur.*

Impetrās priuatus suo mādato, an alterū īpetrare possit.

Mandatum tertium, & quartum impetrari potest, cum ex sola impetratione alius non grauetur. ibid.

6 *Collator si in duobus beneficijs grauari potest, si conferat inhabili, ei nō cōputatur, quin iterum grauari possit.*

7 *Rescriptum cum quacunque clausula impetratum, intelligi debet si impetrans eo vti velit.*

8 *Mandatum secundum dici non debet sed primum, si aliud primum fuisset nullum.*

9 *Ordinarius, mandatario negligenti, in vim mandati beneficium conferre non potest.*

Mandatarius negligens ob suam negligentiam non efficitur inhabilis, sed iure ordinario episcopus ei conferre poterit. ibid.

10 *Grauari quando dicatur ordinarius.*

11 *Beneficium per resignationem vacans an debeatur mandatario.*

Beneficia resignata, non debentur mandatarijs ex declaratione Papæ. ibid.

12 *Episcopus an per collationem factam mandatario non petenti, dicatur grauatus, vt alteri conferre non possit.*

13 *Grauatus non petenti, dare non tenetur.*

14 *Mandatum aliud an dirigere liceat loco mandatarij negligentis, & recusantis acceptare.*

Literæ secundæ non impediuntur per negligentiam primi negligentis vti suis literis. ibid.

Impedimentum non præstat, quod de iure non sortitur effectum. ibid.

15 *Statutis ecclesiæ, cui dirigitur mandatum, an per mandatum censeatur derogatum.*

Antiquior cēsetur qui venit apostolica authoritate. ibid.

16 *Clausula derogatoria statutorum ecclesiæ.*

Dictio quibuscunque, nihil excipit. ibid.

17 *Consuetudo optandi tollitur per clausulam derogatoriam in mandato.*

18 *Præsentatio mandati facta maiori parti canonicorum extra capitulum, an valeat.*

Forma omissa nō magnæ importātiæ nō annullat actū. ibi.

19 *Præsentatio mandati fit solum ad notitiam collatoris.*

20 *Requisitio graduati etiam inhabilis afficit beneficium vt dicatur Papa præuentus.*

21 *Præuenire quid sit. ibid.*

Requisitio inhabilis prodest habili.

22 *Mandatū male præsentatum, an possit iterū præsentari.*

1 PRimæ quæstioni & sextæ respondeo, † quod potest Papa dirigere secundum mandatum, negligente primo mādatario, recusante vel non prosequente mandatum suum eidem collatori, etiam non habēti nisi collationem decem beneficiorum, tum propter verba mandati in quibus dicitur si vobis pro alio non scripserimus, qui simile mandatū aut similem gratiam prosequatur. Ergo sumendo argumentum a contrario, si scripserimus pro alio qui non prosequatur, attamen isti secundo cōferatis: sed negligens non prosequitur, nec potest prosequi. c. tibi qui. de rescript. in 6. Ergo non impeditur secūdus mādatarius quia paria sunt nō esse, & non prosequi. doct. in c. literis. de rescrip. scripsi in §. fi. de colla. in Cōcord.

Item in rub. de mand. Apostolicis, in Concord. dicitur, quod quilibet Romanus pontifex potest dare literas mādati hoc modo, videlicet, vt vnū collatorē habentē collationem decem beneficiorū in vno, habentem autē collationē quinquaginta & vltra, in duobus
2 beneficiis, duntaxat grauare possit. Non ponderatur in illo text. concessio literarū, sed grauamen. Sed non grauatur ordinarius per mandatū primū, quando mādatarius est negligens: ergo poterit grauari per aliud mandatū, postquā non reperitur grauatus per primū.

3 † Item ex sola impetratione literarum mandati nō dicitur grauari ordinarius. per text. in clem. j. de rescr. vbi ex sola impetratione non dicitur quis alium grauare, nisi vtatur sua impetratione. glo. ibi. Felin. & alij. in cap. ex tenore, de rescr. sic nec dicetur grauatus quādo mandatarius fuerit negligens. vt scripsi in glo. duobus. versi. secundo. §. 1 de mand. Apostolicis.

4 † Item impetrando rescriptū contra transactionē iuratā non incidit quis in pœnā. l. si quis. C. de trāsact. nisi fuerit visus rescripto. Paul. Ias. & alii in d. l. si quis. gl. in verb. fecerit. c. dispendia. de resc. in 6. Imò si quis prohibeatur impetrare sub pœna, si impetrat non punitur nisi vtatur rescripto conueniendo. c. cæterum. in fin. ibi aduersarium suum laborare coegit, de rescript. Card. consi. 25. in causa. col. 2. refert Iason in d. l. si quis maior. facit l. libertus. 2. ff. de in ius vocand. verba enim cum effectu intelligi debent. l. 1. ff. quod quisque iuris. Et sic possunt impetrari plura mandata directa vni, etiam non habenti nisi collationem decem beneficiorum, siue eiusdem datæ, siue non: sed si semel vni fuerit prouisum, aliis nihil debebitur.

5 † Idem dicemus in illo impetrāte qui sua culpa est exclusus, vel negligentia suo primo mandato, vt secūdum possit impetrari: quia lex non distinguit in quoquam, nec iste est effectus inhabilis ad secundum, si non est vsus primo, & priuatus sua culpa beneficio aliud poterit impetrare. Extraua. execrabilis. de præben in Extrauag. Ioann. 22. Et de hac plene scripsi in tract. nominat. quæst. vlt. num. 5. & illud quod est dispositum in duobus habet etiam locum in vno. l. singularia. ff. si certum petat.

Idem in tertio mandatario dicemus quando vni ex duobus non est prouisum, vt tertio prouideri debeat: per text. in d. clem. 1. & ibi glo. in verbo vexare. quam notant ibi doct. de rescript. vbi dicitur quod nō dicitur quis vexare alium ex sola impetratione literarum, ita in isto casu non dicitur grauari capitulū sancti Vrsini, vel alius collator ex impetratione trium mandatorum, nisi illis fuerit prouisum.

Secundò, probatur in rub. de mandat. Apostolicis,
6 in princ. vbi dicit quod † collator in duobus beneficiis grauari potest: sed in hoc casu nō est grauatus in duobus beneficiis, quia exterus nullum habuit; ergo tertius impetrans poterit habere.

Tertiò, etiam non prodest collatori si contulisset isti extero, quia erat inhabilis in hoc regno. gl. in verb. exterorum. in procem. Pragmat. sanct. ergo nō debuit conferre: quare si contulerit, inhabili imputetur illi. Nec prodest si dicatur quod executor contulit, quia collator ab hac collatione debebat reclamare, etsi nō reclamauerit, nihil debet obesse isti tertio.

Quartò, sicut graduatus vel nominatus præfertur mandatario, si non prosequatur suum mandatum: in rub. de mand. Apostolicis, versi. declarantes, prosequētes huiusmodi mandata, &c. & facit locum nedum
7 graduato, sed etiam ordinario † quia in quocunque rescripto, etiam si priuatur clausula decreti, intelligitur si impetrans vti velit. Io. Monac. & alij in c. statutum. de præben. & dixi supra. sic etiam in casu nostro postquam secundus, mandatarius exterus non est prosecutus mandatum, potest tertius prosequi.

8 Nec dicitur secundum mandatum illud quod erat

erat nullum, vtpotè impetratum per exterum hoc tacito: ergo potuit secundum impetrari, isto non obstāte, quia mandatum nullum impedimentū non debet præstare. regul. non præstat. de reg. iur. in vj. Et literæ, quæ non valent non dicuntur priores, sed nullæ. glo. in verb. de facto. c. cum nostris. de concess. præben. not. in c. ex tenore. de rescript. text. elegans in c. factus. 7. quæst. 1. in fin. iam non secundus ille sed nullus est. Et sic soluitur secunda quæstio, quod mandatarius negligens petere beneficium primum sibi debitum, & vacans post mensem à die præsentationis mandati, non potest aliud beneficium in vim mandati petere, &c. sed succedit secundus mandatarius, vt ibidem dicitur, vel ipse aliud poterit mandatum impetrare.

9 Tertia quæstio sic soluitur, quod non potest ordinarius prætextu mandati illi mandatario negligēti postea conferre beneficium. c. si clericus. ibi, nec tu de ipsa sibi poteris prouidere. de præben. in 6. Et si contulerit non dicitur grauatus, quia non contulit in vim mandati: ergo non est vno mandato grauatus, grauari enim dicitur quis quando oneratur, premitur & molestatur. l. quoniam in prioribus. C. de inof. testam. vbi grauamen uocat onus: sed quando liberè, & sine coactione secùs: quia igitur libere ordinarius confert illi non dicitur grauari, & tenebitur secundo mandatario conferre in vim mandati. Nam postquā ille primus iam erat exclusus non dicitur primus, sed nullus, ergo habetur ac si nullum beneficium contulisset, verumtamen hic mandatarius negligens, non est factus inhabilis ad beneficia. Nam iure ordinario Episcopus poterit eidem conferre, sed non in vim sui mandati, adhoc vt dicatur grauatus si alter mandatarius velit postea beneficium habere in vim mandati, cui nō faciet præiudicium collatio primo negligenti facta.

Item lucrari dicitur quis quando explet suam volūtatem glo. in l. penul. ff. de condict. caus. dat. ergò non dicitur grauari. Et tres tutelæ affectatæ non præstant vacationem, nec grauare dicuntur. §. item tria, iuncta glo. de suspect. tut. in institut.

Nam portat leuiter, quod portat quisque libenter,

alioqui componeret ordinarius cum isto mandatario iam excluso, & fraudaret alium verum mandatarium, & auferret panes filiorum & daret canibus.

10 Adhæc grauari dicitur quando aufertur collatio libera ordinario quæ est in fructu. glo. singul. in c. cum olim. de maior. quia non potest Episcopus suis prouidere. c. abbatem. de rescript. sed ipse qui liberè confert illi mandatario excluso non perdit collationem: ergo non est grauatus, nec ex delicto, vel culpa sua, commodum reportare debet. vt scripsi in glo. grauare. de mandat. Apostol. in Concord. vbi alia scripsi.

Quarta quæstio deciditur per text. & doctor. in c. du

11 dum. de præbend. in 6. vbi † beneficium vacans per resignationem simplicē debetur mandatario nisi fuerit frauduleēta. cap. susceptum. de rescript. in sexto. ca. vno de rerum permutat. illo lib. scripsi in tractatu nominatio. quæst. 15. num. 51. Et quot modis probetur fraus dixi in glo. vacantia. §. volumus. de collat. in Concord. Declarauit tamen Papa, ut non debeantur uacantia per resignationem, quod est conforme. d. §. uolumus. ubi beneficia uacantia per resignationem in mensibus graduatorum & nominatorum non debentur nominatis & graduatis: ergo etiam non debētur mandatariis, quia liberè conferri ab ordinariis non possunt. Nam is qui resignare uult non resignabit nisi conferatur tali. N. igitur nullo modo potest deberi, etiā mandatario, uacans beneficium per resignationē.

12 Quintò, si † Episcopus conferat non petenti mandatario an dicatur grauatus, adeo ut alteri non teneatur conferre? Respondeo, isti mandatario non petenti prouidere non debebat. cap. si clericus. ibi petere negligenter omittat: de præben. in sexto. Et quando confert imputatur ei & uidetur conferre iure ordinario, & liberè. Nam mandatarius petere debet sibi conferri & prosequi, aliàs non tenetur ei conferre ordinarius, ut in Concord. in §. declarantes, in uerb. prosequētes.

Item malitiis hominum est obuiandum. l. in fundo. ff. de rei uendic. sed si grauatus esset sic Episcopus, iste procuraret uacationem beneficij modici, & posteà conferret mandatario, ut illum excluderet. Et sic nulli mandatario prouideretur, & daretur materia delinquendi, quod iura abhorrent. l. conuenire. ff. de pact. dotal.

Item, excedit fines mandati conferendo ei qui non prosequitur, cum mandatum dicat prosequatur. Et tamen fines mandati sunt seruandi, aliàs non ualet, quod in contrarium sit. c. cum dilecta. de rescri. l. diligenter. ff. mand. & Cardin. in c. mandatum. quæst. 2. de rescript.

Item, si non petenti conferret, posset mortuo conferre, uel coniugato, uel alteri inhabili, & ideo ipse conferens puniri posset, ex sua collatione. c. cum in cunctis. §. penult. de election. & c. graue. de præbend. scripsi in repetit. l. diuus. ff. ad senatuscons. Silania.

13 Præterea † grauatus non tenetur præstate non petenti. l. item illa. ff. de constitu. pecun. l. tales. §. priscus. de condit. & domonst.

Adhæc grauatus suo facto sibi imputet. Specul. in titul. de inquisitio. §. ult. uers. itē pone Abbas. Ista possent esse uera, si de aliqua fraude appareret, alioqui si Episcopus sine fraude conferret, mandatario uolenti, & acceptanti, grauatus diceretur.

14 Sextò, † an liceat dirigere aliud mandatum loco mandatarij negligentis & recusantis acceptare. Et respondeo quod sic, quia ordinarius nō est grauatus ante receptionem. tex. in c. mandatum. ibi, cum super receptione duorum grauandi ecclesiam antedictā non fuit intentio mandatoris. de rescript. ergo si primus recusauerit non est receptus. Igitur alius poterit impetrare sibi impetrato uti, ut superius dictum extitit.

Item Cardin. in d. c. mandatum is. 6. quæst. sic dicit, quod quando primus neglexit vti suis literis, tunc nō impediuntur secundæ, etiam si in eis fuerit clausula, si pro alio non scripserimus: quia non intelligitur pro eo scriptum, qui facit contrarium eius, pro quo scriptum est. Innocenti. & alij doctor. ibi.

Item non prestat impedimentum quod de iure nō sortitur effectum. regul. non præstat. de regul. iur. in 6. igitur primum mandatum quod non habuit effectū non præstabit impedimentum secundo impetranti.

Item literæ quæ non ualent non dicuntur priores, sed nullæ. glos. in uerb. de facto. in cap. cum nostris. de concess. præbend. sic & mandatum prius quod nō habuit effectum, non dicitur prius, sed nullum. Felin. in c. ex tenore. de rescript. & c. tua. col. iij. de iureiurand.

Imò primum mandatū quod non fuit prosequutū dicitur extinctum. text. in c. si clericus. ibi cum facta ei gratia per ipsius negligētiam sit extincta de prēb. in 6. Cum igitur primum mandatum sit extinctum potest impetrari secundum, & isti secundo, qui est effectus primus, per primi negligentiam tenebitur collator prætextu mandati prouidere.

15 Alia quæstio est, † an censeatur per mandatum derogatum statuto ecclesiæ quo cauetur, quod certę parrochiales ecclesię, seu earum perpetuæ uicarię canonicis antiquioribus d. ecclesię cōferri debeant, &

non aliis iuxta eorum receptionem. Respondeo in hoc statutis derogatum, & non obstantibus dictis statutis, mandatario, beneficium tale vacans, seu Ecclesia parrochialis debebitur: tum quia si Papa faciat mādatarium canonicum, ad effectum obtinendi dignitates, & alia beneficia, in d. Ecclesia multò magis vult tollere antiquitatem, cum de iure communi mandatarius omnibus antea receptis præferatur. c. eum cui. de præb. in 6. c. hi qui. ibid. vbi sunt hæc verba. hi qui authoritate Apostolica in aliqua Ecclesia in canonicos sunt recepti, debent in præbendarum consequutione cæteris anteferri, legatorum vel aliorum quorūcunq; authoritate receptis anteà in ead. qui text. videtur tollere difficultatem. Et sic de iure communi licet debeatur antiquiori, tamen is qui venit authoritate Apostolica cēsetur, quoad hoc antiquior, saltem vt antiquiori præferri debeat. §. declarantes, de manda. Apostolicis. Nam Princeps fictè facit aliquem maiorem & antiquiorem qui non est. l. 1. C. de his qui veniam ætat. impet. sic & hic videtur facere mandatarium antiquiorē, vt omnibus præferatur anteà receptis, cum sit de iure communi posterior.

Secundò, etiam probatur in clausulis derogatoriis mandatorum, vbi Papa vult quod si statuto ecclesiæ, aut priuilegio caueatur expressè quod nulli de illius dignitate, personatu, administratione, vel officio prouideri possit, nisi cum effectu illius canonicus existat. Canonicatus huiusmodi, cum dicti iuris plenitudine, nisi isti mandatario debetur, cui etiam beneficia quæcunq;, in vim illius creationis in canonicū debentur.

Item posteà vult Papa in eodem mandato mandatarium admitti debere ad primum beneficium quodcunque fuerit: ergo in genere de huiusmodi qualitate antiquitatis cogitasse videtur. per verbū quodcunq;, vt not. doctor. in simili. in l. age cum Geminiano. C. de transact. in transactione generali.

16 Item iuuat alia † clausula ibi non obstantibus constitut. & ordinat. Apostolicis vestræ vel alterius Ecclesiæ iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis alia firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus contrariis quibuscunque, &c. Nam per istam clausulā vult mandatarium admitti debere non obstantibus contrariis statutis. Sed illa statuta de conferendo antiquiori canonico sunt contraria mandatario: ergo illis derogauit per istam clausulam, vt dico in forma mandat. in his clausulis.

Præterea vult recipi non obstantibus quibuscunq; statutis: ergo & de illis voluit intelligere. Nam dictio quibuscunque nil excipit. text. in ca. solitæ. circa fin. de maiorit. & obed. Iason consil. 118. contra donationem. col. 3. in 4. volum.

Adhæc prodest alia clausula non obstante qualibet alia dictæ sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscunque tenoris existat. Ecce clausulam valde generalem, per quam Papa vult derogare omnibus indultis datis per eum: ergo & illi derogabitur statuto volenti antiquiorem præferri eidem. Barto. in extrau. ad reprimend. in glo. nō obstantibus. quomod in læsæ Maiest. crimi. proced. Alexand. consil. 155. visis col. 1. in 2. volum. vbi allegat. text. in l. 2. ibi vel quaslibet alias. C. de quadrien. præscript. facit tex. cum glo. in c. quamuis. in verb. quaslibet. de elect. in 6. Alex. consil. 30. ponderatis. num. 14. in 5. volum.

Item postea dicitur per quam præsentibus non expressam vel totaliter non insertam, effectus huiusmodi gratiæ impediri valeat, quomodolibet vel differri: ecce ergo quod Papa non vult per statutum vt differatur prouisio facienda mādatario, quæ valde differetur si mandatarius alteram expectare teneretur. vt dico in in glos. differri. in forma mandat.

Nec refragatur. c. vlti de consuetudin. in 6. vbi per mandatum non reprobatur consuetudo optandi, ve-
17 rum est † nisi per has clausulas generales hic positas.

Item quia per optionem non tollitur, nec differtur effectus mandati, quia beneficium non optatum mādatario debetur, ideo permittitur: secus in casu nostro vbi effectus mandati impediretur, vt saltem multum differretur: & ideo ista non est propriè optio, cum nil dimittatur dimissis ab antiquioribus canonicis.

Præterea apparet Papam voluisse istum mandatarium præferri etiam antiquiori canonico, per bullam suæ declarationis quæ licet non fuerit necessaria, tamē multum facit ad declarandam voluntatem Papæ.

18 Ad aliam quæstionē respondeo, & † videtur quod valeat præsentatio tum primò, quia fuit facta maiori parti canonicorum coniuncta vtraque præsentatione: tum secundo quia fuit facta in loco vbi capitula solent teneri: & quamuis extra locum capituli, tamen locus non est de substantia quando alibi inueniuntur canonici congregati, etiam si in Ecclesia essent. per not. in c. bonæ. primo de elect.

Item cum bis soleant congregari in hebdomada, d. mandatarius bis etiam præsentauit: ergo illa duplex præsentatio valere debet. vt dixi in tracta. nominat. quęst. 14. num. 74. & quia ibi tractabant actus capitulares, ergo & istum actum recipere poterāt. Nec potest dici facta singulariter congregatio, cum in loco vbi solent teneri capitula. iuxta not. in c. in Genesi. de elect. Adhæc cum forma non est magnæ importantiæ non annullat actum, vt est ista. l. 1. in fi. ff. de uentre inspic. Iason in l. uniuersas. C. de precibus imperat. offer.

19 † Præterea præsentatio mandati fit ut in notitiam ueniat collatoris, sed in notitiam capituli potuit uenire per has geminatas præsentationes, ergo ualuit, & ligauit manus totius capituli. Nec obstat gloss. in c. si capitulo. de concess. prebend in 6. ubi debet requiri superior capituli ut congreget capitulum: quia intelligi debet quando non erat congregatum, sed hic inueniebatur congregatum, ergo non oportebat requirere ut congregaret, postquam erat congregatum, nam frustra fuisset requisitio facta.

Nec refragatur responsio illorum quod nō fuerint in loco capitulari, quia contrarium patet, etiam alio modo responsio illa nō nocet, nam sequeretur quod esset in potestate illorum mādatarios priuare suis mādatis, sic respondendo ideo illorum responsiones non debent præiudicare mandatario, aliàs sic semper dicerent.

Nec obest quod non fuit facta insinuatio seu præsentatio bullæ declarationis. Respondeo, quia nō erat necessaria cùm sine ea beneficium fuisset mandatario affectum, & non inuenitur iure cautum, quod aliæ literę extra mādatum debeant præsentari. ut scripsi in gloss. presentes. in forma manda. in addit. Et sic cōcludo mandatum ualere, & per illum statutis contrariis Ecclesiæ derogatū, ac præsentationem factam ualere.

10 Vltimò † requisito graduati etiam inhabilis & promoti per saltum afficit beneficium, adeò vt Papa dicatur præuentus, & hoc per ordinationem Ludouici 12. artic. 14. de publicatis anno 1512. quæ loquitur generaliter de graduatis & mandatariis qui requisiuerunt, ergo sola requisitio sufficiet, etiam si iure facta non sit.

21 Item † præuenire est antè ire ex allusione uocabuli quæ communiter bona est. l. 1. ff. de acquirend. possess. l. 2. §. mutui datio. ff. si cert. peta. sed ante iuit ad ordinarium, ergo Papa iure præuentionis non conferet. Nam

Nam verbum præuenire & requirere facti sunt, & in facto consistunt. Et requisitio istius inhabilis proderit habili.arg.l.posthumus.§.j.ff.de inoffi. testa. ubi rescissio illius cuius non interest prodest illis quorum interest. scripsi in § si quis uerò.in verb. desponsauerit. in versi.4.de collation.in Concordat.sic insinuatio quandoque unius prodest alteri. l. cum quidam. §. simili. C.de iure dot.abundantiùs scripsi in tractat. nomina. q.17.nu.18.q.14.

Et sic collatio etiam facta inhabili graduato præuenit Papam & multò fortiùs quàm requisitio, quia collatio facta non graduato valet non requirente graduato §. teneantur, de collation. vbi scripsi, sic & multò fortiùs, si fuerit facta graduato inhabili: alia multa inibi scripsi quæ hic non repetam: sed breui hæc conclusi propter modicam salarij solutionem.

22 Vltima quæstio est, an† si mandatarius non iure insinuauerit suum mandatum, & post mensem vacauerit beneficium quod requisiuit, & prosequutus fuit, si succubuerit, an iterum possit præsentare, & aliud beneficium habere; & breui respondeo non posse iterum præsentare iure, post vacationem beneficij, ante tamen uacationem poterat: nam quotiens vitiosè præsentatum est, pro non præsentato habetur. l. quotiens. ff. qui satisdar. cogan. tamen postquam vacauit beneficium quod prosequutus est, & illud amisit videtur negligenter se habuisse in primo, ob id aliud obtinere non poterit, cum mandatum sit in primo extinctum. c. si clericus. de præbend. in 6. alioqui si liberum esset præsentare post amissum beneficium, mandata rarò annullarentur: ideo imputare sibi debet qui ius non est insequutus, disponens, quomodo præsentatio mādatorum fieri debet. vt in c. si capitulo. de præb. in 6. & dixi in trac. nominationum. in 14. quæstione.

RESPON. XLI.

De prouiso à Papa, & quando mandatario præferatur.

SVMMARIVM.

1 *Prouisus à papa an mandatario præferatur.*

Executor conferre non potest, nisi recusante, aut differente ordinario. ibid.

2 *Episcopus habens collationes quinquaginta beneficiorum, an possit grauari duobus mandatis, similiter an & Capitulum.*

3 *Prælatus, & Capitulum an censeantur unum corpus, & vna persona.*

Remedium ordinarium cessare facit extraordinarium, ibidem.

4 *Collatio facta ab ordinario alteri quàm mandatario intra sex menses valet, mandatario non prosequente, quod infra declarat.*

5 *Mandatarius dicitur negligens si non petijt infra sex menses.*

6 *Executor quando intra certū tempus conferre teneatur.*

7 *Ius quæsitum illi, qui clausulam acceptandi habet, non intelligitur, antequam acceptet.*

8 *Collatio ordinarij valet, non facta præsentatione à patronis intra tempus à iure præstitutum.*

9 *Collatio facta alteri quàm nominato in tempore & à iure præstituto, ipso prosequente est inualida.*

Beneficium non confertur in inuitum. ibid.

10 *Impetrans apostolicus an debeat esse minoris efficaciæ, quàm mandatarius, declarat.*

Prouisus à Papa non reddit irritam collationem, contra suam prouisionem factam. ibidem.

11 *Præuentio Papæ non tollitur per mandatarium.*

12 *Collatio Episcopi facta semel nominato impedit ne alia fiat.*

Ordinarius conferens nominato etiam inhabili, non potest variare conferendo habili, propter deuolutionem potestatis ad superiorem. ibid.

Idem bis eodem iure conferre non potest. ibid.

13 *Attestatio nobilitatis facta per quinque testes valet, licet testes omnes non deponant de utriusque parenti nobilitate.*

14 *Nominationes impetratæ ab vniuersitate in qua quis studuit, valent.*

1 SVPER primo facto concurro in hanc sententiam, quod † prouisus à Papa præferatur mandatario, tum quod ipse Papa sibi reseruauit posse conferre beneficia quæcunque etiam sub dictis mandatis comprehensa contulit & sic valuit collatio. §. declarantes, rub. de manda. Apostolicis. in Concord. & de iure non est dubium quod potest. vt in c. dudum. de præbend. in 6. tum etiam quia (vt prætenditur) mandatarius collationem obtinuit à suo executore, qui non potuit conferre, nisi recusante, differente aut negligente ordinario, in forma literarum execut. mandat. Apostol. patet. Quamobrem collatio facta per dictum executorem non valet, quia ad hoc potestatem non habebat, & sic fines mandati excessit conferendo ante recusationem: vt supra dictum extitit, etiam quia Papa conferendo videtur reuocare potestatē in illo beneficio. arg. c. pastoralis. §. 1. de offic. deleg. & in consi. seq. fusius probatur.

2 Secundo dubio respondeo, quod si † Episcopus habeat collationes quinquaginta beneficiorum separatim à capitulo potest duobus mandatis grauari, si capitulum habeat collationem quinquaginta beneficiorū etiā separatim ab Episcopo poterit grauari, aliis duobus mandatis, quia vnusquisque collator habens quinquaginta collationes potest sic grauari. §. 1. rub. de mā da. Apostolicis in Concord. & ideo si Episcopus non contulerit nisi uni mandatario, potuit grauari per secundum mandatum impetratum per Romipetam.

3 Nec refragatur quod † Prælatus & capitulum censeantur unum corpus. c. nouit. de his quę fiunt à præl. & una persona, seu unus collator non potest grauari vltra duo beneficia, etiam si habeant plures collationes, quia respondeo, quod in bonis communibus prælato & capitulo, & in collationibus spectantibus ad collationem utriusque simul hoc posset procedere: secus quando prælatus habet collationem separatam à capitulo, & capitulum habet etiam collationes separatas ab Episcopo, quia tunc pro duobus habentur. arg. c. edoceri, cum ibi notat. de rescrip. Et sic possunt grauari sicut duo collatores, ut inquit Hostien. in summa de his quæ fiunt à præl. §. j. Notatur in c. cum ecclesiam. de elect. Imol. in cap. ea noscitur, in glo. de his quæ fiunt à præla. ideo procurator Regis non habet de quo appellet: nam ordinarium remedium facit cessare extraordinarium, sed Episcopus habet remedium ordinarium, uidelicet quia potest conferre alteri, quàm mandatario, quando fuit grauatus duobus mandatis: ergo non debemus recurrere ad appellationem, tanquam ab abusu, & sic ad extraordinarium remedium. Causa pendet in hoc Sena

tu

tu per appellationem factam per Episcopum. Andegauen. & fuit posita in consil. & est decisa postea secundum ea quæ superius scripsi.

Pro respõsione cuiusdã dubij resultantis ex præmissa alia consultatione nostra, vbi fuit conclusum † collationem factam ab ordinario alteri quàm mandatario intra sex menses valuisse, si mandatarius intra sex menses non requirat beneficium, obstat clem. vna. de concess. præben. vbi beneficium affectum non potest alteri conferri, & si conferatur non valet collatio. Idẽ dicitur in c. statutum. de præben. in 6. vbi si ordinarius intra mensem beneficium in curia vacans contulerit, nil agit nec sua valebit collatio, sic nec collatio ordinarij valere debet intra sex menses.

4

Respondeo illa iura procedere quando Papa præstituit certum tempus mandatario, vel expectanti Apostolico, videlicet vt expectans intra mensem acceptet, tunc vt aliquid operetur appositio mensis & temporis, ordinarius non poterit durante tempore conferre, etsi interim conferat non valebit collatio, & ita intelligitur d. cle. vna. & text. in d. c. statutum: ita dicunt dom. de Rota decis. 117. & decis. 240. & decis. 450. nota quod in antiq. glo. in §. item voluit, in verbo dirigendum, de collat. in pragmat. & sic intelliguntur illæ duæ decis. Rotæ incipien. cum ad collationem, vna est 834. in antiq. altera in decis. vlt. rub. de præben.

Secus est quando non est tempus præstitutum, ut in mandatariis, in hoc regno, tunc si negligenter omittant petere excluduntur, ut in c. si clericus. de præben. in 6. & dicuntur † negligentes si non petant intra sex menses. glo. in §. item quod omnia. in uerb. scilicet. de colla. in pragma. Feli. in c. capitulum. col. 3. uersic. fallit. 1. & colum. 5. & 6. de rescrip. Ioan. de Selua. in tract. de benefic. in 3. parte. q. 12. in fi. & q. 15. & 34. & ita est hic mãdatarius, qui non petiit beneficiũ sibi intra sex menses conferri. Ergo postea non potest petere, quia ille ordinarius à quo peteret, non posset sibi conferre, nec executor antequam deuolutum esset ius ad Papam.

5

6 Nec † refragatur quod executori Apostolico non est præstitutum certum tempus, intra quod debeat conferre, sicut aliis collatoribus. cap. 2. de concess. præben. glo. in cle. si de beneficio. de præbend. Perus. in c. gratia. de rescript. in fi. respondeo uerum esse quã do executor potest prouidere de beneficio spectante ad cuiuscunque collationem: secus si certa persona grauatur, ut in mandatis Franciæ: nam tunc non poterit conferre, nisi tempore quo grauatus potuit, uel quando collatio ad Papam deuoluta est. d. cle. si de beneficio. de præb. hoc expresim docet glo. in uerb. respectiuè. in §. uisum. de collat. in pragmat. ubi plus dicit quod dum mandatur prouideri certæ personæ si illa negligit petere beneficium, habet locum. c. nulla. secus si executor tantum sit negligens, sicut est in hoc casu mihi proposito, vbi mandatarius non requisiuit beneficium intra sex menses, & sic fuit negligens.

Et sic quando in mandato est præstitutum certum tempus non potest ordinarius conferre, sed Papa reuocare gratiam potest, ut in c. quædam. de præb. in 6. quod sic debet intelligi; & c. authoritate. de concess. præben. intelligitur quãdo Papa concedit secundam gratiam, cum clausula anteferri, quod potest, ut ibidem dicitur, quia † non est quæsitum ius illi qui clausulam cceptandi habet, antequam acceptet: ideo Papa poterit interim uel conferre, uel gratiam cum clausula anteferri concedere, & sic intelliguntur prædicta iura: sed in mandatis Franciæ non est statutum tempus: igitur collatio ordinarij interim ualet, ut probat d. clem. unica. de concess. præb. in principio, & Perus. in c. executor. col. 2. illo titu. in 6.

7

8 † Item in presentatione si non fiat intra tempus patronis præstitutum à iure, valebit interim collatio ordinarij, licet nullam prosequente patrono, eam dicat. tex. in c. decernimus. 16. q. 7. & hoc tenet Panorm. & alij, in ca. illud. de iure patron. Roch. Curtius in tract. iuris patronatus. in verb. honorificum. q. 1.

9 In nominatis etiam † collatio facta alteri quàm nominato in tempore illis præstituto irrita est. §. quod si quis cuiuscunque. de colla. in prag. tamen glo. intelligit ibi si nominatus velit, & prosequatur, quia inuito non confertur beneficium, per reg. iuris, & in Cõcor. in d. §. si quis verò. de collat. Collationes sunt ipso iure nullæ, intelligitur si nominatus prosequatur, alias collatio non est irrita. §. teneantur. de collat. in Concor. quia illa clausula decreti intelligitur si mãdatarius, vel nominatus vti velit, cum sit apposita in eius fauorem, vt ibi dixi etiam, quia non est appositum tempus acceptandi, & declarat tex. in §. fi. illo titul. de collat. ibi prosequentibus: ergo & in mandatariis idem erit dicẽdum, cum non sit diuersum ius, nec habeant certum tempus ad acceptandum, sicut nec graduati, nec nominati, vt collatio ab ordinario interim facta valeat.

Nec obest quod si mandatarius venisset intra sex menses quod potuisset annullare collationem ordi-
10 narij: ergo † & impetrans Apostolicus, cum non debeat esse minoris efficaciæ, quàm mandatarius, Respõdeo clausulam decreti esse appositam in fauorem mã datarii, ob id si mandatarius prosequutus fuisset intra sex menses collationem ordinarii nullam reddidisset, quia hoc in fauorem illius introductum est, cui fauori renuntiare potest. c. si diligenti. de foro competen. Sed in fauorem prouisi à Papa non est inductum, vt collatio ab ordinario facta nulla dicatur, ob id cum collatio ordinarii valeat, nisi mandatarius conqueratur nõ potuit Papa conferre, quia iam erat prouisum sicut dicitur de nominatis, quod interim collatio facta valet nisi nominatus conqueratur, vt supra dictum extitit, & illud beneficium est affectum, quando is cuius interest prosequitur non alius, vtpote à Papa prouisus, & sic intelligitur. c. si capitulo. de concess. præbend. quod dicit affectum esse mandatario beneficium.

Nec obstat quod ista renũtiatio expresa, vel tacita mandatarii posset conualidare collationem ordinarii, durante semestri tempore, quo potuit requirere, quia illud esset aperire viam fraudibus videlicet quod præuentiones Papæ nunquã locum haberent, cõtra illos, quia vidẽtes se preuentos renũtiarent, expresèvel tacitè. Respondeo, imo via tollitur fraudibus, quia si collatio nõ valeret intra sex mẽses, nũquã valeret, & semper esset in facultate mãdatarii venire, & sic annullare collationes, etiã post decẽ annos, quod esset fraudibus viam aperire, & dispendiosæ beneficiorum vacationi fauere. contra c. quàm sit. de elect. in 6. nempè si mandatarius audiretur post sex menses: ita post annum, & aliud longius tempus, & collationes sic essent in pendulo, quod non est aliàs secundum opinionem superius descriptam.

11 † Nec mandatarius tollit præuentiones, quia si ante ordinarium collatio facta esset à Papa valeret contra omnes. §. declarantes. de manda. Apostolicis, sed postquã ordinarius contulit Papa est præuentus. Ideo conferre iure non potest, igitur collatio ordinarii valebit: & sic cum prædicta opinione superius descripta persistimus, vt mandatario non requirente sibi beneficium conferri, intra sex menses, si interim ordinarius conferat ante Papam, vt valeat ordinarii collatio,

collatio, & subscripsimus.

12 Secundò an valeat † collatio facta ab Episcopo antiquiori nominato, postquã semel contulerat iuniori nominato? Respondeo quod is cui prius fuit facta collatio, licet non sit antiquior, tum quia ista collatio tenuit nominato antiquiore non prosequente. §. teneantur. de colla. in Concor. vel prosequente, & non iure, quia paria sunt non prosequi, & non iure prosequi, arg. l. quoties. ff. qui satisd. coga. sed antiquior & antiquissimus non iure prosequuntur, vtpotè, quia non habent collationem ab eo qui potuit illis conferre. Nam postquam ordinarius primo collator contulerat nominato etiam inhabili non poterat variare cõferendo etiam habili, vel antiquiori, tum quia erat deuoluta potestas ad superiorem, tum etiam quia eo dem iure non poterat bis conferre. Cum primo nominato conferendo functus esset officio suo. glo. in §. quod si quis. in verb. eo ipso. de collat. in pragma. & glo. in verbo dispositiones. §. si quis verò, de collat. in Concord. vbi tex. vult, quod ad superiorem proximum deuoluatur collatio, qui eisdem personis conferre teneatur, & non dicit quod primus collator possit conferre, glo. ibi plenius elucidat quæ potest videri: ergo ista collatio facta ab Episcopo isti antiquiori non valuit: unde ipse est sine iure, nam beneficium non potest obtineri sine canonica institutione. c. 1. de regul. iur. quæ non est.

14 Vltimum dubium est, an valeat † attestatio nobilitatis facta per quinque testes, si omnes non deponant de vtriusque parentis nobilitate? Respondeo ualere, per §. cum uero. de collat. in Concord. ubi dicitur quod probatio nobilitatis debet fieri per quatuor testes in iudicio deponẽtes, sed in hac attestatione sunt quinque testes, ergo sufficit, & puto quod tex. ob hoc requisiuit quatuor testes, ut duo deponere possent de nobilitate patris, & alij duo testes de nobilitate matris, cum in ore duorum, & c. & hoc modo probatur nobilitas graduati, per quatuor testes, & omnes testes conueniũt ad probationem nobilitatis graduati, & sic debemus intelligere tex. ut minus deroget iuri cõmuni, quàm fieri possit: & sic secũda attestatio facta ab ordinario loci siue sit iudex regius, siue non, ualet: cum in Concord. non exprimatur. Et non est inconueniens, quod si habeat duas attestationes, quod iuuetur utraq; si utrãq; insinuauerit collatori, sicut potest quis duobus iuuari titulis, aliàs poterit se iuuari tantum illa attestatione, quam insinuauerit, ut si secundam tantum insinuauerit illa possit se iuuare, ut plenè scripsi. in d. §. cum uerò. de collat. in Concor. in glo. ibi uideri possunt, quæ scripsi.

Item nominationes impetratæ ab uniuersitate Pictauien. tempore quo ibi residebat ualent, & gradus, quia non requiritur, quod ibi sumatur gradus, ubi quis maiori tempore studuerit, uel nominationes impetrentur, cum Concordatum ad hoc non astringat, & ubi Concordatum non astringit, nec nos astringere debemus, & ubi lex non dicit, nec nos. l. de pretio. ff. de publicia.

RESPON. XLII.

De mandati materia, in qua quinque quæstiones utiles discutiuntur.

SVMMARIVM.

1 Insinuatio facta secundum continentiam mandati valida est.

2 Expressum tantum valet, quantum tacitum.

Capitulum denotat omnes canonicos. ibid.

3 Beneficium spectãs ad canonicorum collationem an mandatario debeatur.

Capituli nomine factum, ab ipso capitulo factum videtur. ibidem.

4 Mandatum directum capitulo, singulisq; canonicis, quando comprehendat singulos canonicos.

5 Beneficia ratione canonicatus, seu dignitatis ad singulos spectantia an in mandato comprehendantur.

Dignitatem habentes in ecclesia, non sunt de capitulo, nisi sint canonici. ibidem.

Mandatum directum capitulo, & canonicis, non comprehendit dignitates. ibidem.

Mandato is non grauatur, cui directum non fuit.

7 Glos. in cap. vlt. in fine de præb. ab omnibus reprobatur.

Clausula in fine posita quando ad omnia referatur. ibid.

8 Clausula vltima ad omnia non refertur, quando absurdum sequitur.

9 Papa cum vult grauare dignitatem, eam exprimit in mandato.

10 Mandatum capitulo directum non officit singulis.

11 Præpositus non vocatur canonicus.

12 Communio est inter Episcopum, & canonicos, non autem inter Episcopum & dignitates.

13 Mandatum valet, licet non sit facta mentio de canonicatu, & præbenda.

Verba superflua, & quæ nihil operantur in mandato non sunt exprimenda. ibidem.

14 Dignitas venit appellatione beneficij.

15 Forma non seruata, quando actus reddatur nullus.

16 Executor an possit prouidere, patrono, cui dirigitur mandatum recusante præsentare.

Executor formam sui mandati debet sequi. ibid.

Conferre ecclesiam est fauor diuini cultus. ibid.

17 Iura multa concedunt, adhoc vt circuitus euitetur.

Papa committens causam inter partes, alicui præiudicium facere non intendit, secus si faciat motu proprio. ibid.

Literæ perinde valere non valent, quando mandatum non est impetratum iuxta formam.

Contractus non potest rescindi, nisi consensu ambarum partium. ibid.

18 Instrumentum præsentationis mandati, & requisitionis factum à notario excommunicato an valeat.

19 Instrumenta facta ab excommunicato ualent, nisi per sententiam sit condẽnatus, vt ea non possit conficere.

20 Excommunicatus, pro alio non excommunicato, beneficium impetrare potest.

21 Mandatum an valeat, in quo non est expressum officiũ.

22 Officium antequam mandatario debeatur, requiritur quod sit ecclesiasticũ, quod ex sequẽtibus dignoscitur.

23 Officium ecclesiasticum soli clerico confertur.

24 Officium non dicitur ecclesiasticum, nisi aliquid spiritualitatis annexum habeat.

25 Officium ecclesiasticum pure conferri debet.

26 Beneficia ecclesiastica conferuntur ad vitam eius cui conceduntur.

27 Officium non esse ecclesiasticum, ex registro probatur.

28 Beneficia non sunt affecta mandatarijs, nisi post mensem à die præsentationis mandati.

Offi-

29 *Officium de Chandelle non esse affectum mandatario, probatur, ex supradictis & infra dicendis.*

MAGISTER Ioannes Arnolfus impetrauit mandatum directum capitulo singulisq; canonicis ecclesiæ Bituricensis, quod fuit insinuatum per procuratorem capitulo canonicisq; dictæ ecclesiæ, uacauit uicaria post mẽsem à præsentatione computandum, quæ uicaria tantum spectat ad collationem unius canonici ratione sui canonicatus & præbendæ, quæ non fuit acceptata per mandatarium. Demum uacauit alterum beneficium, cuius collatio spectat ad decanum habentem collationes decem beneficiorum ratione suæ dignitatis. Item aliud, cuius collatio spectat ad præpositum habentem etiam collationem decem beneficiorum. Deinde uacauit præbenda pertinens ad collationem capituli dictæ ecclesiæ, quæ fuit acceptata & requisita per mandatarium: nunc dubitatur de sequentibus.

Primò, an mandatum sit iuxta formam Concordatorum impetratum.

Secundò, an insinuatio ualeat.

Tertiò, an beneficium uacans sub collatione singulorum canonicorum debeatur etiamsi non habeāt collationes decem beneficiorum.

Quartò an debeatur beneficium quod spectat ad collationem dignitatis decanatus, uel alterius dignitatis, si eidem expressim non sit directum.

Quintò, an præbenda nouissimè uacans mandatario debeatur.

Primæ & secundæ simul quæstioni, breui respon
1 deo valere † insinuationem cum sit facta capitulo, & canonicis prout in mandato continebatur: nam indefinita æquipollet vniuersali. c. vt circa. de elect. glo. hoc videtur tenere, in §. statuit. in verbo spectat. de collat. in pragma. & qui se refert ad scripturam, videtur ac si illam expresisset scripturã. l. ait prætor. §. . ff. de re iudic. sed ipse insinuauit capitulo & canonicis, prout in mandato continetur, & in mandato erat capitulo, & singulis canonicis, igitur valet insinuatio.

2 † item tantum valet expressum sicut tacitum. l. cum quid. ff. si cert. petat. & è contrario: sed quando insinuatur capitulo, & canonicis tantum. Idem est dicere sicut si dixisset singulis canonicis: nam capitulum denotat omnes canonicos. Panorm. & alij in c. Rodulphus. de rescrip. ob id qui voluisset insinuare capitulo sufficiebat dicere simplici capitulo: sed adiecit canonicis vt denotaret quod capitulo in genere insinuat & canonicis sigillatim siue singulis canonicis, & sic hæc insinuatio valebit, hac si expressum esset capitulo & singulis canonicis.

3 Tertiò dubitatur an † beneficium spectans ad collationem singulorum canonicorum debeatur? Respõdeo quod non, si quilibet canonicus non habeat collationes decẽ beneficiorum, quia aliàs in hoc regno grauari non possunt. §. 1. de mand. Apostolicis: sed singuli canonici, vt prætenditur, nõ habent nisi collationem vnius vicariæ: ergo non comprehenduntur etiã de iure. glo. in cle. 1. in verb. incerta. de præbend. ne tenuis vitæ homines vnico lumine priuentur. l. illicitas. §. ne tenuis. ff. de offic. præsi. Feli. in c. 1. nu. 9. & in nostra correla. 24. de rescrip.

Vel nisi conferrent nomine capituli, vel præsentarent vt hebdomadarij in illa hebdomada, quia tunc cũ nomine capituli hoc faciãt, capitulum fecisse videtur, vt scripsi plenè in forma mandati. in glo. singulisq; canonicis. in Concord. Franciæ.

Nec refragatur, cap. fin. de præben. in 6. vbi quan-
4 do † mandatum est directũ capitulo, singulisque canonicis communiter vel diuisim, tunc comprehendit singulos canonicos. Respondeo esse verum, de iure tamen Concordatorum est taxatum, vt non possit grauari aliquis collator, si nõ habeat collationem decem beneficiorum. §. 1. de mandat. Apostolicis. in Concord. & ibi declaratur in glo. quinquaginta: ergo singuli canonici non erant grauati per hoc mandatũ nisi decem haberent collationes beneficiorum, vt est etiam in pragma. sanct. in §. non tamen intendit. & §. item uoluit. de colla. in pragma. & in ordinat. Reg. rub. de mandat. Apostol. Quamobrem uicariæ spectãtes ad collationes singulorum canonicorum non erant tertiò isti affectæ ratione sui mandati: ergo eas uel aliquam acceptare non tenebatur.

5 Quarta quæstio est, an † comprehendantur beneficia spectantia ad collationem singulorum ratione canonicatus, seu dignitatis. Respondeo quod non, quando dignitas non erat expressa in mandato, & sic mandatum non erat illi dignitati directum. c. fi. de preben. in 6. ibi ad beneficia tamen ratione dignitatum, personatuum, uel officiorum quæ nõnulli ex eisdem canonicis obtinent in ipsa Ecclesia ad eorundem collationem spectantia, mandatum huiusmodi minimè se extendit, sed in hoc mandato non est expressa dignitas, sed tantum canonicatus: ergo beneficia quæ conferuntur ratione canonicatus comprehenduntur, non alia quæ ratione dignitatum conferuntur: nam expressè requiritur quod mandatum illi dignitati dirigatur, glo. in §. statuit. in uerbo spectat. de collat. in pragma. Nam quamuis dirigatur mandatum capitulo ratione illius dignitatis, non est de capitulo, sed ratione canonicatus, quia habentes dignitatem in Ecclesia de iure non sunt de capitulo, nisi alias sint canonici. Panor. in primo notab. in c. dilecti. de maiorita. & in tertio notab. c. auditis. de elect. Dec. in c. eam te. notab. 2. de rescri. facit c. de dilecto. de præben. ubi fit mentio de Archidiacono & capitulo, si Archidiaconus inclusus fuisset in capitulo non fieret ibidem mentio specialis, uel frustra fieret. glo. in §. primo. in uerbo collegium. de elect. in pragma. & sic est diuersa ratio inter præbendas & dignitates, per prædicta, quia licet quilibet iure suo conferat, tamen capitulum est grauatũ, & non dignitates, quæ non sunt de capitulo, ut supra dixi. & in tract. de nominat. q. 8. nu. 33. ideo solent mãdata dirigi singulis personis, ut singulas dignitates comprehendant. glo. in uerbo spectat. in fi. §. statuit. de colla. in pragma. sed istud mandatum non est directum nisi capitulo & canonicis: ergo non comprehendit dignitates. pulchre Fel. in c. eam te. coll. 9. uersi. mandatum. de rescript. ergo dictus mandatarius non debuit requirere beneficia spectantia ad collationem canonicorum diuisim, si non erant decem collationes, minus beneficia spectantia ad collationem decani, uel præpositorum, etiam si haberet decem beneficia in sua collatione, quia mandatum non erat eisdem directum, & mandata sunt stricti iuris. c. quamuis. de præb. in 6. Ioan. Vanquell. in cap. mandatum in fin. ergo non extendentur.

6 Item non † debet grauari is cui mandatum nõ fuit directum. c. eam te. de rescrip. sed non fuit directum dignitatibus, ergo dignitas non debet grauari: nam expresit canonicos dicendo singulisq; canonicis: ergo de dignitatibus noluit intelligere, aliàs expressisset, sicut canonicos expressit. c. ad audientiã. de decim.

Item, quia nõ fuit insinuatum, & præsentatũ dignitatibus, sed tantũ capitulo & canonicis: ergo non afficientur beneficia spectantia ad collationes dignitatũ.

7 Nec obstat quod † glo. notat. in d.c. vlt. in fi. de præben. in 6. vbi etiam supplet dignitatem, quia illa glo. communiter reprobatur, & licet clausula in fine posita ad omnia referatur. l. talis scriptura. ff. de lega. primo. tamen si ex dispositione legis aliter appareat non referetur, sed legis dispositio erit seruanda. l. non aliter. ff. de lega. 3. Corn. consi. 305. in hac col. 2. uol 1. uel quando est facta diuisio per paragraphos gl. in c. fi. de postul. prælat. in 6. sed in dicto c. fi. aliter apparet: nam dicitur tunc de beneficiis quæ ad ipsorum collationē pertinent ratione huiusmodi præbendarum: ergo ratione dignitatum non, quia de vno exprimit, ergo de alio negat. l. cum prætor. ff. de iudic. c. nonne. de præsump. & ibi est facta diuisio per paragraphos, vt dixi.

8 Item † quando redderetur absurdum non referetur clausula vltima ac omnia. tex. in c. Ecclesia. ij. de elec. c. cum dilecti. de donat. Iaso. in l. prima. C. de liber. præter. sed absurdum esset quod in d. c. fi. ad omnia referantur: nam grauaretur qui non esset expressus. Et sic is quem Papa noluit grauare grauaretur, & mandata quæ sunt stricti iuris extenderentur contra iura, quod non est dicendum, quia absurdum.

Item quando mandatum dirigeretur canonicis grauaretur prelatus qui esset in Ecclesia canonicus. c. postulastis. de conces. præb. c. à collatione. de appel. in 6. & omnis alia dignitas, quod non est dicendum, vt no. in dicto c. eam te. de rescript. Imo si grauet canonicos non videtur grauare Archidiaconos, vel alias dignitates, sicut si eximat canonicos, non videtur eos eximere, nisi quatenus concernit canonicatus illius Ecclesiæ, non aliàs. c. cum cappella. de priuileg.

9 Item, † quando vult Papa grauare dignitatem eam exprimit. c. post electionem. & ibi Imol. de concess. præben. saltem dicendo singulis personis, vt ibidem dicitur, quod in ipso mandato non fuit factum: ergo non censetur grauatus habens dignitatem, nisi in mādato sit illa dignitas expressa, nec sufficit etiam exprimere singulis canonicis, istius sententiæ fuerunt Domi. de Rota decisi. 583.

Nota in diœcesi in antiq. ubi multa iura ad hoc propositum facientia adducunt. idem Ioan. Andr. in nouell. dicit glo. suam debere negatiuè legi. ibi præbendarum non dignitatum, uel officiorum. idem tenet Cosma Guimier, in sua glo. in verbo collegium. in §. primo. de elec. in pragma. & clarius, in uerbo spectat. §. statuit. de collat. ibidem. idem tenent Guilliel. de monte Lauduno. Domi. Ioan. Vanquell. & Imol. relatus per eos in d. c. fi. per c. eam te. de rescrip. & Perus. videtur sequi quamuis distinguat.

Item Papa non intendit grauare vnam dignitatem, sed totum capitulum, quia eidem capitulo direxit, &

10 † mandatum capitulo directum non officit singulis. c. cum in illis §. fi. de præbend. in 6. Et licet collatio pertineat ad decanum vel præpositum, tamen ipsi nō dicuntur concedere tanquam capitulum, uel authoritate, seu uice capituli, sed ratione suæ dignitatis, & aliud est factum capituli, aliud singularum personarum. l. 2. & l. sicut. §. 1. ff. quod cuiusque uniuersi. no. l. sed si hac. §. qui manumittitur. de in ius vocand. Ideo quod faciunt ratione singulorum non continetur in mandato.

Item ponderanda sunt ista verba huiusmodi præbendarum posita in d. c. fi. nam demonstrant ad præbendas tantum referri, cum dictio huiusmodi demōstret ad præbendas tantum extendi, & non ad dignitates, quia ratione præbendarum, & canonicatuum sunt de capitulo, ut supra dictum extitit, facit c. is cui. de præbend. in 6.

11 Item † præpositus non uocatur canonicus, c. literas. ibi præpositus quondam simplex canonicus, &c. de concess. præbend. nec ratione suæ præbendæ confert: ergo, &c.

12 Item † communio est inter Episcopum & capitulum, idest canonicos eiusdem Ecclesiæ. c. requisisti. de testam. non verò inter Episcopum, & alias dignitates ecclesiæ, & Episcopus & canonici faciunt unum corpus, ita quod Episcopus est caput, canonici membra. c. nouit. c. quantò. de his, quæ fiunt à præl. nil dicitur de Archidiacono, uel de aliis habentibus dignitatem in Ecclesia: ergo illi sub capitulo non comprehendentur: quare concludo quod beneficia ad collationem decani, uel præpositi spectantia, ratione suarum dignitatum, non comprehenduntur in isto mandato: ideo iustè potuit præbendam acceptare, quæ est eidem debita & affecta ratione sui mandati.

Parisiensium breuitatē insequens primo quęstioni
13 mihi præpositæ quæ est talis, an † mandatum Abbatissæ directum impetratum per clericum secularem, in quo non est facta mentio de canonicatu & præbenda valeat. Respondeo quod sic, si alium defectum non habeat, quia in mandato non debent apponi uerba superflua, nec illa quæ nihil operarentur. argu. l. si quando. ff. de leg. 1. nam quolibet verbum in mandato, uel alia dispositione debet esse cum ministerio operandi, Bald. in rub. C. de contrah. empt. q. 9. sed nihil operaretur describere clausulā de canonicatu & præbenda, cum Abbatissa non conferat canonicatus, nec præbendas ergo: illa omissio non uitiat, quia non est verisimile quod Papa uelit grauare mandatarios, vt superflua exprimant, cùm illa tollat in prooemio Decretalium & sexti: & Imperator reijciat in prooemio insti. & in prima constitu. C. unde decidit glo. in forma mandatorum, in verbo vestræ, in Concord. quod si mandatum dirigatur Abbati non habenti collationē nisi in sua Ecclesia, non erit necessariò apponenda illa clausula, vel alterius Ecclesiæ, quia esset superflua. Sic nec in hoc mandato erat necesse apponere illam clausulam de canonicatu, & præbēda. &c. nec de creatione in canonicū ad effectum si nulla in dicto monasterio sit dignitas, quæ soleat conferri canonicis, postquam ibidem nulli sunt canonici, & in mandatis regularium, ista non sunt eadem ratione exprimenda, vt est glo. in forma literarum executorialium, in verbo conueniens: vbi alia dicuntur.

Nec refragatur quod non sit expressa dignitas, quia
14 fac esse, tamen † beneficij appellatione venit etiam dignitas. glo. in c. primo. de regul. iur. in 6. & cle. auditor. de rescript. uel quia nulla erat ibidem dignitas, & sic fuit pronunciatum arestum in magno consilio præsente dicto Cancellario, & pluribus magistris libellorum, ac consiliariis magni consilij in causa præben. Agenen. pro Arnaldo Gabriellagues contra Petrum Gineste canonicum Agenen. hoc anno 1536. in mense Ianuario relatore d. Portalesio nunc consiliario Tholosano, quod modicus defectus non uitiat dummodo non fuerit necessarius, & sic non contrauenit declaratoriæ Regis alias publicatæ, de qua scripsi in dicta forma mandati.

15 Nec obest, quod si † seruata forma non fuerit, actus est nullus. l. cum ij. §. si pretor. ff. de transact. l. 1. de liber. & posth. quia uerum est forma necessaria, sed superfluitas non est forma, sed tantum verba necessaria: ut uidetur not. Felin. in c. cum dilecta. de rescrip. nam forma in dubio referri debet ad qualitates personarum. l. plenum. §. equitij. ff. de usu & habit. Bart. in l. si non sortem. §. libertus. de condi. indeb. sic iuxta qua-

qualitatem personarum mādata impetrentur, & hoc dicitur in Cōcor. In fine literarum exec. mand. vbi sic dr̄, pro regularibus aūt similis forma illis conueniens detur, & sic videtur voluisse Papa & Rex, quod conueniens forma seruetur, & sic inspecta qualitate personarum:nam forma posita in Concor. est data sæcularibus:& quādo dirigitur ad sæculares, sed non pro regularibus, vel quando dirigitur ad regulares, pro sæcularibus nisi conueniant:& ista est conueniens:ergo & quia à stylo Romanæ curiæ non deuiat, qui maximè est sequendus.c.ex literis. de consti.c.quàm graui, de crimi. falsi.

16 Secundum dubium est, an † patrono cui dirigitur mandatum recusante præsentare posſit executor prouidere, vel tantum præsentare debeat? Et respondeo quod executor fomam sui mandati sequi debet.c.cui de non sacerdotali. de præbend. in 6. sed in literis executorialibus mandatur, quod si Abbatissa & conuentus conferre, & asignare, seu præsentare recusauerint seu distulerint, aut ad hoc faciendum negligentes fuerint, beneficium cum omnibus iuribus, per executorem conferri & asignari, & de illo prouideri: & sic executor iuxta formam sibi datam conferre potuit: nam solum præsentando non contulisset eidem.c.si capitulo. de conceſſ. præben. in 6. Innocen.Panor.& alij in d.c. super eo, quia in hoc casu potius executor dicitur quàm iudex, & ne mandatum sit sine effectu, si non poſſet plenè prouidere secus est in rescripto iustitiæ, de quo in d.c.super eo.Imol. ibi. Et quia conferre Ecclesiam est fauor diuini cultus, ne diu Ecclesiæ vacent: ideo est ampliandus.c. ex parte. de constit. & sic fuit iudicatum in Senatu Diuionen.quia non mandatur in forma executorialium, quod præsentet. Ideo formam mandati non debuit transgredi, & quia præsentando, si instituens recusaret, vix poſſet executor postea conferre, quia fructus esset officio suo præsentando.c. in literis.de offic.deleg.

Item præsentando non dediſſet beneficium cum omnibus iuribus: nam potuiſſet Episcopus præsentatum recusare: & in literis executorialibus mandatur prouideri cum omnibus iuribus, ergo præsentatus non potuit recusari.

Præterea esset magnus circuitus: ideo ad euitandum illum circuitum concludo executorem potuiſſe conferre, & collationem suam valere, maximè quia Episcopus iam alium instituerat.arg.cle.auditor. de rescrip. vbi auditor in curia deputatus, vt cognosceret cui eſſet de iure debitum beneficium, postquā pronuntiauerit alicui debitum poterit illud conferre absque alia commisſione, vt euitetur circuitus: nā

17 † iura multa concedunt, vt circuitus vitetur. de quibus, in l.cum fundus. §. seruum. ff.si cer. petat. & in l. dominus. de condic.indeb.

Non obstat.c.super eo. de offic. delega. vbi non est intentionis Papæ, vt præiudicium generetur Episcopo instituenti:ideo præsentandus est illi qui instituendus fuerit. Respondeo ibi loquitur quando Papa cōmittit causam inter partes, quia tunc non intendit alicui præiudicium facere, secus si Papa faciat alicui gratiam motu proprio, vel de plenitudine potestatis, quia tunc executor poterit conferre, & alia facere, cū sit datus ad prouidendum.

Tertium dubium est an literæ perinde valere prosint quando mandatum non est impetratum iuxta formam; Et respondeo quod non, quia in Concord. in titul. de mand. Apostolicis. in §.1. conuentum fuit inter Papam & Regem, quod Papa posſit grauare Ecclesiam, in mandatis iuxta formam descriptam in Concord. ergo contra illam formam non potest: nam frustra fuiſſet scripta forma si non obseruaretur, nec obuiaretur litibus. contra text. ibi dicentem esse introductam, ut litibus obuietur.

Item sicut una pars non potest à contractu altera inuita discedere.l.j.& seq.C.quando liceat ab emp.disced.l.sicut.de acti. & obligat. ita nec hic potuit altera pars ab ista forma recedere, & sicut una pars non posſet immutare totam formam, ita nec partem, ut patet in rub.de forma & irreuocab. Concord. stabil.ubi aliūdè scripsi: & quia est bonum argumeutum totius ad partem.l quæ de tota. ff.de rei uend.c.pastorâlis.§. item cum totum. de offic deleg.& sic concedēdo ista rescripta perinde ualere: nunquam obseruaretur forma, ideo non obstante dicto rescripto perinde ualere mandatum contra formam in Concord.descriptam impetratum est nullius momenti.

Dubia proposita per aduersariū extinguenda sunt:

18 † Primum quod Petrus Bertier notarius Apostolicus erat excommunicatus tēpore insinuationis mandati, & tamē scripsit instrumenta præsentationis mādati & requisitionis factæ per Laurentium Bernard. mandatarium, seu eius procuratorem, ob id non ualet, nec præsentatio mandati, nec requisitio.

Ad hoc respondetur, quod d. Bernard ignorabat cum esset Romę excommunicationem d.Berthier notarij, & uerisimile est, quamuis ut prætenditur eſſet notoria in ciuitate Heduensi, tamen non erat notoria Romæ ubi degebat d.Bernard, & in dubio ignorantia præsumitur, per l. uerius. ff. de proba. maximè de his quæ in loco longinquo fiunt, c. quanto, ubi not. de præsump.& quamuis sciuiſſet quod non, tamen instrumenta confecta per d.Berthier etiam excommunicatum, non minus ualerent.per glo. & doct. in cap.

19 decernimus.de sentent.excommunicat.in 6. Et † ualerent instrumēta facta ab excommunicato, nisi per sententiam sit condemnatus, ut instrumenta conficere non poſſit. Asserit Innoc.& Ioan. Andr.in c.pia. de excep.c.nullus,344 ubi Archid. Nam in extraiudicialibus, secundum eos, ista excommunicatio non est magni momenti ad annullandum instrumenta confecta per excommunicatos, quandiu tolerantur, maximè in Francia, ubi in curiis sæcularibus non solet recipi excommunicationis exceptio. ex sententia Ioan. Fab. in §. fin. de curat. in insti.

20 † Imo excommunicatus impetrans beneficium nomine alieno, uidelicet alicuius non excommunicati ritè facit, & ualet eius impetratio.glos.in cap.consulti.de procurat. facit l. quęsitum. ff. de in ius uocād. de Rota decis.9.utrum rub.de rescrip. & per hæc satis est. Respondeo ad primum dubium, uidelicet quod excommunicatus Berthier instrumenta requisitionis & insinuationis conficere potuit, quia per sententiam non erat condemnatus, ut non poſſet conficere instrumenta:ergo interim poterat facere.

21 Ad secundum dubium ubi pars dicit non † ualere mandatum eò quod in illo non est expreſſum officiū & mandata debent esse generalia. Respondetur quòd in illo monasterio monialium non est aliquod officium Ecclesiasticum:ergo non fuit neceſſaria expresſio officii, quia superflua exprimi non debet, ut scripsi in glos. uestræ. in forma mandati Apostolici. in Concord. & alias consului.

Nec refragatur, quod non sit secundum formam, quia imo est, cum non sit aliquod officium in dicto monasterio monialium, quod uiris conueniat. Etiam certa forma mandatorum pro sæcularibus, quando dirigitur regularibus non est data, in Concord. nec alibi

alibi: ideo non potest dici omissa forma, quia omissio præsupponit esse. ca. ad dissoluendum. de despon. im pub. & sufficiat quod conueniat formæ Concordatorum, & non potest dici, quin sit conueniens in quibus potest esse.

22 Item † officium antequam debeatur mandatario requiritur quod sit officium ecclesiasticum quod cognoscitur si sequentia in eo sint: primò, si conferens sit persona ecclesiastica, quia laicus non potest de iure communi beneficia conferre. c. si quis deinceps. & c. si quis nullus. 16. q. 7. & ibi glo. in summa.

Secundo requiritur quod persona cui assignatur,
23 sit persona ecclesiastica, quia † officium ecclesiasticū, & beneficium soli clerico confertur. c. cum adeò de rescript. c. ex literis de transac. ubi eo quod mandatur prouideri clerico, intelligitur de officio ecclesiastico. c. fi. de preb. in 6. clem. ut hi qui de ætat. Anch. in clem. per literas de præben. ideo Papa mandauit prouideri isti Bernardo clerico: ergo voluit ut illi prouideretur de officio ecclesiastico, & non de officio matriculariæ, quod non est ecclesiasticum, cum sit solitum laicis conferri, ut apparet in persona cuiusdam lathomi laici qui solebat illud possidere, quod non potuisset facere si fuisset officium ecclesiasticum. argu. c. cum causam. de præscript.

24 Tertiò, † requiritur quod illud officium habeat aliquid spiritualitatis annexum, aliàs non dicitur officium ecclesiasticum, & non debetur mandatario, nisi propter diuinum officium detur. c. fin. de rescrip. Barba. in c. in nostra. num. 74. cum seq. de rescri sed istud nihil spiritualitatis habet annexum, ergo mandatario non debetur, nec poterat illud acceptare, uel requirere sibi conferri.

Quartò cognoscitur officium ex modo prouiden-
25 di quia † si ecclesiasticum sit purè & sine conditione conferri debet. c. ex parte. primo de offic. deleg. cap. si quis dator. & seq. c. & si quis obiecerit primo. q. 3. Ancha. in regu. 1. col. 1. de reg. iur. in 6. patet ergo ex modo prouidendi, quod est quoddam officium alienabile. Nam in eius collatione fuit dictum, promittis quod dictum officium non resignabis neque alienabis absque uoluntate nostra, ut de ipso ad nutum ualeamus disponere. Primò prohibet ne resignetur quod non potest fieri in beneficio ecclesiastico. Hosti. in summa de renuncia. cum dependeat à uoluntate superioris. c. admonet de renunc. Item prohibetur alienari, certum est quod beneficia citra symoniæ labem non possunt vendi, uel alienari. per tot. titu. de symo. ergo hoc officinm non est ecclesiasticum. quia hoc non fuisset expressum.

26 Quintò, † cognoscuntur beneficia ecclesiastica, eò quòd sunt perpetua, idest, ad vitam eius cui conferuntur. c. præcepta 55. dist. & istud officium est ad nutum, ergo non est beneficium ecclesiasticum.

Sextò, officium seu beneficium ecclesiasticum ad tempus vel sub conditione conferri non potest. c. si gratiosè de rescrip. in 6. alioqui est symonia. cap. cum pridem. de pact. c. quàm pio. 1. q. 2. Barba. in clem. cautam. col. 51. cum seq. de electio, sed istud officium datum est sub conditione quod non permutetur nec alienetur: ergo non est beneficium ecclesiasticum: & sic mandatarius non debuit nec potuit illud acceptare, cum sibi non deberetur ut scripsi in tract. nomina. q. 15. num. 11. versi. 5. non comprehenditur.

27 Item quod non sit † officium ecclesiasticum probatur ex registro, ubi alia beneficia ecclesiastica sunt descripta, & istud non est inscriptum, ergo non est officium ecclesiasticum; quia sicut per registrum collationum probatur aliquem nō habuisse collationem. Felin. in c. illud. coll. 3. de præscript. ita probatur negatiua. Bald. in l. actor. C. de prob.

Item dictum officium etiam si esset ecclesiasticum quod non est, tamen non vacauit post mensem à die præsentationis mandati: & sic non erat affectum d.
28 Bernard mandatario, cum † beneficia non sint affecta mandatarijs, nisi post mensem à die præsentationis mandati, vt patet in d. forma mandati, ergo non potuit d. Bernard illud officium acceptare, etiam si fuisset ecclesiasticum. Et sic concluditur quod non solum recredentia, sed etiam plenum possessoriū, per supremam curiam debet d. Bernard mandatario adiudicari, non obstantibus deductis per aduersarium, & sic puto iuris esse, & subscripsi hoc anno 1540. die 5. Aprilis ante Pascha.

29 Vltimò, per supradicta non videtur † affectum officium, quod vocant *de Chandelle*, mandatario, si non sit annexum beneficio ecclesiastico, & non fuerit collatum tanquam tale per 40. annos. c. cum de beneficio. de præben. in 6. tum quia non erat officium ecclesiasticum perpetuum de quo mandatur prouideri in mandato, & officia quæ ad tempus dantur non debentur mandatarijs nec nominatis. c. præcepta 55. dist. Doctor. in c. quia sæpe. de præb. in 6 dixi in tracta. nominati. q. 15. tum quia officium quod cadit in laicum non comprehenditur sub mandato glo. & ibi docto. in c. cum M. in uerb. receperunt. de constit. quia postquam scribitur pro clerico præsumitur mandari de beneficio vel officio ecclesiastico. c. fin. de præbend. in vi. glo. in §. volumus, in verb. beneficia ecclesiastica. de collat. in Concord.

Item tunc demum dicitur beneficium ecclesiasticum uel officium deberi mandatario quando habet aliquid spiritualitatis annexum. Barba. in cap. in nostra. nume. 74. cum seq. de rescript. dixi in tract. de pacifi. possess nume. 287. sed hoc officium non habet quidquam spiritualitatis: ergo non erat mandatario affectum.

Adhæc nō potest dici officium ecclesiasticum vel beneficium ante Episcopi approbationem. glo. in §. declarantes. in verb. cætera. de mandat. Apostolicis. in Concord. Felin. c. ex parte. supr. de rescript. col. 1. *Et par ainsi ledict office de Chandeles lequel pouuoit estre conferé aussi bien à un lay qu'à un cierc, & qui n'a point de spiritualité, & qui n'est fondé dr l'Euesque ou du Pape n'est affect au mandataire frere Loys nepueu religieux, & ainsi pouuoit accepter le prieuré Maillhee: & si partie aduerse dict estre fondee, le doit prouuer.* [Itaque dictum officium de Chandelle, quòd tam laico quàm clerico conferri poterat, & quod quidquam spiritualitatis non habet, neque ab Episcopo vel Papa est fundatum, non est affectum mandatario, fratri Ludouico nepoti religioso, atque ita id acceptare potuit priorissa de Maillhec, & si pars aduersa se fundatum esse dicat, id probare debet.

RESPON. XLIII.

De priore, & sub priore.

SVMMARIVM.

1 *Priori an subprioris officium in vim mandati debeatur.*
2 *Præbendæ duæ sub eodem tecto teneri non possunt.*
3 *Dispensatus ad duo beneficia obtinenda sub eodem tecto, non poterit habere beneficia inuicem contraria.*
Repugnantia beneficia in una & eadem persona esse non

non possunt. veluti quod quis sit prior, & subprior. ibidem.

4 *Rationi naturali repugnat, ut quis primum, & secundum teneat locum.*

Rex, & locum tenens, quis esse non potest, ibidem.

1 QVIDAM religiosus † prior monasterij impetrauit mandatum directum Abbati, & conuentui illius ordinis, cuius est prior, insinuauitque dictum suum mandatum, ac post mensem à die insinuationis uacauit beneficium, seu officium subprioris: quæritur, an isti mandatario debeatur? Videtur quod sic, quia quodlibet beneficium ac officium est affectum: ergo & istud, & maximè, quia mandatum est, vt esse debet in genere generalissimo, vt patet in forma mand. in Concord.

Item officium est perpetuum, ergo debetur. c. præcepta. 50. distinct. & regulariter omnia beneficia mãdatarijs debentur, vt patet in §. declarantes. de mandat. Apostolicis. in Concord. vide Cardinal. consil. 96. videtur & consil. 142.

Contraria pars vera est, quia in dubio quando Papa mandat prouideri vni canonico in Ecclesia nostræ dominæ de primo beneficio, non censetur mandare isti prouideri de alio canonicatu & præbenda si prius va-
2 cet: quia † duas præbendas sub eodem tecto tenere non potest. c. literas. de concess. præbend. doctor. in clem. fin. de præbend. c. neminem. 70. distinct.

3 † Item dispensatus vt duo beneficia sub eodẽ tecto obtinere possit, non potest habere cantoriam & succentoriam, prioratum & subprioratum, & alia inuicem repugnantia, nec possunt in vno residere subiecto repugnantia. l. vbi repugnantia. de regul. iur. quòd quis sit cantor & succentor repugnat, & quod quis sit prior & subprior repugnat: quia subprior vel succentor est institutus, vt absente priore vel cantore fungatur vice illius: vnde cum ista duo iura concurrerent in vno, Ecclesia detrimentum pateretur maximum, & tolletur fundatio quæ ad hoc creauit officia, vt absentiam maiorum supplerent minores.

4 Item † rationi quodãmodo naturali repugnat quod quis primum teneat locum, & alium post eum, & quod quis sit miles auxliarius & primus, vel quod sit triarius & primus & secundus.

Item non potest quis esse Rex & locum tenens eius vel rector & vice rector. doctor. in l. sed & si. in fin. ff. de in ius vocand.

Item, Papa legislator, nec Deus ipse vult actum repugnantem producere. c. si Paulus. 32. quæst. 5. Angel. consi. 187. hic punctus prima fronte refert Decius in l. vbi repugnantia. ff. de regul. iur.

RESPON. XLIIII.

De executorialibus literis in mandatis.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum, & litera executorialis an debeant præsentari.*

2 *Cap. Si capitulo de concessionibus præbend. in 6. declaratur.*

3 *Declarationi Concordatorum, & ordinationum regiarum in hoc dubio standum.*

4 *Præsentatio literarum illis fit, cui diriguntur.*

5 *Literæ executoriales executori, nõ collatori diriguntur.*

6 *Literæ executoriales inuentæ sunt, ut executor conferat negligente, aut nolente ordinario conferre.*

7 *Literis executorialibus non præsentatis, an beneficium sit affectum.*

8 *Litteræ executoriales non afficiunt, nisi quando executor insinuat potestatem, & interdicit collationem ordinario.*

1 SVPER illa quæstione † an ambæ literæ sint præsentandæ vltra ea quæ scripsi in forma mand. in verb. præsentes. in Concord. dico executoriales literas non esse ex iurium necessitate præsentandas, hoc probat tex. formalis. in ca. duobus. ibi, priusquam alius eis ad quos spectat canonicorum receptio & collatio præbendarum suas præsentauerit literas. de rescrip. in 6. & sic eis ad quos spectat collatio & receptio præsentari debent literæ, sed ad executorem non spectat canonicorum receptio, ergo illi non debet fieri præsentatio, nec litteræ executoriales præsentari.

2 Nec refragatur tex. in † c. si capitulo. de concess. præben. in 6. ibi per solam illorum præsentationem: ergo utræque literæ præsentandæ sunt, ille text. non uult hoc dicere, sed dicit quod si scripta Papæ fuerint directa capitulo per illorum scriptorum præsentationem, affectum est beneficium absque executoris insinuatione: & sic nihil dicit de literis executorialibus, sed de scriptis Papę, scilicet mandati.

Item quando diceret per præsentationem illorum scilicet mandati & executorialium beneficium esse affectum: ergo absque insinuatione ambarum literarum non erit affectum: non sequitur nec concludit quod ambæ literæ sint præsentandæ: sed si fuerint præsentatæ afficitur beneficium primò uacaturum, & argu. à contrario non ualebat, cum contrarium tamen aliquando in iure reperiatur, maxime in d. c. duob. sed per præsentationem illorum scriptorum Papæ iure definit cui sit adiudicanda beneficij collatio.

3 Præterea cum † istud dubium sit in iure, nos stabimus declarationi Concordatorum & ordinationum regiarum quæ semper loquuntur in præsentatione literarum mandati, ut in simili notant doct. in c. Raynutius. de testa. quando est in iure ciuili dubium, nos iuri canonico stamus si hoc declaret, sic & hic maximè in Francia, & quamuis inuenirentur iura uolentia tam mandatum, quàm literas executoriales præsentandas esse, intelligitur referendo singula singulis. c cum singula. de preb. in 6. uidelicet quod literę mandati sunt præsentandę collatori, executoriales executori, uel ut dixi in d. glo. pręsentes.

4 Item certum est quod † illis debet fieri præsentatio quibus literæ diriguntur. c. si quando. ibi dirigimus. & c. cum adeò. & c. constitutus. de rescri. & hoc est ut ille non possit prætendere ignorantiam uoluntatis Papæ & mandati, & ut prouideat mandatario iuxta Papæ mandatum. d. c. si quando. & c. cum adeò.

5 † Sed literæ executoriales non diriguntur collatori, ergo non debent eidem præsentari alioqui, frustra; quia necessaria tm̃ insinuari debent. Et quod non dirigantur, probatur in c. ex insinuatione. de rescrip. alias sequeretur absurdum, quod si non essent executoriales, quod non ualeret mandatum quod est contra iura: nam olim dabantur literæ monitoriæ & demum præceptoriæ. c. capitulum. de rescrip. quibus si ordinarius obtemperabat nullæ erant executoriales, ergo nullæ pręsentabantur olim, & sic nec nunc debent præsentari postquam iura non inuenimus immutata: nam quod non mutatur, cur stare prohibetur? l. præcipimus. C. dê appel.

6 Item † executoriales sunt inuentę ut executor negligente

gente ordinario vel nolente conferre conferat: ergo præsentatio est facienda executori, non verò collatori, cum non possit cogere seipsum, & eidem non diriguntur executoriales.

7 Nec refragatur ꝙ si † executoriales nõ fuerint presentatæ, affectũ nõ est beneficiũ nisi in tribus casibus.

Primus, quando decernit irritum. cap. si soli. de concess. præbend. in 6.

Secundus, quando executor insinuat potestatem, & interdicit ordinario.

Tertius casus quando est receptus in canonicum. d. cap. si soli: ego non video quod præsentatio executorialium afficiat beneficium.

Imò eò quod quis est receptus in canonicum beneficium in vim mandati est affectum. vt d. c. si soli. ergo literæ executoriales non sunt presentandæ.

8 Item † literæ executoriales non afficiunt nisi quando executor insinuat potestatem, & interdicit ordinario ne conferat. d. c. si soli. & sic non per literarum executorialium præsentationem, & ibi loquitur de executore dato ad compellendum ordinarium, non de dato negligente ordinario, vt est in hac forma. uide cap. tibi qui. de rescript. in 6.

Item siue fiat mentio, siue non in literis mandati de executorialibus nulla earum debet fieri præsentatio, tum quia iure non cauetur, tum etiam quia si mẽtio in literis mandati fieret de executorialibus potius venirent præsentandæ per authent. si quis in aliquo. C. de edend. quamuis glo. in verb. ipsorum. in d. c. si capitulo teneat contra, cui respondeo, & alia dixi. in glos. Concord. in forma manda. in verb. præsentes.

RESPON. XLV.

Procuratores constituti à mandatario.

SVMMARIVM.

1 *Procuratores constituti à mandatario ad primum beneficium vacaturum requirendum, & acceptandum, an si duo vacent beneficia, minus acceptare possint.*

Clausula motus proprij in mandato apposita tribuit electionem mandatario. ibidem.

2 *Stultus censetur, qui vtilius videns, deteriora sumit.*

3 *Optio mandatum speciale requirit, sicut alienatio.*

4 *Acceptio in vno beneficio locum habet, optio in duobus.*

5 *Mandatum speciale requiritur ad declarationem voluntatis.*

6 *Mandatum cui prius dirigitur, ex ordinis primus grauatus intelligitur.*

7 *Mandati fines sunt diligenter seruandi, & quod sit contra nullum est.*

8 *Procurator de dolo, & culpa tenetur.*

9 *Cap. si Clericus, de præbend. in 6. declaratur.*

1 MANDATARIVS † constituit procuratores ad præsentandum mandatum, requirẽdum primum beneficium vacaturum, & ad acceptandum. Vacarunt per mortem vnius duo beneficia, quæsitum fuit, an possit procurator minus acceptare? Breui respondeo non posse, postquam in mandato est apposita clausula motus proprij tunc electio est in potestate mandatarij, vt eligat maius. c. si pluribus de præb. in 6. ideò non potuit procurator minus optare.

Itaque cum mandatarius potuisset eligere maius,

2 verisimile est quod illud elegisset, † quia qui videt vtilius, & sumit deteriora: absit illi radius luminis absque mora vt refert Accurs. in §. cæterum. quod cum eo in insti. dicens stultum esse, qui hoc facit. Ideò Domini voluntas erat, vt procurator eligeret primum vtilius sibi, & procurator fecit contrarium. Ideò non potuit nocere mandatario veniendo contra suam uoluntatem.

3 † Item in optione requiritur speciale mandatum, cum agatur de alienatione alterutrius non optat, & in alienatione requiritur speciale mandatum. l. si procurator. ff. de condict. indeb. sic & in optione quia optando minus videtur tacitè resignare melius, & ipse procurator non habebat hanc potestatem resignandi: ideò nec optandi minus.

Non refragatur quod procurator habuerit potestatem acceptandi, & sic potuit acceptare minus quia imputari debet ei qui talem elegit, & de se queri debet. arg. §. fin. pro socio. in institu. Respondeo, acceptare

4 quidem potuit, sed non optare: nam † acceptatio in vno habet locum, optio in duobus vel pluribus. l. 1. & l. si Pamphilo. ff. de optio. lega. & Laurent. Valla hoc etiam tradit, ideò si non vacasset vnum beneficium procurator illud acceptare potuisset, sed quando duo vacarunt, nõ potuit vnũ optare sine speciali mandato.

Præterea optio est quædam voluntatis declaratio,

5 videlicet quod dominus vult illud, † sed declaratio voluntatis non potest fieri sine speciali mandato. cap. fin. de proc. in 6. l. Theopompus à contrario. ff. de dote prælega. Bartol. & Angel. in l. inter. §. 1. ff. de verb. obliga. & solus Deus est declarator voluntatis & scrutator. c. erubescant. 32. distinct. maximè cum varie sint hominum voluntates. l. quia. ff. ad Trebel. c. quia diuersitatem. de concession. præbend. ergo voluntas vnius non est alterius: igitur non potuit procurator optare.

Adhæc procuratorium non se extendebat ad illud beneficium minus acceptatum per procuratorẽ quia

6 † mandatum dirigitur decano & capitulo singulisque canonicis & personis. Plus ergo grauatur decanus & capitulum quàm singuli canonici. Igitur debet attendi ordo literæ, vt debitum fuerit beneficium, quod vacauit prius sub dispositione decani & capituli, quàm illud quod vacauit sub dispositione singulorum canonicorum. c. mandato. de præbend. in 6.

Vnde cũ per mortem vnius vacauerint duo beneficia quod spectat ad dispositionem decani & capituli, alterum quod spectat ad dispositionem vnius canonici debetur prius mandatario illud quod pertinebat ad prouisionem decani & capituli. c. fin. de præb. ibid. & per d. capit. mandato. ideo non potuit procurator, aliud qđ non debebatur mãdatario accipere, & nocere non debuit d. mandatario si contradixerit simulatque certioratus fuerit, quia non acceptauit primum quod ei debebatur, & sic cõtra mandati fines fecit, ob

7 id nullum esse vt videtur quod egit, cum † fines mandati diligenter seruandi sint. l. diligenter. ff. mandat. c. cum dilecta. de rescript. ideo cum decanus, & capitulum secundum ordinem mandati prius sint grauati, primum beneficium dicitur illud quod vacauit ad dispositionem illorum, ergo illud debebat requirit, & non aliud ad quod potestatem non habebat.

8 † Item procurator tenetur de dolo & culpa. l. à procuratore. C. manda. sed hic dolum adhibuit acceptando minus, & hoc patet, quia ei fuit collatum maius, & sic apparet fraus vt in c. fi. de renuntia. lib. 6. ex his apparet nullam acceptationem fuisse procuratoris, illumque non nocuisse mandatario, ideò ipse optare poterit maius beneficium.

Vltimò, non poterit obesse mandatario quod eadem prebenda vacauerat anteà & executor mandati eidem prouiderat mandatario, qui non est illam collationem prosequutus, ergo videtur negligens & sic
9 repellendus. per c.si clericus. de præben.lib.6. † Respondeo illū textum loqui quando mandatarius post vacationem beneficii illud non petit intra sex menses postea illud petere nō poterit, vt glos.in §.item quod omnia.in verb.scilicet, in pragmat.sanct. tit.de collat. docet. Sed hic mandatarius obtinuit collationem à suo executore intra sex menses ob id non potest dici negligens, & maximè quia est intra annum, ideo beneficium illud poterit prosequi, & si nō debeatur ex prima vacatione quia erat resignatio, debebitur ei ex secūda vacatione, videlicet per mortē & sic utroque iure tueri se poterit & vtraq; prouisione, p c.post electionē.de cnocess.pb. Actum Parisiis, hoc mēse Iul.1555.

RESPON. XLVI.

Apostolicus an præferatur mandatario post mandati præsentationem.

SVMMARIVM.

1 *Prouisus à Papa præfertur mandatario.*
Papa conferre pōt beneficia sub mādatis cōprehensa, ibid.
2 *Papa collationem concedens cum clausula, vt nec ipse conferre possit ea non obstante an conferre poterit.*
3 *Papa collationem iure preuentionis habet etiam si indulta concesissiet per viam contractus.*



Agitvr de prouisione facta iure præuentionis per Papā, de beneficio vacante post præsentationem mādati, & non obstante indulto Cardinali concesso, an præferri debeat prouisus à Papa mandatario? vel ei cui fuit collatum à Cardinale habente indultum, vt intra sex menses etiam Papa conferre non possit, vel vtrique: & breui † respōdeo prouisum à Papa præferendū vtrique.
1 Primò, probatur in mādatario vt prouisus à Papa præferatur, quia Papam beneficia sub mandatis comprehensa non est dubium iure conferre posse, capit. quamuis. secundo. de præbend.libro sexto, quia mandando vt primum beneficium mandatario conferatur maiorem Papa sibi retinuit potestatem, quàm cō cesserit.c.dudum.de præb.in 6.virtute cuius potestatis potuit illud beneficium etiam in mandatis comprehensum conferre, & hoc etiā est declaratum in Concordato Franciæ, in §.declarantes. de mandatis Apostolic.vbi expresè hoc sibi Papa retinet: ergo in hoc regno non est de hoc dubitandum quin iure præuentionis beneficia etiam sub mandatis comprehensa Papa etiam conferre possit.
2 Non refragatur, quod † Papa concesserit Cardinali vt etiam ipse Papa non possit conferre intra sex mēses: ergo ipse quoque Papa non potuit. Respondeo, nemo potest sibi legem imponere à qua non liceat recedere.l.si quis in principio testamenti.ff.de legat.3. nisi per uiam contractus.l.sicut.C.de action. & oblig. Ideò potuit Papa non obstante indulto conferre ratione illius maioris potestatis, quā apud se retinebat. d.c.dudum. Et quia indultū reuocare potest in totū, ergo & in parte conferendo videlicet beneficiū, quia ultimum derogat primo.c.1. de rescript.c.leniens. de præscriptio.alias sequeretur eum esse Papam, & non habere potestatem, qđ est absurdum.c.cuncta per mūdum.9.quæst.3.c.venientes.de iureiur.glos.in regu.decet.de regul.iur.in 6.Felin.in c.nouit.de iud.num.8.
3 Item posito & non concesso quod † Papa per viam contractus concessisset ista indulta Cardinalibus adhuc posset conferre iure pūentionis beneficia mandataris debita, quia ea sibi reseruauit in indultis & vacantia per resignationem, ergo non est dubium quin possit ea cōferre, quod sibi reseruauerit constat in indulto.& in §.declarantes.de mādat. Apostoli.vbi iure præuentionis voluit posse conferri beneficia sub mandatis comprehensa, & in indulto noluit ea comprehēdi. Itaque ista beneficia mandatariorum non sunt cōprehensa in indultis: ergo Papa potuit ea conferre, contulit beneficiū curato de Franchauilla iure præuentionis, magistro Nicolao Pincenoire: igitur illa prouisio est valida, & alij nullum ius in ea postea habere potuerunt, mandatarius non, quia beneficium iam erat iure collatum, & sic non vacabat, nec potuit Cardinalis in vim indulti etiam illud conferre, cum non vacaret ob id concludendum puto beneficium esse debitum Nicolao Pincenoire Apostolico reiectis omnibus aliis, nempe ipse per regulam si vinco vincerē te à fortiori vincā te.c.penult. de concess.præb.lib.6.qui est apostolicus vincit mandatarium, & mādatarius vincit prouisum ab ordinario, ergo apostolicus vincit vtrumque. Nec obest si dicatur Rossello prouisum ab ordinario præferendum, quia Papa non poterat conferre: sed supra dictum fuit Papam iure præuentionis potuisse conferre, & maximè quia beneficia mandatariorum sunt indultis excepta, & sic mādatarius proculdubiò vinceret istum Rossel, & Rossel nullo modo posset vincere in hoc beneficio Apostolicum, & ita concludo Apostolicū Pincenoire omnibus præferendum. Actum Paris.anno 1555.in mense Iulio.

RESPON. XLVII.

De Regis rogatione, deq; Apostolico mādato.

SVMMARIVM.

1 *Apostolicum mandatum qui habent, hi omnibus præferendi sunt.*
2 *Apostolicus præfertur habenti primarias preces, à rege vel Imperatore.*

Christianissimvs Rex Franciæ in suo iucundo aduentu destinauit literas canonicis Sancti Romani commēdatitias per quas Rex rogabat canonicos, vt de prima prouiderent præbēda Iacobo de Breueriis, demū Papa concessit mandatum Apostolicum domino bono Broe utriusque iuris doctori directūm his canonicis in forma, post verò prēsentationem & mensem elapsum vacauit præbenda, quæ fuit collata domino de Breueriis: quæritur an illi debeatur, vel d.Broe. Respondeo breui Iacobum de Breueriis nullum ius obtinere ex collatione illi facta, † quia certum est quod 1
hi pro quibus authoritate Apostolica mandatur sunt omnibus prēferendi.c.hi qui.de præbend. in 6.

Item per literas mandati erat affectum primum beneficium vacans mandatario. c.tibi qui.& c.duobus. de rescript.in 6. c.si capitulo. de concess.præb.ergo alteri conferre quàm mandatario non poterat.

Sed literę regię erāt literæ rogatoriæ nō afficientes beneficium: ideò collatio facta alteri, cui est beneficiū affectum & debitum valet. c.dilectus. 2. de prębend.

Præterea in indiuiduo iudicarunt dom.de Rot. in
2 tit. de præb. decis. 15. quod † apostolicus præfertur habēti primarias preces à Rege vel Imperatore, qa Imperator vel Rex illud ius hn̄t ab authoritate Apostolica

lica alioqui esset illud ius nullum. vt docet Specul.in tit.de præb. §.restat circa fin.ideò conuentum fuit. in Concordat in §.declarantes. de mandat. Apostolicis, quod mandatarii omnibus preferrentur. Et Regis consensus super hoc interuenit, qui etiam adhibitus est vt mandatarij præferantur nominatis, per literas rogatorias quæ non afficiunt.

De cantoriæ collatione.

Veu le faict comme dessus posé, semble aux soubscripts que les chappelles & vicaries perpetuelles, qui n'ont vacqué par mort estoyent affectees & deuës aux mandataires, car aux mandatz n'est excepté que dignitas electiua, ergo omnia illa beneficia debentur, *s'ilz ont esté negligens de les accepter, & demander, ils ont perdu leurs mandatz : mesmement que,* perpetua capella vel capellania in mandato exprimitur. *& pource la chantrerie qui a vacqué despuis n'est deuë ausdicts mandataires, ains l'ordinaire la peut conferer, & la collation faicte par ledict chapitre est bonne & valable.*

Et ne faict rien, que lesdictes vicaries & chapelle estoyent affectees aux habitans de l'Eglise: car cela s'entent quand la vacation est libera, *& que l'ordinaire & chapitres les peut conferer sans aucune contraincte. Mais au cas de present aduenant la vacation estoit necessaire les conferer aux mandataires, & par ainsi les habitués estoyent exclus, car aux mãdats est derogé aux constitutions, statuts, & coustumes de l'Eglise, la où ilz sont addressés. Parquoy ne peust estre alleguee contre les mandataires, ladicte coustume ni statuts de ladicte Eglise, comme tollus par ladicte derogation.*

Aussi n'estoit tenu le chapitre de conferer lesdictes chapelles ausdicts mandataires, s'ils ne les demandoyent: car le chapitre ignore si lesdicts mandataires sont viuãts ou morts, ou s'ilz veulent lesdictes chapelles: parquoy n'est tenu de les conferer si les mandataires ne les ont requises. Car lesdicts mandataires sont tenus demander les benefices, s'ilz les veulent obtenir.

Et quant à ce que diuerses collations se pourront trouuer eiusdem datæ, *si l'vne est* per resignationem, altera per mortem, *la collation* per resignationem præsumitur prius expedita : *& de ce y a arrest à la Cour. Or si toutes les deux collations sont faictes par mort, l'heure feroit quelque chose: & l'on dict qu'il fust ainsi iugé à la Cour, l'an 1534.*

Touchant à ce que ladicte chantrerie à esté conferee à vn chanoine de ladicte Eglise, qui ne peut auoir deux Chanonies à la mesme Eglise: parquoy faudra que ledict chanoine accepte ladicte chantrerie, protestant de laisser sa chanoinie, quando adeptus fuerit possessionem pacificam, *de ladicte chantrerie, autrement ne vacquera sa chanoinie ayant esgard à ladicte protestation, & pourra tousiours deseruir sa chanoinie iusques à ce qu'il en aye obtenu ladicte pacifique possession de la chantrerie, & alors pourra resigner & se demettre de sa dicte chanoinie & prebende.*

Quant au mandat de Gautier, il n'est selon la forme, & est defectueux aux clauses substantielles. Car non est creatus canonicus ad effectum obtinendi dignitatem. *Parquoy ne pourroit auoir ni accepter dignité à l'Eglise, la où est addressé son mandat : & aussi que la clause,* non obstant &c. de certo canonicorum numero : *n'est escripte audict mandat, ne autres clauses necessaires. Parquoy ledict mandat, ne vaut rien, & n'est tenu l'ordinaire luy conferer aucun benefice. car ledict mandat n'est general, comme il faut qu'il soit au royaulme de France, & ne luy pourroit estre deue dignité en l'Eglise pource qu'il n'est,* canonicus in ecclesia, & per consequens : *ne autre benefice.*

Quant aussi à la clause, etiam si pro alio scripserimus, non vitiat mandatum, nec primum, nec secundum, sed per eam ostenditur voluntas Papæ, quæ talis est vt velit prouideri mandatario, etiamsi pro vno alio scripserit, & mandatum alteri concesserit. *Parquoy,* siue antea concesserit, siue non, mandatum non uitiatur nec primum nec secundum, quia non est contra formam mandati, *& l'ordonnance n'annulle lesdicts mandats.*

Et quant a la clause, communiter vel diuisim : *suffist qu'elle soit mise* in decisione & dispositione mandati, *combien qu'elle ne soit escripte au commencement du mandat. Car faut ponderer les clauses de la decision du mandat, & non les clauses de la narration, ainsi que i'ay escript à la forme dudict mandat aux Concordats.*

Or quant à la question si les deux mãdataires peuuent accepter benefices appartenãs à la collation de l'Euesque, ou du chapitre, il est certain que si les mandats sont addressès à deux collateurs, comme ces deux, les mandataires seront tenus accepter & requerir les premiers benefices qui vacqueront, siue collatio pertineat ad Episcopum siue ad capitulum coniunctim seu diuisim. *Parquoy lesdict mandataires estoyent tenus requerir les deux chapelles, lesquelles s'ils n'ont requises ils sont negligens, & les mandats seront extincts, & ne pourront autres benefices accepter.* per capit. si clericus. de præbend. in sexto.

TRANSLATIO.

De cantoriæ collatione.

SVMMARIVM.

1 *Cantoriæ dignitas mandatarÿs non debetur.*

2 *Mandatum derogat constitutionibus, statutis, moribusq́ ecclesiæ, cui dirigitur.*

3 *Capitulum conferre non tenetur, nisi mandatarÿs collationem postulantibus.*

4 *Collationibus diuersis datis vna per resignationem, altera per mortem, quæ per resignationem facta est prima præsumitur.*

5 *Cantoriæ dignitate canonico collata, ad hoc vt eius canonicatum non vacet, cum protestatione eam acceptare necesse habet.*

6 *Mandatum non reseruata forma, & in clausulis substantialibus deficiens non subsistit.*

7 *Clausula etiam si pro alio scripserimus, quid importet.*

8 *Clausulæ decisionis mandati non narrationis considerandæ sunt.*

Visa narratione facti, prout expositum est supra scripto videtur perpetuas capellas, & vicarias per mortem non vacantes, mandatarijs esse affectas ac debitas: nihil etenim est in mandatis præter electiuam dignitatem exemptum: ergo omnia illa beneficia debentur. Si verò negligentia eadem tum petere, tum acceptare omiserint, nullum eorundem mandata sortientur effectum: eò magis, quod perpetua capella vel capellania
1 in mandato exprimatur. Quambrem † cantoriæ dignitas quæ postea vacauit, dictis mandatarijs nequaquam debetur, sed ordinarius eam potuit conferre, & collatio per d. capitulum facta, erit valida.

Non obstat, quod d. vicariæ & capellæ erant habitatoribus Ecclesiæ affectæ. Nam hoc ita intelligi debet, cùm vacatio est libera, atque ab ordinario & capitulo sine vlla necessitate conferri possunt. Præsente verò facti specie, cum iam vacatio locum haberet, illas mandatarijs conferri debere, necesse fuit, vt hac ratione
2 habiles excludi possent. † Per mandata etenim tam constitutionibus & statutis, quàm Ecclesiæ vsitatis moribus, ad quam diriguntur, derogatum est. Qua de causa in præiudicium mandatariorum neque statuta, neque d. Ecclesiæ consuetudo, tanquam derogatione iam sublata & extincta, vllo modo allegari poterunt.

3 His accedit, quòd † capitulum d. Capellas mandatarijs non postulantibus conferre non tenebatur. Ignorat etenim vtrum mandatarij sint superstites, an verò easdem requirant. Quare illas non tenetur conferre, cum mandatarij eas non petierint. Beneficia namque petere mandatarij debent, si eorundem prouentibus gaudere velint.

4 Quod autem diuersæ † collationes eiusdem datæ reperiantur, sciendum est: si vna per resignationem facta fuerit, altera per mortem, collatio per resignationem prius expedita præsumitur. Et de hoc est in curia suprema arestum pronunciatum. Verum si ambæ collationes per mortem factæ fuerint, tēporis consideratio haberet ponderis aliquid. Atque ita fertur iudicatum in curia anno 1534.

5 Si verò † Cantoriæ dignitas sit cuidam canonico d. Ecclesiæ collata, qui duobus eiusdem Ecclesiæ canonicatibus gaudere non possit, necesse erit vt d. canonicus Cantoriam acceptet, protestans se velle relinquere suum canonicatum, quando d. Cantoriæ adeptus fuerit possessionem pacificam: alioquin suus canonicatus protestationis respectu non vacabit, eoque semper frui tantisper poterit, donec d. Cantoriæ possessionem pacificam obtinuerit: tunc demum suum canonicatum poterit resignare, alijque fruendum concedere.

6 Quod ad Gauterii mandatum spectat, † nulla eius forma reseruata est, atque in clausulis substantialibus deficit: non enim est creatus canonicus ad affectum obtinendi dignitatem. Quare neque dignitatem Ecclesiæ aliquam (ad quam mandatum suum dirigitur) habere, vel acceptare poterit: tum etiam quod ea clausula (Non obstante de certo canonicorum numero) d. mandato non sit inserta, neque aliæ insuper clausulæ necessariæ. Tale igitur mandatum non subsistit, neque ordinarius aliquod ei beneficium conferre tenetur. Non enim d. mandatum generale est, uti in regno Franciæ debet esse, neque Ecclesiæ dignitas ei posset esse debita, aut per consequens aliquod beneficium in Ecclesia, cuius non est canonicus.

7 † Clausula verò (Etiamsi pro alio scripserimus) mādatum non uitiat, nec primum, nec secundum, sed per eam ostenditur uoluntas Papæ, quæ talis est ut uelit prouideri mandatario, etiamsi pro uno alio scripserit, & mandatum alteri concesserit. Quare si anteà cōcesserit, siue non, mandatum non uitiatur, nec primū, nec secundum, quia non est contra formam mandati, neque huiusmodi mandata constitutio extinguit.

Quod autem concernit clausulam (Communiter vel diuisim) sufficit quod in decisione & dispositione mandati inseratur, quamuis in principio eiusdem nō
8 habeatur. Nam † clausulæ decisionis mandati considerandæ sunt, non uerò narrationis, vt in Concordatis declaraui ad formam d. mandati.

Verùm ad quæstionem quod attinet, an duo mandatarij beneficia ad Episcopi vel capituli collationem spectantia acceptare possint, certum est quod si mandata sint ad duos collatores directa, (vt in his duobus videre licet) mandatarii prima beneficia vacatura acceptare & petere debebunt, siue collatio pertineat ad Episcopum siue ad capitulum, coniunctim seu diuisim. Quare d. mandatarij ambas capellas petere tenebantur: quas cum non petierint, culpæ obnoxii sunt, & mandata erunt extincta, neque ad alia beneficia admittentur. c. si clericus. de præb. in 6.

RESPON. XLVIII.

De beneficijs in curia vacantibus.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium vacare in curia quando dicatur.*

2 *Episcopus vel Archiepiscopus conferre possunt omnia beneficia vacantia in suo episcopatu, vel Archiepiscopatu nisi eis prohibitum sit.*

3 *Collatio iam facta, collationem aliam fieri impedit.*

Collationis beneficiorum in perpetuum non ad tempus fieri debent.

Item collatio cum sit actus legitimus conditionem non recipit. ibidem.

4 *Libertas est magis fauorabilis quàm collatio.*

5 *Actus inualidus non cōfirmatur, si superueniat potestas.*

6 *Papa non potest conferre pendente trimestri ad eligendum.*

7 *Papa censetur circumuentus, cum contra suam conuentionem aliquid facit.*

8 *Beneficium absenti collatum conferri non potest, antequam ille resignauerit, vel acceptare se nolle dixerit.*

9 *Beneficium collatum absenti Papa ante acceptionem conferre potest.*

10 *Subreptio in beneficijs annullat rescriptum ipso iure.*

11 *Accessorium naturam sequitur sui principalis.*

12 *Habilem aliquem esse de iure, vel per dispensationem paria sunt.*

13 *Probatio impugnanti incumbit.*

Initium in collationibus attenditur. ibidem.

14 *Collatio ante deuolutionem facta non valet, quando ante deuolutionem ordinarius prouidit.*

Esignatarius præbendæ & canonicatus Ecclesiæ Auxitan. de nuptijs vocatus, collatione sibi per resignationem à Papa facta, & expeditis bullis ante tamen possessionem adeptam, in itinere quo proficiscebatur ad possessionē capiendā, mortuus est, per cuius mortē Auxitani Archiepī vicarius illam contulit Epō Valētino, demum quidam à Papa impetrauit postea ante sex menses Archiepiscopus vacatione sciens, cuidā de

de Rangouse contulit, qui etiam à Papa impetrauit, cum derogationibus statutorum Ecclesiæ Auxitan. postea Episcopus Valentin. resignat ius quod confertur dict. de Rangouse: ex hoc facto oriuntur dubia sequentia. Primum an præbenda & canonicatus vacauerint in partibus vel curia?

1 † Et breui respondeo, quod in partibus, tùm quia extra curiā mortuus fuit. d. resignatarius vltra decem diebus à curia & eius q moritur in curia vel intra duas dietas, beneficiū dicitur vacare in curia. c. 2. & c. pñti. de præb. in 6. quod non est in hoc facto prætēso, ergo in curia vacasse non dicitur per mortem. d. de nuptiis.

Nec obest quod beneficia resignata in curia vacare dicuntur. gl. in cle. j. vt lite pend. Respondeo, per resignationē primò in curia factā ibi uacauit, sed fuit prouisum à Papa, ergo amplius non vacabat in curia, & si collatio per Papam non tenuit, vacat in curia teste Panormitano & aliis in c. inter dilectos. de excessib. prælator. Respōdeo, hic tenuit collatio, licet possessio nō fuerit capta quæ non requiritur. Etiam illa reseruatio non recipitur in Francia, vt si Papa inhabili contulerit semper vacet in curia, & hoc patet per rubr. de reseruat. in Cōcord. vbi omnes prohibentur reseruationes in Francia quæ non sunt in corpore iuris clausæ.

Secunda quæstio est, an Archiepiscopus præbendā illā potuit conferre, & potuisse certū est, cum nō sit ei
2 prohibitum: & † omnia beneficia in suo Episcopatu, seu Archiepiscopatu vacantia potest Episcopus, vel Archiepiscopus cōferre. c. oēs basilicę. 16. q. 7. c. sic q-dam. c. regenda. & c. nouerint. 10. q. 1. Sed reuerendissimo Cardinali Turnonio non erat prohibitum, vt illā præbendam conferret, ergo illam conferre potuit.

Tertia quæstio, an impetratio facta per du Perier valeat? & respondeo nullo modo sustineri posse, tum quod iā dicta prębenda erat collata Episcopo Valen.
3 & † collatio iam facta impedit aliā fieri collationē. c. considerauimus. de electio. Tū etiā quia collatio à Papa facta erat ante deuolutionem, ideo non valet: nam concludunt doc. in c. statutum, & c. 2. de præb in 6. vbi dicunt, quod si ordinarius conferat beneficium vacās in curia ante mensem, licet postea Papa non cōferat: tamen non valebit illa collatio. Tum ne collatio sit in pendenti, scilicet si Papa cōferat non valeret collatio ordinarij: nam beneficia in perpetuum cōferri debēt, non ad tempus. c. præcepta. 55. distinct. gl. in c. veniēs. de filiis presbyter. Tum quia collatio est actus legitimus qui non recipit conditionem, nec in pēdenti esse potest. gloss. & doc. in cap. 2. de elect. in 6.

Item libertas data seruo alieno non consentiente domino valere ex authoritate curiæ nō potest, quāuis postea manumissor domino hæres extiterit. l. si seruo. ff. qui & à quibus. Multò fortius nec ista collatio, quia
4 libertas est magis fauorabilis. facit l. 1. §. si filius. ff. de suis & legit. vbi licet filius captus succedere non possit. Impedit tamen nepotem succedere, quousque certum sit filium succedere non posse. facit l. si maritus. 2. de adulter. l fi. C. qui admitti.

5 † Præterea potestas superueniens non confirmat actum inualidum, vnde si non habens iurisdictionem procedit non valet actus, licet pendente processu superueniat iurisdictio. gloss. & doc. in l. 1. in verbo patientiam. C. qui pro sua iurisd.

Itē in quolibet actu requiritur, vt initium ualeat. c. dudū. primo. de elec. Bart. & alij in l. si filius qui. ff. pro emptore. Alioqui quod nullum est non potest tractu temporis conualescere. l. quod in initio. ff. de reg. iur.

6 Præterea in † Papa quod intra trimestre datum ad eligendū si conferat quod sua collatio non valeat concludit Boeri. dicens ita iudicatum fuisse Burdeg. in decis. Burdeg. q. 70. quæritur per text. in c. videtur. 35. q. 6. dicentem quod contra interdictum & ordinem factū est ratū non haberi, tam diuinæ quàm humanæ legis proclamat authoritas: sic cōsuluit Lud. Ro. cons. 483. dubitatur. primo versic. secundò quæritur. num. 16.

Adhæc in casu nostro hoc maximè est attendendū, vt collatio Papæ non valeat ex defectu voluntatis. Papa enim noluit illam præbendam conferre dum dicit dummodo ad nos collatio hac vice pertineat: ergo si non spectet noluit conferre: sed non spectabat ad eū, vt inferius apparebit: igitur noluit conferre.

7 Etiam quando † Papa aliquid facit contra conuentionem suam censetur circumuentus. c. cum olim, vbi Bal. de re iud. sed hic Papa indulsit reuerendissimo Cardinali Turnonio, ne aliquis cōferret intra sex mēses beneficia spectantia ad suam collationem etiam ipse Papa voluit non posse conferre antea nisi per resignationem, ergo ipse noluit conferre, contra suam conuentionem, & conferendo fuit circunuentus, & illa collatio non prodest du Perier, impetranti.

Item patet Papam conferre noluisse, quia suæ conuentionis, & indulti nō habuit mentionem, sed tantū quod præbenda vacauit in curia, quod est falsum, vt supra fuit probatum, igitur ista collatio Papæ non valet.

Insuper vbi potestas per prius magis competit vni quàm alteri: ita quod in certis casibus de vno deuoluitur ad reliquum, ad hoc vt superior possit sua vti potestate, oportet constare actum deuolutionis esse. c. si scitatus, in verbo constiterit. de rescrip. c. si contra vnum. de offi. deleg. in 6. Anch. consi. 399. Fel. in c. cum ex officii. in fi. de præscr. prius cōpetit collatio ēt ex indulto reuerēdiss. D. Card. Turnonio, q̃ Papę. Igitur oportuit constare deuolutionē esse factam antequam Papa cōferre posset, sed nō potuit cōstare ante lapsos sex menses in indulto datos: igitū collatio antea facta non valet.

8 Item beneficium collatum absenti nullus conferre pōt antequam ille resignauerit, vel dixerit se nolle acceptare. c. si tibi absenti. de præb. in 6. vnde cū hæc præbēda Auxiten. esset collata domino Episcopo Valen. Papa interim noluit eā conferre, quia iuri alieno derogare nō voluit. c. quāuis. de rescr. in 6. Et quia protestatus est se nolle conferre, nisi collatio ad eum hac vice pertineat, sed non pertinebat, ergo noluit conferre.

Nec me mouet quod in illo c. si tibi absenti. doct. di
9 cant † Papam posse cōferre ante acceptationem. esto sane, tamen sua collatio non valet si non fecerit mentionem expressam primæ collationis non acceptatæ, vt ibi asserit Philip. Francus. col. 4. nu. 10. & alij doc. ibi. Sed Papa nullam fecit mentionem istius collationis factæ Domino Episcopo Valen. in collatione facta du Perier: ergo impetratio du Perier non valet.

Item ista prębenda non erat libera, donec is cui erat facta collatio declarasse se nolle per d. c. si tibi absenti. Ibi ipse tamen Episcopus, vel quicunque alius de ipso beneficio, nisi consentire recuses in personam alterius ordinare nequibit, quod si fecerit, eius ordinatio facta de beneficio non libero viribus non subsistit. Sed hic d. Episcopus Valen. recusauit acceptare, quod ius fuit acquisitum d. de Rāgousa: ergo d. Archiepiscopus illi potuit cōferre, vnde superest illam collationē valere.

Item bulla du Perier est subreptitia & obreptitia, quia expressit vacasse in curia, quod est falsum.

Item non expressit beneficium spectare ad collationem Cardinalis Turnonii, quod si expressisset nō obtinuisset collationem, vel non ita de leui, vt dicit text. in c. postulasti. de rescr. Ideo † subreptio in beneficiis
10 annullat rescriptū ipso iure. c. ad aures. & c. in nostra.

vbi Fel.& c.si proponente.de rescr.ideo ratione subreptionis nullius est momenti prouisio facta du Perier.

Non obest clausula,& quouismodo in dicta bulla, quia postquam impetratio non valet,nec illa clausula accessoria ad bullam per l.non dubium. C.de legibus.

11 Nam † accessorium sequitur naturam sui principalis regul.accessorium: & quia vbi est necessaria expressa mētio alicuius qualitatis illa clausula non prodest. vt doct.scribunt in c.susceptum:de rescrip. Sed hic requirebatur tā expressio primæ collationis quā indulti, quæ nō fuit facta,igitur nulla est prouisio d.du Perier.

Nec refragatur quod d.Rangouse non erat tempore collationis primæ professus, esto sanè, fuit enim à Papa dispensatus in sua prouisione,& postea illi collatio ab ordinario facta ad renuntiationem d.Valen.Episcopi: & † paria sunt aliquem de iure habilem,vel per

12 dispensationem.Dec.consi.542.præsupposita.col.2.& in Concord. in glo.idoneis.§.præfatique ordinarij.

Non obstant illa quæ obiiciuntur in d Episcopum quod non est dispensatus dico esse dispensatum à Papa Clemente: & quamuis sufficienter non esset dispēsatus,nō agitur de iure suo solo, sed de iure d.de Rangouse, cui facta collatio ab Archiepiscopo, intra sex menses: intra quos etiam Papa non poterat conferre sua beneficia,vt probatum superius fuit. Postquam igitur non agitur de illo solo iure non tenetur d.de Rangouse probare capacitatem d. Episcopi, sed du Perier

13 debet probare ius de Rangouse non valere: nam † impugnāti incumbit probatio.l.actor.C.de probat.in l.2. illo ti.ff.nam si verum loqui velimus nos dicemus collationem factam à vicario absenti suspendisse,ne interim alius posset: ideo prouisio facta à Papa d. du Perier non valebat,nec etiam collatio d.Cardinalis Turnonii,ante declarationem & recusationem Episcopi Valen.ideo recusatione facta ab Episcopo collatio facta à d. Archiepiscopo d.Rāgouse valuit,& valet,ideo ex persona sua ius habet & non ex renuntiatione,seu recusatione Episcopi,ob id non tenetur probare capacitatem Episcopi,sed recusationem& renuntiationē. per d.c.si tibi absenti.vbi etiam doct.vnde in vanum laborat d. du Perier probando contra d.Valen. Episcopum, quia oportet probare contra de Rangouse, & non contra Episcopum& incapacitas Episcopi,si esset non poterit nocere d.de Rangouse. Et in propriis terminis scripsit Philip.Franc.in d.c.si tibi absenti,col.penult.versic.secundo quærit hic Lappus. de præb. in 6. vbi etiam tenet quod si absens velit renuntiare, poterit iterum ordinarius conferre alteri, vt fuit factum in persona d.de Ranguose, non obstante collatione Papæ: & sic collatio facta ante sex menses nulla nōn potest validari,nec reconualescere,capit.auditis.de elect. capit. postulastis.de cler. excommunicat. Quia in collationibus attendimus initium,cap. si eo tempore.de rescrip.in 6.cap.2.de his quæ fiunt à præla.cap.cura.de iure patrona.etiam si facta fuisset postea ad Papam deuolutio.& hoc tenent doctor.in d.c.statutum.& Cardin.consil.104. post reditum. & consil.seq. & Oldrad. consi.13.plures.& consi.306.quamuis.& consi.sequen. Bertrand. consil. 38. præsupponitur. in tertia parte primæ editio. & Card.in c.dilectus. 2.in 10. q.de preben.& in cle.1.§.secus.col.3.uersi.faciunt hæc ad quæstionem. de concess.præben. de Rota,decis.834.cum ad collationem Bertach. in trac. de Episcop. lib.4.parte 2.q.26.plene Felin.in c.cum ex officii.in noua conclusione nu.36.de præscrip.& ibi Petr.Paul.Parisiensis, licet Panor. ibi contrarium teneat, quem reprobant communiter doct.

In hoc tamen nullus contradicit, imo omnes con-

14 ueniunt non † valere collationem ante deuolutionē factam, quando ordinarius prouidit ante deuolutionem,sed hic reuerēdissimus D.Cardinalis Turnonius prouidit ad recusationem & renuntiationem d. Valen.Episcopi: ergo illa collatio ualet,& tenet.unde cōcludo collationem factam d.du Perier nullam & inefficacem, collationem uerò d.de Rangouse ualidam, & his subscripsi anno 1546.in mense Februario.

RESPON. XLIX.

Beneficium in curia resignatum in curia vacare dicitur.

SVMMARIVM.

1 *Papa solus beneficia in curia vacantia resignare potest.*

2 *Beneficium collatum absenti ante acceptionem vacare dicitur,conferri tamen non potest, ante declarationem voluntatis absentis.*

3 *Conferens expresso vno modo vacandi, alio modo conferre non videtur.*

4 *Ordinarius conferre poterit beneficium vacantem, non collatū à Papa intra mensem si erit liberū alias secus.*

5 *Resignans perdit ius quod habet, & resignatio transfert etiam possesionem. ibidem.*

6 *Resignatio plus iuris in aliū nō trāsfert, quā ipse habeat.*

7 *Variatio est prohibita maxime in clericis.*

8 *Papa cōferendo nō videtur tollere collationē alteri factā.*

Papa ius tertij tollere non intendit. ibidem.

9 *Beneficium si iuri collatum sit & postea alteri, præfertur primus licet secundo possesio tradatur.*

Lex quotiens. C. de rei vendicatione non habet locum in beneficialibus. ibidem.

10 *Beneficium in curia resignatum in curia vacare dicitur.*

11 *Clericus Anglicus renuntians beneficio Romæ per procuratorem,beneficium dicitur vacare in curia Romana non in Anglia.*

12 *Collatio Papæ, quando per personæ inhabilitatem non tenuit, conferendi potestas ad eum reddit.*

13 *Beneficium absenti collatum suum non dicitur antequam acceptet.*

14 *Collatio Papæ non valet, si non fiat mentio primæ collationis non acceptatæ.*

15 *Beneficium in curia vacans, à Papa solo conferri potest.*

16 *Beneficium non acceptatum, & in curia resignatum, in curia vacat.*

17 *Collatio ordinarij intra mensem facta non ualet, Papa etiam intra mensem non conferente.*

18 *Principale quando nullum est, & accessorium, nullū erit.*

19 *Legatus beneficia ad Papam deuoluta conferre non potest, nisi ei hoc expresse concedatur.*

1 ERTVM est quod beneficium in curia resignatum in curia dicitur uacare.gl.& doc.in cle.j, ut lite pend. siue resignetur causa permutationis,siue ex alia cā,ut ibidē no.Bald. in l. Titius.§. Romæ.ff.de excus.tut. Arch.& alii in c.2. de præb.in 6. Rom.consil.342. quo ad primum.col.1. Itē beneficia in curia uacātia nullus præter Papā cōferre pōt. c.2.de præb.in 6.ēt legatus, ut ibi scribitur, nisi super hoc habeat potestatem, quæ tarò concedi solet.

2 Item quando †beneficium confertur absenti antequam absens acceptet beneficiū, illud dicitur uacare, sed non est liberū, nec pōt conferri antequam absens declaret voluntatem suam,c.si tibi absenti.de preben. in 6.

in 6.vbi Domin. & alij post glo. ibi, & quando absens recusat non dicitur de nouo vacare, glo. in verb. comprehensi. in additio. §. declarantes. de mandat. Apostolicis, & doctor. in dicto capit. si tibi.

Igitur cum beneficium fuerit resignatum per Hurten. de la Roche in fauorem Claudij de la Roche, & collatio per summum Pontificem illi facta, postea hic Claudius resignauit in fauorem Abelis, qui nunquam acceptauit, cum alia duo haberet beneficia, & quãdiu iste Abel non acceptauit, nec declarauit se nolle, beneficium vacabat, sed non erat liberum, quia Episcopus non poterat illud conferre. Cum igitur iste Abel mortuus sit, antequam declarauerit voluntatem, beneficium semper remansit vacans in curia. Ideo Episcopus non potuit conferre, tum quod non conferat beneficia in curia vacantia, vt est dictum, tum etiam quia vacauerat vltra annum: & ideo ius erat deuolutum ad Papam. capit. 2. de concess. præbend.

Nec obstat si dicatur quod iste Abel moriendo declarare videtur noluisse beneficium, & sic Episcopus potuit conferre. Respondeo Episcopum potuisse cõferre si primo cõtulisset. vt in d. c. si tibi absenti dicitur: verum quia Papa isti Abeli contulerat, & coram eo vacabat, nõ poterat Episcopus conferre, & quod vacaret in curia ita expresse tenet Domi. in c. 2. in fi de preben. in 6. quem sequitur Barba. consil. 40. illud. col. 6. in 2. volu. ergo Episcopus illud non potuit conferre.

Item non vacauit per obitum Abelis, sed ex prima vacatione, ideo non potuit conferri tanquam vacans per obitum, quia illo modo non vacabat &
3 † conferens expresso vno modo vacandi, non videtur alio modo conferre, ca. susceptum. de rescrip. in 6. c. cum in illis. §. primo de præbend. ibidem.

Item, in d. c. si tibi absenti. dicitur absenti: quòd non est tuum antequam acceptes, ergo interim vacat, si vacet coram illo vacabit coram quo facta est resignatio, quæ fuit facta coram Papa: ergo ab illo debuit impetrari & conferri. Guido Papæ. consil. 48. si appareat.

4 Item quamuis dicatur, quod quando † Papa non contulit beneficium vacans intra mensem, ordinarius potest conferre, c. statutum. de præbend. in 6. hoc est verum quando illud beneficium erat uacans & liberum, sed quando non casu à die quo absens Abel, declarauit se nolle, vel mortuus fuit, non poterat Episcopus conferre, nisi post mensem, ergo si antè contulerit non valet collatio, quia non currit tempus Papæ in hoc beneficio non libero sicut nec ordinario, vt in dicto capit. si tibi.

Item il est certain que le Cardinal resignant, par ladicte resignation faicte en faueur de l'Archeuesque de Reims, ne pouuoit resigner en faueur de Coulin: car. [Item certò constat Cardinalem resignantem, propter iam dictam resignationem factam in fauorem Archiepiscopi Remensis, non potuisse resignare in fauorem dicti Cou-
5 lin: quia] † resignans perdit ius quod habet. c. in præsentia, de renunciat. etiam perdit possessionem, dicit glossa. in cap inter, in verbo, assignari. de præbend. quia remittentibus actiones suas amplius non est dandus regressus. capit. quàm periculosum. 7. quæst. j. l. quæritur, in fi. ff. de ædil. edict.

Item par ladicte resignation qu'il a faicte en faueur dudict Co-
6 *ulin,* [Item per dictam † resignationem quam fecit in fauorem dicti Coulin,] non poterat plus iuris transferre, quàm haberet, per reg. iur. nemo potest plus iuris trãsferre, quàm habeat, & l. traditio. de acq. rer. do. *Mais a esté prouué que ledict resignant n'y auoit aucun droict.* [Sed probatum est dictum resignantem in eo nihil iuris habuisse] post resignationem iam factam, ergo *ledict Coulin, en faueur duquel a esté faicte ladicte seconde resignation,* [nec d. Coulin, in cuius fauorem secunda resignatio facta est.]

Item la resignation seconde ne peut valoir, faicte en faueur du dict Coulin, tant pource qu'il est inhabille, que aussi quand il seroit habille. [Item secunda resignatio facta in fauorem d. Coulin, valere non potuit, tum quòd sit inhabilis, tum, etiamsi habilis esset:] quia secũda resignatio frau
7 dulenta non potest valere, tam ratione † variationis prohibitæ maximè clericis. clem. 1. de renuntiatio. *que aussi* [quàm etiam] ratione subreptionis.

Item, *parce que* [propterea quod] si Papa sciuisset factam resignationem & collationem alteri non con-
8 tulisset, & † conferendo isti Coulin non videtur tollere collationem factã alteri, vt expresse concludit Old. cons. 324. quia vitium ignoratum tollere non põt, arg. c primi. de constit. in 6. & l. mater. ff. de inoffic. testam *Et par ainsi la collation faicte audict Coulin, non faisant mention de la premiere resignation ne vaut rien:* [Quare collatio facta d. Coulin, nullam faciens prioris resignationis mentionem non valet:] quia Papa non intendit ius tertii, primi resignatarii tollere. c. quamuis. de rescript. in 6. vnde si Papa vniat Ecclesiam collatam absenti, debet hoc facere absque preiudicio absentis. Et post vnionem poterit absens collationem sibi factam ratam habere. Petr. de Perus. in tract. de vnion. Eccles. c. 5. col. 3.

Item ledict Archeuesque premier resignataire pouuoit accepter ledict benefice.] Item dictus Archiepiscopus prior resignatarius poterat acceptare dictum beneficium] ante mortem. per c. si tibi absenti. de præbendis, in 6. *Doncques ledict Leuoncourt resignant ne le pouuoit iterum resigner:* [quare d. Lenoncourt resignans iterum illud resignare non potuit.]

9 Item si † beneficium conferatur vni, & postea alii, & isti secundo tradatur possessio, *comme au cas de present,* [vt in casu præsenti,] tamen præfertur primus. per c. capitulum. de rescri. & c. si tibi. & c. duobus. eo. in 6. Nec habet locum in beneficialib. l quotiens. C. de rei vend. glo. & docto. in d. c. si tibi. Iason in d. l. quotiens. col. 4. *Et par ainsi seroit tousiors preferee la collation faicte audict Archeuesque de Reims.* [Itaque collatio facta dicto Archiepiscopo Remensi semper præferretur.]

Item par la premiere resignation faicte. [Item per priorem resignationem factam] in fauorem dicti Archiepiscopi in curia Romana, *appert que le prieuré a vacqué,* [apparet prioratum vacasse] in curia Romana: nã
10 certum est, quòd † beneficium in curia resignatum, dicitur in curia vacare. glo. per omnes doct. approbata in clem. 1. in verb. collatio, vt lit. penden. Et pro ea est text. in extrauag. ex debito. de elect. in communib. siue resignetur causa permutationis, siue aliàs de Rota, decis. 23. fuit dubitatum, in nouis. Archidiacon. & alii, in c. 2. de præbend. in 6. Roma. in consil. 342. quod primum, col. 2. & de hoc nullus dubitat.

Item inspicitur locus vbi actus celebratur, non vn-
11 de sunt personæ celebrantes actum, ideo si † clericus Angelicus renunciet beneficio Romæ per procuratorẽ, in curia Romana dicitur vacare, non in Anglia, vbi sunt personæ. ista sunt verba Bal. in l. Titius. §. Romæ. ff. de excus. tut. *Et par ainsi sans doute le prieuré de sainct Pourçain, resigné à Rome, en la faueur dudict Archeuesque, vacquoit à Rome,* [Prioratus itaque S. Porciani, resignatus Romę in fauorem d. Archiepiscopi, procul dubio Romæ vacabat.] & in curia Romana.

Item ne fauorien disputer de l'habilité, on inhabilité dudict Archeuesque: car posé que ledict Archeuesque fut inhabile (que non) encores vacqueroit. [Item nec disputandum de habilitate aut inhabilitate d. Archiepiscopi: cùm

etiamsi inhabilis esset (qui non est) tamen vacaret.] in curia per no. in c. inter dilectos. de excess. prælat. vbi
12 si † collatio facta per Papam non tenuit per indignitatem personæ, potestas conferendi redit ad Papam, *Et par ainsi le Legat ne l'a peu conferer, comme vacant:* [Quare Legatus illud non confert instar vacantis] in curia, saltem ante mensem post mortem primi resignatarij.

Item, qui est tout le fondement de la matiere, le benefice resigné [Item, quod est totius materiæ fundamentum, beneficium resignatum] in curia, vacabat in curia, eo quod
13 non fuit acceptatum. Et quando † beneficium confertur absenti non dicitur suum antequam acceptet, capit. si tibi, de præben. in 6. *Et par consequent, ledit prieuré estoit vacquant.* [Et consequenter dictus prioratus vacauit] antequam acceptaretur, *par l'Archeuesque de Reims,* [ab Archiepiscopo Remensi.]

Item ledict prieuré estoit vacquant, [Item dictus prioratus vacabat,] sed non erat liberum, antequam Archiepiscopus acceptaret, resignaret, vel declararet se nolle, per d. c. si tibi absenti. *Or* [at] ante mortem Archiepi, non fuit facta declaratio. Ergo semper vacauit, sed nō liberè: quia non potuit ante mortem eius conferri.

Item, car dict le texte. [Item quoniam dicit textus,] in d. c. si tibi, ipse tamen Episcopus, vel quicunque alius de ipso beneficio, nisi consentire recuses, in personam alterius ordinare nequibit, quod si fecerit, eius ordinatio facta de beneficio non libero viribus non subsistit.
14 Imò dicit Philippus Francus ibi, quòd † Papæ collatio non valet, si non faciat mentionem primæ collationis non acceptatæ.

Item par ce apert que par la mort dudict Archeuesque, ledict prieuré sainct Pourçain, vacant, [Item hinc constat quòd dictus prioratus S. Porciani, vacans per mortem dicti Archiepiscopi] in curia, fuit effectum liberum, ita quòd Papa liberè potuit conferre cui voluit intra mensem à die mortis & non alius. *Et l'a conferé audict sainct Aubin.* [Et contulit dicto sancto Aubino.] Et sic, *la collatio est tresbonne.* [collatio est valida.]
15 Item quia † beneficia in curia vacantia nullus conferre potest extra Papam, etiam Legatus intra mensem. c. 2. & 3. de præben. in 6. extrauag. 1. de præb. in communib. *Et par ainsi la collation faicte a Doc. ne au Camus ne vaut rien* [Collatio itaque facta illi Doc. aut Camus est inualida:] quia facta ante mensem à die mortis contra. capit. statutum. de præben. in 6.

Item, *car par disposition de droict,* [quoniam dispositio-
16 ne iuris] † beneficium non acceptatum, & in curia resignatum, in curia vacat. Dominic. in d. c. 2. in fi. de præben. in 6. quem sequitur Guido Papa. consi. 48. si appareat, & Barb. consi. 40. illud. col. 6. in 2. vol. Io. de Selua, in tract. de beneficiis, in 3. parte. quæst. 72. in fin.

Item par ces moyens ledict prieuré sainct Pourçain resigné, [Item his de causis dictus prioratus sancti Porciani resignatus,] in curia, vacauit semper ante acceptationē, vel recusationem, sed à tempore recusationis liberū factum fuit, quæ recusatio per mortem dicti Archiepiscopi fuit declarata. *Et par ainsi du iour de la mort dudict Archeuesque de Reims est compté le mois de l'Ordinaire, ou du Legat: car deuant nul ne le pouuoit conferer.* [Quapropter à die mortis dicti Archiepiscopi Remensis computatur mensis Ordinarii, aut Legati: quoniam ante nullus conferre potuit.] Et sic, *la collation faicte* [collatio facta] ante mensem à die mortis computandum, *ne vaut rien, comme faicte* [non valet, vti facta] prematurè, *ainsi que tiennent les docteurs* [vt aiunt doctores] in d. c. 2.
17 de præb. in 6. vbi dicunt non † valere collationem Ordinarii factam intra mensem, etiamsi Papa non conferret intra mensem. *Or le Pape l'a conferé audict sainct Aubin.* [At Papa contulit S. Aubino] intra mensem à die mortis *de l'Archeuesque.* [Archiepiscopi.] Ergo *n'ya point de doubté que la collation du Legat faicte, ne a Doc. ne au Camus ne vaut rien.* [collatio facta illi Doct. aut Camus à Legato procul dubio viribus non subsistet.]

Item pour les causes susdictes ne profiteront les collations aux parties aduerses: car ces collations sont nulles [Item collationes aduersariis propter superius relatas causas nihil proderunt, quia sunt nullę.] Etiam *ne se peuuent aider de la clause,* [nec quicquam pro illis facit clausula] &
18 quouismodo vacet: *car* [quia] postquam † principale est nullum, ergo & accessorium. l. non dubium. C. de legib. quia postquam persona est prohibita conferre, ergo quomodocunque Imo. in d. c. 2. expressè prohibetur, & in casu singulari permittitur collatio beneficiorum in curia vacantium, capit. statutum, & capit. Apostolica. de præben. in 6. *doncques* [igitur] in aliis casibus non permittitur.

Item le Camus se perforce de monstrer que [Item Camus maxime conatur ostendere, quòd] alio genere vacationis vacauit, videlicet per inhabilitatem *de Lenoncourt, laquelle ne prouue, ne se prouuera aussi. Et posé aussi (que non) que* [Lenoncourtii, quam non probat, nec probare poterit. Et licet ita esset (quamuis non sit) quòd] illo genere vacationis vacasset, videlicet, quia potestas esset deuoluta ad Papam per lapsum anni. *à ce cas le Legat ne*
19 *l'auroit peu conferer,* [nec hoc casu † Legatus conferre potuisset:] quia non potest conferre beneficia ad Papam deuoluta, nisi eidem expressè sit cōcessum. doct. in c. 2. de concess. præb.

Item ledict prieuré n'a peu remuer de [Item non potuit dictus prioratus variare in] genere vacationis: *car pour ce qu'il estoit vacquant* [quoniam cum vacaret] per resignationem in curia factam, in fauorem Archiepiscopi, non potuit alio genere vacare. per c. susceptum. de rescriptis. in 6. *quoy que dient les parties aduerses.* [non obstante quidquid aduersarii proferant.]

RESPON. L.

Officium Camerarij Lugduni vacans.

SVMMARIVM.

1. *Electio facta à minori parte non valet, nec ab Archidiacono approbari, nec pro ea concludi potest.*
2. *Electio & alij actus capituli fieri debent à maiori parte copulatiuè, alias quod fit, nullius valoris est.*
3. *Collatio facta deuoluto iure ad Archiepiscopum non ualet, tamquam facta à non habente potestatem.*
4. *Electio quando semel facta est, alia fieri non potest, nisi expresse renuntiatum fuerit primæ.*
5. *Appellari licet regulariter non possit ab electione, fallit hoc tamen si non fiat canonice.*
6. *Notorius extraneus inualide rogatur ad conficiendum instrumentum electionis.*
7. *Collatio facta habenti plura beneficia non ualet, nisi uisa dispensatione.*
8. *Cameriatus officium impetranti, apostolico deberi concludit.*

VACANTE officio Camerarij in Ecclesia Lugdunensi die 14. canonici processerunt ad electionē, & elegerunt duos, uidelicet quinque elegerunt magistrum Ioan. de Riuoire canonicū illius Ecclesiæ, quatuor alii canonici magistrum Henricum de Albone, canonicum & præpositum illius Ecclesiæ, & Archidiaconus conclusit

conclusit pro illo, demum die 15. de Chalmasel iure deuoluto obtinuit ab Archiepiscopo collationem. Postea die 16. fuit facta alia electio à quinq; canonicis cum Archidiacono, in qua fuit electus Renatus Dalbon, nulla renuntiatione facta ab aliis electis, deinde à Papa fuit 20. die prouisum tam per resignationem, quam & inualidam electionem, aut alias quouismodo vacet, magistro Ioanni de Stagno, quæritur quænam istarum prouisionum valeat.

1 Primò non † valet electio facta de magistro Henrico Dalbone, tum quia facta à minori parte, & quãdo suffragia se in duos diuidunt, illa electio valet quæ est à maiori parte facta, c. dudum primo. de elec. illa ergo quæ fuit facta de Henrico fuit de minori parte, tum quod Archidiaconus conclusiuam vocem habebat, & non electiuam simpliciter. Igitur debebat concludere à maiori parte. per c. cum in iure. de elec. vbi electus potest consentire electioni de se factæ, oportet tamen quod uox sua una, cum aliis qui eum elegerint constituat maiorem partem, secus si ad paritatẽ duntaxat perducit uota, quæ sunt verba Pan. ibi col. pen. sic Archidiaconus non poterat concludere ad minorem partem, quia ad æqualitatem tantum tendebat sua conclusio.

2 Item † electio & alij actus capituli debent fieri à maiori & saniori parte copulatiuè, aliàs non valet, qđ factum erit ab illis. c. 1. & c. fi. vbi Panor. & alii de his quæ fiunt à maiori parte capituli, c. Ecclesia. de ele. cũ ergo ista duo requirantur, & non interuenerint in electione dicti Henrici Dalbone: ergo nõ ualet, nempe ex quatuor dicitur unum non esse clericum, qui non potuit eligere cum laicus eligere non possit. cap. Massana, & c. sacrosancta. de ele. & si fuerit clericus, quia militaria arma exercuit, de priuilegio clericorum subsidiũ aliquod habere non debet. c in audiẽtia. in fi. de sent. exõmun. ergo etiam si suffragium & vox Archidiaconi valeret, adhuc esset de minori parte facta.

3 Item † collatio facta iure deuoluto ab Archiepiscopo Lugdunensi d. de Chalmasel, non valet, quia est facta à non habẽte potestatem conferendi quod imprimis attendendum est. c. 1. in princ. de concess. præben. in 6. eò quòd capitulum exemptum est ab Archiepiscopo, & deuolutiones exemptorum immediatè deuoluuntur ad Papam, & non ad Archiepiscopum, nisi in regularibus exemptis, cle. vnic. de supplend. negli. præl. Et sic iste de Chalmasel nil iuris habet ex sua collatione, quia iam erat prouisum. Etiam quia Archiepiscopus conferendi potestatem in his non habebat, & quia iam erat prouisum per electionem.

4 † Alia electio facta die 16. d. Renato Dalbõ est nulla, tum quia iam prouisum erat, tum etiã electione semel facta sine renuntiatione Henrici Dalbon, & d. Riuoire non poterat alia fieri electio de alio. c. si electio. vbi doc. de elec. in 6. saltem prima non cassata. c. considerauimus. de elec. nam si velint dicere elegisse indignum Henricum Dalbon: ergo erant priuati potestate eligendi. Et sic iterum eligere non poterant. c. cum in cunctis. in fi. de elec. vel si conferebant nõ poterat secunda collatio post primam valere. c. inter. in fi. de excessib. prælato. Panor. in c. auditis. in fi. de elec. Igitur ista secunda electio facta de Renato nullius est momenti.

5 Item quamuis non possit † appellari ut impediatur electio, glo. & doc. in cap. quia propter. de elec. potest tamen appellari si non fiat canonicè, c. cum nobis. de elec. Et quia in hoc secũdo casu nõ poterat fieri canonicè (vt supra dictum extitit) ergo iustè appellatum fuit: & natura huius appellationis tanquam ab abusu est, vt non ualeant postea facta, etiam si appellatio nõ valeret. Et hoc propter authoritatẽ regiam ita cautum est in ordinatione curiæ publi. anno 1535. die 4. Ianuarij, art. 15. & nũc est, in rub. *des appellations comme d'abus.*

Præterea non poterat Archidiaconus recipere notarium laicum ad actum electionis extraneum, in secunda electione, maximè non consentientibus aliquibus canonicis: nam doc. in c. quia propter. de elec. di-

6 cunt extraneũ † notarium rogari nõ posse ad electionem. Et si conficiat instrumentum, de electione non valet, hoc expressim docet Bertach. in trac. de Epis. lib. 3. in 1. parte. q. 30. igitur nõ ualuit ista secunda electio.

Superest igitur dicere electionem factam de d. Riuoire magis apparentem: tum quia à maiori parte facta fuit, vt supra dictum extitit: & quia de canonico, quod est requisitum. de consuetudine Ecclesiarum regni Franciæ, vt canonicis conferantur dignitates, tũ quia est dignus, utpotè, quia non habet aliam dignitatem in eadem Ecclesia, sicut Henricus Dalbon. Et quodlibet beneficium in eadem Ecclesia est incõpati-

7 bile cum altero. tex. in c. literas. de cõces. præb. & † collatio facta habenti plura beneficia non uisa dispensatione non valet, c. ordinarij. §. fi. de offic. ordinar. in 6. nec apparet istum d. Henricum Dalbon ostendisse dispensationem: ergo non valuit sua collatio, & hoc quoad titulos præcedentes dico, sed si habeatur ratio ad impetrationem Apostolicam, dic vt inferius, etiã electio ista prius facta est quàm alia, ergo ius acquisitũ ex illis, c. cum nostris, & c. literas. de concess. præb.

8 Tamen proprie & iure dicerem † dignitatem siue officium Cameriatus deberi impetranti Apostolico, videlicet d. Ioan. de Stagno, eò quod prædictę electiones fuere & acceleratæ, & per ambitionem factæ & hora intẽpestiua: & quia in prima quinq; sunt ex parte una, & quinque ex parte altera computato Archidiacono, ob id neutra iure potest dici facta à maiori & saniori parte, quod requiritur, ut supra probatum extitit. Igitur Papa qui plenitudinẽ potestatis in beneficialibus habet. c. 2. de præb. in 6. prouidit rectè: sua ergo prouisio iure alias præcedit & prouisus ab eo potior apud me est ex prædictis. Quare cõcludo electionem d. de Riuoire factam quoad titulos ordinariorũ extra Papam apparentiorem esse: sed conferendo eã cum prouisione Papæ, à Papa prouisum puto præferendũ omnibus: & ita subscripsi anno 1544. die 7. Iul.

RESPON. LI.

De electione prioris, & ad quem spectet.

SVMMARIVM.

1 *Electio prioris ad quos spectet.*

2 *Statutum ecclesiæ disponens, ecclesiæ prouideri non posse nisi per viam nominationis, vel postulationis non valet.*

Decisio concordatorum iuri contraria restringenda est. ibidem.

3 *Potestas data à Papa corrigendi statuta, non extenditur ad electionem.*

4 *Elucidatio ad §. monasterijs. de elect. in Concorda.*

5 *Ecclesia viduata non intelligitur, quando prior habet alium supra se.*

1 ELECTIO † prioris in Ecclesia conuentuali regulari, vel sæculari collegiata spectat ad conuentum, seu capitulum, uel collegium. c. 1. de elec. & c. 2. de statu monach. & c. congregaris, 16. q vlt.

16.q.vlt,glo.in c.quamquam.de elec.in 6.& regulariter quis debet per electionem assumi ad prioratum conuentualem.clem.2.vbi Imol.not.de rescript.

Item non valet consuetudo, quod electio spectās ad Ecclesiam conuentualem debeat per viam nominationis expediri. cap,cum terra.de elect.vbi Anto.de
2 But,dicit nō valere † statutū Ecclesiæ per quod disponitur quod non possit prouideri Ecclesiæ nisi per uiā nominationis, uel postulationis,quia Ecclesiæ tribus modis prouideri potest.c.bonæ primo.de postul.præla.sed in Concordatis ualet, cum sit eisdem iuribus derogatū. & per uiam constitutionis. c.2.de in integ. restitut. c.cum Ecclesia Vulterana, de elec.in 6.Alex. consi. 106. perspectis. col,penul, uersic,nono probatur,in secundo uol. tamen decisio Concordatorum cum sit iuri contraria debet restringi:& sic in suis propriis terminis intelligi.

3 Præterea generalis † potestas data per Papam alicui vt possit addere,minuere,mutare & corrigere statuta Ecclesiæ non extenditur ad electionem, ut possint electionem prioris in Ecclesiis regularibus mutare:sic consuluit Alex. consi.106.perspectis. col.2.vol, 2.sic ergo.§.monasteriis.non uidetur auferre electionem his qui non consueuerunt petere confirmationem solemniter,vt dicitur in tex.

4 Et ponderanda sunt verba tex.†in §.monasteriis.de elec.in Concord.in quo tria requiruntur.

Primò quod per electionem assumatur, alioqui assumptus reuocari potest. c. cum ad monasterium. §. tales.de statu monach. secus si per collationem.capit.2. de statu monach.

Secundò,quod prioratus sit uerè electiuus,ergo si per præsumptiones probaretur non haberet locum iste tex. etiam si ex fundatione appareret, quod esset verè electiuus, non haberet locum iste tex.nisi consueuerit forma seruari.c.quia propter.vide Bal.in l.fi. C de fals.caus.adiec.leg.

Tertiò,quod in electione forma.c.quia propter,seruari consueuerit, quæ seruari non debet, nisi in prælaturis & prioratibus, in quibus Ecclesia est viduata pastore.glo.& doc.ibi, de Rota decis.452. ex hoc vbi hanc opinionem dicit Euangelicam, & hoc propter magna pericula quæ imminent illis Ecclesiis. Ideo tex.loquitur cum ministerio, quod si in illis prælaturis non consueuerit seruari forma c.quia propter.nō comprehenderetur hic per hoc uerbum, & si consueuerit forma seruari,etiā in aliis inferioribus dignitatibus,voluit hic comprehendi, sed ad tollendum dubiū illius c.quia propter addidit verbum cōsueuerint.

Quartò, quod electionis confirmationes solemniter peti consueuerint, & uerbum (consueuerint) in duobus ad minimum uerificatur. glo.ult.in l.3.C. de Episcopal.audien. & in c.cum Ecclesia Sutrina. in uerbo tertiò.de causa posses.si ergo ista non apparent non habebit locum tex. quia de his quæ non sunt & non apparent,idem est iudicium.l.duo.ff.de test.tutel.

5 Item si probetur quod † prior habet alium supra se, non dicitur tunc Ecclesia uiduata:ergo in illo non habebit locum d.c.quia, vt patet ex decisione. gl.in cap. cupientes.in uerbo regularium. de elec.in 6.alia abunde scripsi. in d.§.monasteriis in Concor.

RESPON. LII.

Confirmationis materia.

SVMMARIVM.

1 *Confirmatio electionis requirit citationē & discussionē.*
2 *Confirmationis effectus impeditur, donec negotium bene ventiletur.*
3 *Argumentum de matrimonio carnali ad spirituale validum est.*
4 *Confirmationis materia intelligitur summaria quoad dilationes,non quoad probationes.*
5 *Iudex quando materiam dilationum amputare debeat, declaratur.*
6 *Sententiæ cum deliberatione sunt proferendæ.*
Nouerca sicut se habet ad priuignos, sic præcipitatio ad iustitiam. ibidem.
7 *Vacatio licet sit dispendiosa, non per hoc tamen confirmari debet non confirmādus, & sine causæ cognitione.*

DE confirmatione contra electum priorem in Ecclesia Issolduni opponuntur crimina, dat's dilationibus contradictor petit electū respondere quibusdam factis, seu additionibus secundis, electus dicit processum esse in statu iudicandi definitiue: quæritur, quid iuris.

Primò summaria est materia confirmationis.cle. dispendiosam. de iudic.

Secundò est vacatio dispendiosa,& animabus periculosa adeo electio facta quàm citius fieri potest debet præsentari. cap.quàm sit.de elec.lib.6.

Tertiò, quia intra mensem debet opponi contra electum, alioqui adhuc dantur uiginti dies,post aliud tem pus non datur.c.1. de elec.lib.6.

Quartò iudex debet dilationum materiam amputare.l.2.C.de tempor.appel.cap.finem.de dolo.& prorogationem litium tollere. cle. dispendiosam. de iudic.c.dispendia.de rescrip lib. 6.

Quintò ex stylo curiæ Bituricen. Ecclesiæ non debet dari nisi unica dilatio in confirmationibus, vt patet in rub.de confirmat.

Sextò maleficiis & subterfugiis hominum est obuiandum.c.sedes.de rescri.l.in fundo.ff.de rei uendic.

1 Contrarium est uerum in †electionis confirmatione,in qua duo copulatiuè requiruntur, citatio, & discussio. c.fi. & ibi ponderat Philip. Francus. de elect. lib.6.alioqui confirmatio est nulla,vt ibi, si repēte fuerit facta, & dicitur repente fieri quando non auditur opponens,& quando fit antequam fuerit inquisitum de forma electionis posita, in c.quia propter.de elec. De meritis elec.an sit legitimæ ætatis,an sit preditus, & scientia ornatus,ac in ordinibus constitutus.c.cum in cunctis.de elec. & melius in pragm. sanct.in tit.de elec. §.deinde. & §.facta autem. vbi dicit quod etiam ex officio non apparente contradictore debet ista inquirere superior confirmans,& omnes circumstātias debitè examinare, uidelicet de qualitatibus extrinsecis,quia de intrinsecis non, cum præsumantur glo.in c.si fortè.de elec. lib.6.

2 Item effectus † cōfirmationis debet impediri quousque negotium sit bene examinatum. c.cum olim. de caus.possess. argum. cap.quia Episcopus. 23.dist.§. si quis autem.in auth.quomod.opor. Episcopos.coll. 1.& §. si quis autem electum. in auth.de sanctiss. Episcopis.coll.9. Pan.&alii,in c.quod sicut.de elec.& c.cū olim.de dolo.uia Pius in trac.de elec.in 3.parte.c.45.

Item si contradictor non fuit admissus ad probandum,uel iusto impedimento detentus non opposuerit, post confirmationem potest opponere. c.fin.qui
3 matrim.accus. poss.† bonum est autem argumētum de matrimonio carnali,ad spirituale. c.inter corporalia.de translat. Episcoporum. facit.c.nulli. de elect.in 6.& pro hoc est gl.& doct.in c.1.de concess.præb.

Item quod dandus sit terminus ad probandum in causa

causa confirmationis tenuit Bald. in l. 2. C. de seruit. & aqua. refert & sequitur Bertachin. in tracta. de Episcop. in 3. parte secundæ princ. lib. 3.

4 Nec obstat quod † causa sit summaria, quia intelligi debet quoad dilationes, non quoad probationes. Bald. in l. præscriptione. col. 9. versicu. quarto quæro. C. si cont. ius. per text. in c. qualiter. in 2. §. debet. de accus. Bart. in l. iudices. C. de iudic. & l. 1. ff. de testam. milit. Barb. plenè in rubric. de probat. coll. 25. & Hippoli. in rubri. ead. circa finem. pro hoc est text. in clem. sæpè. de verbor. significatio. vbi iudex causas summarias breui debet expedire, & dilationum materiam amputare, & litem quanto citius poterit expedire. & ibi dicit Cardinal. non tamen, vt celeritas inordinata interueniat: nam probationes non sunt angustandæ. l. quoniam. & ibi Bartol. C. de hæret. Ioan. Andr. in capit. fraternitatis. de testibus. Bald. in authent. qui semel. C. de probatio.

5 Et sic est responsum contrario illi, quod † iudex materiam dilationum amputare debet, hoc est verum frustratoriam, sed non necessariam. glo. & doctor. in d. clem. sæpe. & scripsi in tract. de senten. execut. arti. 9. vbi plenè materiam istam summariam tractaui, ibi videri potest.

6 † Item sententiæ cum deliberatione & non subito debent proferri. l. 2. C. de sentent. ex breuic. recitand. ibi non subitas, sed deliberatione habita post negotium ponderatas: & sicut se habet nouerca ad priuignos, sic præcipitatio ad iustitiam. cle. pastoralis. §. verum. de re iudic. & in erroris labirinthum incidit qui iudicat priusquam intelligat. cap. sciēdum. 29. distinct. virtus enim lenta est, & omnium percontatrix. iniquitas omnia præcipitat. c. inter hæc. de pœnit. distinct. 3. ideò sententia lata per iudicem cui de mane mittitur processus, & in vesperis fert sententiam non ualet, docto. in c. ponderet. 50. distinc. las. in l. 2. C. de edend. nec sequendum est consilium etiam docti viri ex incontinenti datum. Anton. de Butrio. in c. si pro debilitate. de offic. deleg. col. penult. sequitur Dec. in c. cum venerabilis. col. 5. de except. ideò dicit Specul. in titu. de libel. concep. §. sequitur. versic. fit etiam.

Cum fueris sapiens, attende tempus & horam.
Non patitur stultus semper adesse moram.

Quod si esset verum noceret omnibus consiliis Paris. qui ex tempore respondere solent: sed imputetur postulantibus & consilium tale recipiētibus. Nec obstat

7 quod † vacatio est dispendiosa, quia esto sanè: non tamen ob hoc debet confirmari, non confirmandus, & sine causæ cognitione. vt d. c. fin.

Nec obstat cap. 1. quia loquitur in eo qui debet expectari, sed hic loquimur, in eo qui uult probare, cui non debet negari. ut not. doctor. in d. cap. 1. de elect. & capit. vt circa. ibid.

Item ex stylo curiæ datur vnica dilatio ad inquirendum, sed facta inquisitione datur alia dilatio ad referendum omnia facta, quando ea partibus publicari debent: & postea, alia dilatio ad audiendum ius datur. postea in uersic. saluo arti. fin. dicit iudicem debere sic procedere, saluo de audiendo dictum petētem maiorem dilationem, si in assignatione sibi data, aliquid dicere, proponere, aut probare uoluerit, antequam negotium diffiniatur, & illud habetur in rub. de confirmationib. sed hic contradictor vult adhuc probare & proponere: ergo ei danda est dilatio. Nam non debet sic præcipitari, vt superius dixi. Et sic concludo dilationem dandam.

RESPON. LII.

An signaturæ credatur.

SVMMARIVM.

1 *De signatura an ei credatur, & aliæ quæstiones.*

2 *Signaturæ simplici non creditur, ad hoc, vt secundum illam solam iudicari debeat.*
Signatura quæ dicatur, ibidem.

3 *Signaturæ non creditur, sicut nec scripturæ priuatæ, si adminiculis aliis non iuuentur.*
Signaturæ verificatio potest fieri per literas regias. ibid.
Signaturæ creditur, si confirmata fuerit per librum registri signaturarum. ibidem.

4 *Signatura, si aliud contineat quàm bulla, cui fides præstanda.*

5 *Legatus an adimere possit à bulla, quod est in signatura.*

6 *Superior in institutione dicitur is, in cuius locum situm est beneficium.*

7 *Deuolutio in maioribus beneficiis fit ad Papam.*

1 PRIMA quæstio est, † an signaturæ credatur. Secunda, si aliud cōtineat bulla, aliud signatura, cui credatur. Tertia, an Papa possit faciendo bullam, adimere à signatura, & an videatur si contrariæ reperiantur.

2 Prima quæstio est facilis, quod non † credatur simplici signaturæ, quoad hoc vt secundum illam solam iudicari debeat, ut est in pluribus regulis cancellariæ. Nam signatura dicitur quædam abbreuiatura quæ postea in bulla extenditur: & quemadmodum scriptura non redacta in protocollum notarii, nec habens formam instrumenti non facit fidem quousque fuerit de iudicis mandato in mundum & ad longum redacta. ut est tex. in l. contractus. & ibi Paul. C. de fide instrument. vbi plus dicit, quod si pars primò producat protocollum vel imbreuiaturam, non sufficit, quia non est scriptura munda, sed requiritur vltima, in qua negotium concluditur, sic & in signatura & in bulla dicemus, ut primò bulla sit producenda, & si dubitetur de ea ad signaturam tanquam ad matricem scripturam recurrimus.

Secundò si fuerit approbata per expertos ad hoc: qui deponant eam bonam & non falsam, sed secundum usum aliarum expeditam creditur. Ita uidi seruari in practica quando dubitatur de viribus signaturæ. l. instrumenta: ibi si non aliis quoque adminiculis

3 adiuuentur. C. de probat. vbi † creditur scripturæ priuatæ si iuuetur aliis adminiculis, sic & signaturæ. Practica ergo est in Francia, quod si non possum habere bullam obstante aliquo impedimento, impetro literas regias, ut liceat uerificare & approbare signaturā, uel interdum habebo sumptum bullæ, quod tantum est ac si bullam haberem, sed in quibus casibus: dixi in Concord. rubr. de proroga. dila. in fin.

Item partes non possunt facere quod in iudicio stetur simplici signaturæ, quæ dicitur scriptura priuata, non faciens fidem nisi in cancellaria, ut super ea sumatur, per officiales curiæ forma quæ dat esse rei, & conseruat eam in esse, absurdum enim foret, si hoc esset per partes remissibile. l. nemo. ff. de leg. primo, Philip. Probus in c. tibi qui. num. 13. versic. ex quibus. de rescript. in 6. allegat simile de excommunicatione, sicut enim excommunicatio partium conuentione tolli non potest, nisi absolutio sequatur. c. cum desideres.

de sent.

de sent. excommuni. Ioan. Monach in c.quicunque. col.2.illo titu.in 6. Tamen si illa signatura fuerit probata per librum registri signaturarum faciet plenam fidem, non per se, sed per librum registri, qui facit fidem, sicut notarij protocollum. Paul.in l.contractus. C.de fide instrument.& in authentic.de tabell. colla. 4.& sic indistinctè signatura confirmata, & extracta ex libro registri signaturarū probat. Imo si partes sint cōcordes quod illi credatur qui ad iudicem iuerit.in l.1. §.vnde.ff.de noui oper.nuntiat.ideò solet credi signaturæ si pars non opponat, & ita uidi in iudicio seruari.

4 Secunda quæstio est, si † sola signatura aliud contineat, quàm bulla, & illud quod est resolutiuū bullæ, statur bullæ, nisi signatura per librū registri fuerit approbata: & tunc stabitur signaturæ potius, quàm bullæ, vt si signatura contineat(vt aliquando vidi) signaturam de Prato, ubi in fine scribebātur hæc verba pro uiso, quod beneficium non sit de collatione Epi Pictauiensi, an valeat? vidi quod nō, & fuit reprobata p senatū, quia per signaturam constat de mente conferētis.

5 Tertia, an † possit legatus adimere in bulla quod est in signatura. Respōdeo, sic: si non sit resolutiuum bullæ, quia tunc nō pōt tolli nec addi, secus in circunstantiis & expressionibus: alia videri possunt multa quæ scripsi in regul.cancell.

6 Itē quis dicatur † superior immediatus in institutione? non est dubium quod is in cuius loco situm est beneficiū clem.vnic.de supplend. negligent.prælator.

Sed si Episcopus Aurelianensis conferat beneficiū hic Paris. pleno iure quod vacat in mensibus graduatorum, si Aurelianensis Episcopus recuset conferre, ad quē fiet deuolutio? num ad Archiepiscopum cōferentis, uel ad Episcopū Parisi.breui respōdeo quod ad Episcopum Paris.in cuius diœcesi situm est beneficiū, quia omnes Basilicæ Episcopatus sunt sub eius cura & collatione. c. omnes. 16. quæst.7. tum etiam quia Papa primo adimendo illi collationem non uidetur adimere secundo. arg.l.boues. §.hoc sermone. ff.de rit.nupt. tum etiam quia glos.expressa in d.clem. vna in verbo locorum.dicit locorum, ergo non personarum: si ergo prælatus alterius diœcesis habet prioratum quē conferre negligit in diœcesi Bononiensi, Episcopus Bononiensis supplebit. probat hoc c.2. de supplend. neglig. prælator.ibi in tuo Episcopatu, nec distinguit hæc. gl.vnde sint collatores. facit etiā quod hic text. vult quod ad proximum & immediatum superiorem deuoluatur: sed proximus & proximior est is in cuius diœcesi situm est beneficium, quàm alius: ergo ad ipsum deuoluetur.

Nec refragatur quod in casu delicti deuoluatur ad proximiorem conferentis.clem.si de beneficio.de prę ben. sed is qui confert alteri quàm graduato delinquit, ergo deuoluetur ad proximum superiorē conferentis. Respondeo quod in † maioribus beneficiis

7 est statutū quod fiat deuolutio ad Papam.c.quanquā. de elect.in 6.& hic dicitur quod si alias contulerit ad proximū superiorē fiat deuolutio, quod est notandū.

RESPON. LIII.

An collatio excommunicato facta ualeat.

SVMMARIVM.

1 *Collatio facta excommunicato non valet.*
Appellatione prima deserta non suspenditur iudicatum, alia appellatio non obstante. ibidem.
2 *Appellatio non debet tueri aliquem in iniquitate.*
3 *Appellationis desertio magis nocet, quàm definitiua.*
4 *Paria sunt non appellare, & appellationē non prosequi.*
5 *Cap. præterea. de appellat. declaratur.*
6 *Excommunicationis notificatio, quando requiratur.*
7 *Differentia inter excommunicatum notorium vel occultum non datur, quando agitur de fauore excommunicati.*
Excommunicatio an liget absentem & ignorantem.

CONDEMNATVS fuit quidam à conseruatore priuilegiorum ad restituendum iumentum, vel pro eo ad æstimationem duodecim librarum à qua sentētia appellauit, cui appellanti præstituit iudex certum terminū ad prosequendum intra quē terminum nō est prosecutus ob id iudex pronuntiauit appellationē desertā. Et demum monuit dictum condemnatum in vim sententiæ ut intra certum tempus solueret, quod si recusauerit, suspendit eum à diuinis. Si uerò indurato corde persisterit per alios octo dies eum excommunicauit, à qua monitione appellauit condemnatus. Sed ea non obstante fuit denuntiatus à curato, & interim isti condemnato confertur beneficium. an valeat collatio, quia istam appellationem non fuit prosequutus nec prosequi potest. Respondeo, Dei optimi maximi inuocato præsidio, collationem isti condemnato factam non valere, tum quia est excommunicatus, &

1 † collatio facta excommunicato non valet.c.postulastis.de cleric.excommunicat. minist. tum etiam quia iudex post desertionem liberè sua authoritate vtitur. c.reprehensibilis.de appella.Igitur post desertionem primæ appellationis iudex liberè potuit illum condemnatum monere & cogere ad soluendum, nēpe deserta appellatione, statim fit executio, etiam alia appellatione non obstante. l.quoniā prima. ubi doct. C.de appel.igitur bene fecit cōseruator post desertionem si istum condemnatum monuerit, & demū excommunicauerit sententiam primam exequendo.

2 Item † appellatio non debet tueri aliquem in sua iniquitate.c.præterea primo de appell.Sed si condemnatus posset sic post desertionem appellare, eluderetur sententia iudicis, & tueretur in sua iniquitate appellans, quod non est tolerandum, imò postquam est deserta appellatio: iudex potest sine aliqua contradictione compellere condemnatum ad soluendum.c. personas.ibi, tu illū ex tunc iudicio tuo super his quæ in quæstione uertūtur, sine contradictione aliqua stare compellas. de appella. ubi Dec.expresè tenet, etiā si appellatū fuerit.num.6.ibi uideri potest sic dicens: similiter ampliatur ista conclusio etiam si secunda appellatio interposita fuisset: nam non prosequendo primam cadit à causa, vt hic.& c.cum sit. inf.eod.& sic eo ipso fuit ius quęsitum appellato, quod per secundam appellationē ab eo auferri nō potest. c.ab eo. de elect. lib.6.hęc Dec. Igitur iudex cōdemnatum cogere potuit ad soluendum & recusantem excommunicare.

Item pulchrè dicit Bald.in l.furti. §.1.col.2.ff.de his

3 qui not. infam.quod magis nocet † desertio appellationis, quàm diffinitiua per illum text. quia desertio appellationis fingit retro, sed sententia definitiua non non fingit retro, igitur desertio secundæ appellationis fingit retro, ac si nunquam fuisset appellatum: & sic erit excommunicatus à tempore in literis præstituto scilicet contumaciæ, ergo non ualuit postea collatio facta isti condemnato.

4 Præterea † paria sunt non appellare, uel appellare & non prosequi.c.si à iudice. in fin. ubi not.de appell. in

in 6.& quamuis si condemnatus appellauerit à monitione non valuit appellatio, vt supra dictum fuit: & si ualuerit tamen postea per desertionem habetur ac si nunquam fuisset appellatum, imò postquam appellatio est deserta totum est perditum ipso iure, quia retro fingitur nihil actũ.arg.l.Neratius.ff.de manumiss. testa. l.in lege Aquila si debetur.ad leg.Aquil.Bald.in cap.quod ad consultationem. col.3.de re iudic.

Item deserens appellationem quam emiserat, non potest iterum appellare.c.personas.vbi omnes docto. de appel.sed hic deseruerat primam suam appellationem, ergo iterum non poterat appellare, saltem sine nouo grauamine, sed nõ grauabatur exequendo sententiam, ergo appellare non poterat: igitur excommunicatio lata post istam appellationem, non ualuit, & collatio postea illi facta non tenuit.

5 Nec refragatur. cap.† præterea.in 2.de appell. vbi si quis excommunicatus fuerit sub conditione nisi soluerit si appellet, illa appellatio suspendit excommunicationem ergo & in casu isto respondeo uerum esse quando illam appellationem esset prosequutus alioqui paria sunt non appellare, & non prosequi, ẽt quia appellatio non valebat, cum iam esset deserta: ergo ẽt appellare non poterat qui iudex liberè exequi poterat post desertionem. & ille text.intelligi debet de appellatione valida vt suspendat secus in alia. argum. l.si se non obtulit.§.condemnatum.ff.de re iudic.

Nec obest quod iudex nõ pronuntiauit secundam appellationem desertã. Respondeo non esse opus qđ iudex pronũtiet appellationem esse desertam per tex. in d.c.personas.ibi ex tunc.& ibi hoc firmat Decius de appellat.allegando Angel.idem tenere.in l.si cõtra.C. de appel.& Perus.in c.ex ratione. col.antepen.illo tit.

6 Minusque obest quod † excommunicatio non fuerit notificata isti, quia in his quæ geruntur ratione priuati officij, non est differentia inter occultum & publicum excommunicatum, sed in his tantum quæ geruntur ratione publici officij. c.ad probandum.vbi Dec.de re iudic.c.pastoralis.§.verum.de appell. Aegid. Bellamera decisi.66.secretum.& quando dicatur fieri ratione publici officij declarant gloss. & doct. in cap. cum dilectus. de consuetud. Feder. consil. 231. in aliqua.in fin. sed ista collatio facta condẽnato inspecta persona condemnati dicitur ratione priuati officij: ergo est nulla, tanquam excommunicato facta ut supra dictum extitit, & hoc expressè scribit Felin. in capit. Rodulphus.colum.penult.de rescript.

Item nobiscum facit rubr. de excommunicat. non vitand. in Concorda. vbi sufficit etiam ad vitandum
7 aliquem esse denuntiatum, ut iste erat. † Et in his quæ tangunt fauorem excommunicati non est differentia inter occultum & notorium excommunicatum. ut glo. firmat in rub.de excommunic. in verb. suffragari.in pragmat hic agitur de fauore excommunicati, scilicet, an valeat collatio illi facta? igitur non valet.

Vltimò non obest quod excommunicatio non liget absentem, & ignorantem vt hic prætenditur: quia respondeo non posse dici ignorantem cum fuerit monitus in præsentia, & quia fuit denuntiatus & publicatus quamuis quoad pœnam irregularitatis iustè ignorans non astringatur.glos.in c.quanto.2.quæst.5. cap.Apostolicæ. de excep. c.illud. de cler. excommunic.minist.Roma. consi.336. circa. Anchar.in c.1.no. 6.de concess.præbend.in 6. Sed hic agitur tantum de collatione & non de pœna irregularitatis.

Concludendum igitur est collationẽ factam isti excommunicato quamuis appellasset, & non releuasset non valere possessionemque beneficij ad iudicandam Magistro Petro Dureau, tanquam uerum titulum habenti.& his subscripsi.

RESPON. LIIII.

Vacans cellaria beatæ Mariæ.

SVMMARIVM.

1 *Collatio prius facta ab habente potestatem præfertur alijs collationibus.*

2 *Religiosus impetrans officium an faciat vacare aliud primum quod habebat per adeptionem secundi.*

3 *Dictio statim quõ capiatur in beneficijs statim dimittẽdis.*
Beneficium primum de iure dimittere quis non tenetur, nisi post adeptam pacificam possessionẽ secundi.ibid.

CVm per mortem F. Antonij de Orsteria vacaret cellaria monasterij beate Mariæ de Bascondour. Abbas dict.monasterij illam cellariam Isuardo Rame contulit qui cantoriã in d.monasterio pacificè obtinebat, quam tamẽ dimisit & resignauit intra septem dies. Postea d.Claudius Amę illam cellariam tanquam vacantem à reuerendissimo legato Auenionensi, seu eius vicario impetrauit, & eidem fuit collata: quæritur quis istorum
1 habeat ius in d. cellaria. Et breui † respondeo quod Isuardus cui primo fuit collata ab eo qui habet potestatem: & in his prioritas datæ attenditur.c.eam te.de rescript. cap.duobus. illo tit.in 6. cap.eum cui.de præbend.in 6.sed iste est prior cui fuit facta collatio: ergo est aliis præferendus.

2 Nec † refragatur quod d. Rame iam obtinebat cantoriam in d.monasterio quæ est officium. Et non potest religiosus duo obtinere officia. cap. cum singula. de præbend.in 6.sed per adeptionem secundi vacat primum, sicut in aliis, vt ibidem dicitur.& in c.de multa.de præbend.ideò cantoria vacabat per adeptionem cellariæ, non verò cellaria: igitur impetrari non potuit cellaria, tanquam vacans sed cantoria sic.

Nec obstat d.c.cum singula, ubi religiosus statim tenetur omnino dimittere primum quod nisi fecerit, ex tunc eo ipso efficiatur ineligibilis, & tanquam ambitiosus, ab vtroque penitus repellatur: sed iste Isuardus non statim dimisit: ergo ab vtroque repelli debet.

3 Respondeo quod iste Isuardus † statim dicitur dimisisse, cum dimiserit post sex vel septem dies, à die collationis sibi factæ, quia licet illa dictio statim variis modis accipiatur, vt per glos. & Bartol.in l.obligari. §. tutor.ff. de author.tutor. & in instit.§. tutor. plenè Lucas in l.diu. C.de susceptor.lib.x. vbi dicit dictionẽ statim ꝑ arbitrio iudicis relinqui.l.1. ff.de iure delib.videlicet vt intelligatur cũ aliquo tẽporis temperamento.l.ratũ ff.de solut.ergo licet dicat text. statim dimittere teneatur, dicitur statim dimisisse qui retinuit paruo tempore.l.promissor.ff.de constit. pecun. quia in mora modici temporis non est magnum præiudiciũ. l.si debitori.ff.de iudic. etiam pœna commissa potest purgari intra tres plures ve dies. l. & si post tres. ff. si quis cautio. & emphyteota potest celeri satisfactione purgare morã.c.potuit.de loca. Multò fortius potuit hic Isuardus post sex vel septem dies resignare d.cãtoriam, & de iure & de facto dimittere. Nam de iure nõ tenetur quis dimittere primum nisi à die adeptæ pacificæ possessionis. c.commissa. de elect.in 6.glos.in extrauag.execrabilis.§.qui uerò.in verb.possessionẽ. vbi in glos.seq. dicitur. vbi potuit percipere fructus ex secundo, sed ex tam paruo tempore nõ potuit recipere fructus secundi: ergo primum aliàs non vacabat. c.si tibi concesso.de præb.in 6.nec debemus ista strictè intelligere

telligere verba, vt faciamus quem inhabilem, nam dolum requirit. d.extraua. execrabilis. quod non potest hic notari.

Item non potest dici quod iste Isuardus non fecerit, quia patet eum resignasse ante octo dies à die collationis cellariæ sibi factæ. per l. qui nō facit. de regul. iur. ff. & primo Esdræ. c. 4. dicitur: videte ne negligenter hoc impleatis: quæ quidem negligentia non potest notari in isto Isuardo. Ex prædictis concludo d. Isuardum habere ius in d. cellaria, & quamuis cantoriam non dimiserit per septem dies nulla potest prætendi cellariæ vacatio: & sic non poterat impetrari ex illo capite, & quia res est clara & valetudine aduersa pressus sum: ideo his contentus me subscripsi.

RESPON. LV.

Mandatum insinuatum.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum à Papa Clemente impetratum ad primum beneficium vacaturum, & rectè insinuatum.*

2 *Beneficium primum vacans, est affectum dicto mandatario, quo existente alijs conferri non potest.*

3 *Ordinarius conferre duo beneficia curata non potest, nisi facta fide de dispensatione.*

Legatus de cuius legatione non constat, beneficia conferre non potest.

Collatio per alium fieri non potest, quando Papa conferendi potestatem sibi reseruauit. ibidem.

4 *Beneficium, à non religioso obtineri non potest.*

Regularia regularibus, & secularia secularibus debentur. ibidem.

5 *Mandatum simile mandato in concordatis posito.*

6 *Mandatum conueniens regularibus.*

7 *Clausula, eique cura immineat animarum, in mandato non inserta an obstet.*

Demonstratio frustra rei declaratæ adijcitur. ibidem.

8 *Clausula dummodo electiua, & conuentualis dignitas non sit in mandato ad regularia apposita non vitiat mandatum.*

9 *Mandatum non vitiatur per modicum defectum.*

10 *Mandatum an expiret morte mandantis.*

Pour monstrer le bon droict de messire Estienne Tallane religieux profés en l'Abbaye de sainct Nicolas de Miseray, au diocese de Bourges, dit qu'il a impetre vn mandat du Pape Clement au premier benefice qui vacquera, à la disposition de l'Abbe' de ladicte Abbaye. Lequel mandat a deuëment insinué, & apres le mois de son insinuation: & aduenant la vacation du premier benefice a accepte' ledict benefice, & requis le vicaire dudit Abbe', lequel la presenté, & l'Archeuesque de Bourges l'a institue' au benefice de sainct Martin.

[Ad æquitatem demonstrandam, qua dominus Stephanus Tallant religiosus nititur, professus ex Abbatia sancti Nicolai de Miseray in diœcesi Bituricen-
1 si, dicit se † mandatum à Papa Clemente imperrasse ad primum beneficium vacaturum secundum dispositionem Abbatis dictæ Abbatiæ. Quod mandatum ritè insinuauit, & post suæ insinuationis mensem, & principium vacationis primi beneficii, dictum beneficium acceptauit, requirens vicarium dicti Abbatis, qui eum præsentauit, quem & beneficio sancti Martini Bituricensis Archiepiscopus inuestiuit.]

Par quoy est certain & notoire que ledit benefice luy est deu: car le premier benefice vacquant est deu & affecte audit mandataire, lequel ne peut estre confere à autruy. [Quapropter certum & notorium est hoc ei beneficium debitum esse,
2 Nam † primum beneficium vacans est dicto mandatario affectum, quod alij conferri non potest] alias *la collation est nulle,* [collatio esset nulla.] cap. si capitulo. de concess. præbend. in sexto.

Item quand il y a vn mandataire, aussi ne peut estre confere' aux nomme's, ne gradue's, ainsi qu'est declare' au tiltre [Item, existente mandatario, illud ne nominatis qui dē, aut graduatis conferri potest, vt titu.] de mandatis Apostolicis in Concord. §. declarantes. decisum est. *Et par ainsi la collation faicte à maistre Iacques Dangest soy disant nomme', ne vaut rien: & aussi que le benefice n'est vacqué aux mois des nomme's, ains à vn autre mois non affecte' ausdits momme's, ne graduez, mais est tousiours affecte' aux mandataires.* [Atque ita collatio domino Iacobo Dangest facta, qui se nominatum dicebat, non valet. Neque etiam beneficium in mense nominatorum vacauit, sed in alio nominatis aut graduatis non affecto, mandatarius vero affectum semper remansit.

Item aussi que ledit Dangest n'est deuëment qualifie', ainsi qu' appert par ses lettres qu'il a produictes. [Adhæc prædictus Dangest non is est, qui ritè sit qualificatus, vt ex literis apparet ab eo productis.]

Item, pour ce qu'il a vn autre benefice cure', & n'est dispense',
3 [Item quia aliud adhuc † beneficium curatum est, & dispensatum non fuit] ad duo curata: ideò ordinarius, non facta prius fide dispensationis, nō debuit cōferre. c. ordinarii. §. in conferēdis. de offic. ordinar. in 6.

Item, touchant de maistre Antoine du Prat, disant auoir collation du Legat, est tout notoire que le Legat n'a peu conferer le dit benefice, car n'appert de sa legation: & encores qu'il apparust. [Item quantū attinet ad magistrum Antonium du Prat, qui se collationem à legato habere affirmat, notorium est quod legatus beneficium non potuit conferre, quia de eius legatione non constat: & etiam si constaret] non potuit cōferre in præiudicium mandatarii, quia Papa sibi tantum reseruauit, vt posset conferre: ergo alius non potest. in § declarantes. de mandat. Apostol. in Concorda. & quia inferior legem superioris non tollit. clem. ne Romani. de electio. & ita expressè tenent Archidia. & Philip. in c. si postquam. de præbend. in 6. etiam quia legatus non potest derogare Concordatis, quæ volūt vt mandatarii omnibus etiam graduatis & nominatis præferantur.

Item, ledict du Prat n'est religieux, & par ainsi incapable à te-
4 *nir ledit benefice,* [Item prædictus du Prat non est † religiosus, atque ita incapabilis ad obtinendum dictum beneficium,] de quo est quæstio. *Car est regulier,* [Nam regularis est,] & regularia regularibus, secularia que secularibus debent conferri. §. volumus. de collat. in Concord.

Item par ainsi appert que ledict benefice est deu audict messire Estienne mandataire: car le mandat est faict selon le style de Rome, & est selon les Cōcordats, car par lesdicts Cōcordats n'est inscripte aucune forme pour les reguliers: mais est dict par iceux Concordats. [Ex hoc itaque apparet, quod prius dictum beneficium domino Stephano mādatario debeatur. Nam mandatū secundum stylum ciuitatis Romanæ & Concordata factū est. Cōcordatis etenim nulla est forma pro regularibus inserta, sed in illis continetur,] Quod ꝓ regularibus similis forma illis detur, & postquam non est contra formam, sufficit in regularibus.

5 Item, apparet quod hoc † mandatum est simile mandato posito in Concordatis, tum quia habet executores & clausulas substantiales, sicut mandatum descriptum in dictis Concordatis, & sufficit quod sit in effectu simile. Bald. & Iason in l. qui liberis. ff. de vulg. & in glos.

glos. Concordatorum dicitur, quod non requiritur omnimoda similitudo.

6 *Item ledict mandat* [item prædictum † mandatum] est conueniens regularibus, *& par ainsi est bon & vallable, & selon le Concordat qui requiert* [atque ita validū est, & secundum Concordata, quæ requirunt] quod pro regularibus similis forma illis couenìens detur. Et ibi ponuntur multæ differentiæ inter mandata seculariū & regularium, in verbo, conueniens. *Doncques ne faut regarder la forme des seculiers pour iugerles mandats des reguliers nuls:* [igitur forma secularium non debet considerari, ad hoc vt mandata regularium nulla iudicentur:] neque necesse erit, quod omnia quæ in mandatis secularium requiruntur: sint necessaria in mandatis regularis, sed requiritur similis forma quoad affectum.

Item ne faict rien si l'on veut dire que la clause [Item non 7 obstat si dicatur quod illa † clausula] eique cura immineat animarum. *n'est inseree audict mandat: car* [prædicto mandato non sit inserta: nam] illa clausula nō est nisi quædam additio seu declaratio ad clausulam substantialem præcedentem, in qua est satis expressum de cura, dum dicitur in dicto mandato: beneficium ecclesiasticum cum cura, vel sine cura, per eosdem canonicos obtineri solitum cōferas, etiamsi prioratus, præpositura, præpositatus dignitas, psonatus, administratio, vel officium fuerit, dummodo &c. *Car* [nam] ista clausula (Eique &c.) non est necessaria, quia rei iam declaratæ frustra adijcitur demonstratio. l. j. ff. de dot. præleg. *appert qu'il est asse's dessus declare':* [constat supra satis declaratum esse:] ergo non fuit opus iterum repetere: sed hoc facit aliquādo Papa causa maioris expressionis, & dubitationis tollendæ: tamen si postea in aliis mandatis non apponantur, non lædunt. l. qui mutuam. ff. mandat.

Et aussi a la forme des seculiers est necessaire. [Ad formam quoque secularium necessaria est] ista clausula, Etiāsi, &c. quia in ea dicitur, Canonicatum & præbendam, aut dignitatem, personatum, administrationem, vel officium, aut aliud beneficium Ecclesiasticum, cum cura, vel sine cura, &c. *Et n'est faicte mention si la dignite' a cure. Pource est necessaire de l'exprimer a la fin, & pource est mis ceste clause,* [Neque aliqua dignitatis cum cura mentio facta est. Quapropter necessarium est ut in fine exprimatur: & ideo posita est ista clausula,] Etiamsi dignitati, personatui, administrationi vel officio huiusmodi cura immineat animarum. *Mais au mandat dudit Tallant, est autre chose,* [Sed in mandato dicti Tallant, est aliud,] si bene inspiciatur vtrumque mandatum.

Item ne faict rien si lon veult impugner le mandat, pource que 8 *la clause,* [Item non obstat, † quòd mandatum impugnare uelint per illam clausulam,] Dummodo electiuè, uel electiua, & dignitas conuentualis non existat: Ideo quòd illa uerba, Dignitas conuentualis, non erant necessaria. *Car a cela y a bonne responce,* [nam ad hoc facilè respondetur,] quòd licet non essent necessaria, tamen non vitiant, *ainsi qu'il a este' proue' dessus. Et ceste clause se doit entendre,* [vt supra probatum est: clausula verò ista intelligi debet,] quod omnia beneficia debentur mandatariis dummodo dignitas conuentualis nō sit electiua, *pource que ausdicts Concordats les dignite's electiues conuentuelles appartiennent a la nomination du Roy* [quia in d. Concordatis dignitates electiuæ conuentuales spectant ad Regis nominationem,] in §. monasteriis, de nominat. Regia. *Et par ainsi le Pape les a voulu excepter. Et ce mot* [Quare Papa eas voluit excipere. Et hæc dictio] conuentualis, *n'est sinon vne declaration, laquelle ne vitie point. Et le mandat, de quoy est question, est general. Car n'excepte sinon la dignite' electiue & conuentuelle, a cause de la copulatiue,* [tantum declaratio est, quæ non vitiat. Mandatum verò, de quo quæstio vertitur, generale est. Nihil enim præter dignitatem electiuam & conuentualem excipit, propter copulatiuam.] Et conuentualis. *Autre chose seroit, si au mandat estoit mis,* [aliud esset, si in mandato haberetur,] vel conuentualis, quia tunc exciperetur dignitas tam collatiua, quàm electiua conuentualis. *Et par ainsi le mandat ne seroit general, comme est le mandat dudict Tallant. Autre chose est, quand le mandat seroit restrainct,* [Mandatum itaque non esset generale, prout mandatum est dicti Tallant. Alia verò res est, quando mandatum restrictum esset] per ista verba: dummodo prioratus seu alia dignitas conuentualis, vel officium cl australe nō existat. *Certes vne telle clause, pour ce qu'elle est fort restrictiue du mandat, doit vitier le mandat. Mais nous sommes en autres termes, ausquels plairra aduertir,* [Talis certè clausula, quia multum restrictiua mandati est, debet mandatum vitiare. Sed in alijs versamur terminis, quos cōsiderare non dedignaberis,] ne quoddam arestum allegatum mihi noceat, *car il n'ya conformite' quelconque, auec le cas dudict arrest.* [quia nulla eius conformitas est cum casu aresti prædicti.]

Item au grand conseil present monsieur le Chancelier, plusieurs maistres des requestes, & grand nombre des Conseilliers, a este' conclud & declare'. [Item in suprema curia, præsentibus domino Cancellario, plurimis libellorum præfectis, & multis Consiliariis, cōclusum & declaratum est] in causa præbendæ Agenensis, pro Arnaldo Gabrielagues *dict du Gabre'* [nominato du Gabre'] mandatario, contra magistrum Petrum Guiste canonicum Agenensem anno 1536. in mēse Ianuario, quod 9 † modicus defectus non vitiat mandatum: & non obstāte defectum plenum possessorium fuit dicto mandatario adiudicatum, licet dictus mandatarius esset secularis, & forma ad verbum sit in Concordatis inserta. *Par plus forte raison doit estre adiuge' ledict benefice audict mādataire, lequel à l'impetration a garde' le style de Rome, & du Concordat, car il n'y en a aucun pour les reguliers: mais suffit qu'il soit semblable aux seculiers, comme est la presente forme du mandat dudict Tallant.* [Multò magis debet beneficium prædictū adiudicari dicto mandatario, qui in impetratione non tm̄ Romæ stylum, sed & Concordatorum obseruauit, nam pro regularibus nullum extat: sed sufficit quod sit secularibus simile, prout est forma mandati dicti Tallant.]

Item ne fait rien que le mandat [Item nil repugnat 10 quod † mandatum] morte mandantis expirauerit. *car cela s'entend quand le mandataire n'auroit insinue,* [nam hoc intelligitur, quando mandatarius non insinuasset,] nec deuenisset ad aliquem actū tendentem ad affectum mandati. c. si super gratia. de offi. deleg. in 6. & c. si cui. de præbend. eod. lib. & hoc expressè decidit glos. in §. item voluit. in verb. mandatum, de collat. in Concordat. *ioinct aussi qu'il a este' accorde'* [quamuis ēt accordatum fuerit] per uiam contractus, quod Papa possit concedere tempore sui Pontificatus vnum, vel duo mandata, prout ibi declaratur. Quod quidem debet intelligi, quod possit concedere cum effectu. cap. relatum. de cleric. nō resident. Non esset cum effectu concedere, nisi prouideretur mandatariis ēt post mortem Papæ, quia per mortem vnius ex contrahentibus non tollitur contractus, imò transit ad hæredes. §. ex conditionali. Instit. de verbor. obligat. Ergo hoc mandatum, in Regno hoc Franciæ maximè, non expirat: quia non est gratia facienda, sed facta. glos. in uerbo, sui Pontificatus, de mandat. Apostol. in Concord. *Et pource que les mandats s'y octroyent* [Tum etiam quia mādata conceduntur] in fauorem regnicolarum, vt

in

in proœmio Concordatorum patet: quod non esset, si morte Papæ expirarent. Imò res nummaria Galliæ exhauriretur tot impetrationibus mandatorum, cōtra mentē Regis declaratā, in proœmio Concord. *Item aussi la clause adioustee* [Clausula insuper apposita] in fine mandati, volumus autem &c. *ne peut nuire: car ceste clause est mise* [non potest nocere: ea enim clausula posita est] in non obstante &c. *parquoy* [ideò] verba poni debent in ijs non obstantibus pro qualitate facti & personæ. *& pource,* [& idcirco] si illegitimus impetrauerit mandatum, debet poni, non obstāte quod de legitimo matrimonio natus non fueris, & aliæ nō obstantiæ necessariæ: & licet superfluæ essent, non vitiabunt mandatum, vt supra dictum extitit. *Et par ainsi concluant dit ledict Tallant que le recreance luy doit estre adiugee, comme ayant le plus cler & apparent & meilleur tiltre, & ainsi le demande auec despens, dommages & interests.* [Quare dictus Tallant concludens dicit, quod fiduciaria possessio sibi debeat adiudicari, vt euidentiore & meliore titulo fundatus, atque ita petitio, cum damnis, & expensis fit.

RESPON. LVI.

Quæ forma in mandatis sit præstituta.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum an sit factum iuxta formam in Concordatis conscriptam.*
Forma mandatorum regularium similis esse debet formæ mandatorum secularium, quæ hic describitur.
2 *Superflua in mandato non sunt exprimenda.*
3 *Religiosi plura beneficia obtinere non possunt.*
4 *Insinuatio facta priori claustrali, & conuentui an valeat vacante sede Abbatiali.*
5 *Capitulum sede vacante gerit vices episcopi, & conuentus vice Abbatis.*
6 *Glo in §. item voluit. in verbo absentia. de colla. in pragma. reprobatur.*
7 *Insinuatio facta priori, vel sub priori claustrali absente Abbate valet per constitutionem regiam.*
8 *Ignorans affici non debet pœnis, quæ imponuntur non obedientibus.*
9 *Beneficium modici valoris resignatum an debeatur mandatario.*
10 *Coniecturæ resignationis fraudulentæ ponuntur.*
Clam fieri quando dicatur. ibidem.
11 *Beneficia tantum per obitum uacantia mandatarijs deberi declarauit Leo Papa, propter fraudes uitandas. & numero 12.*
12 *Mandatum recte & secundum Concordatorum formam expeditum.*
13 *Beneficia non uacantia mandatarijs non debentur.*
Cap. Dudum de prabend. lib. 6. declaratur.
14 *Beneficia uacantia per resignationem non debentur nominatis nec graduatis, ita nec mādatarijs Apostolicis.*
15 *Beneficium, quando notorium est mandatario nō deberi, tunc non est expectanda eius euictio.*
16 *Mandatum ex infra dicendis improbatur.*

RES difficultates maximæ in hoc processu inter fratrem Nicolaum Picquet, & magistrum Dionysium Carre agitato. Quarum
1 prima quæstio est: an † mandatum religiosi Nicolai Picquet dicatur esse factum iuxta formam in Concordatis conscriptam? Respondeo in mandatis regularium non esse certam formam præstitutam, in Concordatis, sed tantum secularibus. Ideo oportet q͠ forma mandatorum regularium sit similis: & conueniat formæ mandatorum secularium. Et dicitur conuenire quando mandatum regularis partes habet substantiales alterius mandati secularis. Primò quòd sit ibi salutatio, vt est in hoc mandato, in prin. Iulius, &c. Secundò narratio quæ est ibi religionis zelus, &c. Tertiò dispositio ibi, ac volentes, &c. Quartò non obstante ponūtur ibi: non obstantibus constitutionibus, &c. Quintò, quòd sit data: sed in isto mandato istæ quinque partes adsunt: ergo est simile & conueniens formæ mandati secularium. Ideo valet, nec potest dici cōtra formam esse vbi aliqua non est.

Non obest, q͠ clausula pro expressis habentes nō sit apposita in hoc mandato. Respōdeo, quia non erat necessaria, Cum d. Picquet nullum haberet beneficium, nec officiū. Imo si fuisset inserta superuacua fuisset, &
2 † superflua nō sunt conscribenda in mādato, vt pluribus arrestis fuit dictū, vt dico in forma mād. in Cōcor.

Et quamuis ratione formæ non seruatæ in secularibus esset dubium, tamen in regularibus non. Nam Pa
3 pa scit illos † religiosos non debere plura obtinere beneficia c. cum singula. de præben. in 6. Ideo omisit illā clausulam nolēs istum religiosum gaudere posse hoc mandato, si aliud haberet beneficium, sed seculares nō sunt ita incapaces pluralitatis, sicut religiosi, vt probant doctor. in c. de multa. de præb. Alia scripsi in glo. Concord. huic quæstioni valde accommoda, quæ ibi uideri poterunt, in dicta forma mandati.

4 Secunda quæstio est, an † insinuatio vacante sede Abbatiali facta priori claustrali & conuentui valeat? Respondeo existimarem valere per c. eam te. de rescr.
5 Nam † vacante sede capitulum gerit vices Episcopi. c. 1. Ne sede vacante. & conuentus vice Abbatis, ut ibi, & c. cum olim. de maior. & obedien. Sed si fuisset insinuatio & presentatio mandati facta vicario Episcopi vel Abbatis, & gerens vices valeret: ergo & in hoc casu valet: maximè quia per mortem Abbas videtur abesse, c. si delegatus. de offic. deleg. in 6. & l. mulieris. in fin. de verbo. signi. ff. & absente Abbate valet presentatio facta priori claustrali ergo & hoc casu.

6 Nec obest † glo. in §. item voluit. in verbo absentia. de colla. in pragma. quæ vult valere insinuationem si Abbas tempore insinuationis erat de capitulo, alias contra, sed fallitur, quia siue sit de capitulo, siue non permissum est præsentare capitulo & conuentui, sede vacante: ergo illa permissio frustratoria esset. & d. cap. eam te. narrat factum, vt doc. ibi asserunt, & ista est cōmunis sentētia, ibi quòd præsentatio facta capitulo ligat prælatui successorē siue esset de capitulo siue nō.

Alioqui si non esset aliquis abbas intra annum uel duos annos mandatarius, sic amitteret mandatum suum, non ualens præsentare illud alicui, nec beneficium requirere.

Et quamuis insinuatio non possit fieri illi qui non potest conferre beneficia quæ spectant ad collationē Episcopi, cap. 2. ne sede uacante. tamen poterit conferre beneficia, quorum collatio est necessaria, ut illa quæ mandatario, uel nominato fieri debet. Panorm. & alii in d. c. 2. Ideo presentatio mandati fieri potuit conuentui uacante sede: cum ipse conuentus potuisset requiri uacante sede, si beneficium uacasset post mensem à die præsentationis mandati: & quamuis de iure uideatur esse aliquod dubium: tamen hodie
7 extat lex regia, in tit. *des gradue's simples.* artic. 9. ubi † statutum est ualere insinuationem factam priori claustrali,

ſtrali, vel ſubpriori abſente abbate, igitur ſtabimus cõſtitutioni Regiæ: & ſi dicat quis loqui in graduatis, & nominatis, tamen idem in mandatariis ſtatuit idem Rex in tit. *des mandats*, artic. 8. ſeruandum illum 9. articulum etiam in mandatariis, & ſic in hoc regno nullum dubium erit poſt legem Regiam, quòd valeat præſentatio mandati facta conuentui, mortuo abbate, vel capitulo mortuo Epiſcopo: & ſic poſtquam erat facta legitimè, non erat neceſſariò iterum facienda ſucceſſori, ut ſcripſi in tracta. de nomina. q. 14.

Etiamſi dicatur collationem valere ab abbate factã, & à prælato poſt præſentationem factam vicario: ſed communis ſententia eſt in contrarium. Maximè quia in mandatis eſt clauſula decreti decernentis, irritum, & inane quidquid in contrarium factum fuerit, quæ clauſula ligat etiam ignorantes, c. dudum. de præben. in 6 & maximè quia per præſentationem affectum erat beneficium mandatario. Ob id alteri conferri non potuit. c. ſi capitulo. de conceſſ. præben. in 6. ſed prælatus ignorans non debet affici pœnis iuris.

8 Ideo dicimus † Abbatem, & Epiſcopum non ligare ignorantem, quoad pœnas iuris quæ imponuntur non obedientibus, quas poſui in tract. nominat. q. niſi enim quis ſciat non afficitur pœna. l. ex maleficiis. ff. de actio. quia ignorantes non tenet pœna. l. fin. de decre. ab ord. fac. ſed bene ligantur ordinarii, ut non valeat collatio alteri facta quàm mandatario: & ſic per præſentationem priori clauſtrali, & conuentui factã affectum fuit beneficium dicto Picquet mandatario, igitur collatio alteri facta non ualet.

9 Tertia quæſtio eſt, eò † quod beneficium modici valoris fuit reſignatum, an debeatur mandatario? Reſpondeo ſine fraude de iure deberi mandatario, ut c. ſi. de renuntia. lib. 6. ſed cum fraude non, ut ibi. Sed in hoc Regno Franciæ habemus declaratum, in §. volumus. de colla. in Concor. ubi beneficia uacantia cauſſa reſignationis non debentur graduatis, nec nominatis: ſic nec mandatariis, cum non inueniatur diuerſa ratio imo præferuntur tam de iure quàm etiam per Concord. graduatis: ergo declaratio in graduatis facta, etiam locum in mandatariis habebit, & ſi creditores interrogati fuiſſent hoc dixiſſent, ut eſt uerisſimile ad euitandas has ordinariorum fraudes, alioqui ſemper ſuſtinebuntur collatores in ſua malitia, & fraude.

10 † Coniecturę fraudis ſunt hæ, quòd ratio nulla hoc veriſimile reddit, ut quiſquam beneficium multis forte expenſis, & laboribus acquiſitum quo ſuſtentari debet facilè ſine magna cauſſa ſpontè ſua reſignet: ideo ſuperuacuum eſſe nõ credimus cauſſam reſignationis diligenter conquiri. c. ſuper hoc. de renunt. ideo debet reſignans interrogari iuramento medio, etiam officio iudicis, qua de cauſſa motus ipſe reſignauit, & ſi deinceps alia beneficia maiora, & uberiora affectet.

Secundò, quod intra ſex menſes non accepit poſſeſſionem beneficij, is cui fuit oblatum, vt clandeſtina eſſet reſignatio, & clam dicitur fieri illud, quando nõ poteſt deuenire in notitiam eius cuius interſit. l. clam poſſidere. ubi doc. ff. de acquir. poſſeſſ. Deci. in l. quò tutela. §. clam. ff. de reg. iur. ſed iſta eſt ſimilis: ideo non debet obeſſe mandatario ſimulata, hæc & fraudulenta reſignatio.

Tertiò quando beneficium pingue eſt collatum reſignanti, d. cap. fin. uel aliud melius, ſuo beneficio reſignato, aut ei promiſſum.

Quartò quando durante infermitate beneficiati habentis pingue beneficiũ modicũ: ſic eſt reſignatum.

Quintò quando per famulum, uel domeſticum collatoris: quia inter domeſticos præſumitur fraus, & ſcientia.

Sextò quando huic reſignanti data eſt penſio à collatore, uel aliud, quò reſignaret modicum beneficiũ ad excludendum mandatarium, ſed omnes iſtæ coniecturæ ferè ſunt in hac reſignatione, licet duę uel tres ſufficiant: & quia hoc eſt ſolitum ab ordinariis fieri: & bonum eſt argumentum à ſolitis. l. certi condictio. §. ſi nummos. ff. ſi cert. peta. Itaque concludendo, ut mandatarius per calumniam, & fraudem ordinarii non priuetur ſuo mandato, non poteſt prædicta reſignatio in fraudem illius facta dicto mandatario obeſſe: ideo beneficium uacans per obitum illi debetur:

11 maximè cum ſit † declaratũ à Leone Pontifice Maximo, ut beneficia tantum per obitum uacantia mandatariis debeantur ad euitãdas fraudes ordinariorum: ut ſcripſi in tract. nomina. quæſt. 15. nume. 50. ubi allego arreſtum ad hoc accommodum interueniſſe, cui etiam ego ſubſcribo. Datum anno 1553. in menſe Decembri.

12 Viſo † mandato magiſtri Antonii Regnier puto illud eſſe debitè expeditum: & ſecundum formam Cõcordat. Nempe partes quatuor u el quinque, quæ in aliis mandatis eſſe ſolent, in hoc mandato Regnier reperientur: per quas apparet eſſe ſecundum formam in hoc regno Franciæ vſitatam: & quamuis multæ clauſulæ deſint, uidelicet ad canonicatus, & præbendas, tamen non minus ſubſiſtit, quia dum mandatũ dirigitur abbati, uel priori, & conuentui: & ibi non ſunt aliquæ præbendæ, & forma aliqua non eſt pro illis præſtituta, in Concordatis: ſed ſimilis forma, & cõueniens ſeruari debet, ut dicitur in dictis Concordatis poſt formam literarum executorialium. Nec etiã in Concordatis adhibetur aliqua forma clericis ſecularibus qui dirigunt mandata ſua regularibus ad beneficia ſecularia. Sicut eſt mandatum d. Regnier, ideo ſufficit, quòd ſit ſimile, & conueniens illis quibus dirigitur ut ſcripſi in Concorda. nec ſuperflua adiicienda ſunt in mandato, unde puto hoc mandatum eſſe rectè expeditum: & non repugnans formæ communi Franciæ, ſed conueniens.

Et ſic cum mandatum fuerit rectè, & ritè expeditum debetur d. Regnier beneficium ſancti Pontii de Baugi diœceſis Heduenſis, quod dicitur vacaſſe per mortem vltimi poſſeſſoris: nam per declarationem Leonis Pontificis Maximi beneficia per obitum tantum uacantia, propter fraudes uitandas debentur mãdatariis, quæ declaratio fuit facta anno 1504. Kalen. Octobris 13. Facit c. fin. de renuntia. lib. 6. Vnde non obeſt d. Regnier, quia beneficium de Chambilli uacauerit per reſignationem, & ſic erat debitum d. Regnier mandatario, quia iam erat collatum per dominun Legatum Verallum: & ſic non erat uacans,

13 & † beneficia non uacantia mandatarius habere non poteſt, capitulo primo, & per totum. de conceſſ. præb.

Nec obeſt, cap. dudum. de præben. lib. 6. ubi beneficium uacans per reſignationem debetur mandatario, quòd ibi prima prębenda erat reſeruata nõ potuit Legatus tollere. Sed in hoc Regno non fuerunt aliquæ expreſſæ reſeruationes: quia ſunt prohibitæ in Cõcorda. in ti. de reſerua. Ob id ibi debebatur mandatario ratione reſeruationis, etiam quia ibi mandatum erat cõceſſum poſt poteſtatem conceſſam Legato: & ultima derogant prioribus, l. ſi nihil. §. ſi. ff. de leg. 1. ſed in hoc facto mandatum d. Regnier eſt commiſſum ante poteſtatem datam, domino Legato Verallo: ergo per nouiſſimam poteſtatem Papa voluit vt dominus Legatus poſſet admittere reſignationes. Non obſtãtibus

quibuscunque mandatariis, quibus non fieret præiudici um: quia beneficium postea vacans per obitum debebitur mandatario: & ibi non apparet de potestate amplissima Legati, sicut de potestate domini Legati Veralli. Et hæc sententia fuit confirmata arresto Senatus in una præbenda Carnoten. resignata, corā Legato, quæ fuit resignatario adiudicata: & reiectus fuit mandatarius anno 1537. in uigilia Pentecostes. vt scripsi in tract. nomina. in 15. q. nu. 51. hodie uerò non est dubitandum in regno, quia delegatus fuit receptus, & eius potestas publicata, & approbata.

Etiam quia aliam legem in regno habemus: videlicet Concordatum per quod, in §. volumus. de coll.
14 statuitur vt † beneficia vacantia per resignationē nō debeantur nominatis, nec graduatis, sic mandatariis Apostolicis, & ita recepit Senatus, ut dixi: igitur illi declarationi tanquam necessariæ standum erit.

Nec obest quod quia dictus Regnier acceptauit aliud beneficium, uidelicet de Chambilli, quod nō fuit sibi euictum: ergo sibi debetur: & non beneficiū Bau
15 gi. Respondeo quando est † notorium beneficium non esse debitum mandatario, nec nominato: tunc non est expectanda sententia, vt docet gl. in §. itē quoad dictas in verbo nominatorum. de collat. in Pragm. quia debet quis bonam fidem agnoscere. l. quotiens. §. denique. ff. de administ. tut. Oldrad. consi. 304 infrascriptæ num. 8. Sed notorium erat beneficiū de Chambilli esse resignatum, coram d. Legato Verallo, & resignationem admissam. Et sic non uacare ob id d. Regnier agnouit bonam fidem, & noluit illud prosequi. Videns sic resignatum & expeditum: sed postea appa ret per sententiam esse recredentiā concessam alteri.

Etiam alia beneficia quæ allegantur uacasse non erant sub præsentatione do. Prioris de Marsigi, & si esset quod non vacauerunt ante mandati præsentationem, & ante mensem post præsentationem, & sic nō erant debita mandatario, & si sint modici valoris mādatarius non tenetur acceptare nisi excedat valorem decem librarum Turonen. vt declarauit Marti Papa, anno 1426. die prima Septembris, ut scripsi in §. declarantes, in verbo comprehensa, versic. 8. de mandat. Apostol. in Concord.

Ex quibus apparet beneficium de Baugi deberi domino Regnier mandatario, tam de iure communi quàm de iure Gallorum, & sic per Concordata: & per declarationem tam Papæ quàm Senatus. Et subscripsi anno 1553. die 6. Octobris.

16 † Aduertendum est, quia hoc mandatum dirigitur Episcopo, & capitulo, & sic collatio beneficii debet fieri spectantis ad Episcopum, & capitulum simul: cum non dicatur singulis, &c. Nec facit clausula infra posita communiter, & diuisim, quia cum non dirigant diuisim canonicis non poterunt grauari in dispositione. c. cum in illis. in fin. & cap. mandatum. de præben. in 6.

Secundò est aduertendum, quia mandatum non uidetur secundum formam, & stylum curiæ Romanæ: nam quando dirigitur Episcopo, & capitulo non dicit Ecclesię. Ideo non est secundum formam hoc tenuit Prouincial. fol. 78. Et scribo in verbo Ecclesiæ, in forma mandati.

Tertiò omittitur in forma mandati hinc est, quòd non cupientes, &c. Et sic non est iuxta formam Concorda. Et postea dicitur in forma mandati, ut eidem, &c. In sua forma dicitur, ut præfatorum.

Item dictio olim postea est apposita in hoc mandato, ibi iuxta illius quæ olim, &c. Et est superflua: nam sufficiebat per fœlicis recordationis, &c.

Item in mandato est tantum Ecclesiæ uestræ, & sic non est generale, quia debebat dicere Ecclesiæ uestræ, uel alterius Ecclesiæ, vt in forma mandati Concordatorum patet. Nam sunt multæ Ecclesiæ collegiatæ sub collatione Episcopi Carnotensis, quæ sunt omissæ, ideo non ualet mandatum.

Item non ualet mandatum, quia est speciale ad canonicatus, & præbendas, seu dignitates, administrationes, uel officia. Et omisit alia beneficia curata, & non curata, & parrochiales Ecclesias, ac vicarias perpetuas, ac capellas siue perpetuas capellianas, &c. vt pa ret in dicto mandato: & in forma mandati Concordatorū est ista clausula, quæ in hoc mandato est omissa: aut alio beneficio cum cura, uel sine cura, etiam si parrochialis Ecclesia uel eius perpetua vicaria, aut capella siue perpetua capellania fuerit, &c.

Item alia clausula principalis est in hoc mandato omissa, ibi ad uestram collationem, nominationem, seu præsentationem, & aliam quamcunque dispositionem, &c. quæ est necessaria, & est data pro forma, ideo omitti non debebat.

Item in uerbis decisoriis omittitur quæ præfatus Huguetus etiam ex, &c. quod non debebat omitti cum sit in decisoriis, ut dico in d. forma.

Item peruertitur ordo: nam post illud uerbum, sede nostra mera liberalitate apponitur canonicatus dictæ Ecclesiæ, &c. Et in forma mandati in Concorda. est discretioni vestræ, &c. Mutatio ordinis substātialis uitiat vt scripsi, in §. si quis verò. i verb. ordinē. de colla.

Item est additum illud uerbum post canonicatum & præbendam, cum dicti iuris plenitudine quod est contra formā Concordatorū, & quia est in decisoriis:

Item omittitur in his decisoriis, uestræ uel alteri Ecclesiæ.

Item alia clausula, aut aliud beneficium ecclesiasticum, cum cura uel sine cura: etiam si parrochialis Ecclesia, uel eius perpetua vicaria, aut capella, uel perpetua capellania fuerit: & sic non est generale, & sic non valet.

Item ex alio redditur contra formam: nam dicitur uel diuisim pertinentes pertinentia, seu pertinens: cū in forma Concordatorum non sit.

Item addit vnam exceptionem, quæ non est in forma Concordatorum: ibi & dignitas ipsa post Pontificalem minor non existat: & sic non est in genere generalissimo: cum nihil de hoc excipiatur in forma Concordatorum.

Item postea dicitur si quem, si quos, uel si quod: sed in forma Concordati est si quem: & sic debet esse ut comprehendatur unus canonicatus solus, &c.

Item non excipitur extra Romanam curiam, sicut in forma Concordatorum: nam in dubio semper solet Papa excipere: & est de stylo.

Item non apposuit cum plenitudine iuris canonici quod est in forma Concordatorum.

Item postea non sequitur formam: dum dicit in canonicum uestræ uel alterius: nam hoc omittit, nam nolebat esse canonicus alterius Ecclesiæ, quando principalis: ideo non ualet, mandatum, cum sit speciale.

Item postea dicit stallo in choro, &c. Vbi debet dicere stallum in choro, &c. Et ablatiui absolutè positi important conditionem. l. ab emptione, vbi doct. ff. de pact. & in forma Concordatorum est præceptum.

Item omittitur posteà quodcunque fuerit, ut denotet se nolle habere capellanias, &c.

Item clausula de certo numero canonicorum est omissa, quę est necessaria, & uideantur multi alii defectus dicti mandati, quia infiniti sunt.

RE-

RESPON. LVII.

An Concordatum reuocari possit.

SVMMARIVM.

1 *Conuentio inter partes inita constat.*
2 *Conuentio an sit facta ab habente potestatem.*
3 *Contractus à Papa non solet approbari, nisi ab utraque parte sit conclusum.*
4 *Verba narratiua an probent.*
5 *Concordatum approbatum à Papa non inducit symoniã. Dubitans de potestate Papæ nimis scrupulosus reputatur. ibidem.*
6 *Expressio eius, quod inest in spiritualibus, symoniam non inducit.*
7 *Reuocatio permutationis re non existente integra fieri non potest.*
8 *Conuentio ex parte vnius impleta.*
9 *Contractus suspensus donec Papæ placuerit, post Papæ placitum non potest reuocari.*
10 *Variatio est prohibita maxime Clericis.*
11 *Excipiens an intelligatur confideri de intentione aduersarij.*
12 *Inducta ad vnum effectum, quando debeant operari contrarium effectum.*
13 *Dispensatio præsupponit veritatem in contrarium.*

IN hoc processu moto inter dominum Ioannem de Rosseau actorem, & Oliuarium de Hocbert reum, sequentes oriuntur quæstiones. Prima est, an reperiatur aliquod esse inter partes placitum, seu Concordatũ. Secũdò si sit an factum dicatur ab eo qui potestatem habeat, vel an saltem sit ratum habitum. Tertiò an valeat dictum Concordatum. Quartò an reuocatio facta per dictum Hocbert tollat dictum Concordatũ. Quintò an reuocatione nulla existente possit dictus Hocbert cogi ad complementum dictæ conuentionis. Vltimò quomodo cogi possit, cum ius de nouo obtinuerit per Regis nominationẽ ad abbatiam sanctæ Magdalenes, diœcesi. Carnotensi.

In primis quærendum est, si dicatur de testamento militis: an factum sit testamentum.§. plane. de testa.mili.in institu. etiamsi agatur de homicidio, prius constare debet quem occisum esse.l.1.§. item illud.ff. de Senatuscons. Sylla.

1 At in hoc † processu satis constat conuentionem initam esse inter dictas partes: nec est negata à dicto Hocbert in processu moto coram Officiali Lugdunẽsi, contra Guillelmum Veteris notarium, qui ad hoc in ius vocatus fuit, vt expediret instrumentum conuentionis, & procuratorii ad resignandum, & d. de Hocbert se adiunxit huic processui, impediens ne notarius expediret ista instrumenta, eo quia erant reuocata, & nil prodesse poterant d.du Rosseau, vt d.Hocbert dicebat: & sic patet conuentionem fuisse, & hoc etiam in actu reuocationis confitetur etiam d. Hocbert, vt inferius dicetur fusius.

2 Secunda quæstio, an sit † factum ab eo, qui hoc poterat. iuxta l. si quæramus.ff. de testa. & breui dicerem factum saltem per ratihabitionem: nam non disputo, an Buuot procurator fuerit: necnè, quia ipse conuenit quatenus placeret d. de Hocbert: ergo si illi non placet, nõ valet conuentio, videndum est, an placuerit d. de Hocbert: & illi placuisse probatur: per expeditionem Romæ factam, & approbatam à Papa, apparet etiam per confessionem d.de Hocbert factam in reuocatione procuratorum.

3 Nec solet Papa approbare contractum, nisi ab utraque parte sit conclusum.c.nisi.de præbed. & quomodo potuisset probare cõtractum factum à Buuot, sub beneplacito de Hocbert, si ipse de Hocbert nõ approbasset: certè contractum, non conclusum non confirmasset Papa.

4 Nec obstat, quòd dicatur esse in verbis narratiuis, quæ non probant.clemen.1.de proba. Respõdeo hoc verum in præiudicium tertij, vt est in tit.de subla. cle. literis, & narratiua, seu enuntiatiua sunt, quæ aliquid narrant præter substantiam actus. doct.in c.si Papa.de priuil.lib.6.sed hic non sunt narratiua, sed vera confessio, ut inferius dicetur.

Tertiò, an valeat Concordatum, uidetur non ualere, per c.cum pridem.de pact. eo quod prauum, & symoniacum continet prauitatem.

5 Contrarium est uerum, tum quia à Papa approbatum, & factum sub beneplacito illius, non inducit symoniam.Panor.& alij, in rub. de symon.in his quæ sunt symoniaca, quia prohibita sunt, ut est hic, & in d. c.cum pridem eo reprobatur, quia non fuit approbatum, ut constat in illo text. Non tamen nobis mediãtibus conuenerunt, & ibi nos eam non duximus admittendam, hìc autem fuit mediante Papa, id est sub beneplacito illius factum, ideo nimis est scrupulosus, vel de potestate Papæ dubitare videtur, quia conuentionem super beneficiis factam reprobare vult tanquam iniquam si à Papa approbata sit.

6 † Nam exprimere quod inest in spiritualibus non inducit symoniã. glo.& doct.in c.ad audientiam.2.de rescrip. & in c.significasti. de elect.sed hic du Rosseau expressit se, si opus fuerit depositurum, & traditurũ pecunias, ad quas per sententiam fuerit condemnatus d.Hocbert, antequam posset prosequi abbatiam.

Item certum est, quod resignatarius qui petit subrogari post sententiam recredentiæ, etiam contra suũ resignantem, non subrogabitur, nisi soluat omnes expẽsas, & fructus quos resignans restituere debebat. Ioan.Monach.& alii in c.si hi. vt lite penden.in l. quia res transit cum suo onere.l.alienatio.ff.de contrahen. empt. ita iudicauit Senatus anno 1540. die 22. Aprilis, ut scripsi in §.declarantes. in uerbo successores.de mandat. Apostol. in Concorda.

7 Quartò, an reuocatio facta per d. de Hocbert post approbationem conuentorum factam à Papa ualeat? Respondeo non ualere, quia res non est integra, permutatio enim est contractus innominatus, qui re integra semper reuocari potest.l.1.ff. de rer. permuta. Sed post implementum ex una parte, permutatio altero inuito non retractatur, vt ibi: nec requiritur consummatio, ut quidam uolunt, sed factum, uel traditio ex altera parte.l.prima, ibi. Permutatio autem, ex re tradita initium obligationi præbet.ff. de rer.permuta. facit.l.mancipiorum. de optio. lega. Sed du Rosseau iam procuratorium tradiderat: & se obtulerat facturum id, ad quod tenebatur, ideò cogitur altera pars ad implementum, permutationem, seu conuentionem: nisi altera pars, quæ impleuit uelit repetere, quod dedit.d.l.1.l.naturalis.§.1.ff.de præscrip. uerb. c. cum uniuersorum.de rer.permuta.

8 Videamus an † impleta sit ex parte unius. Respondeo sic ex parte du Rousseau, qui se obtulit, & dedit procuratoriũ ad resignandũ, & liberauit d.de Hocbert ab obligatione, qua tenebatur, quod est implementũ. l.ob caussam.ff.de præscript.uerb. & dare beneficium ex prima cõuentione, quod reuocãs debebat offerre,

aliàs est in mala fide: & quia placuit summo Pontifici approbare hanc conuentionem, ideò impleta est.

Nempè, si quis vendat rem quanti æstimauerit Titius, si Titius æstimauerit, valet venditio, & tenentur partes illi conuentioni stare. l. fi. de contrahen. empt. C. facit l. j. ff. de leg. 2. Idem in matrimonio facto si placeat patri. cap. super eo. de condit. apposi.

Et hoc in beneficiis docet text. in d. c. cum vniuersorum. de rer. permutat. & Aufre. decis. 260. Vnde dicit Papinia. quòd si quis liberatus fuerit iudicis officio non vetus obligatio restaurabitur, sed promissa præstabuntur, vt condemnatio sequatur. l. ob eam causam. de præscript. verbis.

Et falsum est, quod dicitur, quòd post approbationem conuentorum quis potest reuocare. per text. not. in c. venerabilis. de confirma. vtil. vbi Collecta. & Bellamera dicunt, dum Papa narrat totum factum, & illud confirmat, de cætero non oportet ostendere literas principales: ergo non oportet hic ostendere procuratoria super quibus Papa approbauit conuentionem. facit cap. quidam. de renuntia. vbi si is qui petit facultatem cedendi, compellitur cedere glo. in verbo ad cedendum. de renuntia. in clem.

9 Item contractus iste † suspenditur, donec Papæ placuerit, post Papæ placitum, non potest amplius reuocari. l. potior. §. primo. ff. qui potio. in pigno. habeant. cap. præterea. 2. de appel. cap. si pro te. de rescript. in 6. vbi videtur decisio. ergo hæc conuentio post Papæ approbationem non potest ab altera parte reuocari, siue sit contractus nominatus, siue innominatus. Nam conuentio quæ lege cõfirmatur producit actionem, l. legitima. ff. de pact. sed contractus innominatus post vnius partis implementum approbatur à lege. l. naturalis, &c. per totum. ff. de præscript. verbis. ergo iste du Rosseau ex sua parte impleuit saltem se obtulit, & licet oblatio in contractibus innominatis non sufficiat, vt docet glos. in l. iurisgentium. in verb. facias. ff. de pac. tamen quando factum est promissum, eo quod statim non potest compleri sufficit oblatio, vt dicit ibi Ias. & ita est in casu isto: nam ad factum tenebatur d. Rosseau: ergo oblatio cum altero implemento valuit.

Et post præsentationem postulationis non possunt partes resilire, ne illudatur auctoritati Papæ. cap. bonæ. 2. de postula. prælat. Multò fortius is, qui à Papa petiit conuentorum approbationem, & postea resignare recusat: nam totum negotium est inter partes transactum sub Papæ beneplacito, si illi placuerit. Non licet partibus reuocare, vt consuluit Calde. in
10 consil. 5. tit. de elect. quia † variatio & illusio est prohibita maximè clericis. clemen. vna. de renuntia. imo dicit text. in c. vt nostrum. de appel. & in cap. vnic. de Ecclesi. benefi. quòd postquam partes miserunt nũtium ad Papam, non possunt amplius se intromittere, dicit Ioan. de Selua, in tracta. de benefi. in 3. parte. q. 16.

11 † Nec refragatur lex non vtique existimatur confiteri de intentione aduersarij, cum quo agitur, qui exceptione vtitur. ff. de except. & regu. exceptionem. de regul. iur. in vj. & quod inducta ad vnum effectum, non debent operari contrarium. l. legata. ff. de lega. j. Nam hoc intelligitur, quando quis simpliciter excipit, vt doct. ibi dicunt, sed si confiteatur, tunc illa confessio nocet text. in c. præterea. 2. de transact. cap. cum venerabilis. de excep. in fi. Boer. q. 207. c. venerabilem. circa fi. ibi fuit quoque à prædecessore nostro excommunicationis vinculo innodatus, quod postmodum recognouit, dum per nuntium istum absolutionis beneficium postulauit. de elect. sed hic Docbert confessus fuit in instrumento reuocationem: ergo illa confessione iuuari pars poterit: nam priuatio præsupponit habitum. l. decem. ff. de verbo. oblig.

12 Nec me mouet lex legata inutiliter, quod † inducta ad vnum effectum non debent contrarium effectum operari. l. legata. ff. de lega j. hoc est verum, quando est vnus actus tantum, sed hic sunt plures, & quilibet suum operatur effectum.

Nec actus agentium debent operari vltra eorum voluntatem. l. non omnis. ff. si cert. pet. Sed hic respondeo reuocationem simplicem non operari constitutionem procuratoris, etsi Docbert dixisset, etsi quæ procuratoria ad resignandum fecerim, ea reuoco, nõ fuisset probata ex hoc procuratoris constitutio: sed ipse in reuocatione confitetur se procuratores constituisse, &c. illa confessio operatur secundum intentionem confitentem, videlicet, quòd ille constituerit, sicut dicit tex. in cap. preterea. 2. de transact.

Et clausula reuocationis operatur reuocationẽ, & sola clausula reuocationis non operaretur institutionem procuratoris: & ita debet intelligi illud dictum inducta ad vnum effectum, &c. Imo dicit Bal. in l. 2. C.
13 de iure aure anulo, quòd omnis † dispensatio præsupponit ueritatem in contrarium esse: unde qui producit instrumentum legitimationis, ex hoc probat se illegitimè natum.

Nec obest tex. in authen. dos data. C. de donat. ante nupt. ubi qui differt facere quod debet, non potest petere quod ei debetur, si faceret debitum ex parte sua. l. si non fuerit. ff. de iureiuran. Sed du Rosseau distulit, ego respondeo non distulisse nisi ad preces, d. Docbert: & fecit quod potuit, ut patet per suam requisitionem.

Quintò non dubito posse d. Docbert cogi ad cedendum iuxta promissum suum, & sic ad complemẽtum conuentionis & concordiæ cõfirmatę per Papã.

Sed quomodo cum per mortem sui collitigantis Faber habeat ius nouum, per nouam nominationem Regiam: respondeo teneri cedere ius, quod habebat id temporis, quo conuentio facta est, & non tenetur cedere illud ius, quod postea habuit. text. in l. si ita. ff. de auro & argen. lega. facit text. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxal. ideo postea in magno consilio Regis, ubi recredentiæ arrestum latum fuit, uidebitur, an dictus Faber habebat ius, an d. Gobert: & si Faber tunc obtinebit Docbert ex iure illius Fabri, si uerò antea ius potentius habebat, tunc Rosseau ex iure cesso obtinebit, facit l. necessariò. ff. de pericu. & commod. rei tenend.

RESPON. LVIII.

De trium fundatione Missarum.

SVMMARIVM.

1 *Fundatio trium Missarum an sit beneficium.*
Commissio trium Missarum prohibente testatore, conferri non potest, quæ prohibitio in capellæ fundatione non valet.

2 *Resignatio dictarum Missarum facta non valet, nec præiudicat societati presbyterorum.*

3 *Permissio nominationis in his Missis nepti concessa à testatore, non est patronatus, sed ius quoddam permissionis & nominationis.*

EV le testament de feu maistre Pierre Chappuis, semble que la fondation de trois Messes, n'est benefice: car n'est spiritualisee, & n'est que legatum pium, & comission desdictes trois Messes. Parquoy ladicte commission ne se peut donner, ni conferer par l'Archeuesque de Lyon, & aussi en suiuant le vouloir dudict fondateur, lequel l'a prohibé: laquel e prohibition ne vaudroit si ledict fondateur eust fondé vne chapelle spiritualisee & approuuee de l'Euesque, ou autre benefice, par le chapitre sic quidam.& c.regenda.10. quæst.1. mais ceci n'est benefice, & par consequent le deuolutaire n'y a aucun droict. Car par le testament appert, que la niepce dudict fondateur, pouuoit commettre à dire lesdictes trois messes, vne fois tant seulement, & nommer vn, & elle a commis vn sien fils, lequel n'estoit prestre, parquoy la commission ne vaut rien, & la societé des prestres en l'Eglise S. Pierre d'Anse, perpetuellement celebreront lesdictes trois Messes, en suiuant la volonté dudict Chappuis. Et autre ne pourra commettre d'oresenauant, car il est prohibé au testament queles commissaires desdictes Messes ne pourront permuter.

Parquoy s'ensuit, que la resignation de Felian de Combes ne vaudra, & ne peut preiudicier à ladicte societé des prestres, & veu que le fils de ladicte niepce n'est prestre ne peut auoir ladicte commission, de dire lesdictes trois Messes: doncques ladicte societé sainct Pierre d'Anse les doit dire, & toutes collations & resignations sur ce sont nulles, & ne donnent aucunement droict.

Et ne faut dire que l'heritier y puisse prouuoir, car ne peut, sinon que la niepce y prouoye, mais ladicte niepce y a proueu, doncques ledict heritier est exclus. Et il n'y a à present que la societé des Prestres, qui puisse dire ni cõmettre lesdictes trois Messes fondees par ledict Chappuis, & tous autres litigants n'ont aucun droict: car la permission & nomination, que donne le fondateur à sadicte niepce n'est patronage, & ne se peut reigler comme droict de patronage, ains comme droict de permission & nomination seulement.

Or quand il y auroit vn prestre parent dudict testateur, lors ladicte niepce le pourroit nommer, en suiuant le bon vouloir dudict testateur. & ne falloit presentation à l'Archeuesque, car n'est patronage, mais vne simple commission, pour commettre celuy qui dira lesdictes trois Messes.

TRANSLATIO.

De trium fundatione Missarum.

1 VISO testamento quondam magistri Petri Chappini, † videtur quòd trium fundatio Missarum non sit beneficium: nam spiritualisatum nõ est, & tantùm est legatum pium, & trium Missarum prædictarum commissio. Quare hæc commissio non potest per Archiepiscopum Lugdunensem dari, vel conferri, etiam secundum voluntatem d. fundatoris, qui id prohibuit. Quæ prohibitio non valeret, si dictus fundator capellam fundasset spiritualisatam, & ab Episcopo approbatam, vel aliud beneficiũ, c.sic quidam, & c.regenda.10.q.1.sed istud beneficij nomen nõ meretur, & per consequẽs deuolutarius nullum in eodem ius habet. Nam ex testamento constat neptem dicti fundatoris potuisse vnum committere, & nominare, vt tres Missas prædictas semel tantùm diceret, ipsa verò filium suum commisit, non presbyterum. Quapropter dicta commissio non valet. Verùm presbyterorum societas in Ecclesia sancti Petri d'Anse dictas Missas tres perpetuo celebrabit, secundum dicti Chappini intentionem, & alius in posterum committere non poterit. Nam testamento prohibitum est, quòd commissarii dictarum Missarum nihil immutare possint.

2 Ex hoc igitur sequitur quod † resignatio Feliani de Combes non valebit, neque præiudicium aliquod societati presbyterorũ adferre potest. Et cùm filius prædictæ neptis presbyter non sit, dicta cõmissio ad eum referri nõ potest, vt tres Missas prędictas celebret. Quare dicta societas sancti Petri d'Anse illas dicere debet, & omnes super hoc collationes & resignationes datæ, sunt nullæ, & nullum ius tribuunt.

Neque etiam dicendum est, hæredem posse aliquẽ ad hoc prouidere: nam non potest, nisi neptis in eo prouideat: sed dicta neptis ad hoc prouidit, exclusus igitur est dictus hæres. Impræsentiarum verò nullus est, præter societatem presbyterorum, qui dictas Missas tres per prædictum Chappinum fundatas, dicere vel cõmittere possit, & omnes litigatores alii, ad hoc
3 ius nullum habent. † Permissio etenim & nominatio, quàm fundator prædictæ nepti concedit, patronatus non est, neque secundum regulas iuris patronatus potest disponi, sed vt ius permissionis & nominationis solummodò haberi debet. Atqui si presbyter parens dicti testatoris haberetur, tũc dicta neptis eum nominare posset, secundum iustam dicti testatoris intentionem & presentatio ab Archiepiscopo non requireretur: nam patronatus non est, sed simplex commissio ad illum, qui tres Missas prædictas celebrabit, committendum.

RESPON. LIX.

De collatione, & priuatione per crimen symoniæ & stellionatus.

SVMMARIVM.

1 *Condemnatus stellionatus crimine an sit priuatus beneficio.*

Infamis dignitatem habere non potest, & sic nec beneficia. ibidem.

2 *Priuatio beneficiorum ipso iure non infligitur nisi in crimine hæresis, & simoniæ.*

Homicida, licet de homicidio sit condemnatus, beneficio tamen non priuatur, nisi per sententiam priuetur.

Priuationis pœna non inducitur, nisi in casibus à iure expressis. ibidem.

3 *Collatio facta simoniaco est inualida.*

Collatio incapaci facta nullius est valoris. ibidem.

4 *Beneficium vacans per symoniam impetrari potest etiã ante declarationem.*

5 *Beneficium non vacans, sed propter crimen commissum vacaturum, impetrari potest cum clausula hic posita.*

6 *Possidens ecclesiam, si non sit infra annum promotus an sit habilis ad alia beneficia, quod declarat. numero 7. in fine.*

7 *Symoniacus priuatur beneficio, in quo symoniam commisit, & inhabilis est ad alia.*
8 *Pœnæ restringendæ sunt, & non ampliandæ.*
9 *Prohibens vnum, aliud concedere videtur.*
Delictum vbi non est, ibi pœna esse non debet. ibidem.
10 *Cap. commissa de elect. in 6. declaratur.*
11 *Possessio acquisita ex titulo inualido an iuuet. ib. & n. 12.*
12 *Vitiosus ingressus ad beneficia reprobatur. quod declarat sub num. 16.*
Actus nullus nullum debet producere effectũ. ib. & n. 16.
13 *Vicariatu vicarij conferentis non probato, prouisus tamen ab eo iustam potuit adipisci possessionem.*
14 *Possessio iniusta, quod in beneficialibus non sufficiat, intelligitur quando penitus est iniusta, & non laborata.*
Possessio colorata quæ dicatur, ibidem.
15 *Collatio facta a Vicario generali potestatem non habente, an colorata dicatur.*
16 *Titulus datus à non habente potestatem, quando pro non titulo habeatur.*
17 *Existens in possessione beneficij tueri se potest ex duabus collationibus, seu ex duobus titulis.*
18 *Possessio in beneficialibus etiam ex iniusto titulo acquisita prodest. Possessio in beneficialibus sine canonica institutione haberi potest. ibidem.*
19 *Possessio sine titulo retineri potest.*

SVper casu proposito duo eliciuntur dubia. Primum, an condemnatus super crimine stellionatus sit priuatus beneficio?

Secundum, an facta collatio symoniaco ualeat?

Tertium, an possit impetrari ante declarationem?

1 Et Diuino inuocato auxilio, † primum dubium capiendo, uidetur quod sit priuatus, per regulam infamibus. de reg. iur. lib. 6. ubi infamis non potest habere dignitatem, & sic nec beneficia. Secundò, probatur in c nulli. de reb. Ecclesiæ non alienand. in fi. Tertiò ponderatur tex. in l. iubemus. 2. §. œconomus, ibi cõmissa sibi œconomatus administratione priuetur. C. de sacrosanct. ecclesiis. ecce ergo quomodo uendens res Ecclesiæ tanquam suas incidit in crimen stellionatus & priuatur illo officio: ergo & in casu nostro.

Contrarium arbitror quod imò non sit priuatus, præsuppono quod expressè pœna non est statut. de iure canonico, licet possit infligi. d. cap. nulli applicari. & §. œconomus, secundum Ioan. Berber. in uiator. iur. in rubr. de crimi. stellio in fin. & cum non sit expressa eã relinquo arbitrio iudicis. l. prima. ff. de effracto. l. prima. §. ait prætor. ff. de iur. deliber.

2 Secundò probatur, quia † nullum crimen priuat beneficiatum ipso iure suo beneficio, nisi crimen hæresis & symoniæ. Innocent. in c. cum nostris. & ibi doctor. de concess. præbend. Petr. de Anch. consi. 293. ultra alia. doctor. in cap. quo iure. col. penult. & ult. 8. distinct. Ancha. & alij. in c. studeat. 50. distinct. Felin. in c. 2. col. 3. de rescript. c. querelam. col. 2. de iureiur. probatur in c. clericis. ibi priuetur, ne cleric. vel monach. c. ex literis. de excessib. prælat. vbi homicida non est priuatus, qui est detestabilior isto: ergo nec iste. Imò fortius dicit Præpositus in d. cap. studeat. 50. distinct. quod licet homicida esset per sententiam condemnatus de illo homicidio, tamen adhuc non esset beneficio priuatus, nisi per sententiam priuetur. per d. iura. & cap. fraternitatis. de cleric. excommunic. minist. text. in c. cum nostris. in fin. de concess. præbend. vbi Rom. Pontifex non vult conferre beneficium de iure uacans ante resignationem. Ideò mandat illum priuatũ compelli ad resignandum, & postea conferre: nam pœna priuationis non inducitur nisi in casibus à iure expressis. l. si seruum. §. prætor. ff. de acquiren. hæredita. §. cum igitur. ibi non est lex tale quid dicens. in authen. de non elig. secund. nubent. collatio. 2. glo. in capit. fin. de iure patrona. Felin. in dicto capit. querelam. sed pœna non est de iure expressa: ergo non erit priuatus ipso iure. Alexand. consil. 103. uidetur colum. penult. & consil. 124. in princip. uolumine 1. glo. in clement. 2. in uerb. suspensus. de uita & honesta. cleric. Nec obstant supra adducta, & maximè cap. nulli, & §. œconomus. quia ille. §. utitur uerbo futuri temporis, uidelicet priuetur per sententiam, quæ inducit priuationem. l. in criminali. C. de iurisdictione omnium iudic.

Sed hic non alienauit bona Ecclesiæ, duobus tantũ locauit: nec est præterea infamis. ut not. doctor. in capit. testimonium. de testibus.

3 Ad secũdum, an † collatio facta symoniaco sit nulla? & omissis argumentis. Respondeo quod sic. ita not. Federic. consil. 50. Calderin. consil. 20. pendent. de præbend. & consil. 4. fuit formata. de accusatio. capit. fin. de temporibus ordinand Panormita. & alij in capit. cum nostris. ultim. de concessio. præbend. Felin. in dicto capit. querelam, columna 2. & sequen. Panormita. in capit. cum in cunctis. §. clerici. de electio. quia est facta indigno & inhabili ad executionem officii. capit. fin. de temporibus ordinand. Innocent. in capit. constitutionem. de appellatio. quia,

Turpius eiicitur, quàm non admittitur hospes.

in c. quemadmodum. de iureiur. si haberet, expelleretur: ergo non debet admitti. Nam regula iuris est, quod collatio incapaci facta non ualet. capit. postulasti. de cleric. excommunicat. ministr. not. Aufrer. in decisio. capel. Tholosa. quæst. 17. iterum & c. si aliquis iurauit. &c.

4 Tertium dubium est, an † beneficium uacans per symoniam possit impetrari ante declarationem? & dico quod sic. hoc no. gl. in regul. cancel. Innocent. VIII. regul. 27. circa finem. uersi. aliqui curiosi citant. glo. in clem. 2. in uerb. finita. ut lit. pendent. Aufrer. in decisio. capel. Tholos. quæst. 438. dicit se uidisse de facto.

5 Imò non solum beneficium ipso iure uacãs potest impetrari, sed etiam non † uacans, si tamen illo est priuandus propter crimen depositione & priuatione dignum, ut in homicidio. Et hoc cum clausula si constiterit. plenè no. Thom. Ferra. cautel. 44. canonicè: poterit tamen secundum eum homicida ante primam sententiam renuntiare bona fide, si ignorat impetrationem, alias secus. Aufrer. in d. q. 438. Anton. de Butr. consi. 43. aggrediar secundum: secus etiam si esset ipso iure priuatus, quia tunc non renuntiat, cum enim nullum ius habeat, non potest transferre. l. traditio. ff. de acquirend. rerum domin. l. si vniuersa. & ibi Bartol. C. de leg.

Sic est in practica in symoniaco: ut, facto ad plenũ narrato, si uocatorum, & uocatis uocandis reperias dictam Ecclesiam uacare, conferre procures tali.

6 Respondendo primo quæsito an † possidens parrochialem Ecclesiam, si non fuerit promotus intra annum, sit ad alia inhabilis, & uidetur quod sic per c. de multa. de præb. & extrauag. execrabilis. uersi. qui uerò deinceps. illo tit. in extrauagan. Ioan. 21. ibi dum dicit: ad habendum quodcunque beneficium ecclesiasticum inhabiles reputarentur.

7 Secundò, qui † committit symoniam, priuatus est suo beneficio in quo symoniam commisit, & est inhabilis ad alia. d. §. symoniacè. & ibi no. de elec. in pragm. c. per

c.per inquisitionem. & ibi doct. de elect. & hodie exprimitur in tit.de elect.§.symoniacè in pragma.ibi, & & ad eas obtinēdas,quas nefario ingressu adepti sunt, perpetuo reddantur inhabiles, ergo & hic non promotus per annum.

Tertiò videtur text.formalis in c.commissæ.ibi, ad quem te ineligibilem reddidisti.de electio.libro 6.

Contrarium verius esse arbitror. per text.in cap. licet canon.versic.quod si infra.de elect. lib.6. vbi si intra annum habens Ecclesiam parrochialem non fuerit promotus, Ecclesia sibi commissa est priuatus de committenda Ecclesia nil dicit:ergo non dicam, vt in simili dicit text.in l. si seruum.§. prætor ait. ibi non dixit prætor.ff.de acqui. hæred. facit text. in c. cum in cunctis.§. inferiora. ibi & ab isto remouentur officio, de elect.Bellè etiam facit clem.1.§. cæterum. ibi prædictis prioratibus sint priuati. de stat. monach.

8 Item suadetur, † pœnæ sunt moliendæ, & restringendæ,& non ampliandæ.l.interpretatione.ff.de pen. l.cum quidam.de liber.& posthu. sed Decretalis licet non apponit pœnam inhabilitatis: ergo non debet imponi: quia pœna irregularitatis, seu inhabilitatis nunquam contrahitur, nisi expressè à iure caueatur. c. is qui. de sent. excommunic. libr.6. Oldrad. consil. 201. quidam monachus.

9 Præterea qui vnum † prohibet, aliud videtur concedere.l. cum prætor. ff. de iudic. cap. nonne.de præsumpt.sed cap.commissa prohibet conferri illud quo fuit per non promotionem priuatus, ne lex sit ludibrio: ergo alia permittit.

Vltimò non debet quis puniri in quo nō deliquit, sed tantum in quo deliquit.cap postulastis. & ibi dixi in vlt.not.de cleri.excommunic.minist. sed non deliquit in beneficiis habendis: ergo ad ea non debet reddi inhabilis, cum deliquerit solum super habitis, non procurans se facere promoueri intra annum.

Nec obstant in contrarium allegata, videlicet primum & secundum,quia ibi expressè redduntur inhabiles ad alia beneficia, hic non.

10 † Nec obstat cap. commissa. quia potest intelligi ineligibilem te reddisti videlicet ad illud beneficium quod obtinebas, vt postea declarat text. ne statutum ipsum ludibrio fiat, & ne lex verbis & non rebus censeatur imposita, non poterit iterum conferri illud beneficium quo fuit priuatus per non promotionem: sed aliud sic.

Vel potest dici quod in text. d. cap. commissa. non sunt illa verba, licet Guiller. de Monteland. dicat aliquos habere: tamen non fuit receptum.

Supradicta tamen satisfaciunt: & per hoc patet quod non promotus intra annum est suo beneficio curato priuatus,quod non potest eidem postea conferri: sed alia beneficia sic.

11 Secundò quæritur an † adeptus possessionem vigore tituli inualidi possit se iuuare illa possessione: si alium validum titulum post annum adipiscatur,& illa possessio iuuare eū ita possit titulo illo postea adepto ad hoc, vt possit obtinere super possessorio in materia beneficiali, quę tractatur coram iudice laico: videtur quod non, quia iniusta possessio non iuuat.l. si duo.ff.vti possidet. sed hæc possessio adepta ex collatione vicarij prætensi est iniusta: ergo non est valida.

12 Secundò vitiosus ingressus ad beneficia reprobatur.cap.j.de eo qui mittit. in possess. caus. rei seruand. & per totum tit.si ista possessio esset bona, vitiosus ingressus daretur ad beneficia: ergo &c.

Tertiò,ex actu nullo nil sequitur. l. si vt proponis. in prima.C. quom. & quand. iudex. l. quotiens. ff. qui satisd.cog. sed titulus vicarij pretensi est nullus & inualidus: ergo non poterit parere possessionem bonam, ad hoc vt ille debeat ratione illius in interdicto vti possidetis obtinere.

His non obstantibus contrarium affirmo verum. Tum primò. per l.2.ff. vti possidet. cuius uerba sunt hæc: Iusta enim an iniusta aduersus cæteros possessio sit in hoc interdicto nil refert, qualiscunque enim possessor, hoc ipso quod possessor est, plus iuris habet quàm ipse qui non possidet: & sic in hoc interdicto non requiritur iustè possideat quis, an iniustè per supra dicta. & glos. in uerb. titulum.in cap. licet. de probatio.

Imò fortiùs, si quis habet possessionem ui, clam, aut precario.Illa possessio prodest ei,ad hoc ut manuteneri debeat in sua possessione, aduersus illos à quibus non habet uitiosam possessionem. At hic Anselon non habet uitiosam possessionem,sed iustam, uidelicet uigore cuiusdam collationis factæ à uicario: ergo illa possessio debet ei prodesse, etiam si esset uitiosa, cum non sit respectu aduersariorum, & istud sufficeret ad obtinendum,attamen adducam alia.

Item sine causa appreheudi potest possessio, & ex iniusta:& is qui eam apprehenderit illa possessione se iuuabit.cap in literis. de restitutio. spolia.l.3.§. ex cōtrario. ff. de acquir. possess. licet sit periculosum. secū

13 dum doctor.ibi:ergo & † multò fortius ex titulo, licet non possit probari uerus, ut hic d. Anselon, qui ex uero titulo, est adeptus possessionem, licet non possit probare uicariatum.

Tertiò,facit d.l.1.§. hoc interdictum. in omnibus etiam possessionibus quæ sunt soli,sine dubio locum habebit dummodo possideri possint. ff. uti possidet. Sed ista possideri possunt, ergò hoc habebit locum ut eidem possessio prosit.

Præterea colono, inquilino, emphyteotæ & usufructuario qui habent naturalem possessionem glos. & doct.in l.naturaliter. & l. si id. §. primo.ff.de acquir. possess.l.cum diuidundo.§. neque colonis. ff.comm. diuid.l.prima.§.deiicitur.& l.colonus.ff. de ui & ui armat.l.si ut certo.§.si duobus.commod.l.prima si ager uectiga.& l. si finita. §. si de uectigalibus. & ibi not. de damno infect. l. prima. in fin. & l. fin. ff. uti possidet. & remedium legum regiarum Berb.in 4.parte. in practica legū regiar. Ergo & isti Anselon qui habet & naturalem & ciuilem dabitur. Et per hoc patet respon-

14 sum † quod iniusta possessio non sufficit in beneficialibus,quia uerum esset quando esset penitus iniusta & nō colorata. Et dicitur non colorata quando titulatus ingreditur possessionē beneficij,propter superioris authoritatem. Innoc. in cap. bonæ. in primo.de postul. prælat.cap. in literis. de restitut. spoliato. uel quando sine titulo ingreditur,ut in regul. prima. de reg.iu.lib. 6. secus si cum titulo ut hic Anselon. Aegid. de Bellamera in consil.10. factum est tale Ioannes, in 5. dubio. uersi. tertia ratio.

15 Non obstat quod † collatio facta à uicario generali non est colorata, cum non habeat potestatem conferendi.c.fi.de offi. uicar.lib.6. uerum est quoad obtinendum in petitorio si alius ostendit meliorem titulum,sed si ista possessio iuuetur bono titulo superuenienti etiam postea est bona ad obtinendū in possessorio.c.cum nostris.de cōcess.præb.ubi possessio dicitur colorata quando prætenditur aliqua causa ob quam quis dicit se iustè tenere.gl.in uerb. coloratum. de pacific.possessor.in pragm. Ergò hic Anselon dicitur habere coloratam,quia prætendit alium titulum.

16 Vlterius non obstat quod † titulus datus à non habente

bente potestatem, habetur pro non titulo.l.si sponsus ff.de donat.inter vir.& vxor. Quia hoc est verū quoad decretum de pacific.possess.& ad obtinendum nisi doceret de alio titulo: sed postquam d. Anselon ostendit alium titulum: ergo illa possessio illum iuuare debet, & hæc est opinio glo.in d.verb. coloratum. in fi.quod possessori incolorato si superueniat titulus coloratus, non requiritur alia possessio virtute tituli colorati, allegat. l. certè. §. penult. ff. de precar. c. penult. de supplend.neglig.prelat.c.ex parte.de concess.præbend.facit l non solum.§.quod vulgò.ff.de vsucap. §. interdū. instit. de rer. diuis. & sic sufficeret nobis sola authoritas. glos. licet alia supra adducta deficerent.

Nec obstat quod ad beneficia non debet dari vitiosus ingressus. Fateor nec dicitur vitiosus qui habet titulum, sicut hic habet. vt not. in c.1. de eo qui mittitur in possess. caus. rei seruand. vel hic agimus de retinendo, non de ingressu qui vitiosus prohibetur.

Item ex nullo non potest sequi aliquid. Respōdeo, hunc titulum vicarij prætensum non esse penitus nullum, & ex actu nullo, aliquando producitur effectus bonus, saltem declaratio voluntatis. Dec. & alij in c. cum cessante.de appellat. dixi in repetit.l. quod iussit. not.2.in 4.Fallen. nu.133. cum seq. ff.de re iudicat.

Vltimò est text.formalis, si bene ponderetur, in c.
17 post electionem.de concess.præbend.† vbi ille qui est in possessione beneficij potest se tueri ex duabus collationibus, seu ex duobus titulis: & per ademptionem secūdi tituli non renuntiat primo, ergo hic Anselon poterit possessionē suam primam, quā adeptus est, ex pluribus titulis iuuare, nec primæ videtur renuntiare.regul.nullus pluribus.de regul iur.lib.6. Felinus in cap.in nostra.col.2.de rescript. Ioan.de Selua. in tract.de benefic. in 3.parte quæst.19.

Non obstat d. c.eum. & regul.j. de regul.iur. lib.6. quia loquitur quoad obtinendum in petitorio, secus
18 in possessorio. Nam ex † illo titulo inualido non potest habere beneficium, vt verus rector, sed bene vt verus possessor etiam in beneficialibus: nam licet beneficium non possit effici ipsius clerici nisi præcedat titulus legitimus, possessio tamen transiret sine eo. per text. not. in l. j. §. si vir.ff. de acquir. possess. vbi potest acquiri possessio rei, licet dominij acquisitio interdicatur à iure, quamuis donatio inter virum & vxorem prohibeatur, tamen si traditur, possessio illa acquiritur, quæ est sufficiens ad agendum in possessorio, etiam in beneficialibus, per text.in cap.in literis.& ibi Panorm.in 4. not. de restit. spoliat. dicit not.quod in beneficialibus potest possessio haberi sine canonica institutione, hoc etiam plenè declarat Panormita. ibi col.6.vers.huic diximus assignans rationem, quia possessio est quid facti quæ non impeditur ex prohibitione iuris.& pro hoc est tex.formalis in c.si.3.quæstio.1. ubi etiam uiolenter potest acquiri possessio beneficij, & si deiiciatur potest petere restitutionem possessionis. Nam ex quo datur capacitas in possidente, acquiritur possessio ex solo facto. glos.& ibi Archidiaco. in summa.14. quæstio.1. sed inuenitur capacitas in hoc Anselon ratione dispensationis Papalis cū eo dispensantis ad regularia: ergo debet in possessorio obtinere: idem consuluit Guid. Pap. consil.71. pro decisione.col.6.uersicu.sexto præsuppono Ancha. consil.10. uidetur. colum. ult.

19 Probatur sic, † possessio potest retineri sine titulo c.licet.in 2.de præbend.lib.6.à fortiori & cum titulo: sed hic Anselon ex nouo titulo ualido, uult retinere primam possessionem acquisitam uigore primi tituli inualidi, quod potest & iudex postquam corā eo possidetur super possessorio debet considerare naturam possessorij retinendæ possessionis quod non requirit titulum: ergo si habuit ex hoc titulo etiam inualido, videlicet à quodam uicario, tamen quia iudex inuenit illum habere potius ius ratione tituli postea sequentis: ergo debet eum manutere, nec debet considerare petitorium super quo non agitur. Ex quibus concludo manutenendum dictum Anselon, & in fidem præmissorum me subscripsi.

R E S P O N. L X.

De collatione triplici, & quænam illarum valeat.

S V M M A R I V M.

1 *Collatio officij regularis an spectet ad abbatem, & capitulum simul, vel diuisim.*

Basilicæ quæ sunt in territorio episcopi, an in eius sint potestate. num.4.

Potestas monasterij quando in Abbate resideat. num. 5.

Collatio præbendarū, quod pertineat ad Abbatem in ecclesia Patracēsi, quod iure hoc intelligatur. n.5. in fine.

2 *Collatio præbendarum ad prælatum, & capitulum simul pertinet.*

3 *Dispositio ad Abbatem, & capitulum coniunctim spectat de beneficijs ecclesiæ inferioris.*

6 *Tempus datæ in collationibus attenditur, & hoc qualiter intelligatur. num. 17.*

7 *Collationes duæ quando à duobus eodem die sunt factæ, ille in eis præfertur, qui possessionem obtinuit. quod declaratur num. 18.*

8 *Capitulum, mortuo, vel suspenso episcopo, conferre potest, quando ad vtrumque collatio spectat. quod declara vt num. 19.*

9 *Periculum quando est in mora recedimus à regulis iuris, intellige vt num. 20.*

10 *Capitulum, prælato absente, quando conferre possit. ibidem. & num. 19.*

11 *Iure suo quis priuari non debet propter mixturam, siue communitatem. ibidem, & num. 21.*

Odio alterius quis grauari non debet. ibidem, & nu. 23.

Ius quæsitum per alterum auferri non potest. ibid. quod quomodo intelligat. num. 24.

Quod nostrum est sine facto nostro à nobis auferri non potest. ibidem, & declarat num. 25.

12 *Collatio spectans, ad prælatum, & Capitulū coniunctim non potest fieri à solo capitulo, nisi in duobus casibus.*

13 *Collatio si ad aliquem spectet cum alterius consilio, si fiat sine eius consilio non valet.*

14 *Copulatiuæ vbi duæ requiruntur, vtriusque concursus in implemento requiritur.*

15 *Actus, quando competit duobus simul, ab altero tantū si fiat nō valebit. quod declaratur in casibus infra positis.*

16 *Creatio canonicorum, quando spectat ad episcopum, & capitulum simul, si vnus in vnum consentiat, & alter in alterum, neuter erit admittendus.*

21 *Papa, & eius legatus, concurrunt cum quolibet ordinario in collatione beneficiorum.*

22 *Collatione coniunctim ad duos spectante, exhibitio mandati facta vni ligat alterum.*

26 *Sex mensium terminus, an abbreuiari à capitulo potuerit. quod declaratur num. 27.*

Alteri

Alteri per alterum non debet iniqua conditio inferri. declaratur hoc dictum num. 29.

Tempus eligendi an possit arctari. ibidem, & nu. 29.

27 *Beneficium sex mensium indultum ad conferendum per capitulum auferri non potest.*

28 *Prior terminum sex mensium datum ad eligendum & conferendum abbreuiare non potest.*

Archiepiscopus ad quem collatio deuoluitur illud semestre minuere non potest. ibidem.

30 *Professio recepta per religiosum an valeat.*

31 *Collatio facta non professo est inualida.*

32 *Monachus an possit esse notarius.*

N Ecclesia Rionensi vacante officio regulari, capitulum requirit vicarium Abbatis, vt cum ex capitulo, vt moris est, conferat: vicarius dicit collationem ad Abbatem per
1 tinere, & quod non est informatus, † an collatio spectet ad vtrumque: videlicet, & ad Abbatem & ad capitulum simul vel diuisim: ideò vult habere tẽpus ad deliberandum super hoc, videlicet vsque ad diem crastinum: quod videns capitulum tanquam interesse vicarius nollet, vni contulit: altera die vicarius Episcopi alteri, eadem die, legatus alteri, hic dubitatur de multis. Primò, ad quem spectet collatio beneficiorũ de iure communi. Secundò, quæ istarum collationũ sit valida. Tertiò, an capitulum requirens Abbatem potuit restringere terminum sex mensium ad conferendum & ante finem termini conferre. Quartò, an professio recepta per religiosum sit valida.

Requisitus vt aliqua pro qualitate ingenij scriberẽ, quia mos boni consultoris esse debet vt primò ponantur argumenta contraria, & opiniones partis aduersæ citentur. Secundò quod illæ impugnentur per iura & rationes. Tertiò quod ponatur vera conclusio. Quartò quod soluantur contraria. Socin. in c. si diligenti. col. 2. in vltim. not. per illum text. de foro competent. sic procedam. Primò ponam rationes facientes pro parte aduersa. Secundò rationes facientes pro parte altera. Tertiò respondebo ad rationes in contrarium adductas.

Et primò videtur quod collatio spectet de iure cõmuni ad prælatum. c. omnes basilicæ. 16. q. 7. vbi omnes basilicæ sunt in potestate Episcopi, in cuius territorio sunt: ergo & in potestate Abbatis sub cuius territorio erunt.

Secundò, facit c. nullam. 18. quæst. 2. vbi tota vis & potestas monasterij residet in Abbate, alioqui ibi dicitur nulla authoritas remanebit si monachorum potestati cœperit subiacere.

Tertiò, facit c. fin. de reg. libr. 6. vbi monachorum creatio spectat ad solum Abbatem: ergo & beneficiorum collatio.

Quartò, bellè dicit tex. in c. fin. de institution. vbi dicit quod collatio præbendarum in Ecclesia Patracensi pertinet ad Abbatem.

Et hanc opinionem quod ad Episcopum solum spectet de iure communi tenuit Hostien. in c. cum Ecclesia Vulterana. de elect.

2 Contrarium est uerum, quia de iure † communi collatio præbendarum spectat ad prælatum & capitulum simul. c. à collatione. & ibi Ioannes Andr. Dom. & Philip. de appel. lib. 6. siue Episcopus interueniat ut prælatus, siue ut canonicus.

Ratio est quia prælatus est caput, fratres membra, unde non decet caput in negotijs Ecclesiæ omissis membris uti. cap. nouit. de his quæ fiunt à prælat. sine consen. capitul.

Et licet uariæ sint opiniones, ista tamen inualuit, quod collatio præbendarum Ecclesiæ cathedralis spectat ad Episcopum & capitulum simul, uel ad Episcopum cum consensu capituli. glo. in c. cum Ecclesia Vulterana. de elect. & in c. fin. de supplend. negligent. prælator. c. irrefragabili. de offi. ordin. § 1. 21. dist. quando constat de bonis communibus Ecclesiæ esse institutas, aut dubitatur. doct. in d. c. cum Ecclesia. Aegid. de Bellamera decisi. 69. palatium. Federicus de Senis consi. 34. quæritur ad quem.

3 † De beneficijs uerò inferioris Ecclesię spectat dispositio ad Abbatem, seu alium prælatum & capitulum coniunctim, quia sicut aliorum bonorum administrationem habent insimul. c. nouit. de his quę fiunt à prælat. sine consen. cap. clemen. ne in agro. §. Abbate. de statu monacho. ita & beneficiorum collationẽ. Hosti. & alij in c. fi. de institutio. Panor. in d. cap. cum Ecclesia. col. pen. Aegid. de Bellamera, decis. 718. collationes præbendarum, quod tamen fallit nisi contraria esset consuetudo quę in prouisione beneficiorum iuri communi pręfertur. d. c. cum Ecclesia. & cap. ea noscitur. de his quę fiunt à prælat. sine consen. capit. c. Abbate sanè. de uerb. signifi. sed in d. Ecclesia ut præmittitur consuetum est uti iure communi, etiam ex consuetudine Ecclesiæ. c. fin. de præben. lib. 6. & sic prima conclusio est quod ad Abbatem & capitulum spectat in d. Ecclesia Rionensi collatio beneficiorum, secundum consuetudinem ibid.

Item quando quis facit actum iure suo, ut quando confert cum Abbate seu eligit, esse dicitur in quasi possessione illius actus. c. cũ Ecclesia Sutrina. de caus. poss. & ibi latè doctor. Barto. in l. 1. §. interdicto. ff. de itiner. actuque priuat. & dixi latè in stylo Bituricen. artic. 35. rubr. *des adiournemens*. in uerb. *possessions*. sed in d. Ecclesia Abbas & capitulum simul contulerunt, ut probatur per duas collationes ultimas, ergo ad eos simul spectabit collatio: & de hoc parum dubitatur.

4 Non obstat d. c. omnes basilicæ, quia loquitur in Episcopo qui de iure communi habet fundatam intentionem in sua diœcesi, secus in Abbate, licet quidam aduocatus contrarium diceret.

5 Nec obstat. c. nullam. † quia loquitur de creatione monachorum, quæ spectat ad solum Abbatem. Panor. in d. c. ea noscitur. & in c. 1. & c. cũ Ecclesia. de elec. glos. in c. 1. 18 quæst. 2. glos. in clem. 1. de supplend. negligen. prælat. cum consilio conuentus. Panormitan. in c. ad Apostolicam. in fin. de regularib.

Nisi consuetudo sit in contrarium. cap. fi. de regularib. lib. 6. quæ est attendenda, ut ibid.

Nec obstat. c. fin. quia ibi de iure speciali, & sic intelligit Panorm. in d. c. cum Ecclesia. ex quibus concluditur in d. casu nostro, tam de iure communi, quàm ex obseruantia illius collatione beneficiorum, in d. Ecclesia Rionensi, spectare ad Abbatem & capitulum simul.

6 Secunda quæstio est, quænam † istarum trium collationum ualeat: uidetur quod prima, quia in collationibus attenditur tempus datæ. c. eam te. de rescript. c. si eo tempore, illo titu. lib. 6. ergo prima per capitulum facta erit ualida.

Secũdò sic probatur per c. si à sede. de præb. lib. 6. ubi
7 † qñ factæ sunt duæ collationes eodẽ die, & à legato & ab ordinario, ualet collatio facta ab ordinario quando erat in possessione is qui habuit collationem ab eo. Sed is qui habet hic primam collationem ab eo habet duplex uinculum, uidelicet temporis prioritatem, quod per se sufficit (ut dixi) & possessionem

quæ

quæ etiam per se sufficeret: ergo alijs est præferendus, quia duo uincula sunt fortiora uno. c.uno. de treuga.

8 Tertiò facit c.1.in princ.ne sed.vac.lib.6 ubi † mortuo uel suspenso Episcopo capitulum poterit conferre, quando collatio spectat ad utrumque. & idem dicit ibi glo. si uacet alio modo sedes, sed in casu mihi proposito Abbas erat absens: ergo idem erat quoad effectum: & quod idem sit quando prælatus est absens.tex.in c.si Episcopus.de supplen.neglig. prælato. lib.6.hic erat absens, ergo potuit capitulum conferre, si potuit, ergo iure: quia illud possumus quod de iure possumus. l.nepos Proculo. ff. de uerb. sig.

9 Quarto † receditur à regulis iuris quando mora est periculum allatura.l.de pupillo.§.si quis riuos.ff.de noui oper.nunciat.c.licet.de fer.l.1.§.sed excipiuntur. & ibi Ias.ff.illo tit. unde sine confirmatione administrat electus, quando periculum est in mora. c. nihil. de elec.Purpur. in l.2. col.3.ff. de iurisd.omn.iudic.

Item de nocte uel tempore feriato iudex procedit quando periculum est in mora, uel iurisdictio tempore peritura, licet regulariter contra §. sedebunt.in authen. de iudicib.coll.6. c.consuluit. de offic. deleg.l.1. §.dies.iuncta glo.ff.quand.appel sit. doctor. in l. more Romano. ff. de fer. alia multa cumulat Roma. in l. si uerò.§.de uiro.col.36.fallen.40.ff. solu. matr. Ias.in l. uinum.2.no.si certum petat.Hyppol.in sua pract. crimi.in §.constante.col.2.cum seq.& l.qui cædem . col. 2.ff.ad leg.Corn.de Sicar.

Sed in casu isto periculum erat in mora, ut patet, quia die subsequenti fuit collatum beneficium per legatum: ergo potuit capitulum conferre sine Abbate, alioqui priuabatur potestate conferendi.

Quintò facit c.unum.in fi.ne sed.uacan. lib.6. ubi si
10 † prælatus fuerit absens, capitulum sine illo poterit conferre. facit.l.si longius.§.fi.ff.de iudic.dicens filium familias in potestate patris existentem agere posse absente patre, sic etiam potuit capitulum absente Abbate & maximè requisito (ut hic fuit) in locum eius conferre.

11 Sextò, propter † mixturam siue communitatem non debet quis priuari iure suo unde legatus non cōfert beneficium spectans ad præsentationem clerici & laici simul.c.unico.de iur.patro.lib 6.argu.l.si communem.ff.quemadmod.serui.amittant.& c.sacris. de sepult. Panor.& alij in c.dilectus.& c.fi. de iure patro. sed hic capitulum priuaretur collatione, si uoluisset expectare Abbatem, ut patet ex collatione legati facta sequenti die: ergo bene potuit conferre.

Septimò, non debet quis ex alterius odio prægrauari.l.si quis suo.§.1. C. de inoffi. testam. l. non debet quis.ff.de reg. iu.& reg. non debet aliquis.illo tit.lib.6.

Octauò, ius quæsitum non potest tolli per alterum.l.si unus. §.ante omnia.ff.de pact.l. seruus. C. de pact.& ibi cumulaui.

Vltimò id quod nostrum est non potest sine facto nostro à nobis auferri.l.id quod nostrum.ff.de reg.iu. ergo collatio non potuit auferri capitulo per dilationem Episcopi.

His tamen non obstantibus teneo collationem legati valere,& neutram aliarum siue à capitulo, siue ab Abbate factam ualere. Quod probatur per tex.in c.
12 uno. ne sed.vacan.lib.6. in princ.ubi si † collatio spectat ad capitulum & prælatum, ualet collatio facta per capitulum mortuo prælato uel suspenso: ergo à contrario sensu, si prælatus non sit mortuus uel suspensus, non ualet. Et in casu mihi proposito non erat suspensus, nec mortuus: ergo non valet collatio per capitulum facta sine Abbate.

13 Præterea, ubicunque † collatio pertinet ad aliquē cum consilio alterius, non ualet collatio consilio nō habito. d. c. uno, & c.nouit de his, quæ fiunt à prælat. nec ualet institutio facta per prælatum à patrono non facta præsentatione. cap.decernimus. 16. q. 7. multò fortiùs in casu nostro non ualebit collatio facta per capitulum sine prælato. Panor. in dispu. incip. Augerio. in 2. dubio. Dec.in cap.causam matrimonij, in gl. 2.de offic.deleg.

14 Item quando duæ † copulatiuæ requiruntur non sufficit alteram adimplere, sed requiritur concursus vtriusque.c.2.& c.inter cæteras. de rescript.c. penult. de regul.lib.6.l.si quis ita stipulatus fuerit.ff. de verb. oblig.l.si hæredi plures, de condit.instit. sed in casu mihi proposito collatio spectat copulatiuè ad vtrumque: ergo non sufficit quod fuerit facta per alterum, imò est nulla. inde dicit Roma. singul.486.statutum. quod si statuto cautum sit turbantem alium puniri pœna centum,& restituere possessionem ablatam, si non abstulit possessionem, sed tantum turbauerit non punitur pęna statuti. per glos.sing.in l.mancipia. C.de ser.fugit.& ex hoc dicit lucratum fuisse sex florenos & quædam alia.

15 Præterea quando aliquis † actus competit duobus simul, non insolidum & unus sine altero faciat illum actum non ualebit.c.causam matrimonij.& c.prudētiam.& c.uno delegatorum. de offic. deleg. l. duo ex tribus.ff.de re iudi.ubi quando sunt duo delegati dati simul, unus sine altero non potest ferre sententiam: & si ferat non ualet.ut ibi Soc.consi.40. ex actis gestis. col.1.in 1.uol.Panor.conf.37.casus in effectu.in 2.vol. & idem in arbitris.l. si in tres.ff.de arbitris.

Idem in procuratoribus non datis in solidum. cap. si duo. de procurator. lib.6.l. pluribus. ff. de procurator.cap.non iniustè.illo titu.Bart.in l.si plures.ff.de curator. bon.dand.

Idem in duobus executoribus testamenti.cap.2 de testamen.libro 6.Panormit.consil.37. casus in effectu. in secundo uolum. Aufrer.in decisio.capellę Tholos. quæst.281. item an tribus.

Idem in duobus habentibus cōstituere aliquem officialem.cap.ad hæc. in fi.de offic. Archidiac.

Idem si Papa mandauit Episcopo & capitulo quod inuestirent Titium de præbenda si capitulum inuestit absente Episcopo non ualebit. Bart.Brix. in quæst.ueneo.colum.penult.ut refert.Doctor.& Philippus in c. uno.in fi.ne sede uacant.libro 6.sic nec in isto casu ualet collatio facta ab uno.

Item unus ex dominis seruitutem imponere non potest.l.2.ff.de seruitut.sic nec unus conferre.

Item in re communi melior est conditio prohibentis.l.in re communi.ff.de seruit.urban.prædio ergo & in hoc casu melior erit conditio prælati prohibentis conferre ante sex menses.

Idem ergo erit in casu nostro, quando collatio spectabat ad capitulum & prælatum simul, ut non ualuerit collatio facta sine altero, ut concludit. Io.Andr. & alii in c.postulastis.de concess.præb.Feder. consi.1.ubi concludit non ualere etiam si Abbas uel prælatus habuisset secum duos uel tres de capitulo, nisi habuerit maiorem partem non ualet collatio facta à prælato, minus facta à capitulo.Ioan.de Selua.in tract.benefic. in 3.parte. quæst.71. quia quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari, regul. quod omnes. de regu. iur.lib.6.

16 Insuper † quando creatio canonicorum spectat ad Episcopum & capitulum simul, si unus in unum consentiat, alter in alterum, neuter erit admittendus: quia oportet

oportet quod concurrat consensus Episcopi & capituli seu maioris partis ipsius. Panor. in c.cum Ecclesia Vulterana. in fi. de elect. multò fortiùs in casu mihi proposito: neuter debet admitti, nec institutus à capitulo, nec institutus ab Abbate: ergo habens collationem à legato præfertur, tum propter prærogatiuam, tum quia concurrit cum quolibet ordinario. d.c.si à sede: nam postquam prima non ualet, ut suprà dixi, potuit legatus conferre, igitur non ualebit secunda ab Abbate facta.

Superest ad in contrarium adducta respondere: &
17 ad primum respondeo quod in †collationibus attenditur tempus datæ, intellige quando sunt ualidæ, vel quando prima est ualida, & aliæ non. Secus est quando non sunt ualidæ, ut hic, quia ex actu nullo nullus effectus sequi debet. l. non dubium. C. de legib. l. quotiens. ff. qui satisd.cog. & ibi multa cumulauit Ias. in l. 2. §. 1. col. 4. ff. solu. matr. & l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. ergo istæ collationes nullæ tam à capitulo, quàm à prælato factæ nullum producent effectum, & sic nullam prioritatem.

18 Idem respondeo ad cap. si à sede, vbi ille † debet præferri qui est in possessione, intellige quando canonicè erat facta collatio ab omnibus habentibus potestatem conferendi, & fuit facta etiam ritè omnibus. Alioqui si una collatio sit nulla, licet is habuerit possessionem, nil ei proderit. Ita tenet d. Brunellus in tracta. de digni. leg. in 22. conclu. in 4. declar. quod si collatio fiat duobus ab eodem collatore, eadem hora licet vltimus habuerit possessionem, præferetur primus qui habuerit collationem canonicam, secundus, licet habuerit possessionem, nil ei prodest, cum collatio eius sit nulla.

19 † Nec obstat d. c. unum. ne sede uacan. quia loquitur quando mortuus erat Abbas uel suspensus, & sic non poterat haberi, hic non erat mortuus nec suspensus: & sic non ualuit collatio.

Nec obstat quod idem esset quando esset absens, quia debet intelligi de longa absentia, secus de breui. l. si longius. ff. de iudic. & ita intelligitur d.c. si Episcopus. ubi erat captus vt schismaticus. hoc etiam probatur in d.c. ultim. de testam. lib. 6. ubi quando sunt duo executores, & unus est mortuus uel in remotis agit, vel aliter est impeditus, poterit alter exequi ne uoluntas testatoris impediatur. Tamen quando non multum distabat. dicit ibi glo. socius vbi impedimentum erat modicum debet expectari, secundum Philip. & alios hic. Sed hic erat impedimentum modicum, unius diei scilicet: ergo non debebat expectari prælatus seu eius vicarius, qui non petiit nisi unius diei dilationem.

20 Quartum argumentum non obstat dum † dicitur recedi à regulis iuris quando periculum est in mora, hoc debet intelligi quando aliter succurri non poterat. ita intelligit Purpurat. in d. l. 2. col. 3. ff. de iurisdi. om. iudi. sed hic poterat aliter succurri, cum haberent sex menses ad conferendum, & sic altera die potuissent simul conferre, & tamen præuenissent legatum in possessione. iux. c. si à sede. & is qui habuisset ab ordinario eodem die & collationem & possessionem fuisset ritè & canonicè institutus: & esto quod non præuenisset, non ob hoc debebat puniri, nam ex delicto quis puniri debet: per totum tit. de pœn. sed nullum delictum committit qui confert intra sex menses: ergo non debet puniri. c. de multa. de præb. & isti sex menses dantur tã vicinis collatoribus Papæ quàm aliis: ergo etiam vicinis collatoribus legati dabitur. Imò uidetur esse quædam temeritas uelle accelerare collationem, ut legatus non conferat: & sic eum uelle priuare potestate conferendi iure concessa ut possit præuenire ordinarios.

Non obstat quod interim potuisset conferri per legatum, quia patet contra & fac esse, id tamen non imputatur alteri, nisi dolosè hoc fecerit, nec censetur dolosè facere, quia nullus uidetur dolo facere qui utitur iure suo. regul. nullus. ff. de regu. iuris. nisi ad eum collatio deuolueretur. c. postulastis. in fi. & ibi Imol. col. 4. de concess. præben.

Imò etiam si prælatus latitat, qui habet cum capitulo eligere vel conferre, ante non poterit sine prælato. Ita tenet Imol. in c. postulastis. col. 4. & seq. de concess. præben. dicens, idem si capitulum non vult eligere, quod prælatus circa finem termini poterit, antè non: vt in quæst. seq. dicam: sed in casu nostro non latitauit, sed distulit per unum diem, ergo collatio ante facta non valet nec poterit iure fieri.

21 Non obstat aliud, quod propter † mixturam non debet quis iure suo priuari, quia si bene consideretur, non priuantur ratione mixturæ, sed collationis factæ à superiore, videlicet à Romano Pontefice, seu eius legato qui concurrunt cum quolibet ordinario. d.c. si à sede. Consequens est vt non debeat considerari ista collatio quoad priuationem: nam non priuantur potestate conferendi, nisi pro illa vice ab eo qui habet potestatem conferendi: & tunc legatus facit iure suo: ergo non debent conqueri si vicarius distulit ad vnum diem, etiam si ad duos menses distulisset, volens fortè inquirere de persona illius cui volebat conferre. Nam tempore indigemus vt aliquid maturius agamus. c. ponderet. 5c. distin.

Item interpellatio facta vni ex correis debendi nocet alteri. l. ex duobus. 2. ff. de duob. reis. l. fi. C. illo titu. sic nunciatio facta vni ex his qui habent domum communem nocet alteri. l. de pupillo. §. si plurium. ff. de nou. oper. nuncia. sic potuit ob dilationem vnius legatus conferre: & illa dilatio unius nocebit alteri: nam vnus alteri nocere potest quando utitur iure suo. l. flu minum. § fin. ff. de damn. infect. sed in casu mihi proposito prælatus vtebatur iure suo, cum haberet sex menses ad conferendum: ergo potuit conferre.

22 Præterea quando † collatio spectat ad duos coniunctim, exhibitio mandati vel nominationis ligat alterum cui non est facta. glo. & doctor. in c. si capitulo. de concess. præb. lib. 6. glo. in §. statuit. in verb. spectat. de colla. in pragma. sic & in hoc casu dilatio unius nocere debet alteri quominus debeat conferre.

23 Non obstat quod quis non debet alterius † odio prægrauari. Respondeo non grauatur capitulum ex odio prælati nolentis conferte: sed legatus vtitur iure suo conferendo: nam pars potest differre cum habeat sex menses, ut dixi suprà: ergo non grauatur.

24 Nec obstat quod ius quæsitum † non potest alius tollere: sed hic non erat quæsitum, sed quærendum: & in quærendis vnus alteri præiudicat. l. quæ autem. ff. quæ in fraud. credit. & prælatus in quærendis præiudicat Ecclesiæ. gloss. ulti. in §. fin. 16. q. 6. not. in c. potuit. de locat. & tutor vel curator in querendis pupillo, vel adulto præiudicat. Fel. in l. pactum curatoris. C. de pac. per tex. in l. fin. de acquir. poss. latè in l. seruus. & ibi cumulaui C. de pact. Barba. consi. 66. afferam. in 4 uol. quia non est par ratio amittere debita, & lucra non capere. l. fin. C. de codicil. Feder. consi. 9. casus talis est, res aliqua.

25 † Nec obstat regula id quod nostrum est non potest auferri sine facto nostro, nec posset etiam hoc in casu collationem spectantem ad capitulum cum Episcopo

Episcopo tollere Episcopus vel Abbas, ut nunquam posset conferre, quia iam collatio est sibi quæsita, sed poterit differre. Nã illud ius conferendi non est quæsitum irreuocabiliter cum Papa possit præuenire uel legatus: ergo non dicitur tolli ius quæsitum, licet legatus conferat. Barba.consi.66. afferam.col.5.in 4.volumine. ex istis patet collationem factam per capitulum sine prælato non ualere, nec per prælatum sine capitulo: ergo collatio facta per legatum ualebit.

26 Tertiò, an † capitulum potuerit restringere & abbreuiare terminum sex mensium, & requirere ac vocare Abbatem ut intersit electioni & collationi intra certum tempus? uidetur quod sic ex causa. arg. l.2.ff. de re iudic. ubi iudex ex causa diminuit dilationem à iure datam: ergo & ille qui habet cum alio conferre ne à legato præueniatur.

Secundò alteri per alterum non debet iniqua conditio inferri. regu.non debet alteri. ff. de reg. iu. sed si non posset altera pars vocare alteram & statuere tempus, afferretur conditio iniqua expectando alterum: ergo alter poterit tempus præstituere alteri.

Tertiò est textus formalis in cap.cum de veteri. de election. vbi tempus eligendi datũ arctatur vsque ad consumptionem unius candelę: ergo & capitulum potuit restringere tempus semestre ut collationem non perderet.

Contrarium est uerum, quia indultum à iure beneficium nemini est auferendum. regu. indultum. de
27 regu. iur. lib. 6. sed à † iure indultum est beneficium sex mensium ad conferendum: ergo non potuit conferri per capitulum requirendo Abbatem.

Item quia illud tempus est indultum fauore uolentis conferre: ergo per alterum non poterit tolli. argumen.c.si diligenti. de for.compet. cap. ad Apostolicam. de reg.

Secundò hoc probatur per tex. & glo.& ibi Panor.
28 & alios in c. cum nobis. de elect. vbi † licet prior uel alius antiquior possit conuocare collegium.l.2. C. de decurio.lib.10.c.1.de maior.tamen non poterit terminum sex mensium datum ad eligendum uel conferendum abbreuiare. Innoc. & alij in c. Ecclesia. & in c.in causis. de elect.

Item non potest superior, putà Archiepiscopus, ad quem deuoluitur collatio, minuere illud semestre, de quo in cap.2.de concess.præb. uel trimestre. in c.ne pro defectu.de elect.licet possit prorogare per totum id tempus, quo ad eum spectaret prouisio, iure deuoluto. Ioan.And.in cap. cum olim. de maior. & obed. Hosti.in c.cum sit Romana. de appel. Roma. in l.2.ff. de re iudi.Georg.Natam in repet. clem.sæpè.in princ. col.48.de uerb.sig.Imò nec Episcopus potest tempus datum ad præsentandum, de quo in c.uno. de iur. patro.lib.6. abbreuiare, patrono reclamante: quia ubicunque lapso termino legis incurritur aliqua pœna non potest ille terminus abbreuiari. Bart. in d.l.2. per glo.iuncto tex.in c.1.in uerb.tertiam.de milite uassal. cle.1.in uerb.tertio.de vit.& hone. sed patronus lapso illo termino sibi præstituto, amittit ius præsentandi pro illa vice: ergo istud tempus inductiuum pœnæ non poterit abbreuiari. Fel.in c.cum Bertoldus.col.4. de re iudic. dicens se ita consuluisse. & Rochus in tracta.de iure patro.in uerb. honorificum. q. 22. multò minus poterit in casu nostro capitulum abbreuiare id tem poris dati à iure.

29 † Nec obstat, quod alteri per alterum non debet iniqua conditio inferri: quia iusta conditio bene potest inferri, ut dicit ibi glo.in d.reg.non debet. Et dicitur iusta quando infertur per Principem, cum hoc faciat iure permittente: & sic non infertur per partem, uel per Abbatem, sed per legatum, qui potuit hoc conferre. Non obstat.c.cum in veteri, quia intelligitur quod potest minui per Papam, vel per alium, si canonici, aut alij collatores consentiant, vt ibi Imol. in nou. & idem si à duplo maiori parte capituli hoc fiat, aliàs contra. Et sic concluditur quod non potuit capitulum præstituere, ita breue tempus, ad conferendum prælato.

30 Quartò, an † professio recepta per religiosum ualeat, quod sic probatur, quia professio potest fieri in manibus priuatę personæ. c.vidua. 26.q.1. Spec.in tit. de stat. monach. q. 19. & in manibus simplicis monachi poterit fieri. tex. in c. consuluit. & seq. cum glo. & c.fi. & ibi glo.qui clerici vel vouen.

Imò etiam professio à nemine recepta ualet. c. vidua. & ibi glo. de regul. c. quod interrogasti. 27. distinct.c. vidua. 27. q.1. & tacita valet.c.1.& c.constitutionem. de regul. lib.6. Cardinal. in cle. ne in agro.§. sane. in 2. de statu monach. vbi dicit quod tacita non sufficit nisi fiat sciente eo qui potest incorporare religioni, sed valet quoad Deum.

31 † Quintò, non valet collatio facta non professo, c.nullus.de elect.lib.6. glo.in c. ex eo. & c.indemnitatibus.illo titu. tex.& ibi Bonifac.in clem.ne in agro.§. sane. in 2.de regul.Philippus Perusius.in c. non solũ. colum. vlt. de regul.lib. 6. Ioan. de Selua.in tracta.de benefic. in 3. parte.q.51.

32 Sextò, quero an † monachus possit esse notarius: breui respondeo quod non. in cap.sicut. ne cler. uel monach. imò monachus indistinctè non potest instrumenta conficere, sed prius facta poterit perficere. glo.in c. vt officium.§.1.in verb.præmissa. de hæretic. lib.6. Specul. in titu. de statu monach. q. 27. Bart. & Ias.in l.1.§. huius studij. ff.de iustit. & iur. Bertach. in tract.de Episcopo. lib.3. in prima parte. q.30.

RESPON. LXI.

Dispensatus ad quodcunque regulare, censetur etiam dispensatus ad beneficium alterius monasterij, si non sit eiusdem ordinis.

SUMMARIUM.

1 *Religiosus habens capellam, de iure incapax est ad aliud beneficium, nisi cum eo dispensetur, vt hic.*
2 *Fauore literarum, & gradus à Papa conceditur beneficium.*
Argumentũ de tẽpore ad locum in iure validum est.ibid.
3 *Dispensatus ad quodcunque regulare, an extendatur ad regulare habendum etiam in alio monasterio.*
4 *Verba cuiuscunque status, & conditionis comprehendunt homines diuersi generis.*
5 *Verba generalia quando restrictionem recipiant.*
Feudum acceptum pro se, & suis quibuscunque hæredibus extenditur etiam ad extraneos. ibid.
6 *Successor singularis an comprehendatur in Emphyteusi accepto per se & suis quibuscunque successoribus.*
Venales res quando in legato generali comprehendantur. ibidem.
7 *Translatio de uno monasterio ad aliud quando intelligatur.*
8 *Lex vbi non distinguit, nec nos distinguere debemus.*
9 *Habitus diuersitas inter monacos, ordinis diuersitatem non inducit.*

Dvo

Vo in hac bulla inueniuntur, videlicet Papæ prouisio facta F. Ioanni Eschinard, canonico monasterij sancti Hilarij de Cella, ordinis sancti Augustini, de parrochiali Ecclesia sancti Sigirani, Bituricensis diœcesis, etiam vna cum eadem capellania, quam de Eschinard otinebat: aut sine illa, cum quocunque alio regulari beneficio Ecclesiastico.

Secundò est dispen satio, videlicet tecum dispensamus, vt parrochialem Ecclesiam prædictam possis tenere, cũ prædicta capella, vel sine illa, quodcunque etiã aliud regulare, & loco dimissi & dimissorũ, &c.

1 Primò enim Papa prouidet † religioso habenti capellam, qui licet de iure esset ad aliud beneficiũ quodcunque incapax. c. cum singula. de præbend. in 6. vbi religiosus habens quodcunque beneficium est incapax ad aliud: tamen Papa eidẽ confert Ecclesiã in parrochialem, & vult vt illam retineat cum capella, vel absque capella cum quocunque alio regulari, sensus est quod Papa velit istum religiosum habere Ecclesiã parrochialem cum capella, vt commodius sustentari valeat: ergo istą ratio est generalis respiciens personam d. Ioan. Eschinard: & quando dispensatio fit ad vtilitatem personæ est magis amplianda quatenus vtilitatem personæ tangit: quia ad hoc tendit Papæ intẽtio. c. de multa. in fi. de præbend. Gemi. consi. 17. pro declaratione.

2 † Item fauore literarum & gradus hoc conceditur, quia d. Eschinard in decretis Baccalaureus existit: & hoc ea ratione Papa dicit se concedere, vt in bulla patet, ibi virtus literarumq; scientia nos inducunt, vt illa tibi fauorabiliter concedamus, quæ tuis commoditatibus fore conspicimus opportuna, quod probatur etiam in dicto c. de multa. in fin. de præbend.

Item in dicta bulla prouisionis d. Eschinard derogatum est constitutioni Bonifacij Papæ octaui, & alijs Apostolicis constitutionibus contrarijs, & sic non obstabit c. cum singula. §. prohibemus. de præben. in 6. cum illi sit per Papam derogatum, quia illa est constitutio Bonifacij.

Item dicit per te pro tempore obtento, & quolibet tempore obtineat, & ideo sicut Papa vult quod quolibet tempore obtineat, sit dispensatus. Ita & quolibet loco maximè propter illud verbũ quodlibet, & quia bonum est argumentum de tempore ad locum cle. ad nostram. de censib. vbi glo. & doct. in l. vnum. ff. si cert. pet.

3 † Præterea cum quocunque alio regulari. dubitatur an censeatur dispensatus ad habendum regulare, etiã in alio monasterio, & puto quod sic, per istam clausulam generalem. Cum quocunque alio: nam si Papa uoluisset intelligere tantum de beneficio illius ordinis, & monasterij, dixisset de alio regulari, & tunc intellexisset de simili eiusdem monasterij, per c. sedes. de rescript. l. si fugitiui. C. de seru. fugit. sed addidit & quocunque alio regulari: ergo nihil excepit, siue obtineat in prædicto monasterio, siue in alio, dummodo sit eius ordinis, quod in simili probatur.

4 † Item hæc verba cuiuscunque status & conditionis comprehendunt homines diuersi generis & professionis. per glo. sing. in l. promittendo. ff. de iure dot. quam probat Barbat. in consil. 23. sapientissimus. col. 4. in 2. vol. & Alex. consi. 123. nu. 16. in 4. vol. sic & istud verbum quodcunque regulare intelligetur de omni regulari eiusdẽ ordinis, licet diuersi monasterij.

Non refragatur quod illa dictio quodcunque intelligatur de habili. l. 1. C. de sacrosanct. ecclesiis. l. 1. vbi conueniantur, qui cer. loc. dar. & l. 1. ff. de eo quod cer.

5 loc. Respondeo † verba generalia recipere restrictionẽ quoad inhabilitatem iurisgentium vel naturalem, vtpotè infantiæ aut ætatis. per l. fi. C. de testam. milit. glo. in l. promittendo. ff. de iur. dot. l. 1. C. de fid. instrum. lib. x. Ias. in l. 1. §. nuntiatio. col. 5. nu. 7. ff. de de noui oper. nuntiat. Sed ista inhabilitas religiosi non prouenit de iure naturali vel gentium. Ergo non restringetur quominus intelligatur de quocũque regulari beneficio illius ordinis, licet sit alterius monasterij: vnde si quis acquirat † feudum pro se & suis quibuscunque hæredibus, illa vniuersalis quibuscunque non restringitur ad habiles, sed veniunt etiam extranei. Bal. in l. 1. in 48. q. ff. de rer. diuisi. & in c. imperialem. de prohibit. feu. alienat. per Federic. Ias. in l. 1. §. nuntiatio. col. 4. ff. de noui oper. nuntiat.

6

Item si aliquis acquisierit emphyteosim pro se & suis quibuscunque successoribus, comprehenditur etiam singularis successor, licet aliàs non comprehenderetur. Alex. & Ias. in l. quædam. §. nihil. per illum tex. ff. de eden. quia dictio quibuscunque est geminata: ob id debet de aliquo operari. l. balista. ff. ad Trebel. glo. in l cum pœna. ff. de arbit. Ias. in l. fideiussor. §. prætor. qui satisd. cog.

Item dicit Bar. in l. generali. §. vxori. ff. de vsufr. leg. quod licet in legato generali res venales non comprehendantur per illum text. tamen si testator quascunque res legauerit, etiam res includentur venales. per l. Iulianus. ff. de leg. 3. Roma. consil. 44. ex supra. in 3. q. vbi etiam concludit, quod si statuto dictante vxor lucrari debeat dotem in omni casu etiã existentibus liberis lucrabitur dotem, vt consuluit Francis. consil. 85. habita.

7 † Item quando religiosus petit sibi de beneficio alterius monasterij prouideri, si ex narratione appareat eum religiosum alterius monasterij tamen translatio veniet quando beneficium est eiusdem ordinis, aliàs non, vt in regula cancell. 66. scilicet si alterius ordinis esset. glo. ibi per c. cum causam. de elect. & c. in noua. 16. q. 7. sic etiam religiosus petendo dispensationem ad quodcunque regulare, videtur etiam petiisse translationem, & sibi concessam fuisse ad monasterium aliud eiusdem ordinis.

Item dispensat quod possit dimittere Ecclesiam parrochialem & capellam, & loco parrochialis similem parrochialem habere non dicit in quo loco, sed intelligetur, quod vbicunque possit obtinere Ecclesiam, sic & regulare in quocunque loco & monasterio eiusdem ordinis: nam † vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. l. de pretio. ff. de public. in rem actio. & vbi lex generaliter loquitur, generaliter intelligetur. l. 1. §. & generaliter. ff. de legat. præstand.

8

9 Nec facit aliquid quod sit alterius monasterij, nam sufficit quod sit eiusdem religionis, & habitus, vt dicit glo. in cle. 1. in verb. habitus. de elect. vbi dicit sufficere si sint eiusdem religionis, licet esset diuerso colore indulti.

RESPON LXII.

De tribus sententijs super vna eademq; relatis.

SVMMARIVM.

1 *Appellare tertio an liceat.*
Reipub. interest finem litibus imponere. ibid.
2 *Exceptio quæ semper grauat semper opponi potest.*
3 *Nullitas sententiæ quando allegari possit.*

Nulli-

4 *Nullitas sententiæ per viam appellationis expediri non potest.*
Sententiæ quando dicantur conformes vel non. ibidem, & nume. 7.
5 *Sententiam non valere contra sententiam, quomodo intelligatur.*
6 *Iudicem appellationis in uno sententiam confirmare, in alio vero infirmare, non est inconueniens.*
7 *Sententiæ prius exequi debent, antequam quis super nullitate audiatur, vel offerre saltem de non impedienda executione.*

PROCESSUS fuit initus anno 1501. inter Abbatem & conuentum sanctæ Mariæ de Bolonia actorem, contra Abbatem & conuentum S. Vlmarij, eiusdem oppidi de Bolonia super processionibus faciendis, monitiq; fuerunt rei ab officiali Norinensi ut haberent eos comitari & assistere in processionibus, qui quidem rei obtulerunt, ad euitandum processum, se uelle eos comitari, dummodo ordinem prædicti actores non perturbent prout ipsi consueuerunt facere.

Demum etiam fuit processus motus super campanarum pulsatione & benedictione cereorum, ac quibusdam aliis, & tres sententiæ conformes interuenerunt: & post illas tres sententias quarta in qua fuit cōdemnatus Abbas actor, & aliæ fuerunt compensatæ expensæ, à qua sententia iterum Abbas appellauit:
1 quæro an † debeat recipi eius appellatio. Respondeo, quod non, tam de iure communi, quàm de iure speciali regni: primò extat rub. C. ne liceat tertiò prouocare. & tex. in clem. 1. de re iudic. alioqui nunquam esset litium finis: & tamen Reipub. interest finem litibus imponere. l. properandum. C. de iudic. & præsumitur calumnia quādo quis post sententiam appellat. d. cle. 1. de re iudic. & terminato negotio nulli actio super sumptum petitione præstari debet. l. terminato. C. de fructib. & lit. expen. nefas enim est litem alterā consurgere ex litis primæ materia, vt ibi dicit tex.

Nec obstant in contrarium adducta primò quòd in quarta instanti non fuit opposita exceptio trium sententiarum: ergo in quinta non poterit opponi.
2 Respondeo, quod † exceptio quæ semper grauat, potest semper opponi, & interim processus est validus Bald. in l. 1. C. ne liceat tertio prouoc. Bar. in d. clem. 1. col. 6.

Secundò non obstat quod licet contra tres sententias non possit quis appellare. c. sua nobis. de appel. tamen nullitatē allegare poterit, dicta clem. 1. de re iudi. sicut partes istæ nunc allegant. Quibus respondeo,
3 † quod quando quis post sententias tres conformes uult allegare nullitatem, potest quando sententiæ plenariæ executioni demandatæ fuerint, dicta cle. 1. sed hic non fuerunt executioni demandatæ, ergo non debent audiri partes.
4 Item † partes debent agere de nullitate, non vero prætextu appellationis. tex. in d. cle. 1. ibi ad agendum de nullitate ipsarum, &c. Sed istæ partes appellauerunt, ergo malæ. Et si velint nullitatem deducere nō admittentur, imo calumnia præsumitur, quando quis de nullitate excipit, post tres sententias conformes. dicta clem. 1. & sic iudex quartus potuit in omnes expensas condemnare, ratione istius calumniæ præsumptæ: nempe appellatio semper suspenderet iudicatum: & sic executio fieri non posset. Tertiò nō refragatur quod sententiæ latæ super diuersis articulis non debent exequi, nec dicuntur conformes. d. l. vnica. & Alex. consi. 77. in causa. vol. 2. Respondeo verum esse, si illi articuli non conuenirent, sed si plures essent articuli, & super omnibus conuenientes essent sententiæ, adhuc non posset appellari. glo. & doc. in d. cle. 1. sed hic in his quinque sententijs articuli omnes sunt ter conformiter decisi: ergo non possunt iterum suscitari. Imò si partes dixerint dico sententiam nullam: & si qua est appello, tunc nullitas venit principaliter, nec poterit post tres sententias agere de nullitate. Anch. & Barb. in d. clem. 1.

Quartò non obest, quod sententia quarta non potuit valere, quia † sententia contra sententiam non
5 ualet. l. 1. C. quando prouocari non est necesse. Respondeo illum tex. intelligendum quando prima sententia transiuerat in rem iudicatam, sed hic fuit appellatū. Item quando illa sententia contraria fuisset data, sine instantia absque libello, & litis contestatione. Bal. & Alex. in l. si diuersis. C. de transact. Bart. in d. l. j. Ias. & alij in l. nam postea. §. si damnetur. ff. de iureiu. scripsi in repetitione. l. quod iussit in 2. notab. nu. 150. ff. de re iudic. sed hic omnia solemnia in quarta sententia interuenerunt: ergo ualuit in præiudicium non opponentium, & ualuerit uel non, non potest de hoc cognosci.

Quintò non potest obesse quod in quarta sententia iudices confirmauerunt sententiam primam, & tamen condemnauerunt in expensis, ubi primus eas
6 compensauerat. Respondeo non esse † inconueniēs ut iudex appellationis confirmet sententiam in uno, & in alio infirmet, c. Raynutius, & c. Raynaldus. de testa. etiam is qui non est iudex in principali condemnare in expensis potest. clem. 1. de rescrip. sed isti iudices quintæ instantię uidebant tres sententias conformes, noluerunt eas annullare, sed eas confirmauerunt, & appellantes uidelicet abbatem & conuentum B. Marię in expensis condemnauerunt, quod potuerunt, & propter hoc non debent in hac sexta sententia recipi.
7 Sextò † antequam audiri debeat proponens nullitatem debet permittere ut exequantur in primis sententiæ, uel saltem debet referre, quod non impediet executionem, doct. in d. clem. 1. sed hic non obtulerunt partes: ergo non debent audiri, etiam super nullitate, sed debent condemnari in expensis. §. si quis uerò. de friuol. appel. in Concord.

Septimò, consuluit Barb. consi. 10. Clementissimi in 1. uol. quod licet aliquid indubitatum sit in summis, uel quantitatibus, nihilominus habebit locum dispositio. dicta clem. quoad id. in quo conueniunt, & sequitur Cardin. in dicta clem. sed in expensis conueniunt, ergo quoad hoc, non retractabitur, alioqui sententiæ nunquam dici possent conformes, quia frequentius uidemus sententiam continere diuersa capitula. Barb. d. consi. 10. in fi. Aymo. Crauette. consi. 183. Fuit pronunciatum in Senatu anno 1542. die 25. Septembris abusiuè impetratum & concessum post interlocutoriam confirmatam.

Et anno 1543. in mense Decembris contra Cardinalem Ferrariensem, quod appellans post tres sententias conformes allegans nullitatem sententiæ, ratione citationis, non fuit receptus & fuit ad emendam condemnatus.

Aduertendum est ad primam impetrationem Iacobi de Vitri, quæ uidetur subreptitia, eò quod Papæ narrauit prioratus sancti Martini, & beatæ Mariæ fructus non excedere summam uiginti quatuor ducatorum auri de camera, & tamen maioris sunt ualoris. Nam licet in hoc regno Franciæ sufficiat in impetrationibus exprimere ualorem consuetum uiginti quatuor

thor ducatorum, non tamen in dispensationibus quæ sunt odiosæ, & Papa mouetur ad dispensandum propter tenuitatem fructuum, & aliàs non dispensaret, uel non ita de leui.c.postulasti.in fi.de rescrip. ideò videtur dispensationem esse subreptitiam: & quia cessat consuetudo Franciæ ne soluatur annata in impetratione, sed in dispensatione, non soluitur, etiam consuetudo est, vt quodlibet beneficium sic exprimi debeat ad viginti quatuor ducatos, sed non de pluribus beneficiis nisi soluetur per illam regulam pro expressis habitis.

Item, dispensationes non sunt sufficientes ad Abbatiam de Ebrono, nec ipse Abbas potest tenere prioratus cum dicta Abbatia, nec ad hoc se extendit aliqua dispensatio, & vltima impetratio prioratus sancti Petri non valeret cum sit ei collatus tantum iuxta dispentionis, vel dispensationum tenorem: & tenores dispensationum non faciunt mentionem de Abbatia, & aliud est prioratus, aliud autem Abbatia.

Ideò, si in prouisione facta de Abbatia, non fuerit dispensatus de aliis prioratibus retinendis, vnà cum Abbatia, dicti prioratus de Riuis & de Salis vacant: & poterunt impetrari eo quod ille non est dispensatus ad illos tenendum. Imo per extrauag. execrab. erit inhabilis factus postquã illos tenuit sine dispensatione legitima, & sic non valeret impetratio vltima.

Et quamuis ritè esset dispensatus, vt retinere posset prioratus, vnà cum abbatia, tamen non est dispensatus, ut unà cum abbatia alios in locum illorum recipere posit: quia prouisio abbatiæ vult vt retinere posit vnà cum abbatia: ergo non dimittere posset eum prioratum & alium in locum dimissi fortè maiorem recipere, quod non intellexit Papa, etiam non esset vnà cum abbatia, si illos dimitteret, & in locum illorum alios reciperet.

Et licet Papa voluerit dispensare, vt in locum dimissi, alium prioratum recipere posset, hoc erat videns istos prioratus non esse magni oneris, & ponderis: sed cum abbatia, non dedit hanc facultatem dimittendi, alioquin Papa dixisset: & ista sunt strictè interpretanda.c.1. & 2. de filiis presbyter.in 6.

Nec obstat clausula, vt prius, quia intelligitur quod posit recipere vt prius recepit, quia vacabat per ademptionem abbatiæ, ideo Papa concessit vt recipere & retinere illos quemadmodũ prius, posit, sed nõ dixit, vt posit dimittere, vt prius: nec illud est addendum, & sic prouisio facta iuxta tenores dipensationũ non valet, quia ad hoc non est dispensatus.

Tamen quæ sequuntur dubium quoddam super hac re facere videntur: & primò, quia beneficia vacantia per resignationem, uel alias, quàm per mortem non debentur nominatis curiæ, ut est in literis regijs expressum ibi, *qui uacqueront par mort.* [Quæ per mortem uacabunt.]

Secundò, collatio & prouisio à Papa erat facta: ergo nihil uacabat.

Tertiò, quando uacaret per inhabilitatem non deberetur in uim nominationis, sed opus esset noua impetratione.

Quartò, collatio ultimi facta à Papa ualet, licet aliter non esset aliquomodo dispensatus, multò magis si sit dispensatus, & postquam expressit se habere quatuor: & idem si motu proprio, ut Imo. & alij uidentur tenere in d.cle.si plures.§.in confer. in titu.de offi. ordin. ergo de ordinario intelligit, non de Papa, & sic collatio Papę semper ualebit si non sit subreptitia, quia non se ligat nisi de eo expressè loquatur. c. si tibi absenti. & c.dudum. de præben. in 6.

Nota sequentia antequam hic titulus habeat.

Primò, quod ciuitas locus aut dominus deliquerit, seu culpam uel causam commiserit in iudicem ecclesiasticum, uel personam, seu rem ecclesiasticam, ibi nisi ex causa uel culpa.

Secundò, quod ista causa seu culpa tangat iudicem ecclesiasticum, alioqui si secularem mulcta imponeretur ob id dicitur hic ecclesiasticum interdictum.

Tertiò, quod hæc culpa proueniat à domino illius loci, seu rectoris uel officialium.

Quartò, si culpa ex priuata persona emanauerit, oportet quod prius excõmunicentur & publicè nuntietur à iudice ecclesiastico, & in ecclesia publicetur.

Quintò, quod domini locorum requirantur, vt ex templo illum excommunicatum expellant.

Sextò, quod domini requisiti intra biduum nõ eiiciant cum effectu, scilicet vt si semel ab ecclesia expulsus fuerit, iterum non ingrediatur.

Septimò, quod illam personam excommunicatã non compulerint ad satisfaciendum, quia si eam compulerint cum effectn videlicet eam incarcerando tũc non subiicietur interdicto, alioqui secus.

Octauò, quod si post interdictum persona satisfecerit, sine alia absolutione vel reconciliatione mox diuina reassumi poterunt.

Ratio statuitur etiam in hoc text. quia multa scandala consueuerunt euenire, ex hac indiscreta interdictorum promulgatione, ob id prohibet ne ciuitas aut locus propter culpam priuatæ personæ interdicto subiiciatur, sed propter culpam ipsorum locorum, si fortè locus sit rebellis Papæ, vel ipsius legatum non recipiat interdicto supponi poterit.

RESPON. LXIII.

Symonia commissa à nominato, tradente literas nominationis, cum pactis hic inclusis.

SVMMARIVM.

1 *Nominatus in suis litteris nominationis pactum faciens de aliquid lucrando, an incidat in symoniam actualem, ita vt ei conferri non posit.*

2 *Symonia actualis, quando committi dicatur, probat à diuinis.*

3 *Vendens rem alienam scienter, & tamquam suam tradens, est fur, sic & spiritualia.*

4 *Symon Magus ex oblatione pecuniæ facta Apostolis non incidit in symoniam, sed post condemnationẽ S. Petri.*
Verba cum effectu intelligenda sunt. ibidem.

5 *Promittens ante electionem prioratum alicui, recipiendo prioratum dicitur symoniacus, non ante.*
Conditio nihil ponit. ibidem.

6 *Symonia non committitur si quis id exprimit, quod facere de iure tenetur.*

7 *Potestas componendi data videtur, prout fieri de iure potest.*

8 *Crimina alia, habito respectu ad symoniam, pro nihilo reputantur.*

9 *Symonia an inducatur per omnem pactionem.*

10 *Facere, & promittere quando à pari procedant.*

11 *Symonia commissa ex sola deliberatione, & voluntate, non punitur ab Ecclesia, nisi effectum habeat.*
Peccata ex sola voluntate commissa, per pænitentiam solam remittuntur. ibidem.

12 *Symonia mentalis non punitur per constitutiones, uel extra-*

extrauagantes.

Symoniacus ex sola uoluntate non constituitur, licet peccet. ibidem.

13 *Symoniacus quis non est ex solo pacto, nisi perueniat ad id faciendum quod deductum est in pactum.*

MAGISTER Ioannes de Rominhac tradidit literas nominationum, gradus, & alias qualificatis ad beneficia necessarias, magistris, Petro & Hugoni de Lomenya canonicis conuentione facta, quod d. Rominhac restituerentur, quando volet, & toties, quoties requireret, sub hac conditione. *En ce que durant le temps que ledict Lomenye gardera lesdictes pieces, s'il gaigne aucun benefice, ou autre bien pour & au nom du dict Rominhac, sera tenu, comme luy a promis, luy en bailler la moitie, sans ce toutesfois que ledict Rominhac soit tenu fournir aucune chose: & neantmoins luy a baillé iceluy Rominhac procuration.* [Quòd tempore illo † quo dicta Lomenya prædictas literas seruabit, si aliquod beneficium, vel alia bona pro dicto Rominhaco lucretur, tenebitur, vt eidem promisit, ei medietatem reddere, sic vt non teneatur d. Rominhacus pro eo quicquam tribuere, nihilominus ei d. Rominhacus dedit procurationem] ad lites, & ad acceptandum, requirendum, petendum quæcunque beneficia, & transigendum, componendum, & permutandum cum quocunque beneficio, & cum quacunque persona, & pro nomine d. Rominhaci, & generaliter omnia alia quæ in præmissis, & circa ea erunt necessaria, & opportuna, vacauit postea Archidiaconatus de Bubersaco, quod acceptauit & requisiuit de Rominhac, obtinuitque illius collationẽ: nunc opponitur dictam collationem non valere, eò quod erat symoniacus ratione præcedentis pacti, quæritur quid iuris: breui respondeo dictum Rominhac ratione talis pacti non incidisse in symoniam actualẽ, nec ob hoc erat excommunicatus, & valuit collatio illi facta, & inde sequuta.

2 †Primò (vt à diuinis exordiar) Giezus gratiam sanitatis Regis Naamam Syri vendidit, & leprosus factus sanus extitit 4. Reg. cap. 5. in fi. & sic venditio facta fuit non sola pactio, vbi probatur: nunc igitur accepisti argentum, & accepisti vestes, &c. ergo sola pactio nõ fuit in consideratione. Item probatur Matth. c. 21. vbi Dominus noster Iesus Christus, ementes & vendentes de templo eiecit, & sic non illos qui tantum vendere proposuerant, sed qui iam vendebant & mensas strauerant, vti ibidem videre est. Et Iudas simul atque conuenit de vendendo Dominum Iesum Christum non statim periit, sed posteaquam vendidit: mox laqueo suspensus fuit, Math. 27. cap. probantur hæc in c. qui studet. 1. q. 1. & Esa. 33. cap. Beatus qui excutit manus suas ab omni munere: requiritur ergo minus in actuali symonia, antequam committatur, quòd non inuenitur hic: ergo non est symonia actualis, facit c. sunt nonnulli. 1. q. 1.

3 Secundò, probatur hac ratione, qui † vendit scienter rem alienam, tanquam suam, & tradit, fur est. §. furtiuæ. insti. de vsuca. sed is qui spiritualia vendit, alienam rem vendit, vt potè quia non est dominus illius, vt ait diuus Paulus 1. Corinth. c. 4. sic nos exstimet. c. 2. de donat. sed d. Rominhac nil vendidit. ergo in symoniam non incidit, vt inferius plenius explicabitur.

4 Tertiò, cum † Symon Magus obtulisset pecuniam Apostolis meruit audire à diuo Petro suam condemnationem hanc uidelicet, pecunia tua tecũ sit in perditionem, quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri, & subdit pœnitentiam. Itaque age ab hac nequitia tua, & roga Deum si fortè remittantur tibi hæc cogitatio. Ecce igitur quòd ratione cõdemnationis erat symonia, sed ante condemnationem non. Actuum 8. c. & c. qui studet. ibi damnationis sententiã. 1. q. 1. & dicit Floren. in 2. parte summæ, titu. de symon. cap. 4. §. 3. quod istud c. qui studet, debet intelligi cum effectu, quia uerba cum effectu sunt intelligenda. l. 1. ff. quod quisque iur. cap. relatum. de cleric. non residend.

Quartò, probant iura canonica primò cap. de hoc

5 de symon. ubi † qui promisit ante electionem prioratum alicui, si is recipiat prioratum symoniacus est, ut probatur ibi ob causam illa promissa recepisse: ergo à contrario licet conuenisset, & nil recepisset, sed eum pacti pœnituisset non fuisset actualis symoniacus, nec puniendus in foro seculi.

Quintò, hæc conuentio est conditionalis, *si gaigne aucun benefice, ou autre bien, au nom du dict Rominhac*, [si aliquod beneficium, uel alia bona pro d. Rominhaco lucretur.] & conditio nil ponit. l. 3. §. si quis sic accepit. ff. de statulib. & per tot. titu. de condit, & demonst.

6 † Sextò, si exprimatur id quod quis facere tenetur, de iure non est symonia. doct. in c. 1. & per tot. de symon. sed procurator restituere domino, id quod acquirit nomine domini tenetur, ut apparet in toto tit. de procur. Igitur si expressum sit, & conuentũ quod si lucratus fuerit beneficium uel aliam rem vt teneatur restituere, non inducit symoniam.

Septimò, non obest quod de Lomenya nõ debeat nisi dimidiam partem tradere, ergo aliam dimidiam partem vult ei dare pro expensis. Respondeo hoc nõ dicunt partes, sed si de Lomenya acquisiuerit beneficium nomine d. Rominhac, quod teneatur eidem restituere saltem dimidiam partem, nõ exprimunt partes quod d. Lomenya retineat dimidiam, ob id potest intelligi quod d. Rominhac constituit de Lomenya procuratorem ad transigendum, & componendum, dummodo dimidia pars beneficii quod acceptabit, non obstante quacunque compositione remaneat penes de Rominhac: & hæc conuentio non est illicita, nempe in eo casu quo non haberet nisi dimidiam nõ vult costituens onerari expensis: & istæ cõuentiones possunt sine expensis fieri. Ideo hæc compositio necessario non probat symoniam, quia potest sic à Papa probari: & ideo constituendo eum sic non uidetur induxisse symoniam, sed dedisse potestatem componendi usque ad dimidiam.

7 [Octauò, istam potestatem componendi uidetur dedisse prout de iure poterat fieri, quia in dubio quis uidetur contrahere velle uel testari prout de iure. l. si duo. ff. de acquiren. hæred. l. quæro. §. inter locatorem. locat.

Ideo iste Rominhac dando potestatem componẽdi d. de Lomenya dubitauit, quod ipse totũ beneficiũ resignaret. Ob id uoluit, & expressit quod dimidiam partem habeat, nec expressit se velle habere dimidiam partem à d. de Lomenya, vel ab alio, quare non uidetur procuratio symoniaca, quia poterit conuentio, & compositio postea facienda à Papa approbari, & non erit symonia, Panorm. & alii in c. constitutus. de transact. c. nisi. de præbend. & c. non satis. de symo. & postquam partes alia iura adducunt in hanc partem his cõtentus omittam.

Non refragantur in contrarium adducta, primò

8 quod propter immanitatẽ huius criminis alia crimina pro nihilo reputantur. c. per tuas. uersicu. ille quidem. de symo. Ergo debet condemnari symoniacus. Respondeo immanitatem criminis facere, ut in hoc crimine

multa sint specialia, c.tanta est labes. cum simil.de symon.tamen in primis oportet crimen cōmissum esse. l.1.§.item illud.ff.de Senatusconsult.Sylla.& postea de immanitate criminis quæretur, sed hic nō apparet de symonia,ergo de immanitate ipsius quæri non debet.

9 Secundò,non obstat quod † omnis pactio & conuentio in spiritualibus obtinendis cessare debet. c.fin. & c.quàm pio.1.q.2.Respōdeo quod estò,tamen si interuenerit non dicit quod omnis pactio inducat symoniam, licet sit illicita, & peccet is qui contra ius facit, non tamen erit excommunicatus, vel alias inhabilis aut symoniacus actu maximè in hoc casu, vt superius dixi: & quamuis induceret symoniam, non induceret in hoc casu nisi symoniam mentalem, vt inferius explicabitur.

Tertiò, non obest c.cum essent. de symon.vbi post promissionem beneficij dominus de Rominhac cui facta fuerat promissio petebat illud beneficium,ob id Papa ei imponit perpetuum silentium, licet ipse promouisset negotium apud Papam,& sic ibi non erat sola promissio: sed ex parte eius cui erat facta promissio erat negotium factum, & postea petebat Ecclesiam, quod non potest, quia pactum non valet tāquam illicitum & symoniacum. sed in hoc casu de Rominhac ex pacto nihil petit, imo reuocat quatenus saperet symoniam, igitur pactum eidem nocere non debet.

Quartò,si beneficium iam vacabat in pactione nullum verbum de beneficio: ergo super eo non censetur pactum factum, quia potuit d.Rominhac illud beneficium prosequi postquā acceptauerat: & si de Lomenya acceptasset aliud nomen,d.Rominhac volebat quod illud prosequeretur, nec conuentio ad beneficium illud referri potest, quia verbū, *gaigne* [lucretur] futurum,& non præteritum significat tempus.

Et si dicatur quod non poterat acceptare aliud, falsum est: poterit enim sub conditione, si mihi Archidiaconatus nondebeatur,accepto,istud per glo.vlt.in c.2.de rescript.in 6. & gl.expressa in §.item quod ad dictas.in verb nominatorum. de collatio.in pragm.

10 Quintò,non me mouet,quod † paria sint,facere & promittere.c.super hoc.de renuntia.quia hoc intelligitur postquam est peruentum postea ad effectum,vt in d.c.cum essent,& superius dixi & quando promittitur pro certo beneficio,vt inferius etiam dicam,& hoc videtur concludere decis. vlt.rub.de constit.Cassadorus.

Sextò,tex.formales allegati in contrariū nil faciunt: primò, c.nobis. de symon. vbi promissio pecuniæ ab amicis facta nocet ei qui ignorat pactum. Respondeo verum esse, quia in vim pacti electio facta fuit de illo ob id electio illa symoniaca est reprobanda,sed non afficitur persona,nec incidit in aliam pœnam, nec ibi fuit simplex promissio,sicut in casu isto,sed postea electio insequendo illud primum pactum.

Et in c.2.de confessis,non erat pactum simplex, sed ut canonicus præstiterat cōsensum electioni recepta obligatione quingentorum Sarracenorum:& sic erat actualis symonia,quæ non est hic: & sic expresse contra adducentem faciunt.

Septimò,iura in contrarium allegata debent intelligi in actuali symonia, quæ non est in casu mihi propo-
11 sito,nempe licet † symonia sola deliberatione,& uoluntate committatur,tamen non punitur iudicio Ecclesiæ, quæ non iudicat de occultis, nisi ad effectum procedat:teste Ioan.Ana.in rub. de symo. & Florenti. in 2.parte summæ tit.j.rub.de symo.c.5.§.j.per c. fi. de symo. & quæ sola uoluntate committuntur, per solam pœnitentiam remittuntur.d c.fin.glo. in c.unico. de cleric.non residen.in 6.hoc etiam firmat Card.Alexand in summa.i.q j.col.2. ut uoluntas debeat intelligi cum effectu, ut pars uidelicet, progrediatur ad pactum & ad actum, id est, ad id quod reductum est in pactum,quod non inuenitur hic.

12 † Etiam omnes constitutiones & extrauagantes, pœnales de symonia loquentes,non habent locum in symonia mentali,quia in pœnis benignior interpretatio facienda est.per regu.in pœnis,de reg.iur.in 6.Pan. & alij in d.c.si facit. c.consulere. in verb. voluerunt, de symon. vbi glo. dicit dummodo processum fuerit ad actum vendendi,vel emendi,quia sola voluntas hominem non facit symoniacum licet peccet, & sic nō erit iste Rominhac excommunicatus,vt prætenditur licet peccauerit, si in mente habebat quod dimidia pars beneficiorum requisitorum remaneret apud de Lomenya pro expensis, & prosequutione processus: nam tunc esset mera symonia mentalis, quæ non afficeret excommunicatione d.Rominhac.

Octauò,verba prohibitionis symoniacæ, non accōmodantur,nec conueniunt soli voluntati,ergo etiam dispositio non conueniet.l.1.§.est aūt.ff.de exercit.act.

Maximè quia sola voluntas in symoniacis est prohibita,vt in beneficialibus,stans in suis terminis,si non progrediatur ad actum facit quem symoniacum. cap. vbicunq; vbi doct.1.q.1.& hoc casu nostro conuenit. Ideo Card.Alex.in d.summa.1.q.1.dicit hoc casu peccatum esse, sed propriè non cōmitti symoniam.c.tua nobis.de symo.ideo Panor.in cap.nemo.ibidem addit opere subsequuto esse symoniam non sola voluntate facit.l.2. ff.de his qui not.insa. vbi qui locauit operas suas vt prodiret artis ludicræ causa,neque prodiit,non notatur ea infamia.

13 † Vltimo, sola conuentio de dando si omnino, veniat ad effectum non facit symoniacum,quamuis illa conuentio & pactio sit illicita: & peccat quis,sed non est symoniacus, nisi perueniat ad faciendum id quod in pactum deuentum est. probat c.cū pridem de pac. vbi fuit conuentum dari tres marchas argēti pro expēsis P.& idem liti cederet,illam pactionem Papa vocat prauam, & vult quod cedat illi beneficio, super quo conuenit. Itaque si conuentio fieret super certo beneficio diceretur symonia, ut ibi,si uerò super incerto non.c.cum clerici.de pact.& alia iura de promissione loquentia debent intelligi,quando promissio deducta est ad effectum,uel quando promisi pro certo beneficio aliquid,c.sicut.2.ubi est bonus tex.de symo. & Panor. in c.constitutus. de transact.dicit posse dici speciē symoniæ,in aliquo casu, & tamen non erit symonia: ueruntamen licet esset quædam species symoniæ: in hoc casu, non tamen symonia est, saltem actualis, & extrauagans cū detestabile. de symo.excōicat illos qui quomodolibet dando,uel recipendo,symoniam commiserint, aut mediatores extiterint, seu procurauerint, quod non fecit hic de Rominhac:ergo ex prædictis patet d.de Rominhac esse habilem ad dictum Archidiaconatum, nec symoniacum dici posse,& sic collationē illi factā ualere per prædicta alia iura,quæ quia plenè partes deduxerūt, missa facio,hisque subscripsi.

RESPON. LXIIII.

De eo qui accusatur symoniam commisisse.

SVMMARIVM.

1 *Symoniacus accusatus, conuictus, & condemnatus de symonia commissa in uno beneficio, non priuatur ex hoc nisi beneficio, in quo symoniam commisit.*

2 *Symoniacus pendente accusatione, & post sententiam resignare poterit beneficia ante symoniam adepta, etiam si ab alio fuerint impetrata.*
3 *Symoniacus resignans beneficia, in quibus symoniam commisit, post resignationem dispensationem de eis retinendis impetrare non poterit.*
4 *Beneficium obtentum per symoniam à die commissi criminis, ipso iure vacat, nec est opus declaratione.*


VANDO quis est accusatus cõmisisse symoniam in vno beneficio obtinẽdo per permutationem cum alio factam, aut aliàs, & de eadem est conuictus & condemnatus, vtrum beneficia omnia quæ antea possidebat, vacent etiam si Missam celebrauerit, & in ea irregularitate post annum, & multo tempore remanserit, aut etiam dicta beneficia obtenta ante symoniam fuerint ab alio impetrata, & si per hoc ius impetranti quæratur.

Vtrum accusatus de symonia, pendente accusatione, & etiam post sententiam, possit resignare beneficia per eum ante symoniam commissam possessa in fauorem in manibus Romani Pontificis non obstante (vt permissum est) quod dicta beneficia fuerint ab alio impetrata, & aliis præmissis.

Vtrum possit impetrare à summo Pontifice dispẽsationem de obtinendis beneficiis, iam per eum in fauorem resignatis & aliis.

Vtrum quis possit impetrare à summo Pontifice dispensationem de retinendis beneficiis, per eum ante commissam symoniam obtentis & obtinendis.

Vtrum beneficium obtentum per symoniam vacet ipso iure, & facto an opus sit declaratione, & si ille qui tale obtinuit beneficium pendente accusatione resignet illud beneficium in manibus summi Pontificis in fauorem alicuius an valeat ista resignatio, etiamsi alterius esset quæsitum beneficio. Cętera supplebit discretio vestra in hac materia.

1 † Super prima quæstione, ne pœna delictum excedat, non videtur priuatus symoniacus, nisi eo beneficio in quo symoniam commisit, argum. c. si compromissarius. de elec. in 6. & sic illa beneficia non possunt impetrari ante priuationem, cum non vacent, & si fuerint impetrata impetratio non valebit.

2 † Ad secundam quæstionem, respondeo, quod postquam beneficia ante symoniam adepta non uacent, poterit illa resignare, & resignatio ualebit, tam ante sententiam, quàm post, cum de illis non agatur, etiã si fuerint impetrata per alium, quia impetratio facta de beneficio non uacante, non obest possidenti quominus beneficium resignare possit.

3 † Sed si ipse symoniacus resignauerit illa beneficia in quibus non commisit symoniam post resignationem, non poterit impetrare dispensationem ut ea retineat: quia ea non habet cum iam resignauerit, & collata sint alteri, ante tamen resignationem & collationem poterit impetrari dispensatio à Papa, ut ea retinere possit.

4 † Item beneficium symoniaci, in quo symonia prætenditur, ipso iure uacat à die commissi criminis, nec est opus aliqua declaratione, sed ab eo die impetratio ualebit, & ideò symoniacus non poterit illud resignare. Actum Paris. anno 1554. in mense Augusti.

RESPON. LXV.

An peti possit debitum post triginta annos.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptionis exceptio locum non habet in curia parui sigilli Montispessulani.*
2 *Iudex appellationis iudicare debet secundum leges, & statuta uigentia tempore primæ sententiæ.*
3 *Debitum an mala fide præscribatur, de hoc ponuntur opiniones, quæ cum distinctione conciliantur.*

Eu le procés & doubte meu entre damoiselle Marguerite Boire demanderesse, & maistre Iean Gayand, Secretaire du Roy nostre sire: il semble que la demanderesse se peut defendre a l'opposition qu'on luy faict, que le debte est prescript, veu que ne l'a demandé dedans trente ans. Car par style du petit seel de Montpelier, exception de prescription n'a lieu: Parquoy veu que ledict obligé & execution se faict en vertu de la Cour du petit seel, & que ladicte Cour ne recoit les executions des proscriptions, ne doit aussi le Iuge d'appel ladicte exception receuoir. [Viso processu & dubio moto inter dominam Margaretam Boire defensatricem, & magistrum Ioannem Gayãdum Secretarium Regis domini nostri: videtur æquitati consentaneũ, defensatricem se posse defendere contra oppositionem, quæ ei fit, quod debitum præscriptum sit, quoniam intra triginta annos illud non petijt: † nam
1 stylo parui sigilli Montispessulani exceptio præscriptionis locum non habet. Quare cum dictus obligatus, & executio fiant virtute curiæ sigilli, & quod dict. curia executiones præscriptionis non recipiat, non debet etiam iudex appellationis d. exceptionem recipere.] per tex. in authen. vt cum de appellat. cognosc. col. 8.
2 in princ. † vbi iudex appellationis debet iudicare secundum leges & statuta vigentia tempore primæ sententiæ. Idem est declaratum in stylo Parlamenti, in rubr. de commissa. §. item quæro, vbi casus iste expressè deciditur, dicens, quod si causa fuerit inchoata in patria, & postea aduocata ad curiam, curia debet sequi stylum primæ curiæ: & istud, cum sit notorium, non indiget alia probatione. Bonum est tamen, si pars producat stylum, & obseruationem illius curiæ parui sigilli Montispessulani. *Et aussi:* [Atque etiam] quod
2 † debitum non præscribitur cum mala fide, ut decidunt Panormit. & omnes canonistæ. in c. fi. de præscr. *combien que Bartolle tienne le contraire*, [quamuis Bartolus contrariũ teneat,] in l. sequitur. §. si uiam. ff. de usucap. Sed omnis turba in contrariam labitur sententiã ut referunt doctor. Panormit. Felin. & alij in d. c. fin. & Ioan. Franc. Balb. in tract. de præscript. in 2. parte 3. partis. quæst. 13. attamen hæ sententiæ sic conciliari possunt. Nam viuente eo qui scit se debere, nulla currere potest præscriptio cũ mala fide: & ita intelligatur opinio canonist. Si verò mortuo debitore non fuit petitum debitum ab hærede per triginta annos: tunc non poterit amplius peti, & ita intelligatur opinio Bartoli & eorum qui sequuntur eum.

Et ista conciliatio est valde æqua. Igitur cum à morte debitoris non fuerint elapsi triginta anni, nec quidem viginti, non potest hoc debitum à d. Margareta petitum, præscriptum esse. Et sic non obstante oppositione præscriptionis reus Gayandus est condemnandus: & ita iuris esse video quibus subscripsi.

RE-

RESPON. LXVI.

De electione Abbatiæ Monialium.

SVMMARIVM.

1 *Abbatiæ prouisio facta à Papa duabus monialibus, quæ præualere debeat.*
2 *Papa plenariam in beneficijs potestatem habet.*
3 *Consensus monialium an debito tempore sit præstitus.*
4 *Consensus an copulatiue iteruenire debeat tempore prouisionis datæ.*
5 *Prouisio secunda cum nominatione regis an valeat.*
6 *Variare an posśint moniales.*
7 *Electio, & constitutio procuratoris ad consentiendum electioni multum differunt.*
Prouisio facta d. Margaretæ an sit conditionalis. ibidem.
8 *Consensus retro trahitur ad diem impetrationis, & prouisionis factæ.*
Habilitas duorum extremorum requiritur in fictione translatiua. ibidem.
9 *Prouisio d. Margaretæ an sit subreptitia.*

*En les bulles de nostre sainct Pere le Pape, tant de Marguerite des Marius, que de Marie de Torci sẽble que la premiere prouision du Pape faicte a ladicte Marguerite est vallable. Car* [Visis bullis sanctis. patris nostri Papæ, non solummodò de Margareta des Marius, sed etiam de Maria de Torci, † videtur quod prima Papæ prouisio d. Margaretæ facta, sit valida. Nam] ex prima prouisione iure facta acquiritur ius. capit. eam te. cum ibi notat. de rescript. capit. si tibi absenti. de præbend. *Parquoy la prouision apres faicte à ladicte Marie, ne peut valloir: car le vouloir & pouuoir du Pape sont à ladicte prouision de Marguerite: le vouloir du Pape appert, quand il dict.* [Quare prouisio postea d. Mariæ facta, non potest valere: nam voluntas & potestas Papæ d. prouisioni Margaretæ applicantur: de voluntate vero constat, quando dicit:] Dummodò tempore datæ præsentium non sit eidem monasterio de Abbatissa prouisum. *Or le vouloir du Pape est, que ladicte Marguerite soit pourueue de ladicte Abbaye, si l'on n'y auoit pourueu: mais ledict iour l'on n'y auoit encores pourueu. Parquoy le Pape a entendu de pouruoir à ladicte Marguerite de la puißance,* [Sed Papæ voluntas est, quod d. Margareta sit de dicta Abbatia prouisa, si ei prouisum non sit. sed die prædicto ei nondum prouisum erat. Quare Papa intellexit prouideri d. Margaretæ de potestate,] † non dubitatur, cum in beneficijs plenariam habeat potestatem. capit. 2. de præbend. in sexto, clemen. 1. vt lite penden. *Et pour ce que* [Atque ob id quod] voluntas & potestas interuenerunt, *en ladicte prouision faicte a Marguerita, faut dire qu'elle est vallable,* [in prouisione facta Margaretæ dicendũ est quod sit valida.]

Item aussi ne fait rien, que le consentement soit interuenu apres les trois mois: car le consentement est venu non pas par maniere d'election, mais d'approbation & ratification de la prouision du Pape: & par ainsi a peu estre doué apres les trois mois. Car encores que. [Item non obstat, quod † consensus post tres menses interuenerit: nam consensus non per modum electionis interpositus est, sed approbationis & ratificationis prouisionis Papæ, atque ita post tres menses ei prouideri potuit. Nam etiamsi] electio non possit fieri post tres menses. capit. ne pro defectu. de electio. tamen facta prouisione per Papam, *n'est reprouué que le consentement, qu'est approbatif de la prouision,* [nihil præter consensum reprobatur, quod prouisionem approbat,] non possit interuenire: *car le Pape se doubtoit que les religieuses de ladicte Abbaye:* [nam Papa dubitabat, quod Moniales d. Abbatiæ] haberent istam Margaretam odiosam. *Et pource a dict.* [Atque ideò dixit.] Et medietatis dilectarum in Christo filiarum conuentus eiusdem monasterij ad hoc expressus accedat consensus. *Or le consentement est interuenu:* [Sed consensus interuenit: ergo habito consensu monialium, gratia est purificata, *autant que s'il n'y eust esté aucune condition.*] ac si nulla conditio apposita fuisset.]

Aussi n'y fait rien si l'on vouloit dire, que [Neque refra-

4 gatur etiamsi dicatur, quod] † copulatiuè debet interuenire consensus, tempore datæ prouisionis: *car cela ne se peut soustenir veu que le Pape sçauoit bien:* [nam hoc sustineri non potest quandoquidem Papa bene sciebat] quod nullus tempore prouisionis accedebat consensus. Ideò volebat, quod postea interueniret, *ainsi qu'il est interuenu,* [vt interuenit.]

Et n'y faict rien la seconde prouision auec la nomination du Roy, car elle ne vault, pource que le Pape l'a conferé a la secon-

5 *de, qu'est Marie de Torci,* [Nihil etiam † repugnat secunda prouisio cum nominatione Regis: nam nullius effectus est, eò quòd Papa eam secundæ, nempe Mariæ de Torci, contulerit.] si non sit monasterio canonice prouisum: sed erat iam canonice prouisum per Papam, *& n'y falloit que le consentement des religieuses, lequel est apres interuenu,* [& consensus tantùm Monialium requirebatur, qui postea interuenit:] ergo isti Mariæ nõ potuit ius acquiri, nec Papa voluit dare.

Et n'empesche que le consentement n'estoit interuenu durant la seconde prouision, & ainsi la seconde doit estre prefreree, par le [Neque aduersatur quod consensus non interuenerat tempore secundæ prouisionis, & sic secunda debet præferri, per] capit. si pro te. de rescript. in 6. *car a cela faut respondre auoir lieu, seulement a une impetration.* [nam ad hoc respondendum est, solummodo locum habere in impetratione] de beneficio ad vacaturam, secus in impetratione beneficij vacantis, *car,* [nam] statim acquiritur ius ad beneficium vacans, quod non est in in vacaturo. d. c. si pro te.

Aussi ne fait si l'on ueut dire, comme auant que nostre sainct Pere y pourueut, procuration auoit esté faicte par les religieuses en la faueur de Marie de Torci: car par icelle procuration. [Non obstat etiam si dicatur quod antequam sanctissimus noster Pater prouidisset, procuratio per Moniales in fauorem Mariæ de Torci facta fuerat. Nam per illam procurationem] non erat canonice prouisum. *Et par ainsi le Pape y a uoulu pouruoir, & y a pourueu.* [Atque ita Papa in hoc voluit prouidere, & prouidit.]

Ne contredict aussi que les religieuses, qui ont premierement consenti a Marie, n'ont peu varier. Car le contraire est la uerité. Bien est uray, que si elles eussent esleu, la puissance de uarier leur eust esté ostee par ladicte election. Mais quand elles ont consenti en la personne de Marie, elles ne sçauoyent le Pape auoir pourueu a Marguerite: car autrement n'eußent consenti: & aussi disent ce consentement estre par force & uiolence, & par ainsi non uallable. [Non

6 refragatur etiam, quod † Moniales, quæ consensum primò Mariæ dederant, variare non potuerint: nam contrarium verum est. Concedendum quidem est, quod si elegissent, potestas variandi per d. electionem ipsis fuisset eblata: sed quando pro persona Mariæ consensum dederunt, Papam Margaretæ prouidisse ignorabant: nam consensum alioqui non præstitissent:

stitissent: tum etiam consensum hunc vi factum dicunt, atque ita inualidum,] quia quæ metus causa gesta sunt, rata non habet prætor l.prima, & per titu. ff. quod met. caus.

Et ne peut on dire, que le consentement des religieuses faict par Marie de Torci soit equipollent a vne election: car il y a grande differente de eslire & de constituer procureur a consentir, ainsi que ont faict les religieuses, lesquelles ont faict procuration pour consentir en la faueur de ladicte Marie deuant le Pape. Or par icelle procuration n'est faict canonicque prouision: doncques le Pape y a pourueu. [Neque etiam dici potest, quod consensus Monialium per Mariam de Torci factus æqui-
7 polleat electioni: nam † multum differt, eligere, & procuratorem ad consentiendum constituere, vt Moniales fecerunt, quæ procurationem dederunt ad consentiendum coram Papa in fauorem dictæ Mariæ, sed per illam procurationem canonica prouisio facta nō est: ergo Papa in hoc prouidit.]

Ne peut aussi preiudicier que la prouision faicte de ladicte Marguerite soit conditionelle: car cela ne se peut soustenir. [Non aduersatur etiam quod prouisio d. Margaretæ facta, sit conditionalis: nam hoc sustineri non potest.] Nam dictio, dummodo, non facit conditionem, sed obligat ad sic faciendum. Bal. in c. dudum. 2. col. de ele. *Et pource estoit obligee ladicte Marguerite auoir le consentement, lequel elle a eu: & posé encores que ladicte prouision de Marguerite fust conditionele, aussi bien est la prouision de Marie & le Pape peut pournoir.* [Atque ideò d. Margareta obligata erat ad habendum consensum, quem etiam habuit, & posito quod d. prouisio Margaretæ cōditionalis esset, etiam est prouisio Mariæ, & Papa potuerat prouidere.] purè & sub conditione. c. si gratiosè. & ibi gloss. & doctor. de rescript. in 6. *Et par ainsi quand le consentement est interuenu pour ladicte Marguerite ce consente-*
8 *ment s'est tiré* [Itaque † quando cōsensus pro d. Margareta interuenit, iste consensus est tractus] retrò ad diem impetrationis & prouisionis factæ, quia duo extrema reperiuntur habilia, quæ in fictione translatiua considerantur. Bartol. in l. si is qui. ff. de vsucap. *& n'a attendu le Pape pendant le consentement, le conferer a vn autre:* [& Papa non expectauit consensum suspenso, illud alteri conferre,] cum ius iam esset quæsitum Margaretæ, c. si tibi absenti. de præbend. in 6. *& ainsi l'a exprimé a la bulle de ladicte Marie.* [atq; ita bulla d. Mariæ expressit,] si non fuerit canonicè prouisum: *& partant semble, veu les choses cy dessus dictes, que ladicte Marguerite a le droict a l'Abbaye, & non Marie,* [idcircò videtur cōsiderādo res prius dictas, d. Margaretam iure fundatam pro Abbatia obtinenda, non verò Mariam.]

Aussi ne faict, si l'on vouloit dire, que la prouision de Margue-
9 *rite, est subreptice,* [nihil etiam obest, si dicatur † prouisionem Margaretæ esse subreptitiam,] quia de electione est facienda mentio. c. quanto. 63. distin. Panormit. in c. nosti. & c. transmissam de elect. *car cela est vray, mais n'a esté faicte aucune election.* [nam hoc verum est, sed nulla facta est electio,] glossa in §. visum. in verbo non valeant. de collat. in pragmat. *& combien que ce consentement des religieuses, soit equipollent a postulation,* [& quāuis ille consensus monialium æquipolleat postulationi,] non tamen de postulatione (cum per eam ius non quæratur) est facienda mentio. c. bonæ. in 2. & ibi Panorm. in 3. notab. de postulat prælator. *Partant la prouision de Marguerite demeure tousiours vallable, & ainsi a esté iugé au grand Conseil.* [Quare prouisio Margaretæ semper manet valida, atque ita in suprema curia iudicatum est.]

RESPON. LXVII.

De professione.

SVMMARIVM.

1 *Professio monialis facta cum interuentu vicarij Abbatis an valere debeat.*

2 *Monialis non nobilis prouisa de Abbatia.*

3 *Possessor pacificus post triennium molestari non potest.*

Eu le susdit faict & les doubles des bulles & autres pieces semble que la profession de dame Ieanne Bertrande du monastere de la Seaune Benoiste de l'ordre de Cisteaux, est bonne: car elle est faicte entre les mains du vicaire de l'Abbé de Cisteaux, ainsi qu'appert par le vicariat inseré a l'instrument de la profession, lequel a ce faict foy. [Viso facto suprà dicto, & exemplari bullarum,
1 aliisque chartis, vdetur † professionem dominæ Ioannæ Bertrandę monasterij Saulnæ Benedictæ ex ordine Cistercicensi debere valere: nam facta est interueniente vicario Abbatis Cisterciensis, vt per vicariatum instrumento professionis insertum apparet, qui in hoc fidem facit,] quia transcribitur ad verbum à notarijs, & inseritur in actum professionis. *Considere aussi le laps du temps, qu'est de plus de dix ans: & que ladicte dame Bertrande est Abbesse dudict monastere: & aussi la ratification du superieur immediat, Abbé du monastere de Mausades, qu'a ratifié ladicte profession & approuuee.* [Considerato etiam lapsu temporis, qui plus quàm decē annorum est: & quod d. domina Bertranda sit d. monasterii Abbatissa, respectu quoque ratificationis habito superioris immediati, Abbatis monasterii de Mausades, qui d. professionem ratam habuit atque approbauit.]

Item veu qu'il n'y a statut ne fondation audict monastere de la Scaulne benoiste, que l'Abbesse doiue estre de noble lignee, encores que le monastere aye esté gouuerné autrefois par nobles, pourra estre gouuerné, regi & administré par ladicte dame Ieanne Bertrande: car ya estoit noble faicte par la noblesse donnee a monsieur son pere, & a sa posterité nee & a naistre. Et encores que cela ne fust, pour ce qu'il n'y a constitution prohibitiue, ceux la qui ne sont de noble lignee, ne seront exclus a ladicte Ab-
2 *baye.* [Item † considerando quod non sit statutum aliquod, neque fundatio in d. monasterio Saulnæ benedictę, quod Abbatissa debeat ex nobili stemmate esse: insuper, quia monasterium aliàs per nobiles gubernatum fuit, poterit per d. dominam Ioannam Bertrandam etiām regi & administrari: nam nobilis iam facta fuerat per nobilitatem domino patri suo, suæque posteritati natæ ac nascituræ datam. & quamuis hoc ita non esset, quia constitutio de hoc prohibitiua non est, illi etiam non de nobili stemmate procreati, a prędicta Abbatia non excludentur.]

Touchant d'auoir quelque faute aux tiltres de ladicte dame Bertrande au procés fulminé, n'y en a point oculaire, ni autre qui se puisse à present debatre apres trois ans. [Quantum ad defectum titulorum d. dominæ Bertrandæ in processu inchoato spectat, de eo non apparet, nec etiam de
3 alio, qui iam posset post tres annos obiici,] quia † possessor pacificus non potest post triennium molestari, & si molestetur, *pourra impetrer lettres royaux,* [poterit impetrare literas regales] de pacificis possess. *& toutes les allegations;* [& omnes istæ allegationes,] quæ non reddunt inhabilem aliquem, sopitæ sunt per triennalem possessionem.

Aussi de ce que ladicte dame se duobte, que si noble dame Marguerite de le Roe [de hoc etiam quod d. dña dubitat, si nobi-

si nobilis domina Margareta de la Roe] moriatur, an censebitur mori in possessione Abbatiæ, adeò quòd Abbatia per eius mortem vacare censeatur: *& semble que non: car ladicte dame de la Roe.* [& videtur quod non: nam d. domina de la Roe] non est in possessione nomine suo, sed tanquam vices gerens Abbatissæ dictæ Bertrādæ, *ainsi qu'appert par le vicariat à ladicte Marguerite baillé & par elle accepté.* [vt per uicariatum d. dñæ Margaretæ datum, & per eandem acceptatum apparet.]

Veu aussi que nostre S. Pere le Pape a retenu l'administration à ladicte dame Marguerite. Si doncques ladicte Marguerite a administré ensuiuant la retention & concession de nostre S. Pere le Pape ne mourra en possession de toute l'Abbaye: car suffit que ladicte dame Bertrande aye faict autres actes appartenās à l'Abbesse, qui n'estoyent retenus a ladicte Marguerite, comme arrentemens & autres actes accoustumez faire par les Abbesses. Et a ce doit l'on aduiser: car si ladicte Bertrande n'auoit faict aucuns actes, cependant que ladicte Marguerite est en vie, faut qu'elle administre comme vraye Abbesse [Considerando etiam, quod sanctissimus noster pater Papa retinuit administrationem pro d domina Margareta. Si igitur d. Margareta secundum formam retentionis, & concessionis sanctissimi patris nostri Papæ administrauit, non in possessione totius Abbatiæ manebit: nam sufficit d. dominam Bertrādam alios fecisse actus ad Abbatiam spectantes, qui pro dicta Margareta non reseruati erāt, ut rentarum constitutiones, & alii actus per Abbatissas perfici soliti. Atque hoc in primis considerandum est: nam si dicta Bertranda nullos actus eiusmodi fecit tempore quo dicta Margareta superstes est, necesse erit ut administret tanquam uera Abbatissa.]

Item touchant le Seigneur de Sainct Didier pretendant auoir la garde de ladicte Abbaye [Item quantum ad dominum S. Didimi spectat, prætendit se habere tutelam dictæ Abbatiæ] tempore uacationis, *ne pourra auoir aucune garde a ladicte Abbaye aprés la mort de ladicte Marguerite: car l'Abbaye ne vacquera par sa mort, veu que dame Bertrande en est pourueue, & a elle a esté, & est conferee ladicte Abbaye, & possedee plus de dix ans. Par ainsi ne vacquera par la mort de ladicte Marguerite: & si apres la mort de ladicte dame Marguerite vouloit ledict seigneur demander la garde, luy faut respondre qu'elle ne vacque: & s'il vient par forme de iustice, se faut opposer: & si le commissaire ne veut admittere l'opposition, faudra appeller &c.* [post mortem uerò dict. Margaretæ tutelā d. Abbatiæ nullam prætendere poterit: nam per mortem suam Abbatia non uacabit, quandoquidem domina Bertranda prouisa est, & illi d. Abbatia collata, atq; ab eadem plus quàm decem annis possessa. Quare per mortem d. ctæ Margaretæ non uacabit: & si dictus dominus post dictæ dominæ Margaretæ mortē tutelam dictæ Abbatiæ petere uellet, ei respondendū erit quod non uacet: si uerò per iudicem admitti uelit, aduersandum ei est: sed si commissarius oppositionem admittere nolit, appellandum erit, &c.]

RESPON. LXVIII.
De professione monachorum.

SVMMARIVM.

1 *Profitendi regularem obseruantiam an animus, & voluntas fuerit quod num. 2. declarat.*
2 *Effectus humanorum actuum ex voluntate, & potestate constat.*
3 *Iniuria sine animo, & voluntate non fit.*
4 *Votum tria requirit, deliberatione .s. propositum, & promissionem.*
Consensu nihil magis contrariatur, quamuis, & metus. ibidem.
5 *Professionem non valere, nec religioni obligare declarat.*
Obligatio sine consensu non contrahitur. ibidem.
6 *Electio, & professio voluntate, & libertate non existente non valent.*
7 *Professio ante tempus facta non obligat.*
8 *Monasteria eligentes, vt à monasterijs egredi non debent, ita qui inuiti intromissi sunt in eis nisi volentes retineri debent.*
Deus seruitia voluntaria, & non coacta expetit. ibid.
9 *Professio sponte est facienda, remoto omni metu.*
10 *Protestatio præcedens professionem, & in professione annullat actum sequentem.*
Professio spirituale quoddam matrimonium dicitur. ibi.
11 *Professio an tacite, vel expresse rata sit habita.*
Coniecturæ non habent locum in rebus certis. ibid.
12 *Professio ex coniecturis hic positis, an tacite rata sit habita.*
13 *Professio tacita vt inducatur, quæ requirantur.*
Habitus voluntaria acceptio, illiusq́; etiam gestatio requiritur in professione tacita inducenda. ibidem.
Item quod habitum gestauerit per annum completum, & continuum in tempus extra monasterium non computatur, vt num. 14. & 15.
Item tempora diuersa non censentur facere vnum annum ad habendam professionem coactam ratam. numero 16.
Item quod habitum in monasterio gestauerit, non autem domi vel in beneficio existens. numero 17. & ratio ibidem subditur.
18 *Cap. sicut ij de regul. declaratur.*
19 *Capit. ad nostram de regul. de cuius ingressu loquatur.*
20 *Professio non fit nominando se fratrem.*
21 *Metus illatus an iustus, vel leuis videatur.*
Votum per modicam coactionem non excluditur. ibid.
Metus leuior quando sufficiat. ibidem.
22 *Timor reuerentialis sufficiens est ad impediendam professionem.*
23 *Metus an aliquando cessauerit, & quando.*
24 *Metus illatus si semel probetur, semper durare præsumitur.*
25 *Matris odium, & malitia contra filium.*
Pater non tribuens alimenta filio, iure parentum priuatur. ibidem.
26 *Metus in vita fratrum non cessans.*
27 *Compelli, & timere ne quis compellatur, paria sunt.*
28 *Metus an hodie cesset.*
Metus reuerentialis est in fratre maiore, sicut in patre, maxime post minas. ibidem.
29 *Monasticam vitam an approbare uideatur, qui in monasterio cantat & ridet, & alia quæ sunt monasterij facit.*
30 *Nuptiæ an per Papæ rescriptum prohibitæ intelligātur.*
31 *Rescriptum Papæ, quod non obstante matrimonio iure contracto, quis ad uitam monasticam reducatur non ualet.*
32 *Ratio summa est quæ pro religione facit, quod dictum declarat.*
33 *Testibus duobus de metu deponentibus plus creditur, quàm mille deponentibus de spontanea uoluntate, & ratio subditur. ibidem.*

NOBILES pater & mater de la Riuiere, plures habentes filios, obtulerunt vnum minorem natu, Iacobum de la Riuiere inuitum & reclamantē monasterio de Pontigni, in quo habitum nouitiorum inuitus suscepit, prout antea declarauerat se nolle monachum fieri. Postquam biennium in decimotertio, vel quarto anno constitutus professionem regularem etiam metu parentum coactus emisit post protestationem quod monachus fieri nollet, ac postea beneficium regulare illi ab auunculo resignatum fuit, & causa resignationis collatum, ad quod beneficium post professionem hic Iacobus professus accessit retinuitque illud decē annis semper protestando se cum commodè posset discessurum, & ibi interdum metu parentum degens, habitum frequentius tamen nullum gerebat. Post patris decessum partem bonorum petiit, sed mater & fratres dixerunt monachum nō posse succedere ob id minas illi duras intulerunt, vnde fuit transigere coactus cum fratribus quod illi singulis annis fauore studij centum libras Turonens. darent: postmodum miserunt eum in ciuitatem Parisien. & ad collegium Cisterciens. in quo aliquanto tempore remansit, dein habitum reliquit & fugit: demum apprehensus reductus fuit in aliud monasterium, à quo etiam aufugit: demū quàm citò cōmodè potuit impetrauit rescriptum à Papa, vt si de motu constaret, declararet eum non obligatum religioni, nec in genere, nec in specie.

1 † Ex facto præmisso sequentia oriuntur dubia. Primò, an nobilis Iacobus de la Riuiere habuerit animū & voluntatem profitendi regularem obseruantiam,

Secundò, an professio expressa facta per eum valeat & illum obligauerit religioni.

Tertiò, an gestando habitum longo tempore, & fructus prioratus percipiendo, transigendo cum fratribus, & se fratrem nominando, ratam habuerit professionem.

Quartò, an metus qui interuenit dicatᷓ iustus necne.

Quintò, an aliquando cessauerit metus, & si quando purgatus fuerit.

Sextò, dicemus de rescripto Papæ quomodo intelligi debeat.

Vltimò, de cōtrarietate testium tam Iacobi quàm fratrum.

2 Præmittendū in primis existimo duo esse (ut Philosophus ait) ex quibus † humanorum actus constat effectus, videlicet voluntas & potestas, quorum alterum si desit, nihil est quod explicari queat. refert Bal. in c cum contingat. de iureiur.

3 † Itaque sine animo & voluntate iniuria non fit. l. si non conuitij. ff. de iniur. nec homicidij tenetur quis, sine animo committendi. l. 1. C. de sicar. & professio tam facti quàm animi est. in c. porrectum. de regula. arg. l. pro hærede. ff. de acq. hæredit. ideò dicerem dominum Iacobum non habuisse voluntatem ad faciendā professionem, quæ voluntas verbis & factis declaratur. l. de quibus. ff. de legib. cap dilecti. de appellat. quā hic Iacobus verbo & fact. declarauit. primò se nolle fieri monachum ante professionem, in professione, & post professionem declarauit: & nemo præsumitur dixisse quod mente nō cogitauit. l. Labeo. ff. de supel. leg. & aufugit quando eum ad monasterium ducere volebant, & à monasterio, & ante & post professionem, adeò vt semper voluntatem & sic factis & verbis profitendi contrariam ostenderit. † In voto autē

4 tria requiruntur, deliberatio, propositum, & promissio, teste Ioan. And. in capit. literaturam. de uoto. quæ hic non interuenerunt: ideò dico non fuisse in dicto Iacobo cōsensum, cum nihil consensui tam contrarium sit quàm vis atque metus, quē comprobare contra bonos mores est. l. nihil consensui. de regul. iur. ff. ergo iudex non debet approbare actum metu factum cum sit contra bonos mores, & vbi metus vel coactio intercedit, non habet locum consensus. cap. cum locum. de sponsalibus.

5 Secūda successit quæstio videlicet † professionem expressam dicti Iacobi non valere, nec obligare illum religioni: tum quia abest animus, & sine consensu obligatio non contrahitur. l. ex consensu. ff. de actio. & obligatio. §. primo. illo titu. in institut. & ideò non obligatur furiosus, quia non consentit. l. furiosus. ff. de actio. & obligatio.

6 † Etiam vbi voluntas & libertas requiritur, ut in electione & professione, si vnum cessauerit, non valebit electio nec professio. text. singul. in cap. vbi periculū. §. cæterum. de election. in 6. secundum Barba. consil. 54. illud. colum. 6. in 1. volu. & in c. uno. colum. 6. de lit. contesta. & in rubr. de testament. colum. 5.

7 Adhæc quia ante tempus professio facta fuit, ob id non obligat. c. 1. c. ad nostram. c. significatum. de reg. quia id temporis impubes non habet plenum intellectum, c. 1. de regul. lib. 6. l. 1. C. de falsa moneta. l. fi. ff. de iur. & fact. ignor. nam tunc post tempus completum moneri debebat ab Abbate an perseuerare vellet. c. illud. 20. q. 1. non fuit monitus, licet ipse videret dictū Iacobum fugere à monasterio: ideò Papa in c. consulti. de regula. ait vt intentio profitentis cognoscatur propositum suum ab initio protestetur, quod fecit dictus Iacobus & ante & in professione.

Præterea, metu & vi adactus est dictus Iacobus monasterio & religioni, licet in cōcilio Maguntino prohibeatur vt nullus tondatur nisi in legitima ætate, & spontanea voluntate. c. 1. & c. sicut 1. de regu. & quod metu gestum est, ratum non habet Prætor. Imò si dos metu promissa sit, non nasci obligationem ait Iuriscō

8 sultus in l. si mulier. ff. quod met. causa. † Et sicut hi qui monasteria elegerūt à monasteriis egredi non debent, ita hi qui inuiti sunt intromissi nonnisi volentes teneantur, quia quod non petunt non obseruant: ideoque tales considerandi sunt magis peccata committere quàm plangere. c. sicut. 20. q. 1. facit cap. præsens. 20. quæst. 3. vbi voluntaria seruitia expetit Deus non coacta: quare fratres non debent talem coactè professum priuare hæreditate paterna seu materna ut ibi scribitur: cum ergo dicitur propositum monachi proprio arbitrio & voluntate susceptum intelligitur quod si propria voluntate susceptū non fuerit, obseruari non cogitur. c. dos. in fin. 20. quæstione 1.

9 † Vnde cum sponte professio fieri debeat. dict. cap. 1. de regula. & hoc verbum sponte excludit omnem metum. Angelus in l. qui in aliena. §. fin. ff. de acquirend. hæredita. refert Barba. consil. 60. illud. nume. 10. in 1. volum. facit l. 1. ff. de feriis. & authentic. sacramenta puberum. C. si aduers. venditio. l. 1. § si quis. vltim. ff. de quæstion. vbi Hyppolit. & qualis qualis metus fuerit annullat actum. facit c cum scimus. in fin. de regul. ibi si ad hoc induci nequiuerit non est vllatenus compellendus: quia tunc liberum sibi erit eum admittere &c. Postquam est liberum, ergo ex mera voluntate, vt exponit gloss. in clement. vt hi qui de ætate & qualitate. & sine alicuius contradictione. c. irrefragabili. de officio ordinar. & nulla petita licentia. clem. dudum. §. si verò idem. de sepult. scripsi in §. præfatique ordinar. de collat. in Concord.

Itaque professionis scriptura metu, fraude, vel vi extorta à Iacobo, non valet, nec vllum præiudicium

dicto

dicto Iacobo afferre potest: neque nocumentum, neque vllam infamiam, aut calumniam, vel suis bonis sequestrationem: vnde prohibet sacerdotibus & prælatis ne ista coacta seruitia exigant. c. 1. in 5. quæst. 6.

10 † Adhæc protestatio dicti Iacobi præcedens professionem, & in professione annullat actum sequentem, adeò ut professione sine consensu facta non ualuerit. l. qui in aliena. in fin. ff. de acquirend. hæredit. & sic in matrimonio consuluit Baldus in consil. 165. casus est. col. vltim. in 2. volumi. sic est dicendum in professione cum matrimonium quoddā dicatur spirituale, quod æquiparatur alteri. cap. inter corporalia. de translatio. Episcop. & sicut matrimonium metu cōtractum non valet, sic nec professio. glos. & doctor. in c. Abbas. quod met. caus. Dec. expresse. consil. 219. viso puncto.

11 Tertia quæstio erit & paulò difficilior, an † ista professio rata sit habita: nam dissensus in consensum transire potest, & quod displicuit postea placere potest. cap. final. de rapto, Puta tamen nullam ratihabitionem interuenisse: nam text. in cap. 1. de regula. lib. 6. dicit hanc professionem haberi ratam duobus modis, primò expresse, secundò tacitè. expresse non habuit eam ratam dictus Iacobus saltem non apparet ex processu, imò semper protestatus est se nolle esse monachum, ut apparet per plures testes super hoc auditos: & postquam apparet de protestationib. d. Iacobi, certè noluit eam coactam professionem ratam habere.

Etiam nunquam dictus Iacobus tacitè ratificauit, quia expresse protestatus fuit: ideò in certis non est locus coniecturis. l. continuus. §. cum ita. ff. de uerbor. obligat. & à certis pro incertis recedendum non est. cap. iudicantes. 30. quæst. vltim. postquam expressa fuit protestatio dicti Iacobi se nolle monachum fieri: ergo non est recurrendum ad coniecturas, an habuerit tacitè ratam professionem, cum ipse declarauerit pluries se velle exire quando ei commodè licebit fortè

12 dicet quis? † post protestationem gestasse habitum per decem & vltra annos, fructus beneficij regularis percepisse, cum fratribus transegisse, ac prosequutum fuisse processus tam Ecclesiæ parrochialis de Quinci, quàm etiam alios actus fecisse tanquam religiosus, ac se nominasse fratrem ac religiosum: ergo ratam habuit professionem, saltem ex temporis longinquitate. l. si filiusfamilias. Cod. de peti. hæredit.

Respondeo, si non fuisset aliqua vel vna tantum protestatio fortè hoc procedere potuisset, sed hic sunt declarationes & protestationes infinitæ, quæ tollunt istam tacitam professionem. d. §. cum ita. & dum quis protestatus est tēpore professionis semel se nolle in religione remanere, poterit etiam post annum exire: & si voluerit remanere adhuc annum habebit teste Vincentio quem doctores referunt in cap. ex parte. de regula. etiam post plures annos egredi poterit. docet Caldericus consilio 1. quod metus causa. & Barba. consil. 60. in 1. vol. maximè quando protestatus semper quolibet anno fuit nunquam obligaretur: etiam per centum annos, quia tunc non est coniecturæ locus, vbi certum est nolle remanere in monasterio.

Nam eo animo coacto quo continebatur in religione, eo animo ista fecit: necesse enim erat illi vt hoc faceret, alioqui fame periisset: etiam obedire patri, matri, & fratribus cogebatur, & fructus recipere prioratus, alioqui inedia peremptus fuisset, quia ei denegabantur alimenta.

Nec obest quod gessit habitū vltra annum, & sic approbasse, vel tacitam fecisse professionem censetur.

13 clement. fi. de regula. † Respondeo requiri sequentia antequam professio tacita fiat, & sic ratificatio.

Primò, quod quis voluntariè acceperit habitum illumque sic gestauerit. c. 1. de regula. c. 1. qđ met. causa.

14 † Secundò, quod per annum completum & continuum gestauerit. l. fi. §. quotiens. ff. de publica. ubi ueterana mancipia vocat quę in vrbe anno cōtinuo seruierunt, nouitia quæ nondū anno: vbi Bar. dicit non coniungi tempora, vnde si quis in monasterio remansit sex mensibus, postea discessit, & iterum resedit aliis sex mensibus, non coniungentur tempora, ad hæc ut annus sit completus, quia annus fuit interpollatus non continuus, quia fortè tempore æstatis ibidem remansit per duo semestria & adhuc asperitatem regulæ temporis Aduentus & Quadragesimæ non tentauit nec hyemis vel si tentauerit prius, nunc fortè non fuit memor primi semestris. Idem firmat Lappus allega. 67. in Dei nomine. col. 2. & Alexand. consil. 4 uisis. colum. 1. in 5. volum. Ioannes Andreas & alii in dicto cap. ex parte. de regula. Ias. & Decius in l. si idem. ff. de iurisd. omnium iudic. Tamen si in fine anni aliquis exiuerit à monasterio, & postea reuertatur, non debet ei dari annus integer: cum iam sit certus, sed hoc tertium tempus arbitrarium erit. glos. in reg. eum qui certus. de regul. iur. in 6. Speculat. in tit. de statu monachor. quæst. 38. & sequitur Alexand. consil. 34. uiso puncto. col. 2. in 4. uolum. nam qui seruiuit duobus mediis diebus non dicitur seruiuisse vno die. l. 3. ff. de operib. libertorum. scripsi in l. 2. ff. de verbor. signif. tamen is qui reuertitur debet dicere se redire animo profitendi, & austeritatem regulæ tentandi: nec ualeret si parentes eum reducerent nisi interrogaretur, quia nescitur uoluntas ingredientis quæ exquirenda est.

15 Tempus extra monasterium non debet computari in anno professionis. text. notabi. in l. seruus qui testamento. §. penul. ff. de statuliber. cum ergo Iacobus ferè semper extra monasterium, & in suo prioratu habitauerit anno resedisse in monasterio non dicitur, eò quòd ingressus fuerat inuitus, & coactus, alioqui si liberè ingressus fuisset contrarium dicerem.

16 † Plura etiam coaceruata non sunt propriè unum, l. vbi. ff. de uerb. oblig. & ibi Bar. & Curt. in d. l. si idem. & sic diuersa tempora non censetur facere unum annum ad habendum professionem coactam ratam, & sic consuluit Barba. consil. 60. illud. num. 12. & 13. in 1. uol. vbi de clerico scribit, qui metu factus diaconus erat. Si postea gestet habitum prothonotariatus non censetur habere ratum ordinē diaconatus, nisi Euangelium legeret & in Missa decantaret vel alios actus diaconales: nam totiens exeundo & dimittendo habitum, videtur noluisse profiteri, & non posse pati austeritatem regulæ: ideo opus erit nouo proposito, vt docet Lappus d. allega. 67. vol. 2. vbi plus dicit istos religiosos debuisse appellare istum Iacobum, quando uidebant eum non aptum religioni, & semper fugere & per vim & violentiam ibi teneri.

17 Requiritur etiam quod in monasterio gestauerit habitum & resederit. d. §. quotiens. cap. 1. ibi in monasterio. de regul. in 6. & clem. fi. illo titu. ibi in religione dicit. Nā domi uel in beneficio existens non pōt regulæ asperitatem tentare, quia ibi tenet eam quam uult: ideo non potest esse probatus ad regulam. c. ad Apostolicam de regul. Cum igitur Iacobus non steterit in monasterio non approbauit regulam quam est expertus. Bar. in d. cap. quotiens glo. in cap. fi. in verbo, ut in domo. qui clerici, uel uouentes: ideo qui primo anno remansit in domo abbatis, qui lautè eum tractauit si profiteatur in sequenti anno, non est expertus regulæ austeritatem, ut alibi dico.

18 † Nec obstat c.sicut,2.de reg. vbi manere extra monasterium non venit in excusationem,sed in augmentum maioris transgressionis, quia ibi loquitur de infirmo qui petiit habitum & fecit voluntariè professionem,in qua perstitit,hic verò metu professus est.

19 † Nec refragatur c. ad nostram, de regula.vbi intra triduum debebat egredi. Respondeo de eo qui voluntarie est ingressus loqui, sed sine deliberatione, ideo habet triduum in quo possit deliberare, hic verò non consentiit,nec quidem post professionem.

Nec me mouet quod citius debebat egredi non expectare quatuordecim annos. Respondeo iuerat semper metus, vt infra dicetur & iuriscon. ait. Eum igitur qui cū armis venit possumus armis repellere, sed hoc confestim non ex interuallo. l.3.§.cum igitur. ff.de vi & vi armat.Confestim accipit idem Vlpian.vbi primū potuit,id est prætoris copiam habuit huic rei sedentis. l.2.§.confestim. ff ad Tertul.ideo in continenti debet intelligi arbitrio boni viri ex qualitate rei. Nam vbi requiritur magnus apparatus, qui fortè non potest fieri in sex mensibus,tunc in continenti dicitur quando fit secundum quod commodè fieri potest, ex qualitate personæ & rei.c.quàm sit.de elect.lib.6. sed hic requirebatur apparatus magnus contra vim atrocem,& rescripti impetratio ac testes: ideo non debet imputari lapsus tanti temporis,d.Iacobo, maximè propter protestationes sæpius factas,& quia durabat metus.

20 † Etiam professio non fit nominando se fratrem, c.porrectum.de regula.l.non nudis. C.de probatio.& maximè quia coactè hoc fiebat, vt docēt testes,& hoc scribit Dom.consi.15.reuerende.

21 † Quartò,an metus illatus d.Iacobo videatur iustus vel lenis, modica enim coactio non excludit votum, c.si.qui cleri.vel vouent, & lenitas nō prodest ad relinquendum religionem. c.statuimus. 19. q.3. hoc enim potius fatuitati adscribi debet quàm malitiæ vel dolo. c.cum dilectus.de his quæ vi metusve causa fiunt. Respondeo iustum fuisse metum ex depositionibus testium apparet,quia pater iurauit eundem Iacobum facere monachum à pueris siue nollet siue vellet, alioqui filium intra carceres mori faceret & collum pueri rumperet,& sic est metus mortis à patre milite & austero illatus filio tenello, qui nondum compleuerat decimumquartum annum, & tunc leuior metus sufficit.l.vnius in verbo vel teneræ ætatis.ff.de quæstio.& allegat.Barba ad hoc consilio 60. num.8. vol.1. etiam quia pater & mater à pueris d.Iacobo suaserūt, vt monachus fieret,& præceperunt ac negotium mandauerunt famulis & ancillis vt eum verberarent si monachum se nolle esse diceret, quod sæpius factum fuit: ideo metus verberum satis superque probatus fuit,tā ante professionem,quàm post: quia metus iustus est. l.3.in fi.ff quod met.cau. Et hic metus per protestationem probatur,c.1.vbi glo.& doct.quod met.causa.gl. in c.fi.13.q.2.& alijs modis.vt per doct in l.metum.C. eod.Bartol.in l.pen.ff de cond. ob turpem caus.scripsi in 2.Tomo Commentar. ad constit.Regias, tit.de rescis.contract. Cruciatus corporis in glo. *crainte*, quod sæpius in monasterium rude est, attractus etiam probatus est.de quo in c.j. quod met.causa. l.si per vim.& l.si donationis.C.illo tit.l.interpositas.C.de trānsactio.

Imò dicit gl.singularis.in c.præsens.in verb.patrem.

22 20.quæst.1.† sufficere timorem reuerentialem ad impediendum professionem.per tex.in l 1.§.quæ onerandæ. ff. quarum rerum actio non detur, & l,penult. de furt.c.cum virum.de regula. huius est sententiæ Alex, in l.si cum dote m.§.eo autem tempore. colum.quarta. ff. solut. matrimon, & Ias. in §. quadrupli. numero 62. columna 7. de actio. in institut. & in authent. ingressi. numero 1, C. de sacrosanct. eccles. vbi scribit puellas sic monasterio traditas posse illud deserere. declarat Hyppolit in l.vna. nume. 43. de rapt.virgi.& singul. 347. matrimonium, quia Deus non vult coacta, sed voluntaria seruitia. dicto capit. præsens. 20. quæstio.3.& quia professio exigit voluntariam & spōtaneam voluntatem,vt superius dictum fuit,alias quādo dicatur iustus metus relinquitur arbitrio iudicis. l. 3.in fi.ff.ex quibus caus.maior. glos.& doctor.in capit. cum dilectus.quod met.caus. & dicto capit.interpositas.C.de transactio. Decius consilio 219. viso puncto, colum.1,sed hic iustissimus fuit.

23 Quinta quæstio est, an aliquando cessauerit metus, & quando. Respondeo non adhuc cessasse, nec fortè nunc cessat: primò in vita patris non cessauit,nec purgatus fuit, quia minæ mortis & verberum à patre eidem Iacobo illatæ erant, vtpote quod filij collum verteret,& glos.in capit.præsens.20.quæstio.3. dicit reuerentialem metum sufficere.

In vita matris non fuit metus purgatus, quia pater & mater commiserant à pueris ancillis, & famulis, vt d.Iacobum verberarent, si nollet fieri monachus, & fuit hoc sæpius factum.

Item dum fuit extra monasterium reducere fecit illum mater in monasterium, cum austeritate & minata fuit,vt eum ad caudā equi trahere faceret ad monasterium si amplius egrederetur.

Imò,quod plus est, fecit ei Iacobo filio suo negare alimenta, non solum in domo ipsius matris, uerum etiam omnibus subiectis prohibuit ne dictum Iacobum reciperent,neve alerent, & eos qui eum aluerūt in carcerem detrusit, testes super hoc deponunt, & si

24 † probetur semel illatum fuisse metum,semper præsumitur,durare.Bartol.in l.penult. ff. de condictio. ob turpem causam.Cynus & Angel. in l.ad inuidiam. C. quod met. caus. ubi etiam Bald.scribit semper durare metum quotiens is officialis uiuit, si semel intulerit metum,idem consuluit Iason.consilio 165.visō.in secundo volumine.

Fortius est quod ipsa mater appellauit quando iudex filio suo concesserat, ut non grauaretur pudore carceris,sed custodiretur apud apparitorem: quæ appellatio denotat

25 † matrem habuisse graue odium & malitiam contra filium suum Iacobum,vt eum priuaret successione non solum sua,sed etiam patris sui, illa ipsa mater priuauit d.Iacobum suis bonis donando ea fratribus d.Iacobi quod graue satis videtur. Nā qui alimēta negat, necare videtur.l.necare.ff.de libe.agnoscen.imo quando quis non alit filium suum & illum exponit,priuatur iure parentum.l.2. C.de infant.exposit.probat Gerard.singul. 20. & dominus qui non alit seruum languidum, ius quod in illo habet perdit,& ille liber efficitur.§.sed scimus. C.de lati.libert. tollend.

26 † Etiam non cessat metus in uita fratrum,quorum causa ut maiorem partem bonorum obtinerent, Iacobum in monasterium detruserunt, & illum occidere uoluerunt ense euaginato,ac sæpius eum durè ad monasterium duxerunt, & durante minantis potentia ac causa,semper dicitur durare metus. l.2. C.quod met. causa.Innocen. & alii in c.2.de regula.Calder. consi.1. quod met. caus. & Alex. consil.1.nu.15. in 3.volu. & semper metus instat si causa ex qua inferebatur subsistat.Bart.in l.2.C.quod met.causa.Barba. consi. 42.Illud.col.3. in 1.vol. & consil.vlt.& col.21. nu.24.in 2. uolu.unde docet Dec.consi.219.uiso puncto. col.3. non videri purgatum metum in muliere,quæ per metum addicta est monasterio,licet per plures annos illic re-

lic remanserit, ubi etiam consulit in renuntiatione Episcopatus facta metu Regis, licet postea quinquẽnium elapsum esset adhuc agi posse.

27 Item paria sunt compelli, aut timere ne quis compellatur.l.nouissimè. ibi quid enim si compulsus, aut metu ne compelleretur authoritatem accõmodauit. ff.quod falso tuto.autho. Anchar.consil.159.rationes. col.2.uers.4.hoc probo. Corse.in sing.incipien. metus.& per hoc respond.ad fructus perceptos,& ad trãsactiones & ad omnes acceptilationes quas d. Iacobus fecit ibi nominans se religiosum, quia ad hoc poterit compelli, ut faceret: ideo actus metu uidetur gestus, quando quis potuisset compelli ad illum actũ sic faciendum. Barba. d.consil.42. illud.uol.1. facit.l.si donationis.C.quod met.causa.& omnes istæ acceptilationes deferebantur ad parentes & fratres ob id eas non recepissent & notarius etiam eas non dictasset, nec fecisset.

28 † Imo dicerem hodie metum non cessare, si d.Iacobus esset adhuc in religione, quia durat potentia fratrum qui persequuntur d.Iacobum, ut ad religionem reducatur, & sunt milites & potentes, ergo si illi nũc persequantur extra monasterium, fortius si in monasterio esset inedia, ac alia mala illum cogerent ad ibidem remanendum. Ideo consuluit Areti.consi.24.incipiente, quatuor.col.3.metum reuerentialem esse in fratre maiore sicut in patre maximè post minas, & Carol.Ruinus consil.98. uisa. nu.24. in 1.uol.& consil.140. circa in 4.uol. Vnde dicit text.sing.in c.fi.20.q.3.quod si religiosi dolo induxerint aliquem ad ingrediendum monasterium, ut ipsi bona haberent in odiũ ipsorum priuantur bonis illis. Panormit.approbat in c.in nostra.col.3.de sepul. & Corse.in singul.incipien. religio. ideo fratres debent priuari bonis, ut docet etiam Cæpol.cautel.199. sæpe abbates.

29 † Nec me mouet quod ipse Iacobus in monasterio cantare cœpit & ridere, & alia quæ monasterij sunt facere, ideo approbare uidetur monasticam regulam. cap.quem progenitores.20.q.1. Respondeo, non est uerum. Nam in matrimonio inuita non dicitur consentire matrimonio, quamuis post metum osculata fuerit maritum, riserit, & cantauerit cum eo, & alia signa iucunditatis præbuerit, quia simulando ea faciebat, & non cessabat metus, ut doctor. asserunt in c.super hoc.de renuntiat.refert Carol.Ruinus consil.122. matrimonium. col. 2. in 4. vol. & sic non fuit purgatus metus quoad istum Iacobum.

30 Sexta quæstio, an Iacobus potuerit iure nubere, cum in rescripto Papa non permittat d.Iacobo, ut nubat, sed scribit sic, si repereris, ita esse (ut narratur) eundem Iacobum præmissorum occasione religioni in genere, uel in specie minimè obligari, & ad regularem obseruantiam non teneri authoritate nostra nũties: sed in seculo ad omnes etiam sacros & presbyteratus ordines promoueri, ut presbyterum secularem remanere, necnon beneficia cum cura & sine cura se inuicem incompatibilia obtinere liberè & licitè posse, alio sibi non obstante canonico impedimento.

Respondeo, Papa in hoc rescripto duo scribit, vnũ de iustitia, alterum concernit gratiam. Primum mandat Officiali, vt si inuenerit metum illatum in professione, declaret illum Iacobum non obligatum religioni, si non sit religioni obligatus, ergo nubere potuit, quia omnis, qui non prohibetur, nubere potest. Hosti.in summa de sponsal. & ma. & licet Papa non permiserit expresse, tamen quia religioni declarat eũ non esse obligatum, ergo tacitè: & sic potuit d.Iacobus suo iure vxorem ducere glo.& doct.in c.vno. de voto, hoc expresse docet Lappus allega.67.in deci. col.3. Secundum quod est gratiæ, Papa in suo rescripto concedit, ut in seculo viuat, etiam in seculo viuit d.Iacobus: & non dicit, ut seculariter uiuere possit. Certè ius canonicum seculariter viuere accipit interdum pro dissolutè. c.dictum 81.distin. glo. in c.consulti. de regul. sed is qui vxorem habet, non dicitur dissolutè sed castè viuere cum sua uxore.§. siquis uerò effusa, in authen.quib.mod.natu.efficiant. sui.colla.7.

Item Papa concedit & declarat, ut idem Iacobus fieri presbyter possit secularis, & secularia beneficia etiam incompatibilia obtinere, uerbum potest inducit liberam uoluntatem.l.sæpe.ff.de offic. proconsul. Bart.in l.Gallus.ff.de liber.& posthum.ideo non quidquid potestati Iacobi datur, subiicitur eius necessitati.l.nõ quicquid. ff.de iud. & quod ad augmentum inductum est, non debet diminutionem operari.l.legata ff.de legat.1.ideo ille ipse Iacobus potuisset presbyter effici secularis, & in eius arbitrio hoc erat relictum etiam sine Papæ permissu.

31 † Imo non ualeret rescriptum, nec gratia Papæ, quod non obstante matrimonio iure contracto d.Iacobus reduceretur ad monasterium, quia esset contra ius diuinum, canonicum, & ciuile, quæ iura ad hoc tẽdunt ut nihil fiat in præiudicium absentis non uocati. c.1.de causa posse.dixi in tracta.de citatio.in tertio tomo. comment.in constit. Reg.& quia matrimonium consummatum & iure contractum est de iure diuino.c.debitum.de biga.ergo non est in facultate hominis illud dissoluere, quod Deus coniunxit, ut docet Paul.Paris.consil.65.col.pen.in 4.uol.

32 † Nec me conturbat summam esse rationem, quæ facit pro religione.l.sunt personæ. ff.de religios.hoc uerum quando religio est, sed hic non est, sed uolunt cogere Iacobum ad eam faciendam, quod non est iustum, etiam matrimonium ita fauorabile est, sicut religio & monachatus.§.sed & hoc præsenti.in authen. de sanctiss.Episcop.colla.9. c.in præsentia.de proba.agitur de fauore matrimonij & filiorum: ideo monasterium non utetur priuilegio contra priuilegiata. c.fi.de re iud.Bart.in authen.quas actiones. C.de sacrosanct. eccles.& Papa scribit in cap.ex tenore.de foro competen.nos non esse adeo debitores pupillis, & viduis, ut aliis iniustitiam facere pro iis debeamus, & scribitur Exod.c.23. Pauperis in iudicio non misereberis.

Vltimò, pauca de contrarietate testium dicemus, testes enim Iacobi dicunt ipsum metu compulsum fuisse tã ante quàm in professione, quàm etiam post professionem, testes verò appellantium dicunt non uidisse, nec audiuisse metum illi Iacobo illatum, sed libero uultu professum.

33 † Respondeo regulam tritam esse magis, credi testibus duobus deponentibus de metu quàm mille deponentibus de voluntate spontanea, glo.& doct. in c. super hoc.de renuntia.Corset.in singul.incipiente testes. &c. mille testes, &c. & Barba.consil.60.illud.col. 5.num.5.in 1.uolum.

Ratio est quia hi deponũt de eo, quod sensu corporis percipi potest, uidelicet de uerberibus, de minis. Illi autẽ qui deponunt de animo spontaneo deponunt de eo quod non percipitur sensu corporis: ideo illis non creditur.l.solam, & l.testium. C. de testib.& dicunt doct. testes debere cauere ne sic deponant. Nam licet ipsi testes non uiderint uerbera, uel non audiuerint d.Iacobi protestationes, non sequitur quod alii audire nõ potuerint, & sic probant.l.neq;.C.de proba.

Etiam testes appellantium deponunt uidisse Iacobum semper gestasse habitum, testes verò Iacobi dicunt

cunt in domo patris tantum vidisse gestasse, & in monasterio, & sic debent concordari: nam contrarij testes viderũt illum ipsum Iacobum de la Riuiere semper in monasterio, & in domo patris gestasse, alibi nõ, quia isti erant famuli patris, & fratrum vel monachi qui illum extra non viderunt: & illa dictio semper & nunquam sic possunt intelligi. c, nunquam. de consecrat. dist. 5. & doct. in proœmio decretalium. de concordia testium. vide tex. in c. periculosè, de pœnit. dist. 1. & c. cum tu. de testib. & in l. 2. ff. si cert. petat. scripsi alia in tracta. de reproba. testibus. in verb. concordia. & ita fuit iudicatum.

RESPON. LXIX.

De parentum blanditijs & vi intruso ad monasterium, deq; testium super eo depositione.

SVMMARIVM.

1 Profitendi animus an adfuerit.
Animus verbis & factis declaratur. ibidem.
2 In voto tria requirit.
Iudex actum, vel professiouem metu factam, approbare non debet. ibidem.
3 Actus quando duo requirit, vno requisito deficiente non valet.
4 Professio ante tempus facta non obligat.
Professus ante tempus ab Abbate moneri debet, an in religione perseuerare velit. ibidem.
5 Professio facta metu patris.
Promissio dotis metu facta, obligationem non parit. ibidem.
6 Monasteria qui eligerunt, vt ab eis egredi non conceditur, ita qui inuiti sunt intromissi in eis inuiti detineri non debent.
7 Professio spontanea esse debet.
Actus vbi sponte fieri debet, qualis, qualis metus interueniens eum annullat. ibidem.
8 Professionis scriptura, metu, fraude, vel vi extorta, non valet.
9 Professio annullatur per protestationem factam ante professionem, & in professione.
Matrimonium metu factum, vt non valet, ita nec professio, quæ matrimonio æquiparatur. ibidem.
10 Professio per susceptionem Abbatiæ, an rata habita fuerit. ibidem.
11 Professione corruente, & ea quæ eam sequuntur corruere debent.
12 Protestatio tempore professionis facta, quid operetur.
13 Habitum vltra annum gestans, an tacite professionem fecisse videatur.
Professio tacita vt inducatur infra posita requiruntur. ibidem.
14 Egresso de monasterio in fine anni, si postea reuertatur annus integer ad profitendum dari non debet.
15 Compelli & timere ne compellatur paria sunt.
16 In professione regulæ austeritas experire debet.
17 Habitum in monasterio gestare requiritur ad inducendam tacitam professionem, & ratio subditur.
18 Metus an iustus dicatur.
Professio impeditur propter timorem reuerentialẽ. ibid.
19 Quæstio de rescripto impetrato à Papa.
20 Rescriptum Papæ duo concedens.
21 Sententia contra unum lata an alteri noceat.
22 Conuentio inter partes facta, ut certa feratur sententia ualet.
23 Sententia licet nulla sit, si tamen per partes approbetur, ualet saltem vt pactum.
24 Conuentio inter partes facta, ut stetur sententiæ quot effectus producat.
25 Sententia iniqua non obligat partes, sed ad arbitrium boni uiri debet reduci.
26 Exceptio rei iudicatæ ei nocebit, qui in dominium eius successit, qui in iudicio expertus est.

NOBILIS & reuerendus D. Antonius de Querqui Morinensis diœcesis, nunc verò Episcopus d. Morinen. minis & suasionibus parentum inductus in sexto vel septimo suę ætatis anno, monasterium S. Ricarij, ordinis sancti Benedicti ingressus fuit, ibique habitum gestari nouitios regulares solitos accepit, quãuis religionis iugo subijci non intenderet: & vixit cum Abbate parẽtum amicissimo, lautè tractatus per duos ferè annos, non tamẽ ibi viuens secundum regulæ austeritatem, nec in loco monachis destinato, nec monachali portione, nec in dormitorio quiescebat, sed intra Abbatis cubiculum, postea ad scholas missus habitum dimisit. At tandem parentes in decimotertio anno ætatis suæ, seu circa, ad monasterium illum reduxerunt, vt ibi professionẽ faceret: quam (coactè tamen) fecit, & ante legitimã ætatem: quæ professione facta, quò eundem Antonium in religione retinerent, procurarunt, vt de Abbatia de Valloris Cisterciensis ordinis eidem prouideretur, de qua eidem à Papa prouisum fuit, illamq; aliquanto tempore possedit, sed statim mortuo parente habitum regularem dimisit, & secularem accepit, & demum à Papa literas impetrauit officiali Ambiens. directas, vt si de his constaret eũdem d. Antonium declaret non obligatum religioni, nec in genere, nec in specie, quæ literæ fuerunt ostensæ d. Officiali, qui de cã cognouit, & fratres d. Antonii declararunt coram eo se velle stare sententiæ dicẽdæ per Officialem, sub obligatione bonorum suorum, quam postea Officialis protulit & declarauit d. de Querqui nõ obligatum religioni, nec in genere, nec in specie, à qua sententia nõ fuit appellatum. Quæsitum est primo, an d. nobilis Antonius de Querqui animum habuerit profitendi? Secundò, an eius professio valeat? Tertiò, an professionẽ ratam habuerit? Quartò, an iustus fuerit metus? Quintò, de rescripto Papæ quomodo sit intelligendum? Vltimò, an fratres, vel illorum successores possunt venire contra sententiam latam ab Officiali Episcopi Ambien. quæ quidem quæstiones sic examinabuntur, ut tandem ijs respondeatur.

1 † Primò, quæritur an d. nobilis Antonius de Querqui habuerit animum profitendi? Breui respondeo, non habuisse: nam Philosophus Aristoteles ait, duo esse ex quibus humanorum actuum constat effectus, videlicet voluntas & potestas, quorum alterum si desit, nihil est quod explicari possit, vt refert Bald. in c. cũ contingat, de iureiurand. Qui quidem animus verbis, factisq; declaratur. l. de quibus. ff. de legib. c. dilecti, de appel. verbis quidem declarauit d. de Querqui se nolle religiosum fieri: & quod nunquam esset religiosus, & hoc tam ante professionem, quàm in professione & post: quod ante professionẽ declarasset, deponunt quintus testis, & septimus: & ipse non præsumitur dixisse quod mente nõ cogitauit. l. Labeo. ff. de supellec. leg. quod ẽt factis declarauit: quia in professione plorabat,

rabat, quòd deponit primus, & tertius testis: nec potuit lacrymas cohibere in mensa post professionem, sed abijt plorans, vt quartus, quintusque testis dicit.

2 † Vnde, cum tria requirantur in voto, videlicet deliberatio, propositum, & promissio, teste Io. And. in c. literaturam. de voto. quæ non interuenerũt in hac professione, ideo consensus abfuit, & nihil est tam cõtrarium consensui, quàm vis & metus, quem comprobare contra bonos mores est. l. nihil consensui. ff. de reg. iur. ergo iudex non debet approbare actum, & professionem metu factam, cum sit cõtra bonos mores coactio, & vbi metus interuenit non habet locum consensus. cap. cum locum. de sponsal.

Ex quo apparet professionem expressam per d. de Querqui factam, non valere: nec illum religioni obligare, tum quia absuit animus profitendi: & sine consensu obligatio non contrahitur. l. ex consensu. ff. de act. & oblig. §. 1. illo tit. in instit.

3 † Etiam vbi volũtas & libertas requiruntur, vt in electione, & professione, si vnum defuerit, non valebit actus. tex. no. in c. vbi peric. §. cæterum. de elect. lib. 6. secund. Barb. in consi. 54. illud. col. 6. in 1. vol. & in c. vno. col. 6. de litis cõtest. & in rub. de test. At in hac p̃fessione, & uoluntas & libertas defuerunt, ergo non ualet.

4 † Nempè, ante tempus iuris professio facta non obligat: uidelicet ante decimum quartum annum. c. 1. c. ad nostram. & c. significatum. de regu. quia impuberes nihil sciunt, nec scire intelliguntur. l. fi. ff. de iuris & facti ignorantia, & quidquid uident ignorãt. l. 1. C. de falsa monet. & hic de Querqui professionem fecit in decimotertio anno, ut deponũt primus, & tertius testis, & nesciebat quid agere, ut dicunt tertius testis, quartus & quintus: & quando quis est professus ante tempus moneri ab Abbate postea debet, an perseuerare in religione uelit. cap. illud. 20. q. 1. quod non fuit factum in persona d. de Querqui.

5 † Item, metu patris profiteri coactus fuit qui erat uir miles, austerus, & omnes timebãt eum, ob id & impubes filius eum timere debebat: & in concilio Maguntino prohibitum fuit, ut nullus tonderetur nisi in ætate legitima, & spontanea uoluntate. c. 1. & c. sicut primo. de reg. & quod metu gestum est, non habet ratum Prætor. 1. ff. quod metus caus. etsi dos metu promissa sit non nasci obligationem ait Iurisconsul. in l. si mulier. ff. quod met. caus.

6 † Nempè, sicut ij qui monasteria elegerunt, à monasteriis egredi nõ permittuntur, ita hi qui inuiti sunt intromissi nonnisi uolentes teneantur: quia quod nõ petunt, non obseruãt: ideoq; tales considerandi sunt magis peccata committere, quàm plãgere. c. sicut. 20. q. 1. facit c. præsens. ibidem q. 3. ubi uoluntaria seruitia expetit Deus non coacta: quare fratres non debent illum coactè professum, hereditate priuare paterna, seu materna, ut ibi scribitur: cum ergo dicitur propositũ monachi proprio arbitrio, & uolũtate susceptum intelligitur, quod si propria uoluntate susceptum non fuerit obseruare non cogitur. c. eos. in fi. 20 q. 3.

7 † Vnde cum sponte professio fieri debeat. d. c. 1. de reg. & hoc uerbum spontè excludat omnem metum, teste Ang. in l. qui in aliena. §. fi. de acq. hær. refert Barb. consi. 60. illud. nu. 10. in 1. uol. facit l. 1. ff. de feriis. & authent. sacrament. puber. C. si aduer. vendit. l. 1. §. si quis. ubi Hyppol. ff. de quæst. & qualis qualis fuerit metus, ubi spontè fieri debet, annullat actum. c. cum scimus, in fi. de reg. ibi si ad hoc induci nequiuerunt, non est ullatenus compellendus, quia eum tũc liberum sibi erit admittere, &c. & postquam est liberum, ergo ex mera uoluntate, ut exponit gl. in clem. ut hi qui. de ætate, & qualit. & sine alicuius contradict. c. irrefragabili, de officio ordinarii, & nulla petita licentia, clem. dudum. §. si uerò idem, de sepult. scripsi in §. præfati quoque ordinarii. de collat. in Concord.

8 † Item professionis scriptura metu, fraude uel ui extorta à d. de Querqui non ualet, nec ullum præiudiciũ ei afferre potest, neque nocumentum uel ullam infamiam, aut calumniam, uel suis bonis sequestrationẽ: unde prohibet textus ibi prælatis & sacerdotibus ne ista coacta seruitia exigant. c. 1. 15 q. 6.

9 † Ad hæc protestatio de die à d. Querqui facta ante professionem, & in professione annullat ipsam professionem, adeò ut professio sine consensu facta nõ ualeat, cum protestatus fuerit se nolle religiosum fieri. l. qui in aliena. in fi ff. de acq. hær. sic in matrim. cõsuluit Bal. in consi. 165. casus est. col. ult. in 2. uol. sic dicendum est in professione, quæ dicitur quoddam matrimoniũ spirituale, quod alteri æquiparatur. c. inter. de translat. Episco. & sicut matrimonium metu contractum non ualet, sic nec professio metu facta. glo. & doct. in c. Abbas, quod metus caus. Dec. consil. 219. uiso puncto. ubi expresse super hoc consuluit.

10 Tertia questio est, an hic nobilis Antonius de Querqui habuerit ratam professionem, suscipiendo Abbatiam sancti Ricarii, quod sic uidebatur: nam dissensus in consuetudinem transire potest, & quod aliquando displicuit, postea tamen placere potest. c. fi. de rapt. arbitror tamen non per hoc ratihabitionem professionis interuenisse, quia ratihabitio duobus modis fit expresse aut tacitè. c. 1. de regul. lib. 6. expresse non habebit hic de Querqui ratam professionem, saltem non apparet in processu, imò dixit se nolle esse religiosum ergo illa protestatio declarat se non approbasse professionem.

Item nec tacitè ratificauit, quia expresse dixit se nolle esse religiosum, & in certis non est locus coniecturis. l. continuus. §. cum ita. ff. de uerborum obligatio. & à certis pro incertis recedendum non est. cap. iudicantem. 30. quæst. ult.

Nec refragatur quod fructus Abbatiæ recepit, & ei fuit prouisum tanquam religioso in titulum: respon
11 deo postquam † professio corruit, ergo & ea quæ eam sequuntur: nam accessorium naturam principalis sequitur. l. cum principa. ff. de regul. iur.

12 Item, quando quis est protestatus tempore professionis se nolle fieri religiosum, poterit etiam post annum exire à religione, & si uelit remanere adhuc annum habebit, teste Vinc. quem referunt docto. in c. ex parte. de reg. imò & post plures annos, ut docet Cald. consi. 1. quod metus causa. & Barba. consi. 60. in 1. uol.

Nam eo animo coacto quo religionem ingressus fuit, & professionem fecit, Abbatiam recepit, alioquin pater perire eum fame siuisset, cum alimenta denegasset. l. necare. ff. de liber. agnoscen. & sic ad uitandam famem coactus fuit dictam Abbatiam sancti Ricarii accipere, ut ex fructibus illius uiueret, quandiu superstes pater foret.

13 Nec obest quod d. nobilis de Querqui qui gestauit habitum ultra annum, & sic uidetur fecisse tacitam professionem. clemen. fin. de regul. Respondeo requiri sequentia antequam professio tacita fiat.

Primò, requiritur quod quis uolunttariè susceperit habitum, illumque sic gestauerit. c. 1. de regu. & c. 1. quod metus caus. Sed d. de Querqui metu accepit habitum, & gestauit: ergo professio tacita dici nõ potest.

Secundò, requiritur quod habitum gestauerit per annum cõtinuum, & completiuum. l. fin. §. quotiens. ff. de publ. & uectig ubi Bart. (quem alii sequuntur) scribit

scribit non coniungi tempora: vnde si quis in monasterio remansit sex mensibus, & postea discessit & demum reuersus degit ibidem aliis sex mensibus, & vltra, non coniungentur tempora adhoc, vt annus sit completus: quia fuit interpollatus & non continuus: nam fortè æstatis tempore in d. monasterio remansit per duo semestria, & adhuc asperitatem temporis hyemalis ibi non est expertus, vel in illis semestribus non fuit tempus Quadragesimæ, & sic non fuit expertus ieiunia, nec regulæ austeritatem, ideò non censetur tacitè professus, vt docet Lappus Abbas, alleg. 67. in Dei nomine col. 2. & Alexan. consi. 4. visis. col. 1. in 5. volu. Ioan. And. & alij in d. cap. ex parte. de regula. Ias. & Dec. in l. si idem. ff. de iurisdi. omniũ iud. quia plura coaceruata non sunt propriè vnum. l. vbi. ff. de verborum oblig. & ibi. Bart. d. l. si idem. de iurisd. omn. iud. Barba. consil. 60. illud. num. 12. vol. 1.

14 Si tamen aliquis in fine anni egrediatur de monasterio, & postea reuertatur, non debet ei dari annus integer, sed hoc tempus erit arbitrarium, cum iam certus esse possit. glos. in reg. eum qui certus est. de regul. iur. in 6. Spec in tit. de stat. monac. q. 38. quem sequitur Alex. consil. 34. viso puncto. colum. 2. in 4. uol. & Deci. consil. 219. viso puncto. col. 3. consuluit in muliere non purgari metũ quæ quidem mulier per metum erat ad monasterium deducta, licet per plures annos illic remanserit: nam tempus quo quis remanet extra monasterium nõ debet in professionis anno computari, quamuis gerat habitum. l. seruus qui testam. §. penult. ff. de statu liber.

15 Nam paria sunt compelli, & timere ne quis compellatur. l. nouissimè. ff. quod falso tutor. Anchar. cõsil. 159. rationes. colum. 2. versicu. 4. hoc prob. & Corset. in singul. incipiente metus. Ideo omnes actus facti per d. Anton. Querqui sunt facti tempore quo poterat per patrem compelli, ergo illi actus nõ inducunt ratihabitionem professionis nullæ.

16 Præterea d. de Querqui nunquam regulæ austeritatem expertus fuit, quod tamen est necessarium. c. ad Apostolicam. de regul. nam semper vixit cum Abbate, & in eius domo cubauit, & illic lautè tractatus fuit: vt deponũt primus testis, secundus, tertius & alij ferè, dicentes illum se pro libito habuisse in dicto monasterio, in quo alebat duos vel tres canes, & vocabatur Abbas paruus quæ demonstrant simulationem esse, causa habendi Abbatiam, non verò profitendi.

17 Tertiò, requiritur quod quis in monasterio gestauerit habitum, & ibi habitauerit. d. l. fin. §. quotiens. de public. cap. 1. ibi in monast. de regul. in 6. & clemen. fi. illo titul. ibi in religione: quia in domo vel alibi existens, non potest regulæ austeritatem experiri, cum ibi vitam quam vult, exerceat: ideo ad regulam probatus esse non potest. c. ad Apostolicã. de regul. ergo hic de Querqui cum in domo Abbatis remanserit, non fuit expertus regulam monasterij, vt etiam deponunt omnes ferè testes, qui etiam deponunt facta professione d. de Querqui decessisse de monasterio, & interdum gestasse habitum, interdum non: & sic relinquendo habitum, uidetur noluisse profiteri, nec professionem ratam habere, vt docet Lappus allegat. 67. colum. 2.

18 † Sed an iustus iste dicatur metus? & glossa. in cap. præsens. in verbo patrem 20 q. 1. dicit sufficere timorem reuerentialem ad impediendum professionem. per textum in l. 1. §. quæ onerandæ ff. quarum rerum actio non detur, & l. pen. de furt. c. cum virum. de reg. huius est sententiæ Alex. in l. si cum dotem. §. eo autẽ tempore. colum. 4 ff. soluto matrimon. & Iason. in §. quadrupli. num. 62. col. 7. de actionibus. in instit. & in authen. ingressi. in 1. col. C. de sacrosanct. eccles. vbi scribit puellas sic monasterio traditas posse illud deserere, quod declarat Hyppoli in l. 1. nu. 43. C. de rapt. virgin. & sing. 347. matrimonium, quia Deus non vult coacta, sed voluntaria seruitia. d. cap. præsens. 20. quęst. 3. & quia professio exigit volũtariam & spontaneam voluntatem, vt superius dictum fuit: alias, an iustus dicatur metus relinquitur arbitrio boni viri. l. 3. in fin. ff. ex quibus caus. maior. doctor. in capit. dilectus. de his quæ vi metusve. & l. interpositas. C. de transact.

19 † Alia est quæstio, de rescripto impetrato per d. de Querqui, in quo Papa mandat officiali Ambiensi, ut si repererit (vt est narratũ) eundem Antoninum declaret minimè in genere, vel in specie obligari, & ad regularem obseruantiam non teneri, sed in seculo, ad omnes etiam sacros & presbyteratus ordines promoueri, ut presbyterum secularem remanere, nec non beneficia cum cura, & sine cura se inuicem compatibilia retinere liberè & licitè possit.

20 † Ex quo rescripto duo Papa concedit, vnum de iustitia, alterum concernit gratiam: in primo mandat officiali, ut si inuenerit metum illatum in professione, vel aliàs, nullam professionem declaret, & illum non obligatum religioni in genere, videlicet vt hac relicta, aliam non teneatur ingredi: vel in specie, vt nõ sit obligatus illi religioni sancti Ricarij. in qua professus fuit, & officialis illum declarauit, sed saltem poterit aliam ingredi religionem, & sic valet & tenet sentẽtia prolata secundum formam rescripti. cap. cum dilecta. de rescript.

In secundo, gratia est vt in seculo viuat, quanquam vixerit in monasterio, & qđ beneficia secularia habuerit licet fuerit religiosus, sed hæc sententia declarans, eum non obligatum religioni, facit vt amplius religiosus non sit: nec quidem statutis religionis obligatus. glo. in l. si non sortem. §. hæredi ff. de condict. indebit.

Quæ sententia, postquam ab ea non fuit appellatũ transiuit in rem iudicatam. cap. quod ad consultat. de re iudic. quæ quidem res iudicata finem controuersiarum imponit. l. 1. ff. de re iudicat.

Vltima est quæstio, an fratres, vel alij successores possint venire contra sententiam d. officialis Ambiẽ-

21 sis & ab ea appellare? quod † videbatur, quia sententia lata contra vnum alteri non nocet. l. sæpe. ff. de re iudic. & l. 1. ff de except. rei iudicat. Cõtrarium tamen dicerem hoc casu: nam fratres d. Antonij fuere vocati, an aliquid vellent dicere in hoc processu, qui declarauerunt velle se stare sententiæ, quàm super hoc proferret d. Officialis, & ita promiserunt illi sententiæ proferendę non contrauenire, nec appellare, sub obligatione omnium bonorũ, vt cõstat per instrumentũ.

22 His iactis, † certum est partes posse conuenire, vt certa feratur sententia. l. si conuenerit. ff. de re iudic. & iudex debet proferre sententiam secundum voluntatem partium, & ualebit illa sententia, vt ibi: quia iudex ad hoc tendit & partes ad cõcordiam reducat. l. 1. §. inde ff. de noui oper. nunt. & imputari debet illis qui sic promiserunt, & conuenerunt. l. diem proferre. §. stari. ff. de arbitr. ideo isti sentẽtiæ stare debent fratres, quia fuerunt vocati, antequam proferatur: & sic sententia valet contra eos. clementi. pastoral. de re iudic.

Item, valet etiam sententia ratione conuentionis factæ à d. fratribus d. Antonii de Querqui, quia pro-

23 miserunt ita illi stare sentẽtiæ, vt † quamuis sententia nullius esset momenti, tamen approbata per partes ualeret saltem ut pactum, allegatur gloss. in l. 2. C. comm.

comm.vtriusque iudicij.Doctor.in cap.significasti.de fo.comp.& quamuis acceptatio inutilis sit,tamen tacita pactione id actum videtur ne periret. Paulus in l.si vnus.in fi.ff.de pact.& tenentur partes ad seruandum id quod in sententia dictum extitit, licet ipsa nulla esset sententia, quia ita placuit fratribus,& partibus. Bald. in l.1. C. qui pro sua iurisd. Socin. consil.40. ex actis.2.quæstio. uolumine primo.

24 Adhæc quando partes conuenerunt stare sententiæ, quæcunque fuerit, duos habet effectus hæc conuentio: primus est, vt non possint venire contra,secūdus vt non possint appellare.text.& ibi.glos.& Doct. in l.tale pactum. §.qui prouocauit. ff.de pact.Bart. & Iason in d.l.si conuenerit.in fine.Lanfranc.in repetit. c.quoniam.in verbo interlocut.col.26.de probat.

Et maxime quando esset expressa appellationis reuocatio, vt hoc in casu.Bald.in cap.1.col.2.de offic.de lega.refert Catel.Cotta.in 2.parte memoral.in verbo appellari non licet.in 2.

25 Nec obstat quod sententiæ iniquæ non tenētur stare partes,sed ad arbitrium boni viri reduci debent.l.societatem.§.arbitrorum ff.pro socio. hoc est verum, sed hic iniqua non prætenditur sententia,nec possent partes eam iniquam allegare, quia non ita est,& promiserunt se non contrauenire, nec ab illa sententia appellare,vt per illorum constat instrumentum.

Etiam intra decem dies venire debebant, vt docet Anch.in c.à iudicib.2.q.6.

Nec me mouet,si quis dicat fratres non petere sententiæ rescissionem, sed filii fratrum, vel successores. Respondeo, sicut fratres non reciperentur, petentes illius sententiæ rescissionem, vel appellantes, quia promiserunt,& ita conuentum fuit,sic non poterunt filij hæredes, uel causam habentes ab eisdem fratri-
26 bus: nam † exceptio rei iudicatæ nocebit ei,qui in dominium successit eius qui in iudicio expertus est.Papini.in l.exceptio.& l.si mater.§.si egero.ff.de except. rei iudi.Isti filij & eorum successores habent causam à prædecessoribus, ergo isti non poterunt venire contra sententiam ab Officiali Ambiensi latam.

Ex prædictis apparet sententiam domi. Officialis Ambiensis validam & efficacem esse, & ideò fratres vel successores d. Antonii de Querqui non possunt iure impugnare dictam sententiam, nec contra illam venire, nec quidem per appellationem, quia ita promiserunt & obligauerunt bona sua, ideo hæredes & causam ab eis habentes, si contrauenirent de facto tenerentur ad interesse. Ita concludo. Actum Paris. anno 1557.in mense Augusti.

RESPON. LXX.

De beneficij vacantis prouisione.

SVMMARIVM.

1 *Prouisio Papæ de infirmaria sancti Benedicti.*
2 *Papæ decretum,vt quis indubitatus monachus & verus habeatur.*
3 *Professus tacite dicitur, qui remanet in monasterio tanquam religiosus per annum.*
4 *Professio uere probatur per unum testem, & per famam, & iuramentum, & per alia indicia, & probationes.*
Præsumitur ex præsenti in præteritum. ibidem.
Talis quis præsumitur, in quali habitu reperitur. ibidem.
5 *Longinquitas temporis facit ut omnia solenniter gesta præsumantur.*
Titulus ex longa possessione præsumitur. ibidem.
6 *Professio ex temporis longinquitate præsumitur etiam in moniali.*
7 *Papa ex solo uerbo aliquem facit prælatum.*
8 *Papa probationem infirmam ualidam facere potest.*
9 *Papæ quando non credatur de his, quæ in sua bulla dicit.*
10 *Bullæ Papæ creditur in dispositiuis.*
11 *Nominationes ante professionem impetrari possunt.*
12 *Dispensationem obtinere sufficit, antequam quis pacifice habeat beneficium.*
13 *Beneficium primum per adeptionem secundi de iure perditur, & per adeptionem tertij duo prima uacant.*

DVBIA sequentia fiunt super processu fratris Leonis de Bonafos: cui nono seu circa
1 suæ ætatis anno † Papa prouidit de infirmaria monasterii sancti Benedicti Petragoricensis diœcesis. Mandando Episcopo Petragoricensi, vt istum Bonafos iuuenem reciperet,ac profiteri faceret quod Episcopus fecit, vt testis vnus deponit: licet illa professio amissa sit,probarique aliter hodie nō possit. Quod videns dictus Bonafos anno 1539. & 4. Calend. Ianuarij, narrauit Papæ amissionem dictæ professionis.

2 † Ideò Papa decreuit dictum de Bonafos,verum & indubitatum monachum dicti ordinis, ordinem ipsum expresse professum existere, & pro tali haberi,& reputari,perinde ac si de sui expresse professionis emissione per patentes literas, aut instrumentum publicum, vel alias legitimè probaretur & constaret, & ad expresse professionis iure emissionis huiusmodi, aliud quàm per præsentes nostras literas probationis alterius adminiculum non requiri, illasque ad plenè probandum vbique sufficere. Nunc dubitatur an hic de Bonafos cēseatur esse professus:& quomodo professio probari possit, etsi ante has Papæ literas fuerit adeptus gradum & nominationes, an valeant & dispensationes adeptæ pendente processu.

Christi Dei inuocato suffragio arbitror dictum Bonafos verè esse professum,non dubitatur de tacita pro-
3 fessione quæ fit (si † quis remaneat in vno monasterio tanquam religiosus per annum) vt dicatur professus. c.2.& per totum de regula. Panormit. in c.vidua. & c.ad nostram ibid.de expressa ēt satis inferius cōstat.

Etiam licet prima professio non possit probari: de his enim quæ non sunt & quæ non apparent idem est iudicium.l.duo sunt.ff.de testament.tute. Respondeo
4 † probatur verè per vnum testem,& per famam & iuramentum d.de Bonafos, & per alia iudicia & præsūptiones quæ probatio valet.per glos.in uerbo legitimis. l.2.de excusat.tutor.ff.glos.& doctor in l.admonendum.ff.de iureiur.& maximè quia semper remansit dict.de Bonafos religiosus prout adhuc remanet ferendo habitum religiosorum, professorum. Ideò ex præsenti presumimus in præteritum,quod de præterito fuerit professus.c.scribam. de presumpt. & talis quis præsumitur, in quali habitu reperitur.c si iudex laicus. de sent.excommunic in 6.sed d.Bonafos reperitur in habitu religiosorum: ergo religiosus professus præsumitur. Et dicunt doct.clericatum posse probari per vnum testem.Bald. & Felin.in c.licet vniuersis.de testib. Guido Pap.decis.Delphin. 474.quos Iason sequitur in repetit.l.admonendi. col.71. nume. 198.ff.de iureiur.hic videtur de professione d.Bonafos lapsu temporis considerato. Attamen habet vnum te-

stem

stem, habet etiam famam professionis; iuramentum in habitu religiosorum professorum, reperitur etiam Episcopo mandatum vt illum professorem reciperet quod præsumitur fecisse Episcopus etiam per decem annos imo per viginti reputatus professus fuit: ideò professus præsumitur & omnia ex tanto tempore præsumentur solemniter acta.l.si filium. C.de petit. hæredit. vbi iussus patris præsumitur ex longa detentione hæreditatis.

5 † Item ex longinquitate temporis decem annorũ vel ex maiori tempore omnia præsumuntur rectè & solemniter celebrata.l.sciendum.ff.de verb.oblig.& d.l.si filiusfamilias. Sed hic à nono anno vsq; ad trigesimumnonum stetit Bonafos in monasterio habitus & reputatus professus: ergo illud sufficit: nam dicit gl. in l.seruitutes in magna. ff.de seruit.quod si quis probet longo tempore possedisse, & alleget titulum, licet illum non probet: ille titulus præsumitur ex lõga possessione. glo.in l.1.in fin.in verb. quàm diu.ff.de aqua plu.arcend.Cæpol. in tractat. de serui.vrba. præd. c.1. & Socin. in tract.fallen.regu. 373. itaque ex prædictis constat professionem primam satis esse probatam, saltem in aduersam partem probatio infirmatur & ipse contrarium probare teneatur.

Nec est verisimile quod patres visitatores qui monasteria visitant singulis triẽniis reliquissent istum de Bonafos sic intrusum in sua infirmaria, sine professione. sic expresse consuluit Socin.consi.270.consideratis in 2. vol. vbi expressè deciditur ista quæstio quod
6 † professio præsumatur ex longinquitate temporis, etiam in moniali: & videatur illud consilium in hac materia valere accommodum.

Item posito & non concesso quod anno 1539.d. Bonafos non esset professus saltem ab illo tempore negari non potest cũ sit expressè professus. Papa enim in suo rescripto decreuit, eum vere professum existere: & ex eo tẽpore saltem est professus: ergo non debet dubitari de sua expressa professione. Nec dubitat quis Papã posse aliquẽ religiosum maximè professũ
7 facere, & illum sic declarare: nam tanta est sua † potestas vt solo verbo faciat prælatum. Ang. in l.1. per illũ C.de sentent.passis.doctor.in c.proposuit.de concess. præb. maior est enim authoritas Papæ quàm iudicis hoc notũ est: sed si iudex declararet ille censeretur esse professus, & sua professio probari posset, p illam sententiam.l.si nõ sortem.§.hæredi.vbi gl.not.ff.de condict.indeb.& Iason multa super ea scribit, vt saltem à declaratione Papæ professus fuerit & expressè.

Adhæc vult Papa vt possit probari professio, per hoc indultum, non aliter: ergo tenetur probare d. Bonafos suam professionem, quam per bullam Papæ.
8 † Papa enim sicut cõsuetudo potest probationem infirmam validam facere.c.2.de probat.c.cum dilectus. de fide instr. & sic potest facere Papa quod iste Bonafos sit expressè professus, & quod illa professio probetur per hanc Papæ concessionem: & de hoc nemini est dubium, illi saltem qui Papæ potestatem denigrare non vult.

9 † Non refragatur quod non creditur Papæ de his quæ dicit in sua bulla.per clem.literis. de probat. Respondeo illum tex.loqui in verbis narratiuis Papæ.

Nempe si Papa diceret tibi Bonafos expressè professo prouidemus: non crederetur de professione qđ esset expressè professus per illa verba expressè profes-
10 so: † sed in dispositiuis creditur bullæ Papæ. Alioqui frustra impetrarẽtur omnes Papæ prouisiones: & deterior esset authoritas Papæ quàm aliorum: ideò illi credendum est, in dispositiuis, & postquam prima est perdita professio, & perdita præsumitur postquam de ea non apparet.l.testium.C.de testib. Papa vult illum de Bonafos releuare probatione, & vult vt perinde habeatur professus, ac si verè professio prima probari posset: & quod nullo modo teneatur aliam professionem probare. Nam etiam si quis allegaret instrumentum perditũ falsum adhuc is qui illud perditum dicit iurare potest se illud non habere & illi credetur.l.fina. C.de fide instrum. multò fortius in isto professionis instrumento, vt iuramẽto de Bonafos stari debeat de amissione suę professionis. Ex his ergo patet probationem tam primam quàm secundam satis ad hoc probatas, vt obtinere debeat arestum ad suam vtilitatem pro prioratu de Peruso, de quo agitur in sacro magno Regis consilio.

Ex prædictis infertur gradum & nominationes d. de Bonafos, impetratum autem Papæ indultum valere, quia potest quis † nominationes impetrare ante
11 professionem, cum nullo iure cautum sit quod religiosus debeat esse professus ante nominationes. & c. nullus.de elect.in 6.loquitur in Abbatia & prælatura, vt in illis non debeat eligi nisi expresse sit professus: sed non prohibet mãdata vel nominationes ad beneficia impetrari ante professionem, imo est text.in contrarium. in c. ei cui. de præbend.lib.6. Imol. & alij in clem.fin.de rescript.& hodie habemus ius nouissimũ, Gallorum. in §. volumus. de colla.in Concorda. vbi tempus vacationis inspicitur & personæ condecentia tempore vacationis: vt ibi scripsi, & sic valent tam literæ gradus, quàm nominationum, tum ipse iam esset professus, vt suprà probatum fuit: & quia non requiritur professio, in tempore impetrationis: sed sufficit quod tempore vacationis beneficij professus fuerit.

12 Et per prædicta patet sufficere obtinere dispẽsationem antequam quis pacificè habeat beneficium: dũmodo fiat mentio illius beneficij, quod quis habet: & Papa dicat in dispensatione licet quod possis illud retinere, vna cum obtentis, & ad hoc dispensamus: ideò hic Bonafos est dispensatus ad tria.

Prosequutus est quartum in quo succubuit, videlicet, super prioratu de Mayriguanes, nonne poterit retinere alia tria: non dubito de hoc, quia de tertio est dispensatus, & antequam ea obtineret, & nunquam
13 pacificè obtinuit nisi duo & nunc tria: † & de iure per adeptionem pacificam secundi perditur primum: & per adeptionem tertij vacant duo prima pacifica.clement.si plures. de præbend. sed hic de Bonafos non habebat nec habuit tertiũ pacificum, sed semper fuit in lite: ergo poterat antea & sic tempore litis obtinere dispensationem, & se facere habilem ad obtinendum beneficium litigiosum: nam & si obtinuisset quartum ante dispensationem obtentam, nõ de quarto vacaret nisi primum postquam est ad tria dispensatus, vt docent interpretes in d.clement.si plures. Alioqui sine dispensatione non valeret collatio vltimi. per c.ordinarii.de offic.ordinar.in 6. sed quia est dispensatus ad quartum, non erat opus quod dimitteret infirmariam. Verum eam dimisit: vnde nunc nullum est dubium quin prioratum de Peruso obtinere possit in vim etiam primæ dispensationis ad tria, quia non habet nisi duo post dimissionem, & obtinendo illud de Peruso obtinetur tantum tria ad quæ dispensatus censetur. & quando quis est dispensatus ad quartum, & loco dimissi vel dimissorum, aliud, vel alia habere possit: potest obtinere beneficia, ad quæ est dispẽsatus. c. non potest. de præbend.in 6.& iste de Bonafos est dispensatus ad quartum: ergo illud obtinere etiam

etiam posset: aliter de Papæ potestate dubitaremus, de quarum in his beneficialibus maximè plenam habeat potestatem.c.20.de præbend.lib.6.non est dubitandum, & de hac dispensa. scripsi plene in praxi benefic.quoad expressionem factam, de portione monachali, in Ecclesia Sigaci: licet sit in alio monasterio, ille error non nocet, sed corrigi potest: quia est error facti, qui etiam peritissimos fallit. l.fina. ff.pro suo.& censetur error mensularij: ideo nō nocet l.si librarius. ff.de regul. iur. & ratione illius clausulæ positæ in signatura, quod verior expressio fieri possit, in bulla facilè corrigetur: vnde ex prædictis opposita contra d. de Bonafos non obsunt, & ideò his me subscripsi hoc anno 1553. in mense Octobris: & ita iudicauit sacrū magnum consilium in vtilitatem d. Bonafos.

RESPON. LXXI.

De commenda, aut beneficio in commendam dato.

SVMMARIVM.

1 *Papa solus perpetuò commendare potest, inferior autem ad tempus.*

Permissum videtur, quod expresse non prohibetur. ibid.

2 *Episcopus an possit, vel alius ordinarius beneficium commendatum conferre.*

3 *Commenda beneficij concessa quomodo illud beneficium vacare dicatur.*

4 *Ordinarius commendando non est verisimile, quod collatione sua se priuare velit.*

Vnio vt fieri debet uiuente eo, qui titulum habet, ita & commenda durante prouisione. ibidem.

5 *Commenda non est aliud quàm depositum.*

Depositum vt ad deponentis voluntatem reuocari potest, ita & commenda. ibidem.

6 *Commenda quando reuocari possit.*

7 *Vicarius an requiratur ad præstandum concessum collationi faciendæ.*

Conferre, & præstare consensum collationi differunt. ibidem.

8 *Præsentatio venit appellatione collationis, quod secus est in consensu.*

9 *Consensus quando in aliquo actu præstari possit.*

Ratihabitio sufficit, quando solum requiritur consensus ad conferendum. ibidem.

Ex facto præmisso sequentes oriuntur quæstiones. Prima est, an inferior Episcopo possit Ecclesiam commendare. Secunda, an durante illo tempore Episcopus possit eam Ecclesiam commendatam conferre. Tertia, an conferēdo videatur commendam reuocare. Quarta, an is qui habet præstare collationi ascensum, teneatur pro illo ascensu præstando constituere vicarium generalem, sicut is qui confert.

Ad primam quæstionem respondeo, quod inferior Episcopo non videtur prohibitus commendare Ecclesiam ad tempus, videlicet vsque ad sex menses: imò videtur permissum à contrario. in c.nemo deinceps. de elect.in 6. quod expresè docet Panorm per illum text.in cap.si constiterit.in 1.notab.de accusat. dicens

1 † inferiorem à Papa non posse perpetuò cōmendare, sed ad tempus sic. De capitulo sede vacante quod possit vsque ad sex menses commendare. firmant Panor. & Felin. in capit.cum olim. 11.q.de maior. & obed. & Io. Francisc.in tract.de officio & potestate capituli sede vacante. in 2.parte quęst.3. Ergo & alius qui beneficia conferre potest. Nempè illud videtur permissum quod non est prohibitum. c.nam concupiscentiam. de consti. l.præcipimus.C.de appell. Sed non reperitur prohibitum quod inferior ab Episcopo commendet beneficium per sex menses, ergo censetur permissum. Maximè quia ista cōmenda temporalis sit, vt interim inueniatur idoneus. Igitur poterit fieri ab eo q beneficij prouisionem habet. quia quilibet est rei suæ moderator.l.in re mandata. C.mandat. & deponere rem suam potest & commendare apud quem vult & quando vult.glo.in d.cap.nemo.

2 Secūda quæstio est, an † possit Episcopus vel alius ordinarius durante illa commenda beneficium illud commendatum conferre. Respondeo quod sic, per id quod Felin. scribit in c.cum olim. col.4.quæst. 11.de maiorit. & obedi.vbi concludit, Episcopum posse conferre beneficium datum in commendam capitulo sede vacante, etiam non vocato commēdatario. Et sic talis commenda non præiudicat Episcopo, ita firmat d.Buzæ in tract.commend.quæst.11.& Gomesi.quæst.5.in regu.de triennali possess. Nam ista commenda intelligitur fieri donec Ecclesiæ sit prouisum. Panorm.in d.c.cum olim.ob id potuit præpositus cōferre non obstante commenda facta per suum vicarium, & collatio facta à præposito valuit: nempè dicit gl. magna in d.cap nemo.quod finito etiam semestri posset eam commendare alicui custodiendam, donec superior prouideat.

3 † Non refragatur quod durante commenda non dicitur beneficium vacare, quia est canonicus titulus. glo. & ibi expresè Ioan. Monach.in d.c. nemo. Ergo non potest conferri, respondeo quod non dicitur Ecclesia interim vacare, quia commendatarius habet administrationem ad tempus, qui eam regit. Et sic quoad hoc non dicitur vacare, sed quoad effectum iuris bene dicitur vacare, vt ei prouideri possit. Nempè quandiu prouisum non est Ecclesiæ, semper Ecclesia dicitur vacare secundum Hostien.in c.ne pro defectu. de elect.per glo.in clem.1.vt lite pendente. Refert Ludou. Rom.consil.350. in casu. col.1.& seq.vbi expressè hoc tenet, & videatur.

Non obstat qđ non currat tṗs illis ad quos interim spectat collatio, cū nō dicatur vacare, vt dicit Io. Mon. in d.c.nemo. Rñdeo, hoc putarem esse uerum in illis collatoribus, qui habent conferre, post illum qui cōmendauit. Nā ille qui cōmendauit si post quatuor mē ses cōmendauerit ad sex menses, superior nō conferet ante sex menses cōmendæ finitos: sed is qui cōmenda uit interim conferre poterit, vt videtur innuere glo.in d.c.nemo dicens caueat vt intra sex menses fiat.&c.

4 Item non est verisimile quod ordinarius commendando velit priuare se collatione sua, quia illa commenda fit, vt interim inueniatur idoneus, si inuentus sit, vt illi collatio fieri possit.doct.in d.cap.nemo.sicut potest fieri vnio uiuente eo, qui titulum habet.clem. fin.de rebus Ecclesiæ non alienand.ita & commenda durante prouisione.

Præterea durante deposito non prohibetur quis rem depositam donare, sic nec conferre. Ita consuluit Rom.consil.350.in casu.col.1.vbi expresè dicit. Aut Ecclesia est commendata in ipsius Ecclesiæ vtilitatē, & tunc commendatarius potest quandocumque re-

5 moueri & licitè conferri, tum quòd † commenda non est aliud quàm depositum, sed depositū ad deponentis

nentis voluntatem liberè reuocari potest, etiam si in contractu dictum sit, quod duret depositum vsque ad obitum.l.1.§.si sic deposuero. ff.depositi.c.bona fides.illo titul.ergo & commenda.

Secundò probatur in cap.obitum. & c. Catinensis. 61.distin.& c.constitutum.7.quæst.1. in quibus apparet manifestè non refragante commenda ecclesiæ in ipsius vtilitatem facta posse liberè procedi per capitulum ad electionem, & sic ad prouisionem, quando verò commenda fit ad vtilitatem cõmendatarij tunc eatenus durat commendatarij vtilitas, non dicitur ecclesia vacare. Ita vt alteri collatio licitè fieri possit, sed non est verisimile quod temporalis commenda fiat, nisi ad ecclesiæ vtilitatem. Igitur reuocari poterit.

6 † Et sic commenda facta ad tempus potest etiam ex causa reuocari quamuis ad vtilitatem personæ facta sit. text. in cap. si constiterit. vbi glo. in verb.commendata.de accus.glo.in cap.qui plures.21.q.1.

Sine causa verò reuocari non potest, cum sit quidam titulus canonicus & ad tempus datus.gl.& doct. in cap.nemo.de elect. nisi etiam esset causa ex qua facta fuerat.arg.c.magnæ.de voto.si igitur episcopus in sua commenda, vel eius vicarius dicat commendamus donec aliter de idoneo fuerit prouisum, poterit quandocunque prouidere, inspiciēda sunt igitur commendæ verba: tamen per prædicta, quia præsumitur potius in ecclesiæ vtilitatem quàm personæ facta, reuocari poterit & conferri durante commenda. Tutius est tamen permittere ut is cui est commendatum vtatur per totum tps suum, & sic quod collatio fiat sine præiudicio cõmendatarij, sicut vnio.d.cle.fi.de reb. ecclesiæ non alienan. & per hæc est soluta tertia qõ.

7 † Quarta quæstio sic decidetur, quod is qui præstat consensum collationi non tenetur constituere vicarium generalem ad præstandum illum consensum, sicut is qui confert. cap.fi.de offic.vicar.in 6.vbi loquitur de vicario ad conferendum, non in alio, ergo in vicario eius qui habet consentire non habet locum, nam diuersum est conferre & præbere assensum.cap. vno.§.1.ne sed. vacan.in 6.& plus iuris habet is qui confert, quàm qui consentit: igitur statutum in vno uidelicet in collatione, vt vicarius generalis esse debeat, non habebit locũ in alio, videlicet præbente consensum, vt is qui debet præstare consensum collationi faciendæ teneatur constituere vicarium generalẽ, sicut is qui confert, quia hoc non inuenitur statutum l.dissentientis.C.de repud.nec est lex tale quid dicens tex.in §.fin autem absfuerit.in authen.de non eligend secundò nuben.coll.1.

Nec refragatur quod etiã is qui præsentat tenetur saltem constituere procuratorem generalem, cum potestate præsentandi, teste Panorm. in c.fi.de concess. præben.ergo & is qui præbet consensum. Respõdeo licet plus iuris habeat episcopus ex sua collatione, quàm patronus, c.dilectus.de offic.leg.tamen † appellatione collationis venit præsentatio in rubri.vt ecclesiastica benefic.sine deminut. & glos.in cle.vna. de rerum permutat. quod secus est in consensu qui appellatione collationis non uenit.

9 † Item vbi requiritur consensus potest etiam ante actum, & in ipso & post actũ præstari.l.vlt.C.ad Mace. c.auditis de elect.c.cura.vbi Panor.de iure patro. Bart. in l.tam is. §.1.in fi ff de donat.caus.mort.Bal.in l.fi. §. fin autem. C. de bonis quæ lib. Et ista est communis conclusio teste Alberto Bruno. in tract. de forma & solem.actus.rubr.de implemento & obseruantia formæ. versic.& circa consensum. Ergo consensus non regitur sicut collatio, quia antequam quis conferat oportet, quod sit vicarius generalis. Et non posset haberi rata collatio facta ab eo qui non habet potestatẽ, quia, quod nullum est non potest ratificari. per regulam iuris sed consensus præstari posset: Superest igitur quod illa solemnitas quæ est in constituendo vicarium generalem ad conferendum cesset in præstando cõsensum. Et sic valet ratihabitio capituli Vticensis facta, de persona d. Francisci Orandi vicarij, generalis cõstituti à præposito. Et ista, salua correctione melius sentiẽtis, mihi vera videntur: quibus subscripsi, valetudine aduersa nunc detentus, alia adducere non valui.

RESPON. LXXII.

De ordinarij collatione per resignationem.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius an beneficium quod contulit per resignationem, posit per obitum postea conferre, si vacet ante dies viginti.*

2 *Ordinarius quoties vacat beneficium illud conferre pōt.*

3 *Iura quando plura vni competunt, sublato vno alterum remanet.*

4 *Persona vna vim duarum habet, quando in ea duo iura concurrunt.*

5 *Variatio in collationibus quando sit prohibita.*

6 *Collatio prima quando secundam impediat.*

7 *Beneficium quod duobus conferri non posit, quomodo intelligatur.*

8 *Dicti o etiam implicat.*

Beneficium quacumque authoritate conferatur, uacare per obitum dicitur, & conferri potest per regulam hic positam.

1 SVPER dubio an † ordinarius beneficium quod contulit per resignationem possit per obitum postea conferre, si vacet ante viginti dies. Dubitatio est quod non, quia variatio est prohibita maximè collatoribus. Cle. vnic. de renuntiat. Item non potest quis vnum beneficiũ duobus conferre. c.tuæ.de præben.quia esset diuidere beneficium, quod non permittitur. c. maioribus. de præben. Adhæc prima collatio impedit secundam. c.post electionem.de conces.præb.

2 Contrarium est verum quia † ordinarius potest toties quoties vacat beneficium illud conferre.c.ordinarij.de offi c.ordin.in 6.c.2.de concess.præb. Igitur si beneficium vacet per resignationem, causa permutationis vel alias coram eo, ipse poterit illud beneficium sic vacans conferre, si postea vacet per obitum, utpotè quia resignans non vixit per 20.dies, tunc poterit iterum conferre, quia iterum vacat, per illam regulam Cancellariæ 18.Innocen.

3 † Præterea quando plura iura uni competunt uno sublato alterum illæsum remanet.text.in l.si domus. ubi Bar.ff.de seruit.urb.præd.l.quotiens duplici.de regul.iur.Sed plura iura competunt ordinario, uidelicet ut conferat quando uacat per resignationem, per non promotionem, uel alio modo etsi contulerit per resignationem, & sic sublatum sit illud ius, alterum tamen illæsum permanebit, scilicet ut per obitum uacans possit conferre.

4 † Item quando duo iura concurrunt in una persona, habet uim duarum personarum. l.si consul.ff.de adopt.l. Papinianus. §. sed nec impuberis. de inoffic. testam.sed in persona ordinarij concurrunt duo iura, uidelicet ut conferat, & per resignationem uacans & per

per obitum: ergo ille ordinarius habebit vim duarū personarum, & sicut duo ordinarij possent illud beneficium sic vacans conferre, sic & ipse.

5 † Nec refragatur quod uariatio sit prohibita, uerū est iure non permittente, & quando in malum tenderet, sed in bonum non, imo magnæ prudentiæ est si reuocaueris, id quod malè egeris. c. magnę. 22. q. 4.

6 † Nec obest quod prima collatio impedit secundam. Resp. verum esse, si prima ualeret, sed prima fuit nulla quando resignans non vixit per 20. dies. & beneficium vacauit per obitum, igitur illud beneficium de nouo vacans poterit ordinarius conferre, non obstante sua collatione prima, quæ est effecta nulla ac si illā non fecisset per dictam regulam Cancellariæ.

Imo si ordinarius non conferret beneficium uacās per obitum, relinqueret illud: sic uacans puniendus esset. per c. de multa. de præben. Igitur ordinarius sic cōferendo bene fecit, & iure, & is qui habet collationem per obitum, habet uerum ius.

7 † Nec obstat quod non potest conferre duobus, uerum est uno tempore, & beneficium sic vacans. sed quoties uacabit, toties uni conferet. Et sic conferendo non est diuidere beneficium, ut scripsi in §. 1. in gl. vna. de colla. in Concord.

Præterea regula Cancellariæ sic dicit. Item uoluit, quod si quis in infirmitate cōstitutus resignauerit aliquod beneficium, ubicunque sit, etiam si in Romana

8 curia. Ita in registris curiæ est recepta, sed ista † dictio etiam implicet. l. 2. C. de testib. cum simul. quasi uelit dicere, siue uacet in curia Romana, siue coram ordinario, siue coram delegato, & vbicunque ita scripsi in tract. nominatio. q. 17. num. 5. & seq. & sic illa regula habebit locum etiam coram ordinario.

Item regula Cancellariæ Papæ Pauli Tertii addidit in sua regula, quamuis authoritate conferatur. Et sic habetur facilis declaratio, quod quacunque authoritate, siue ordinaria, siue apostolica beneficium conferatur, semper dicitur vacare per obitum, & conferri potest, videatur regula Pauli ad hunc effectum. Et quod illa regula habeat locum in ordinario, fuit iudicatum in supremo senatu Parisiensi pro magistro Francisco de Bourges, contra Briconn. anno 1539 in uigilia Assumptionis Beatæ Mariæ. Et sic est concludendum, ordinarium potuisse conferre alteri, quàm primo, & ille cui contulit per obitum habet uerum, & canonicum titulum, debetque in pleno possessorio manuteneri, ob id subscripsi.

RESPON. LXXIII.

De collatione ordinarij, non expresso modo vacandi.

SVMMARIVM.

1 *Vacationis modi non sunt de substantia exprimendi in collatione, uel electione.*

2 *Beneficium non expresso modo uacandi conferri potest.*

3 *Beneficium de iure, & de facto per mortem uacat.*
Mors omnia soluit. ibidem.

4 *Electio, & collatio incerta, an & quando ualeant.*

5 *Clausula, perinde ualere, quid operetur.*

6 *Subreptio in beneficialibus uitiat ipso iure prouisionem.*

7 *Falsitas in literis expressa vitiat Papæ prouisionem.*
Subreptio dolosa vitiat omnia in literis contenta. ibidem.

8 *Dictio circa, breue tempus & incertum significat, hic & numero 9.*
Testis dictum per dictionem circa deponentis non ualet, ut num. 9.

10 *Aetas vero in rescripto est exprimenda.*

FACTI quæstio ita se habet. Episcopus cōtulit sic beneficium, cùm ad præsens certo modo de iure, & de facto uacet, & uacare noscatur, seu ad nos deuoluta collatio existat tibi præmisso, aut alias quouismodo vacans uel ad nos deuolutum conferimus, &c. Quæritur an ordinarii collatio ualeat? Breui respondeo: quod sic, quia

1 † de substantia collationis uel electionis non est exprimere modos uacationis, sed potest Episcopus conferre beneficium si uacat. gloss. nota. in cap. secundo. de elect. in sexto. quam approbant ibi doct. & Dec. in regul. actus legitimi. num. 12. ff. de regul. iur. Felin. in c. cum contingat. num. 17. de offic. deleg.

2 † Item potest beneficium conferri expresso modo uacandi, ut expressim decidit Lappus alleg. quem refert, & sequitur Nicol. de Milis, in repertorio, in uerb. beneficium. q. 56. incipiente beneficium potest cōferri. Et sic fuit in hoc casu collatum, ob id ualet collatio.

3 † Præterea vacare dicitur beneficium de iure, & de facto per mortem. Hostien. in summa. de cōces. præb. §. quot modis. quia mors omnia soluit. §. deinceps. in authen. de nupt. col. 4. Et sic cū Episcopus dicat quod beneficium vacat de iure, & de facto, videtur dixisse vacare per obitum, cum tunc, & de facto, & de iure uacet, & sic uidetur expressisse modum uacandi, quod sufficit.

Non obstat text. in cap. secundo. de elect. in sexto.

4 † ubi non ualet electio, nec collatio incerta, quia respondeo quando esset incertitudo circa personam, vt confero tali, aut tali, uel illi, qui primò doctor efficietur, aut aliàs, & tunc non ualeret, sed in casu proposito non est aliqua incertitudo personæ: nec est aliqua dubitatio de vacatione. Nempe collator dicit uacare noscatur, & sic de uacatione est certus, quod sufficit. ut declarant doct. in d. c. secundo, & Lappus d. allegat. scripsi abundantius in gloss. innodatus. in forma mād. in Concord.

5 † Item literæ in forma de perinde ualere, extendi possunt ad hoc, nempe vult Papa ut collatio facta ab ordinario perinde ualeat ac si expressus fuisset uerus uacandi modus. doct. in c. quamuis de rescript. in 6.

Adhæc obstante indulto R. domino Cardinali Papa non intendebat, nec uolebat conferre, imo fuit circunuentus. ut dicit in simili Bal. in c. cum olim. de re iudic. Et sic non ualuit collatio Papæ, unde ualebit collatio ordinarii, quæ per Papam fuit confirmata, p illā clausulam perinde ualere. Quare concludo collationem ordinarii ualere non obstantibus deductis in contrarium. Et ita subscripsi.

Semble aux soubscripts la collation, [uidebitur subscriptis collationem,] factam Raymundo de Monte Valenti non ualere, tùm quòd sit subreptitia, & obreptitia. Et † subreptio in beneficialibus uitiat ipso iure 6
prouisionem. c. ad audientiam. 2. & Panorm. in cap. cæterum. & cap. super literis. de rescrip.

Nempe in literis suæ prouisionis ipse Raymundus asserit se esse in decimo suæ ætatis anno constitutum, hoc tamen falso, cùm tempore impetrationis non haberet nouem annos, ut patet per instrumentū matrimonii in quo continetur, quo anno matrimoniū

contractum fuit, quia ante matrimonium non poterat legitimè nasci. Et tempore impetrationis beneficij non erant decem anni elapsi à die contracti matrimonij. Ergo hic Raymondus non potuit esse in decimo anno constitutus.

7 † Et ideò ista falsitas expressa in literis vitiat omnino Papæ prouisionem. d. cap. super literis. nam mendax peccator cauere debet impetratis. c. sedes. & c. ex tenore. de rescript.

Imò subreptio dolosa vitiat omnia in literis contenta, & dolus præsumitur ex suggestione falsi. c. super literis. vbi Panor. in primo not. de rescript.

Nec obest quod in literis dicatur in decimo anno
8 seu circa, quia illa † dictio circa, breue tempus significat cap. continebatur. & c. attestationes. de desponsi. impuber. vbi glo. dicit non posse extendi ultra sex mẽses. & Hostien. ibi tres dies significare firmat: sed esse arbitrarium firmat Archid. in c. 1. col. 2. post glo. ibi de offic ordin. in 6. sed iudex de tempore breuissimo arbitrari debet, & de paucis diebus. Guid. Papæ. singul. 436. in decis. circa. &c. Sic consuluit expresè Alex. consi. 80. quoniam. col. 5. nu. 15. in 5. volum. & consil. 82. in causa. in fin. in 7. volum.

9 † Nam ista dictio circa incertum tempus significat ut dictum testis sic deponentis non ualeat, plenè scribit Guid. Pap. in decis. 290. libello. Panorm. in c. fin. 2. not. de desponsa. impub. Alexand. consil. 29. clarissimè. col. 5. nu. 12. in 7. uol. Angel. consi. 127. visis petitione, & responsione.

10 † Item cùm ętas vera sit exprimenda in rescripto doc. in c. super inordinata. de præben. Nam difficilius concedit Papa iuniori quàm maiori, & illa quæ difficiliorem reddunt Pontificem sunt exprimenda, alio qui gratia est nulla. cap. postulasti. ibi de leui non concessissemus. de rescript.

Igitur hic falsam ætatem expressit, cùm non haberet annum nonum dicit se esse in decimo, seu circa. Certè tam illa falsa expressio, quàm subreptio uitiant gratiam, ob id vacauit beneficium per mortem, ideo ordinarius iure contulit.

RESPON. LXXIIII.

De commendatario.

SVMMARIVM.

1 *Commendatarius an intra annum promoueri teneatur.*
2 *Titulum habens promoueri tenetur intra annũ, alioquin titulo priuatur.*
Titulum qui habet, fortius ius habet, quàm qui habet commendam. ibidem.
3 *Dispensatio Papæ ad prioratum, non trahitur ad accessoria non necessaria.*
4 *Dispensatio Papæ cum minore ad habendum beneficium curatum, extenditur, ut non teneatur intra annum promoueri, secus erit, quando erit legitimæ ætatis.*
5 *Vicarius generalis ad conferendum per verba hic posita, an censeatur constitutus.*
6 *Collatio, quæ est donatio, in generali cõcessione nõ uenit.*
7 *Vicarius generaliter constitutus, in temporalibus, & spiritualibus constitutus censetur.*
Genus tantum in suo genere operatur, quantum species in sua specie. ibidem.
8 *Clausula in mandatis apposita dũmodo electiuis, electiua, & electiuum, & prioratus, &c. an uitiet mandatum.*
9 *Insinuatio mandati an valeat si non fuerint insinuatæ literæ executoriales.*
10 *Collatio ab executore mandatario facta post sex menses non valet.*
11 *Collator ordinarius post sex menses conferre non potest.*
12 *Falsa qualitas beneficij facta in impetratione aliquando non uitiat.*
13 *Resignans præbendam retentis sibi fructibus præbendæ. ibidem per totum.*
Beneficium cum suo onere transit. ibidem.
14 *Mendacium in impetratione, quod beneficium non excedit summam xxiiij. ducatorũ nõ vitiat prouisionem.*



Dubiis sequentibus sic puto respondendum.

1 † Si secularis habeat prioratum cui cura imminet animarum in commendam, tenetur promoueri, etiam intra annum. per cle. ne in agro. §. cæterum. de statu monach. vbi dicit qui prioratus habuerint vel commissi eis aut collati fuerint: sed illi quibus fit commenda habent illos prioratus, ergo tenentur promoueri, etiam quia illis commissi sunt. Et ita loquitur etiam. c. licet canon. de elect. ubi dicit cui commissa fuerit Ecclesia parrochialis cõmittitur etiam per commendam, ergo tenetur promoueri.

2 Item is qui habet, in titulum tenetur promoueri. d. c. licet. fortius & is qui habet in commendam, cum fortius ius habeat is qui titulum habet. cap. nemo. de elect. in 6. Et tamen is qui habet titulum priuatur si non promoueatur intra annum, fortius & is qui non tantum iuris habet.

3 † Præterea quamuis Papa dispenset ut secularis habeat prioratum regularem, tamen dispensare non uidetur ad alia accessoria non consequutiua nec necessaria, secus si sint accessoria necessaria. per glo. in c. quia in tantum. de præbend. Felin. in c. postulasti. col. 12. & seq. de rescript.

4 Item si Papa dispensat cum minore ut habeat beneficium curatum, videtur secum dispensare ut non teneatur promoueri intra annum, quia hoc est necessarium: sed quando erit ætatis legitimæ tenebitur promoueri, alias priuatur. c. cum ex eo. ubi doct. de elec. in 6. Bonif. Vital. in cl. ne in agro. §. cæterum. col. vlt. de statu monach. sic & licet Papa uideatur cum isto seculari dispensasse, ut possit habere prioratum regularem, tamen uoluit ut ipse obtineret illum prioratum, secundum ius, & prout ius disponit, & sic quod intra annum promoueretur ut alii.

5 † Secunda quæstio est an per ista uerba censeatur constitutus vicarius generalis ad conferendum, ut si episcopus dicat nostrum procuratorem, & uicarium generalem fecimus, & constituimus, ac damus potestatem conferendi omnia, & singula beneficia, dignitates. &c. Respondeo istam constitutionem ualere per text. c. in c. fi. de offic. vica. in 6. vbi duo sunt requisita: primum, quòd vicarius sit generalis, ut est iste, declarat Panor. & alii in c. ex parte. 1. col. 2. de offic. deleg.

Secundum, quòd specialiter sit ei data potestas conferendi. Nam quamuis esset generaliter constitutus, tamen beneficia conferre non posset, cum in generali concessione non veniant ea quæ uerisimiliter quis non esset concessurus, nec etiam donatio.
6 d. cap. fin. sed † collatio est donatio, ergo illa non uenit. c. relatum. de præbend.

Non refragatur quod non sit constitutus in spiritualibus, & temporalibus. Et sic non ualet per ea quæ con-

cõsuluit Socin.consi.260.in causa man.tenen. col.11.
7 vol. † quia respondeo, quod sufficit vt sit generaliter constitutus, & tunc censetur, & in temporalibus, & in spiritualibus constitutus, quia tantum operatur genus in suo genere, quantum species in sua specie. l.si duo.ff.de adminiſt. tutor. Et sic est dicere generalem constituo vicarium, ac si diceretur, & in temporalibus, & spiritualibus volens dicere, quod si constitueret vicarium in spiritualibus cui daret potestatem cõferendi, quod non valeret, quia non est generaliter constitutus. facit quod not. Panor.in c.fin.de concess. præbend.quod patronus si abesse debeat poterit constituere procuratorem generalem cum potestate presentandi. Et poterit is procurator generalis præsentare, & conferre, etiã si non sit datus ad spiritualia quæ laicus non potest habere.cap.causam quæ.de præscri. sic dicemus in isto vicario vt censeatur esse generaliter constitutus, licet non sit expressum in spiritualibus, & temporalibus.

8 Tertia quæstio est, an ista † clausula in mandato regulari apposita, dummodo electiuis electiua, electiuum, & prioratus, vel alia dignitas conuentualis non existat vitiet mandatum. Respondeo quod sic, quia non seruatur forma in Concordatis descripta, in qua non excipitur nisi electiuum beneficium, hic vltra excipitur videlicet conuentuale, ergo prima nõ est seruata. Et quia hoc mandatum non est generale, vt debet esse. Nam non excipitur nisi electiuum in Concord. Et hic eximitur prioratus, & dignitas conuentualis. Et sic fuit reprobatum in hoc senatu mandatum, & in mente curiæ retentum non ualere deinceps mandata, quæ illas clausulas habebunt.

Nec obest quod in ecclesia non sit aliquis prioratus uel dignitas conuentualis, quia facesse, postquam non erat aliqua conuentualis non debebat exprimi quod erat superfluum. Nam sic exprimendo mandatum, non est secundum formam, ergo non ualet, nec est generale ob id reprobatum, ut scripsi in forma mandati in Concord.

9 Quartò, quæritur si ualeat † insinuatio mandati, etiamsi non fuerint insinuatæ literæ executoriales: respondeo insinuationem ualere, quia non reperitur iure cautum, quòd literæ executoriales sint præsentandæ quando mandatum est de prouidendo, secus si de compellendo, vt plenè scripsi in glo. præsentes. in form. mand. & non credo arestum fuisse latum in contrarium, nisi alia ratio in processu fuisset descripta: sed non ea solum ratione quod mandatarius executoriales literas non præsentasset. Nempe ob hoc non uitiatur mandati præsentatio, ut etiam firmat Gomes. in tract. mand. in forma. 8. plenè de hac insinuatione scripsi in tract. nominatio. q. 14.

10 † Quintò collatio mandatario facta ab executore post sex menses, & sic postquam deuolutio erat facta ad alium Episcopum non grauatum non ualet, quia is ad quem erat deuoluta collatio, non erat grauatus. clem. si de beneficio. de præben. ergo non poterat cõferri beneficium sub sua collatione.

Item executores possunt cõferre quandiu alii recusant, differunt uel negligentes sunt, ut patet in forma
11 literarum executor. † sed post sex menses collator ordinarius non potest conferre. c.2. de concess. præben. ergo nec executor, & negligentia arbitrio boni uiri relinquitur si intra sex menses non conferat, non tenetur executor expectare totum labi tempus. c. si clericus. de præbend. in 6.

Nec obest quod executori non est præstitutum tẽpus, uerum est quando data est ei potestas conferendi beneficia, ad cuiuscunque collationem pertinẽtia gl. & doct. in d cle. si de beneficio. quod non fuit hic: & ideo non poterat ea conferre beneficia, nisi quando Episcopus, vel collator grauatus potest, vel quando est collatio deuoluta ad Papam, vt dixi in glo. sex menses. in §.1. de regia ad prælat. nominatio. faciend.

12 † Vltimò non uidetur quod impetratio Papæ annullari debeat, licet is impetrans dixerit beneficium esse sub patronatu laicorum, licet non sit. Nempe timens beneficium sic esse, hoc expressit: ideo illa expressio non nocet, quia expressio quæ non debebat fieri si fiat non uitiat. teste Feli. in c. in nostra. de rescri. nempe oportet quod impetrans faciat mentionem de patronatu laicorum: aliàs non ualebit impetratio, ne laici retrahantur à fundationibus, in dubio non intendit illis patronis Papa derogare, nisi hoc exprimat. c. decernimus. 16. q. 7. quamobrem facilius concessisset Papa si non fuisset sub patronatu laicorum: ergo illud non debet exprimi: vt plenè scripsi in verbo pro expressis. in forma mãd. in Cõcor. igitur Papę impetratio valet, & tenet: & sic breui cõcludo, & me subscripsi.

13 † Resignationem canonicatus, & prębendæ Ecclesiæ Baiocen. coram summo Pontifice factam, salua tamen correctione, arbitror ualidam esse: & pensionem ac collationem post mortem Francisci Dampierre factam de dicta præbenda, quam iam Papa contulerat non ualere, uel si fuerit collata per mortem Ioannis, collatio valet: sed is cui fuit facta collatio tenetur ad pensionem à Papa impositam, quia pensio à Papa imposita beneficio est realis, inhærens beneficio, ob id ad quoscunque transit ad quos, & beneficium: & istud quia notorium, non probo.

Secundò non consideratur præiudicium huius nouiter prouisi, qui non erat tempore resignationis, sed res, id est beneficium transit cum suo onere, & consideratur tantùm ne resignans patiatur dispendium, propter suam resignationem, quod subiret, si hic prouisus de nouo non teneretur ad pensionem.

Tertiò in certis non est opus coniecturis, & dicere quod non est uerisimile Papam concedere uoluisse in præiudicium successorum, est uenire contra literas Papæ in quibus reseruat fructus ad vitam Francisci resignantis, & ideo uolũtas Papæ est, vt quãdiu uiuet resignãs, ẽt si ad mille manus veniret beneficiũ, ꝙ sẽper pensio debeatur isti resignanti, ne dispẽdium patiatur.

Quartò non obest mendacium prætensum, quorum fructus non excedunt summam 24. ducatorum auri de camera licet excedant, quia consuetudo Franciæ exprimendi istum valorem excusat, etiam in conscientia sciente Papa, & tolerante, imo æquum est quod iste resignans habeat fructus sibi assignatos, & alter distributiones quæ licet nõ ueniant fructuum nomine, tamen sufficiet habenti præbendam oneratam, si illas percipiat: nempe ita ei concessum est, nec audiri debet uolens accipere præbendam, & lucrum onus uelit recusare: nam liberum erit ei dictas distributiones lucrari, si diuinis intersit: & si impetrans præbendam expressisset, non excessisset summam 24. ducatorum, ualuisset impetratio, fortius si non expressit de fructibus nisi dictam summam.

RESPON. LXXV.

De Regijs nominationibus, & quando sunt expediendæ.

SVMMARIVM.

1 *Nominatio regis debet expedire infra sex menses.*

In beneficijs, ex data ius metimur. ibidem.

2 *Secunda prouisio non requirit expressionem primæ, quæ fuerat nulla.*

3 *Mentio de eo, quod principem induceret ad facilius concedendum, facienda non est, sed de eo quod difficilius.*

4 *Resignatio quando non valet, apud resignantem remanet beneficium.*

5 *Collatio facta spreto patrono nulla est, patrono conquerente, alias secus.*

6 *Titulis pluribus, quis potest iuuari.*

REx nominauit ad prioratum de Carlario diœcesis Lemouicensis d. Antoniũ Mouhon, qui intra annum non expediuit suã
1 nominationem; ob id ex † edicto Regio non potest post sex menses iuuari illa nominatione. Iterum Rex nominauit eundem de Mouhon ad eundem prioratum, & fuerunt bullę expeditæ, postea eo die quo bullæ Romæ fuerunt expeditæ Rex noĩauit Franciscũ de las Tours, uter istorũ ius habeat: breui respondeo, fratrem Antoninm Mouhon, qui est primus, & in beneficiis ius ex data metimur. c. eam te. de rescript. c. si eo tempore. c. duobus. illo titu. in 6. sed hic Mouhon est primus tam in prima prouisione q̃ in secunda ergo præferri debet aliis quibuscunque.

2 Nec refragatur quod non est facta † mentio in secunda prouisione de prima Regis nominatione, seu du placet: ergo secunda prouisio est subreptitia. Respondeo ubicunque primæ literæ sunt nullæ, vel elidi per exceptionem possunt, non impediunt impetrationem secundarum, & secundæ valent non facta mentione priorum. c. ex tenore. & c. in nostra. vbi gl. & Dec. de rescript. sed primum placet erat nullum ex Regis edicto: ergo de eo non erat facienda mentio, quia non præstat impedimentum quod de iure non sortitur effectnm, per regul. iur.

3 Item non est facienda mentio de eo quod induceret principem ad facilius cõcedendũ, sed de eo quod difficilius. c. ad lites. c. postulasti. & c. super. literis de rescript. Feli. in c. in nostra. ibidem. sed Princeps facilius concessisset, secundum placet ei cui prius concessit, quia uariare abhorret: ergo de illo non erat facienda mentio, diuersum foret si alium nominasset: in secundo placet, tunc facienda esset mentio primi beneplaciti, quia tunc variat, & non intendit ius alterius tollere. c. quamuis de rescript. in 6.

Præterea nullum ius prætendere potest d. Franciscus de las Tours, quia non vacabat beneficium tem-
4 pore quo impetrauit: † nam si non valebat resignatio, resignans habebat semper beneficium. c. quod in dubiis. & c. fin. de renunt. Maximè quando adiicitur illa clausula non aliter, nec alias, nec alio modo, vt quãdo fit resignatio in fauorẽ, tunc illa resignatio est cõditionalis: & faciũt illa verba, vt nil uideatur actũ nisi seruetur id de quo conuentũ est, allegat Bal. in l. si quidẽ. C. de exce. Ias. in cõsi. 162. in causa. col. 4. nu. 5. in 2. vol. sed ista resignatio in fauorem Mouhon facta erat si non valebat, nil actum uidebatur de dicta resignatione: ergo impetrans nil iuris habere videtur: etiam si d. Mouhon ius non haberet, qui tamen plenum ius habet.

Nec potest prætendi aliqua intrusio in eo qui habet titulum, ab eo qui ius conferendi habet: ut est Papa. Felin. in c. in nostra de rescript. sed d. Mouhon habebat primam collationem à Papa, etiam cum beneplacito Regis, ergo titulũ habebat licet non esset facta mentio de illo Regis beneplacito: & quamuis
5 † collatio facta spreto patrono sit nulla. c. decernimus. 16. q. 6. tamen hoc est verum si patronus cõqueratur. cap. illud. de iure patrona. igitur si prouisus interim accipiat possessionem ex illa prouisione non erit intrusus, quia titulum habet.

Igitur non requirebatur productio reuocationis
6 primæ expeditionis, † quia potest quis pluribus iuuari titulis. c. post electionem. de concel. præb. ob id nil facit reuocatio, quia prima expiditio etiam nulla nil nocet sequenti prouisioni, cum beneplacito Regis facta; vnde mihi uidetur nõ esse super his insistendum, & potest renuntiare illi reuocationi, si bonum sibi videatur postquam est primus in secunda prouisione.

Et per prædicta d. Mouhon uerus dicitur prouisus, & canonicè cũ etiam sit dispensatus de ætate, & aliis, vt in sua bulla legi potest, quare concludo ad eum spectare prioratum, de quo agitur, & alterum impetrantem nil iuris habere. Ideo hoc anno 1545. subcripsi in mense Ianuario Parisijs.

RESPON. LXXVI.

Subdiaconus dispensatus ad matrimonium contrahendum.

SVMMARIVM.

1 *Dispensatio ad contrahẽdum matrimonium subdiacono facta, an voto non obstante, valeat.*

2 *Subdiaconatus in sacris ordinibus non connumeratur.*

3 *Matrimonium secundum Papæ dispositionẽ rectè contrahit, qui castitatem simpliciter vouit, cum de eius incontinentia timetur.*

Obligatio æqualiter ex omni voto apud Deum oritur. ibidem.

PApa dispensauit vt Subdiaconus matrimonium contraheret, quia nobilis ex antiqua familia, & nobilitate propter conseruationem familiæ. & quia suasionibus genitoris
1 hoc fuit factum, quæsitum fuit † an talis dispensatio non obstante voto valeat. Respondeo quod sic, nam Martinus Papa in subdiconatu dispensauit. c. lector. 34. distinct. vbi glo. & doct.

2 † Item ordo Subdiaconatus nõ connumeratur in sacris ordinibus. c. à multis. de ætat. & qualita.

3 † Item in voto continentiæ Papa disponit, quòd qui vouit simpliciter castitatem si postea contrahat valeat matrimonium. c. rursus. qui clerici vel vouen. & illi qui vouit simpliciter castitatem datur facultas matrimonium contrahendi, quando de incontinentia timetur. c. ueniens. qui cler. vel vouen. sic & in voto solẽni potest dispensare cùm omne votum æqualiter obliget apud Deum. d. c. rursus. & quamuis uotum sit iuris diuini ipsa tamen solemnitas est iuris positiui. cap. 1. de uoto. & postquam Papa disponit quod qui uouit contrahere possit. d. c. ueniens. à fortiori poterit Papa dispensare, cum uno: & sic cum hoc nobili Francisco de la Porte ex causis prædictis; nam existens in sacris non est prohibitus nubere, de iure diuino, & Græci adhuc contrahunt. c. Nycena. 31. dist. & in veteri lege sacerdotes uxores habebant. c. tenere. ibi ergo super his quæ postea fuerunt inducta Papa dispensabit, nec continentia est de substantia ordinis. Innocen. in cap. placet. de conuers. coniugat. c. cum olim. eodem.

RE-

RESPON. LXXVII.

An commendatarius possit beneficia conferre.

SVMMARIVM.

1 *Commendatarius Abbatiæ censetur uerus Abbas.*
Abbas sine consensu monachorum conferre potest, nisi sit consuetudo in contrarium. ibidem.
2 *Abbas commendatarius Vicario constituto an conferre possit.*
3 *Mandatum an possit dirigi ei, qui quidem decem habet beneficia, sed quæ partim sunt secularia partim regularia.*
4 *Beneficium uacans spectans ad commendatarij collationem mandatario debetur.*

IAM ob subitum nuntii discessum, quàm aliis obrutus negotiis breui agere cogor: ideo primæ quæstioni respondeo, qua quæritur an Abbas commendatarius beneficia conferre possit: & videtur sine dubio quod possit,
1 quia † commendatarius Abbatiæ censetur verus Abbas. Barb. consil. 2. sapienter. col. vlt. in 2. volum. nam commenda censetur canonicus titulus. c. dudum. 2. de elect. scripsi in tract. de pacifi. posses. in nu. 36. cum seq. in Concordat. Franciæ quando commenda est ad vitam, secus si ad tempus. cap. nemo deinceps. de elec. in 6 & quod Abbas possit conferre. probat tex. in c. fi. de institut. nisi consuetudo vel fundatio contrarium habeat. Panor. in cap. cum Ecclesia Vulterana. nu. 9. de elect. & in c. ea noscitur. de his quæ fiunt à præl. Ioan. de Selua in tract. de benefic. in 2. parte q. 22. & hoc potest facere sine consensu monachorum. c. nullam. 18. q. 2. nisi in fundatione contrarium cautum sit, vel ex consuetudine aliud fuerit seruatum.

Item secunda quæstio non videtur habere magnã
2 difficultatem quin prædictus † Abbas possit conferre beneficia, licet constituerit vicarium, quia in totum potest eum destituere: ergo, & in partem, vt in simili dicitur. in c. pastoralis. §. item cum totum. de offic. deleg. & conferendo videtur reuocare potestatem datam vicario in illo casu quod potest facere, quia maiorem potestatem sibi retinet quàm concedat. c. dudum. de præben. in 6.

3 † Tertia quæstio est si in Abbatia sint tria vel quatuor secularia & octo regularia an debeant iungi, vt faciant decem, & Abbas postea possit grauari? Respõdeo quod sic, quia qui habet decem beneficia ad collationem suam, potest grauari uno mandato. §. de colla. in Concord. sed ille qui habet secularia, & regularia simul dicitur habere decem: ergo grauari poterit, quia regularia dicuntur beneficia, etiam secularia, quare poterit grauari, vt scripsi in glo. Concorda. in verbo quinquaginta. & in uerbo duobus. d. §. 1.

4 Quarta quæstio est an † mandatario debeatur beneficium vacans ad collationem istius Abbatis commendatarii spectans: & nemo dubitaret quin debeatur si tamen beneficium vacauerit post mensem à die præsentationis, & insinuationis sui mandati, antè nõ debetur, etiamsi vacat per resignationem, uel alias, vt habetur in forma mandati Apostolici: & ibi plenius scripsi in glossis, quæ possunt videri, si hæc non satisfaciant.

RESPON. LXXVIII.

De præsentatione.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatio unius de familia secundum fundationem.*
Patronus in beneficij creatione onus apponere potest, ut ille qui est de familia præsentet. ibidem.
2 *Laicus etiam citra fundationem extraneum non debet præsentare, quando alius idoneus reperitur.*
Præsentati vbi sunt duo, & vnus illorum sit de familia, ille debet præferri. ibidem.
3 *Septennium habens capax est primæ tonsuræ, & beneficij simplicis.*
4 *Verba fundationis præbendæ hic posita, quomodo intelligi possint.*
5 *Genus, & parentela quomodo accipienda numero 5. per totum.*
6 *Præcipiens de uno negare videtur de alio.*
Verisimile non est, quod quis statim se corrigat. ibidem.
Odio habere carnem suam nemo præsumitur. ibidem.
7 *Verbum videtur boni viri arbitrium importat.*
Verba in dubio secundum boni viri arbitrium intelligi debent. ibidem.
8 *Præsentandi ius duobus competens.*
9 *Variatio in præsentando permittitur, quando prima præsentatio erat nulla.*

VISIS verbis fundationis sequentibus, videlicet præbenda confertur duobus præbendariis clericis, seu presbyteris de genere, & parentela dictorum fundatorum, si eis bo-
1 num videatur, &c. † videtur Ioannem de la Pierre ex genere fundatoris procreatum rectè institutum, quia conueniunt verba fundationis illi, ergo & eius dispositio. per tex. in l. 4. §. totiens. de damno infect. ff. & aliis extraneis non conueniunt verba fundationis, ergo in ipsis nequeũt sibi locum vendicare verba fundationis. dicit tex. in c. indemnitatibus. § supradicta. de elect. in 6. nam patronus potest in creatione beneficii apponere onus vt præsentet ille qui est de genere. per c. cum dilectus. de consuetud. & c. Abbate. de verbo. significa. Geminia. per illum tex. in c. cum in Ecclesia. vlt. not. de præbend. in 6. Card. consi. 11. quædam societas. refert, & sequitur Felin. in tract. quando literę Apostolicæ. versic. corroborari.

2 Imò fortius, dicit glo. in c. hortamur. 71. dist. † quod laicus etiam citra fundationem non debet præsentare extraneum, quando reperitur idoneus: sed hic reperiebatur idoneus Ioannes de Petra, ergo alius non potuit præsentari: & hoc sequitur, ibi Alex. refert Curtius, in suo tract. iuris patrona. in verbo honorificũ. q. 18. dicit etiam glo. in c. neminem. 70. distinct. quod potius sunt instituendi illi clerici, de quorum bonis est fundata Ecclesia, quàm extranei, ergo Ioannes de Petra erit præferendus, cùm ex bonis suorum prædecessorum fuerit fundatum illud beneficium, vnde dicit Curtius in d. tract. de iure patronat. in verbo honorificum. quæst. 18. quod si duo sunt præsentati, & vnus illorum sit de familia, quod ille debet præferri licet alter sit magis idoneus. nota. in cap. constitutis. de appella. & sic non potest obiici isti Ioanni de Petra
3 quod non sit maior octo annis, quia † habens septem

annos est capax primæ tonsuræ. c.fin.de temporib.ordinand.in 6. ergo etiam erit capax beneficii simplicis. c.super inordinata.de præben.& sic erit capax ad istud beneficium, cum non sit curatum, sed simplex, & quoddam legatum pium.

4 Nec obstant verba fundationis posita ibi conferetur duobus præbendariis clericis, seu presbyteris de genere, & parentela dictorum fundatorum si eis bonum videatur, quia multipliciter possunt intelligi. Primò quod conferatur duobus si bonum uideatur, vel uni ne diuidatur præbenda.per cap. maioribus. de præbend.sed parum cõuenit hic intellectus, cùm fundatio exigat duos, qa vnus vix esset par oneri ĩposito.

Secundò, potest intelligi quod præbenda conferatur duobus clericis de genere si bonum eis præsentatis videatur, scilicet si hi de genere velint acceptare præsentationem factam per fundatores.

Tertiò, potest intelligi, quod illi duo præsentandi sint de genere, si bonum videatur patronis, alioqui saltem requiritur quod unus tantum sit de genere si inueniatur.

Quattò, potest intelligi quod conferatur clericis, seu presbyteris, si bonum eis videatur, videlicet conferre vel præsentare, presbyteros aut clericos sĩplices.

5 † Quintò, quod conferatur illis de genere, & parentela, si bonum videatur, videlicet quod sint de genere, uel parentela: nam illi dicuntur de genere qui ex linea masculina descendunt.l.1.in fin.ff. de iure immunita.& l.1.de probat.Barba.in repetitio.l.cum acutissimi.col.50. C. de fideicommis. ideo dicitur in fundatione conferatur illis de genere, id est agnatis descendentibus ex linea masculina, verum quia poterãt deficere, ideo dicit de genere, & parentela:nam parẽtela, cum à verbo parente descendat, vtrumque sexũ significat, videlicet tam agnatos quàm cognatos: & sic vult dicere quod conferatur agnatis vel cognatis si bonum videatur videlicet conferre vel agnatis uel cognatis, & ita eligere ex linea masculina vel fœminina, reliquit in dispositione fundatoris, & patroni, & iste videtur verus sensus.

Vltimò, potest intelligi si bonum eis uideatur, quod sint de parentela vel non: & hic intellectus ex verbis fundationis reprobatur, dum dicitur in fundatione conferetur duobus præbendariis clericis, seu presbyteris de genere: ergo aliis non existentibus de genere, uel parentela non potest conferri, quia de illis de genere dicit: ergo de extraneis negat debere intel-
6 ligi, cùm de uno † præcipiat de alio negare uideatur. c.nonne.de præsumpt.l. cum prætor.ff.de iudic.

Item non est uerisimile quod quis statim se corrigat.l.non ad ea.ff.de condict.& demonstr. & hic dicit illos de parentela præsentandos: ergo statim non dicet si bonũ videatur, quia nemo vnquam carnem suã odio præsumitur habere. c. non existemus. 13.q.2.

7 Pręterea † videtur importat arbitriũ boni viri.Bart. in extr.ad reprimendum.quomod. in læsæ maiest.crimi.in glo.videbitur: nam in dubio verba debent intelligi secundum arbitrium boni uiri, &non secundum liberam voluntatem. Alex.consi.58. in fi.vol.3. sed bono viro non uideretur bonum, vt cõsaguineus quamdiu est idoneus repelleretur, &alius extraneus admitteretur, hoc non inuenit bonum sanctus Augustinus, vt asserit.in c.quicunque.17.q.4 nec est bonum sumere panem filiorum ex fundatione, & dare canibus, & exteris, vt habetur in Euangelio: nam cęteris paribus quis suos debet præferre consanguineos. glo. notab. in c.1. de cohabit. cleric.& c. omnino.31.distinct.c.studeat.50.distinct. ex his ergo patet Ioannẽ de la Pierre
8 esse præferendum aliis præsentatis. Nec † obstat quod alterius vicibus debet fieri præsentatio, & potest esse quod præsentatus à tutore Ioanne de la Ligne ritè est præsentatus,& institutus fortè, quia d.de la Ligne erat in turuo præsentandi, quod potest cognosci si alter vltimò præsentauit, etsi noluerit præsentare, etiam eidẽ computatur, quia paria sunt posse præsentare, aut nolle.regul. in iure ciuili.ff. de regul. iur. ac si præsentasset, quia quando per me stat, mihi est imputandũ.

Nec obstat præsentatio facta per Catherinã de persona Claudii Maysonetes: quia etiam non est de genere: ergo non valuit, quare potuit variare etiam post institutionem, quoniam sua prima præsentatio erat nulla, vt potè facta contra fundationem, secus quando præsentatio non esset nulla, tunc post institutionẽ non potest patronus laicus variare.c.cum autem.cap. quod autem. & cap.pastoralis.& ibidem doct. de iure patron.facit tex.in c.cum Bertoldus. de re iudica. ubi
9 † præsentatus post institutionem primi præfertur, & iura permittunt facilius variationem, quando actus est nullus, quàm si sit validus. per c. nostri. de elect. Ioan. Andr.in d.c.quod autem.& c.cum autem.

Et sic postquam is, qui est de genere debet præsentari siue sit clericus siue presbyter: & is Ioannes de Petra est clericus, licet non sit maior 8.annorum, tamen est habilis, postquam est tonsuratus:& beneficium curatum, sed simplex, ad quod est habilis tonsuratus, vt suprà dixi:& per hoc concludo Ioannem de Petra obtinere debere tam in possessorio, quàm in petitorio. Et in fidem præmissorum me subcripsi, salua correctione melius sentientis.

RESPON. LXXIX.

De præsentatione alia quæstio.

SVMMARIVM.

1 *Patronorum diuersæ præsentationes, & totidem institutiones, deinde Papæ prouisio, postremo etiam deuolutum.*

2 *Præsentatus à maiori parte, & postea institutus, est præferendus.*

3 *Papa de iure derogare potest iuri patronatus laicorum. Collatio Papæ de beneficio patronato intra quatuor menses facta, patrono prosequente, annullatur. ibidem.*

4 *Prouisio Papæ intra tempus datum laicis quando ualeat. Prouisio facta à maiori parte, perinde habetur ac si ab omnibus esset facta. ibidem.*

5 *Papa in collatione concurrit cum quolibet ordinario.*

E faict presupposé qu'est que des cinq patrons layz les trois sans appeller les deux, ont presente Iean. Les deux sans appeller les trois ont presenté Pierre, & tous deux ont esté instituès par l'Euesque. Apres laquelle institution le presenté à la meiur partie, à nouelle prouision de nostre sainct Pere le Pape: apres laquelle, & le temps de quatre mois donné aux patrons layz expiré vn quidam à deuolu de l'Euesque. [† Facto præsupposito, quod est de
1 quinque patronis laicis: tres, non appellãdo duos, præsentarunt Ioannẽ. Duo verò, non appellando tres, pręsentauerunt Petrum, & ambo per Episcopum instituti fuerunt. Postquam institutionem præsentatus à maiori parte nouam prouisionem habent à sanctissimo Patre nostro Papa: post hanc uerò, & tempus quatuor mensium elapsum, patronis laicis datum, quidã deuo-

deuolutũ ab Episcopo habuit] *La question est*. [Quæstio est] quis sit iure præferendus: *& semble que* [Et videtur quod] prouisus à Papa ad maiorem patronorũ
2 præsentationem: nam † præsentatus à maiori parte, & postea institutus, est preferendus.c.quoniam.c.ult. de iure patronat. sed hic est à maiori parte præsentatus, ergo omnibus præferendus.
3 Item de iure Papa potest derogare iuri patronatus laicorum.doct.in c.2.de præbend. in 6. Felin.in c. nostra.de rescri.c.cum Bertoldus.col.5.de re iudic.tamẽ non vult derogare, ut patet in regul. cancel. & etiam in hoc regno consuetudo obest ei, vnde collatio ab eo facta intra quatuor menses prosequente patrono annullatur.c.decernimus.16.q.7. ergo si patroni non conquerantur valebit collatio etiam Episcopi.Panor. in c.cum ex officii, in fin.de præscrip. Aufre. in decis. Thol.q.107. de Rota decis.528. nota infra tempus,in antiquior.

Igitur in hoc casu non est dubitandum quin collatio facta à Papa insequens maioris partis patronorum consensum valeat, tum quod ab ordinario ualuisset, tum etiam quod contulerit ad vitandum controuersias patronorum, & hoc expresso in sua prouisione, iuxta cap.1.& 2.de iure patronat.
4 Nec refragatur quod † intra tempus datum laicis Papa non debuerat conferre, uerum est alteri, quàm præsentato, sed præsentato à maiori parte potuit,cũ Episcopus potuerit, ut supra dictũ extitit, & in fauorem patronorum hoc est institutum.c.3. de iure patr. ergo si patroni,seu maior pars consenserit valebit prouisio, quia quod maior pars efficit, perinde habetur, ac si omnes egerint.l. quod maior.ff. ad municipal. Si omnes præsentassent non esset dubium, nec etiam si maior pars per prædicta.
5 † Item Papa concurrit cum quolibet ordinario. c. 2.de præbend.in 6.& cap.si à sede ibidem:ergo potuit conferre siue in uim nouæ prouisionis, siue in uim literarum perinde valere: & poterunt bullæ nouæ prouisionis expediri ponendo clausulam attento, quod hic est præsentatus à maiori parte patronorum, ad uitandum discordiam, & rixas patronorum: & vt celerius prouideatur Ecclesię, isti conferimus, ac gratificãdo eidem prouidemus volentes istum à minori parte præsentatum anteferri de nostra certa scientia, & potestatis plenitudine, uolentes etiam quod ista prouisio valeat perinde ac si ab omnibus patronis consentientibus, isti facta fuisset: & aliæ clausulæ solitæ. Et pergerem pluribus probare, nisi inuenirem hunc pręsentatum à maiori parte, esse omni iure fundatum, & liquidò constare, ob id tanquam sit notorium. Tantum subscripsi.

RESPON. LXXX.

De procuratore constituto à matre ad lites motas & mouendas metu an pro filio censeatur esse procurator.

SVMMARIVM.

1 Procurator constitutus à matre cũ facultate hic posita, an censeatur constitutus ad præsentandum rescriptum à filio matris nomine impetratum.
2 Procurator vt supra non censetur nisi constitutus ad præsentandum literas impetratas à constituente, secus ab alio.
Actus agentiũ ultra intentionem non debent operari.ibi.
3 Mandatũ ad vltra dicta in cõstitutione non extenditur.
4 Mater pro filio procuratorem constituere non potest.
5 Procurator mãdato domini, & nõ alterius constituitur.
6 Verba generalia quod generaliter sint intelligenda, quo modo intelligatur.
7 Coniuncta persona quomodo pro coniuncta agat.
8 Mandatum generale cum libera, quando tantum ualeat, quantum speciale.
9 Procurator an nominare possit filium ad suscipiendam pro eo defensionem.
Procurator in delictis nominare potest dominum, non ad eum defendendum, sed ad eum instruendum de suis defensionibus. ibidem.
10 Procurator huiusmodi excusatur refundente filio expensas, & damna.
11 Procuratoris falsi gesta an constituenti noceant.
Procurator renuntiationes damnosas domino facere non potest, cum eius vtilitatem procurare debeat.
12 Renuntiatio cum donationis sit species, nec etiam procuratori cum libera concessa videtur.

ROPOSITA mihi fuit talis quæstio: mater in causa quadam constituit procuratorem suum ad lites motas, & mouendas,& ad præsentandum quæcunque rescripta, ac literas impetratas, vel impetrandas: nunc filius impetrat rescriptũ nomine matris quod tradit procuratori, qui bona fide ductus præsentat nomine matris.
1 Primò † quæro an censeatur constitutus ad hoc. Secundò si eas præsentauerit nomine matris, si postea mater non ratificet,& contra d.procuratorem agatur possit nominare filium cuius mandato præsentauit. Tertiò an excusetur si filius cuius mandato præsentauit refundat expensas, & damna. Quartò an illa præsentatio literarum noceat constituenti.

Ad primum quæsitum videtur quod censeatur cõstitutus per illam clausulam generalem quascunque literas impetratas, vel impetrandas,cùm loquatur generalirer,debet generaliter intelligi.l.1.§. generaliter. ff.de legat.præstand.

Secundò, uidetur constitutus ad omnia rescripta impetranda: ergo ad istud potissimè cum sit nomine matris.

Tertiò, cum filius, & pater sint una persona.l. fin. C.de impub.& pars uiscerum matris.

Quartò, tantum valet mandatum generale cum libera, quantum speciale.l. procurator cui libera. ff. de procurat.
2 Contrarium arbitror, quod non † censeatur nisi constitutus ad præsentandum literas impetratas à se, & non ab alio, tum primò,quia actus agentium non debẽt operari vltra intentionẽ.l.non oĩs. ff. si cert.pet.
3 Tum secundò quia † mandatum non extenditur ad illa de quibus non est dictum in cõstitutione: nec cogitatum.l.cum Aquiliana.ff. de transact.l. mater.ff. de inofficio.testam.
4 † Tertiò mater non potuit constituere procuratorem pro filio, cùm non habeat in potestate. §. fœminæ.inst. de adopt.

Imò licet coniuncta persona possit agere pro coniuncta. l.sed & hæc.ff. de procurat. tamen non potest
5 constituere procuratorem pro ea, † quia mandato domini, & non alterius constituitur.l.1. ff. de procurat.etiam iudicis.Bar.& alii in l.1.quod falso tutor auth. Ita expressè tenet Rota decisio.657.in antiquis: ergo mater non potuit constituere procuratorem ad præsentandum rescripta impetranda per filium.

† Nec obstat quod uerba generalia sunt generaliter intelligenda, verum est in quātum continent, sed non ultra in illis contenta, not. in l. à procuratore. C. mand. sed constituendo generaliter in causa mea no uideor constituere in tua, & sic nec mater constituendo uidetur cogitasse de literis impetrandis contra seipsam per filium.

Nec obstat quod nomine matris fuerint inpetratę,
7 quia non obstat si non ratificentur, † quia licet coniuncta persona possit agere pro coniuncta. l. exigendi, C. de procurat. tamen requiritur quod postea coniuncta persona hæc ratum habeat. Specul. in titul. de appel. 4. §. 1. post princ. & Bart. in l. 3. §. 1. ff. iudic. solu. Hostien. & alij in c. ex parte decani. de rescrip. Iason, & alij in d. l. exigendi. sed in casu proposito mater non habet ratam illam impetrationem minusque ab eis sequuta, ergo non eidem obstabit, nec poterit coniunctus agere contra voluntatem eius pro quo agit. l. Pompo. ff. de procurat. Alex. in d. l. exigendi.

Nec obstat quod censeatur portio viscerum matris, quia esto sanè non ob hoc poterit matri præiudicare impetrando.

8 Nec me mouet quod † tantum ualeat generale mandatum cum libera, quantum speciale hoc intelligitur, quantum ad administrationē rerum domini, secus in his quę sunt extra administrationē, ut si dominum faciat incidere in pœnam. gl. not. in l. si quis iniquum. §. si quis procurator. ff. quod quisque. & ibi Alb. & Iason. & sic præsentando literas impetratas à filio nomine matris, cum ad hoc non dicatur constitutus dicitur falsus procurator: nam dicitur falsus licet habeat mandatum, sed non speciale ad illam causam requirentem illud. Bal. & alii in c. nonnulli. de rescript. Iason d. l. si quis iniquum. §. si procurator. col. 2. & l. licet. C. de procurat.

Consequens est ut malè fecerit præsentando literas, de quibus non habebat mandatum, & illudere partem ac iudicem contemnere, vt in simili dicitur in
9 c. auditis. de procurat. ideo † secundo quæritur an pro hoc delicto possit nominare filium, ut pro eo suscipiat defensionem, videtur quod non, quia in delictis non datur garandum, nec defensio, quia non habet necesse parere. c. Iulianus. 11. q. 3.

Contrarium est uerum, quia etiam in delictis potest quis nominare dominum non ut eum defendat, sed ut à domino possit instrui de suis defensionibus. auth. qua in prouincia. ubi de coniu. agi o port.

Imo in leuibus excusatur mandatarius qui necesse habuit parere. l. liber homo. in 2. ff. ad l. Aquil. velle enī non creditur qui obsequitur imperio patris vel domini. l. uelle. ff. de regu. iur.

10 Et sic respondeo tertię quæstioni, quod † excusatur procurator in hoc casu si filius velit refundere expensas, & damna, primò per regulam qua cauetur, quod quādo mandatur illud quod erat simpliciter licitum, licet in illo casu illicitum esset, tamen excusatur mandatario. glo. singul. in l. in rem. §. tignum. ff. de rei vendic. Bart. in l. non solum. §. si mandato. ff. de iniur.

Item falsus tutor tenetur ad damna, & interesse. l. nouissimè. ff. quod falso tuto. idem in rub. illius tituli. dicit Alber. in procuratore. ex mente illius edicti, tamen si dolo non fecerit non tenetur. l. 1. & l. nouissimè. sed hic non fecit dolo: ergo non tenetur.

Item quando sunt plures uno soluente alii liberantur. d. l. nouissimè, in fin. sed hic filius impetrans vult soluere: ergo eo soluente procurator liberabitur.

11 † Quartò, quæro an gesta ab ipso procuratore noceant constituenti. Breui respondeo, quod non, per tex. in l. licet. C. de procurat. vbi processus factus cū falso procuratore non valet. facit. l. si is qui. ff. de eo qui pro tutor. Etiam si fuerit legitimum mandatum per Iudicem. Bal. in l. 1. per illum tex. §. idem Pompo. ff. quod falso tutor. & Alber. in l. interdum. illo titu. quia mandato domini non per sententiam constituitur. l. 1. ff. de procurat. etiamsi iudex diceret se ratum habiturum, quod fiet cum tali procuratore etiam domino non præiudicat. l. cum procurator. ff. de noui oper. nuntiat.

Imò etiamsi verè esset constitutus, tamen non posset facere renuntiationes damnosas, vel domino præiudiciabiles, cū domini vtilitatem procurare debeat. Bart. in l. procurator cui libera. ff. de procurat. Bal. in l. si procurator. C. illo titu.

12 † Item quia renuntiatio est species donationis, & dilapidationis, quæ non censetur data etiam cum libera. l. filiusfamil. ff. de donat. & ibi Bart. sic consuluit Alex. consil. 115. attentis. in 5. uolu.

Et licet in aliquibus possit præiudicare domino, tamen non quoad totam causam. Bart. & Ias. in l. una. §. si procurator. ff. si quis ius dicenti non obtemper. sed hic renuntiauit possessorio: ergo non præiudicat: maximè quia Princeps eidem constituenti concessit, ut in possessorio adhuc posset uenire, non obstante renūtiatione possessorii. Nam de iure hoc posset per doct. Ant. & Panor. in c. pastoralis. col. 6. de caus. possess. ubi dicunt quod in eadem instantia potest quis pluries suspendere possessorium, ante conclusionem in causa, saltem semel, renuntiando possessorio, potest uenire ad petitorium, & postea iterum ad possessorium, non obstante renuntiatione, & in hoc omnes conueniūt, ideo hic licet ipsamet renuntiauerit possessorio, poterit tamen iterum redire: & sic d. procurator debebat per partem admitti, ut dicunt, & postea de iure uenire, non obstante etiam Principis rescripto.

RESPON. LXXXI.

De præsentatione alia quæstio.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatio facta à Papa præualet.*
Collationes omnium beneficiorum ad Papā spectant. ibi.
2 *Collatio Episcopi ante sex menses patrono datos, est inualida.*
Collatio facta ante deuolutionē est nullius momenti. ibi.
3 *Collatio in præiudicium Papæ non valet.*
4 *Prauentio quando in beneficijs attendatur.*
5 *Papa solus post collationem absenti factam, alteri conferre potest.*
Papa de collatione inualida mentionem facere non tenetur. ibidem.
6 *Episcopus licet collationem beneficiorum in sua diœcesi habet, non tamen in præiudicium patronorum.*
7 *Collatio Episcopi mala fide facta non ualet.*
8 *Collatio ordinarij fauorabilis, Papæ vero fauorabilissima.*
9 *Prouisio Papæ per collationem, & præsentationem inualidam non impeditur.*
10 *Papa inuito patrono conferre potest.*

VACANS beneficium de Machault ad præsentationem Abbatis sancti Dionysii Remis spectans, defuncti tamē Archiepiscopus Remēsis, in cuius diœcesi consistebat beneficium pleno iure

re ante ſex menſes contulit, poſteà Papa, demum fuit Abbas creatus. & fuit facta præſentatio per quendam prætenſum vicarium, & inſtitutio, quænam collatio
1 valeat? Respondeo, † arbitrarer prouiſionē Papæ præualere, tum quia uoluit, & potuit, voluit quidem prouidere, vt apparet per ſuam prouiſionem, potuit etiã, quia collationes omnium beneficiorum ad eum ſpectant. c. 2. & c. dudum. de præbend. in 6.

2 † Prima collatio Epiſcopi ante ſex menſes datos patrono non valuit. cap. decernimus. 16. q 7. quia facta ante deuolutionem, & ſic antequam haberet ius conferendi. c. nulla. & c. ex parte. de conceſſio. præben. unde collatio facta ante deuolutionem nullius eſt momenti, vt firmat Felin. & alii in cap. cùm ex officii. de preſcrip. licet Panor. teneat ibi contra, ſed primam opinionem tenuit Panor. in diſputatio. incipiente Augerio, & iſta eſt communis ſententia, quam doctor. tradunt in c. ſtatutum. de præbend. in 6.

Et ſic cùm iſta ordinarii collatio non valeat, valebit Papæ prouiſio, etiam non facta illius mentione. Licet Papa in non obſtante ſoleat alterius inualidæ collationis facere mentionem, vt patet in bulla, & doct. loquuntur. in c. cauſam. vbi Felin. de reſcript. ſcripſi in praxi benefi. in forma. ſigna. & bullæ.

Non refragatur collationem ordinarii ſpreto patrono, & eo non reclamante valere. Reſpondeo, hic reclamauit, quia vicarius eius præſentauit, & ſic illa præſentatio eſt uoluntatis patroni declaratio: ideò annullat collationem ordinarii.

3 Et ſi nulla ſit præſentatio, tamen † collatio non valebat in præiudicium Papæ, qui ſemper intra ſex menſes prouidere poterat, quia ſemper plus iuris retinet quàm donet. c. dudum. de præben. in 6. hoc probatur in c. nemo de elect. in 6. vbi ſtatuit neminem poſſe cōmendare beneficium, ultra ſex menſes. Papa tamen excluditur, quia ipſe poteſt commendare, & perpetuò, & ad tempus. cap. ſi gratiosè. de reſcript. in 6. iuncta gloſ.

4 † Nec obeſt quod Papa erat præuentus per collationem ordinarii. Reſpondeo, non attenditur hic præuentio ſicut in beneficiis debitis mandatariis, & graduatis. per §. declarantes. de manda. Apoſto. in Concorda. qnia in illis Papa præuentionem ſibi retinuit, & non prælationem, ſecus eſt in aliis beneficiis, in quibus Papa, & præuentionem, & prælationem habet, ſed hic agitur de prælatione, an præferatur collatio ordinarii collationi Pcpæ, & certè ſic propter prærogatiuam conferentis. c. ſi à ſede. de præbend. in 6. quia nō poterat Epiſcopus id temporis conferre, & Papa ſic, & de prælatione fuit iudicatum in hoc Senatu anno 1540 die 18. Februarii inter Ioannem de l'Orme appellantem, & Ioannem d'Orleans intimatum, ut dixi in d. §. declarantes. in verb. iure præuentionis. in Cōcord. de mandat. Apoſtol.

Et pro hac ſententia facit c. ſi tibi abſenti. de præb.
5 in 6. ubi † poſt collationem abſenti factam, alius etiã legatus non poteſt alteri conferte, Papa tamen poterit ut firmat Peruſ. & alii multò fortius potuit conferre hic non obſtante collatione inualida facta per ordinarium.

Nec poteſt dici ſua prouiſio ſubreptitia, eò quòd non fecit iſtius collationis mentionem, quia de collatione nulla, & inualida facienda non eſt mentio. c. ex tenore. & c. cauſam. vbi doc. de reſcri.

Etiam facta eſt mentio iſtius collationis in verbis generalibus bullæ, & in non obſtante.

6 † Et quamuis Epiſcopus habeat collationem beneficiorum ſuæ diœceſis. c. omnes Baſilicæ 16. quæſt. 7. tamen non in præiudicium patronorum, & aliorum collatorũ, ſi qui ſint & maximè in præiudicium Papæ.

7 † Item Epiſcopus eſt in mala fide, quia ſciens eſſe ſub præſentatione Abbatis confert, apparet in illis verbis ſuæ collationis cuius parrochialis præſentatio ad Abbatem ſancti Dionyſij pertinet: ergo tamquam mala fide facta non valet. c. uigilanti. & c. fi. de præſcript.

Et ſi dicatur quod nullus erat Abbas, quia defunctus. Reſpondeo debebat expectare ſex menſes intra quos eligi, & præfici poterat Abbas, & indultum à iure beneficium nemini eſt auferendum regula indultum, & Epiſcopus Remenſ. conferendo aufert beneficium iuris, videlicet ſemeſtre datum Abbati ad preſentandum, & quia uacante Abbatiali ſede, Epiſcopus non poteſt beneficia conferre, ſicut nec Epiſcopali ſede uacante: ubi plenè omnes doctor.

8 † Et ſi dicatur quod collatio ordinarij eſt fauorabilis, fateor: ſed collatio Papæ eſt fauorabiliſſima, à qua emanat collatio ordinarij tanquam à fonte. c. cuncta per mundum. 9. q. 3. & propter vnumquodque tale & illud magis, auth. multò magis. C. de ſacroſ. eccle. ipſe Papa dedit aliis collationes per uiam legis, quam reuocare ſicut legem poteſt. doctor. in c. 1. de conſtit.

Nec ſequitur, præſentatio impedit præuentionē, & plus iuris habet collatio, ergo & collatio. Reſpondeo, fateor utramque ualidam impedire Papæ & aliã
9 prouiſionum, ſed † præſentatio uel collatio inualida non impedit Papæ prouiſionem, ac ſi facta non eſſet. d. c. dudum. de præben. in 6. c. cum noſtris. c. poſt electionem. de conceſ. præb.

Vltimò, certum eſt collationem non ualere recla-
10 mante patrono, ſed † Papa plus iuris habet quàm patronus, quia poteſt cōferre eo inuito. c. cum dilectus, de iure patr. ergo ſi collatio non ualeat in præiudiciũ patroni ſi ipſe præſentet, ſic nec ualebit in præiudiciũ Papæ ſi conferat Papa. Igitur ſi Papa conferat ualebit ſua collatio, alioqui ſi per collationem ordinarij Papa conferre non poſſet, illi fieret fraus, quia ſemper fieret collatio ſeu fingeretur facta, & ſequeretur Papam non habere maiorem poteſtatem quàm haberent alij prælati, quod eſt falſiſſimum & hæreticum dicere, unde concludo collationem Papæ præualere. Hoc anno 1552.

RESPON LXXXII.

De renuntiatione.

SVMMARIVM.

1 *Accuſatus priuatus beneficijs, an pendente appellatione reſignare poſſit.*
2 *Renunciatio facta pendente accuſatione, uel poſt emiſſam appellationem æquiparatur.*
3 *Appellatio iudicatum extinguit.*
4 *Sententia ſine executione non priuat beneficio.*
5 *Collatio ordinarij facta ante citationem condemnati non valet.*
6 *Sententia contra abſentem ex contumacia potius quàm ex mala cauſa lata præſumitur.*
7 *Impetratio an requirat expreſſionem priuationis fieri.*
8 *Appellatione pendente, non eſt aliquid innouandum.*

Accv-

1 ACCVSATVS † super crimine Sodomitico pendente appellatione à quadam interlocutoria appellat, non obstante appellatione priuatur beneficijs per sentētiam à qua appellat, uel consanguineus pro eo. Interim resignat beneficium in manibus Papæ, ad cuius resignationem Papa Titio confert, demum ordinarius uter istorum prouisus habeat ius in beneficio? Et uidetur
2 quod prouisus per Papam: quia † æquiparantur ista pendente accusatione renunciare, uel post appellationem emissam. l. qui à latronibus. §. fin. ubi Imo. iuncta. l. si quis post. ff. de testam. sed pendente accusatione poterat renunciare. c. per tuas. j. in fi. de Symo. ergo & pendente appellatione. Nam possum facere pendente appellatione quod pendente priori iudicio poteram. l. postquam. §. imperator. ff. ut leg. no. caue. vbi Bar. vide Barbat. consi. 11. col. 15. vers. capio. j. vol. 1.
3 † Item appellatio extinguit iudicatum. l. j. in fi. ff. ad Turpil. Ita quod si condemnatus fuerit furti uel aliis famosis actionibus appellauerit, pendente iudicio nondum inter famosos habetur. l. furti. §. 1. ff. de his qui not. infa. & testamentum appellatione pendente factum non rescinditur. l. si quis filio. §. hi autem ff. de iniusto. uel saltem suspenditur. c. uenientes de iureiurand. Fel. & alij in rub. de appel. in glo. in verb. interponi. de causis. in pragma.

Item per istam sententiam priuationis non erat sine executione priuatus iure, nec possessione, quia
4 sola † sententia non priuat sine executione. c. grauem. de excess. prælat. ergo potuit resignare, facit glo. in c. nisi. de renunc. & in crimine apostasiæ, quòd non sit priuatus, est tex. in c. cler. de excess. præla.
5 † Item non ualuit collatio ordinarij, quia antequam conferre posset debebat citare condemnatum, & executionem sententiæ in illum facere. l. ab executione. C. quor. appel. non recip. imò dicit Bald. in l. 2. col. 15. versi. sed hic quæritur. C. de seru. & aqua quòd canonicus priuatus per sententiam non perdit ipso iure stallum in choro, & locum in capitulo, sed oportet quod distalletur per superiorem. Felin. in c. inquisitionis. nume. 7. de accus.
6 † Item ista sententia est lata contra absentem, quæ præsumitur lata ex contumacia potius quàm propter malam causam. Bald. in l. 1. not. 3. C. de peric. & commod. rei uend. Fel. in c. cum Bertoldus. col. 7. de re iudi. Et talis sententia ex contumacia dicitur lata ex ficto, non ex uero maleficio. Bald. in l. si filio. in fi. ff. solut. matrim.

Item spoliatus post appellationem restituitur. c. si constiterit. de accus. ergo si non fuisset nisi priuatus uerbaliter, & resignasset ualuisset resignatio.
7 † Item non refragatur quod non est facta mentio Papæ de priuatione, quia non requirebatur. Nam Papa postquam ad resignationem istius contulit, contulisset melius si hoc expressum fuisset, & quæ inducūt Papam ad facilius concedendum, non debent necessariò exprimi. Feli. in c. in nostra. de rescri. dixi in glo. pro expressis. in forma mand. & licet impetratio propter ambitionem nō ualuisset nisi expressum fuisset, secus in hac resignatione. arg. c. quamuis. de preb. in 6.
8 † Item, appellatione pendente non est aliquid innouandum. Dec. consi. 197. uide Guid. sing. 583. Hyppol. consi. 103. nu. 50. Bald. in Margar. in verb. appel. q. 10. & in c. fi. versi. ulterius. col. pen. quo tempor. miles inuestit. pete. deb. Perus. in c. dilectis. 13. not. de appel. Et sic fuit iudicatum pro resignatario in magno consilio, in utilitatem dicti Episcopi Vticensis.

RESPON. LXXXIII.

De resignatione dolo facta.

SVMMARIVM.

1 Renunciatio expedita secundo per notarium quod non valeat.

2 Minor ex resignatione dolo facta restituitur.

Iuri, quod sibi quis competere ignorat, renunciari non potest. ibidem.

3 Resignatio dolo facta non valet.

Dolus consensum excludit. ibidem.

4 Minor quando in beneficialibus maior reputetur.

5 Scripturæ per fraudem extortæ præiudicium inferre non possunt.

6 Regula statuens resignatarium accipere possessionem debere intra sex menses in Francia non seruatur.

7 Ignoranti non currit tempus.

Nostrum sine facto nostro à nobis non potest auferri. ibidem.



VISA facti narratione, & duplici resignatione præbendæ ecclesiæ Heduensis, dico nil obstare Claudio Castelli quominus possit dicere se uerum canonicum d. Eccle-
1 siæ Heduensis. † Et imprimis non potest nocere renunciatio prima falsò facta in fauorem Antonii des Places. Nempè Ioannes des Places notarius apostolicus postquam primam resignationem partibus expedierat, non poterat secundam expedire, ut per Bart. Ias. & alios. in l. si quis ex argētarijs. §. prætor. versi. prohibet. ff. de eden. Rom. consi. 83. imò ex hoc quòd iste Ioannes des Places expediuit secundam resignationem, tanquam falsarius est puniendus. ut in ordi. no. patet. art. 179. nempè notarius non poterat iterum expedire instrumentum, etiamsi primus resignans iterum uoluisset resignare, quod iam resignauerat, quia per resignationem quis perdit & titulum & possessionem. c. inter. ubi glo. & doc. de præb. Ideo falsa ista resignatio non est resignatio, sicut nec iustitia falsa, nec denarius falsus. glo. in c. uera. 45. dist. & in l. 2. C. de hæret. & sic nil prodest.

Secunda resignatio non ualet, tum ratione minoris ætatis facta: nam cum inter omnes constet fragile esse & infirmum huiusmodi ætatis consilium, & multis captionibus suppositum, multisq; insidiis expositum, ideo auxiliū eis prætor pollicetur. in l. 1. ff. de minor. & Hosti. in summa de in integr. restit. enumerat casus in quibus minori denegatur restitutio inter
2 quos non computat quod in † resignatione beneficij dolo facta non restituatur. Ideo restituetur, & quod in hoc casu restituatur, etiamsi fuisset maior, quia ignorabat se habere beneficiū, & iuri quod quis ignorat sibi competere non potest renunciare, nec valet renunciatio. l. mater. ff. de inoff. testam. c. ueniens. de iureiur. plenè Hyppol. in repet. rubr. de fideiuss. nu. 36. & seq. ubi concludit renunciationem, maximè minoris militis & rustici non ualere, si ignorent ius illi uel beneficium competere, ut est in facto prætenso, ubi minor erat inscius se habere beneficium, utpote quod patronus teneret bullas, ob id non ualuit renunciatio nec procuratoris ad resignandum constitutio.
3 † Item resignatio per dolum facta excludens cōsensum non ualet teste Panor. & alijs in c. cū dilectus. in fi. de his quæ vi metusve cau. fi. Sed in facto isto dolus excludebat oīno consensum pueri, ergo non ualuit.

Nec

4 † Nec obest quod in beneficialibus minor reputatur miaor. c.fi. de iudici. in 6. uerum est quando est maior 14. annis vt ibi dicitur. in §.si verò. sed hic non attingebat 13.ergo &c.etiam quoad hoc vt minor possit se defendere pro maiore habetur, sed quoad resignationem dolo faciendam etiam non habetur pro maiore, quia maiori etiam succurreretur. vt prædixi.

Præterea quòd ista renuntiatio etiamsi à maiore esset facta non valeret. probat text. in c.1.15 q.6. sic dicens si quandoque à sacerdotibus & auctoribus ecclesiæ quædam scripturæ quoquomodo per metum aut fraudem, aut per vim extortæ fuerint, vel vt se liberare possint, quocunque ab eis conscriptę aut roboratę fuerint ingenio ad nullum eis præiudicium vel

5 nocumentum valere cēsemus, ecce quòd † scripturæ extortæ per fraudem nullum faciunt præiudicium, ergo non oberit d. Claudio Castelli prætensa resignatio in fraudem extorta. à d. Ioan. des Places.

Et ideo d. Castelli in vim prouisionis suę poterit

6 capere possessionem de nouo, non obstante regula Cancellariæ, quæ vult vt intra sex menses debeat accipi possessio, quia non seruatur in Francia, imò sufficit resignatario accipere possessionē beneficij ante mortem resignantis, sed eo mortuo non: vt in d. regula 34. habetur: sed oportet quod accipiat intra sex menses: ita intelligunt d. regulam.

Nec oberit quod veniat post annū, imò post duos annos, quia etiam post tres annos venire posset, nem

7 pe † ignoranti non currit tempus vel impedito. cap. quia diuersitatem. de concess. præb. hic Castelli erat ignarus quod haberet beneficium & erat impeditus petere cùm bullas non haberet, nec prouisionem, vnde concludit Domi. & alij in c.commissa. de elect. in 6. quod si pater vel patronus retinuerit bullas sui filij aut nepotis, non excluditur filius aut nepos à suo beneficio, etiamsi non fuerit promotus intra annum, quia pater & patronus potuerunt acquirere beneficium, sed amittere non, quia id quod nostrum est sine facto nostro à nobis auelli non potest. reg. id quod nostrum. ff. de reg. iur.

Et si par conclusion ledict des Places, n'a coloré titre en aucune sorte, ains est nul: car apres la premiere resignation ne valloit la seconde veu que le resignant ia n'y auoit rien à ladicte prebende, aussi la seconde resignation ne peut valloir: car [Et sic concludendo prędictus des Places nullo modo coloratū titulum habet, sed est nullus. Nam post primam resignationem non valuit secunda, quandoquidem resignans nihil iuris ad d. prębendam habebat. Secunda etiam resignatio valere non potest, nam] ab ignorante se habere beneficium, & à minore 14. annis, & per dolum. *Et par ce ne peut alleguer encores qu'eusse possedé trois ans, fin de non receuoir. Mais faudra audict Castelli prendre possesion, et se rendre complaignant contre ledict des Places proueu, & faire informations de tout, & requerir les gens du Roy de s'adioindre auec ledict Castelli, qui facillement le feront*, [Atque ideò allegare non potest, quamuis tribus annis possedisset, modum finalem de non recipiendo, sed necessarium erit prędictum Castelli capere possessionem & se querelam contra dictum des Places instituere de omnibus informationes faciēdo & requirendo Regis ministros vt se cum d. Castelli adiungant, qui id facilè perficient,] visis crimine falsi & dolo aperto. Nec potuit iniustè pater suo filio acquirere beneficium, & alium spoliare. Et sic *la prouision d'Antoine des Places n'est bonne ne vallable.* [prouisio Antonij des Places non est valida.] Ita concludo.

RESPON. LXXXIIII.

De mortuo post resignationem.

SVMMARIVM.

1 *Resignans si in possessione moriatur post resignationem, facta collatione à Papa, an resignatarius, uel ab ordinario prouisus præferatur.*

Beneficium non uacans conferri non potest. ibidem.

2 *Regula cancellaria, 34. si resignans moriatur in possessione, &c. est intelligenda, si moriatur post sex menses à die resignationis.*

1 MAGISTER † Sebastianus Andreas resignauit beneficium in fauorem Ioannis Andreæ fratris, corā summo Pontifice, quod fuit eidem collatum. Et antequam is Ioannes Andreas haberet bullas mortuus est resignans, intra tamen sex menses, ordinarius confert tanquam vacans per mortem, Ioannes Andreas resignatarius obtinet bullas intra sex menses, ac possessionem capit. Quæritur vter ius habeat, an hic resignatarius, an ab ordinario prouisus. Et breui respondeo. Ioannem Andream resignatarium esse potiorē, tùm quod prius fuerit prouisus quàm alius, & in his beneficialibus data attenditur. c.eam te. de rescrip. c.eum cui. de præb. in 6. tum etiam quia beneficium non vacabat, quādo ordinarius contulit. Ideò non potuit illud conferre, vt patet in rub. de conces. præbend. & ecclesiæ non vacantis. Iam dudum enim erat à Papa prouisum Ioanni Andreæ. Ergo non potuit ordinarius conferre.

2 † Non refragatur regu. Cancell. quod si resignans moriatur in possessione, beneficium censetur vacare per mortem, sed hic Sebastianus mortuus est in possessione. Ergo, &c. Respondeo illam regulam intelligi debere quando resignans moritur in possessione post sex menses, quādo uacauit in curia Romana: sed hic mortuus fuit ante sex menses, ergo non habet locum regula, vt beneficium dicatur vacare per mortē, sed per resignationem, ut ibi patet.

Nec obest quòd beneficii possessio tantum fuit capta à resignatario intra sex menses, sed non alia publicatio. Respondeo sufficere possessionem esse captam, quia regul. D. Pauli Papæ moder. dicit publicatæ fuerint, uel possessio petita alternatiuè. Et sic alterum sufficit. c. inter cæteros. de rescript. l. sæpe. ff. de uerb. signific. Et satis dicitur publicasse capiendo possessionem in loco beneficii, & bullas suas fulminando: vt hic Ioānes Andreas fecit. Et sic concludo beneficium vacasse per resignationem, non per mortem, & ideo ordinarius non potuit iure conferre post Papæ prouisionem. Et ita concludo. Datum Parisiis die secundo Iunii, anno 1545.

RESPON LXXXV.

Iterum de resignatione, quando vacauit beneficium.

SVMMARIVM.

1 *Procurator constitutus ad resignandum beneficium in fauorem Titij ut hic, an si simpliciter resignet, & beneficium Titio conferatur, collatio ualeat.*

2 *Resignatio an contra mandatum sit facta.*

Resi-

3 *Resignatio, quando per æquipollens impleri possit.*
Aequipollens, quid dicatur, ibidem.
4 *Mandatum in effectu seruare dicitur, qui quod mandato uicinum est, facit.*
Mandati fines non excedit, qui id facit, quod non multum à mandato differt. ibid.
5 *Procurator excedens mandati fines domino sciente, & non contradicente, illi præiudicat.*
6 *Mandatori, ubi expedit id quod factum est, mandati erit actio.*
7 *Allegans resignationem non esse factam secundum mandatum repelli debet.*
Contemptum patroni quis prosequi non potest, nisi sit patronus. ibidem.
8 *Mandatum procuratori factum, ut is in fauorem Titij resignet non aliter, nec alio modo, & c. quomodo intelligatur.*
9 *Lex statuens aliquid non pertinens admodum, vel formam, sed ad actus expeditionem, talis expressio non inducit formam.*
10 *Resignatio secunda admissa post primam an valeat, si resignatarius resignatione prima non sit vsus intra duos annos.*
11 *Resignatario secundo quid obijci possit.*
12 *Prouisio secunda subreptitia.*
13 *Quæstio plus habens facti, quam iuris.*

1 Quidam † constituit procuratores ad resignandum suum beneficium in fauorem Titij coram Papa, uel alio potestatem habente & non aliter, &c. Procurator resignauit simpliciter coram legato, & collatum est beneficium Titio, an prouisio legati ualeat? Breui putarem ualere, quia per resignationem vacauit beneficium, per totum tit. de renun. & c. susceptum. de rescri. in 6. Ergo legatus beneficium uacans conferre potuit, & in quolibet actu requiritur voluntas & potestas. c. extirpandæ. §. qui uero. & c. super inordinata. & c. graue. Ibi uoluerint & potuerint de præben. apparet de uoluntate legati per literas suæ prouisionis. Constat etiã de potestate data legato in regno Franciæ: ergo non erit hæsitandum quominus sua ualeret prouisio.

Non refragatur quod facta contra mandatum resignatio uel alius actus non ualet. c. cum dilecta. de rescri. cap. per tuas. de arbi. l. diligenter. ff. mandati.

2 † Respondeo, resignationem non fuisse contra mandatum, licet procurator coram legato non resignauerit in fauorem Titij, tamen non resignauit in fauorem alterius quàm mandatum erat, aliàs resignanti non noceret d. resignatio per d. c. cum dilecta. & Cur. not. in d. l. diligenter. Imò uidetur resignasse secundum mandantis voluntatem, postquam is obtinuit beneficij prouisionem, in cuius fauorem resignatio fiebat. arg. l. 2. §. voluntatem. ubi etiam voluntas tacita sufficit. ff. solut. matr. & mandatum ualet quatenus rogatus fuit. l. rogatus. ff. de mandati. sed rogatus fuit procurator ut resignaret in fauorem Titij, resignauit simpliciter, & fuit prouisum Titio, & sic ualet prouisio, & sufficit.

3 † Et quia hæc resignatio in effectu est facta, secundum mandatum, per æquipollens impleri potest. l. fi. ff. mandati. l. si quis mihi bona. §. sed si mandauit. ubi doct. ff. de acquir. hæred. Alexan. consi. 25. viso. in fi. vol. 2. Bart. & alij in l. Gallus. §. & quid sit tantum. col. 1. & sequen. ff. de liber. & posthu. ubi dicunt sufficere aliquid impleri per æquipollens, quãdo per hæc effectus obtinetur & æquipollens dicitur, quando ex illo idem resultat effectus, licet quo ad uerba differat. l. qui liberis. ubi doctor. ff. de uulg. Carol. Ruin. cons. 111. quamuis in fi. vol. 4. quis dicet hic mandatum resignantis non esse impletum, postquam illi de quo est ipse loquutus prouisum extitit.

Et per hoc est valde ad hæc accommodus tex. in l. iam tamen. §. in hac re. ff. iudic. solui. ubi fideiussor iudicatum solui si susceperit diuisionem, quæ ei mandata non erat, & obtinuerit, litis sumptus consequetur quasi iuxta mandatum, & si non mandatum fuerit valebit ista resignatio facta simpliciter, quia in utilitatem resignatarij tendit, & ad implendam voluntatem resignantis qui voluit vt Titius beneficium consequeretur, & consequitur per prouisionem legati, ergo non est quòd possit conqueri.

4 † Nempe dicitur seruare mandatum in effectu, qui facit illud quod est mandato uicinum. per d. §. in hac. & glo. not. in c. licet. 8. q. 1. Ideò procurator ad eligendum poterit postulare. c. in causis. de elect. glo. 2. in c. nullus. 61. dist. & glo. in verb. clementior. in cap. Innocens. 22. q. 4. quia faciens id quod non multum differt à mandato, non dicitur fines mandati excedere. Ideo ualet quod factum est ab illo. c. causam quæ. ubi plenè Feli. & alij de re iudic. & procuratorem posse prorogare mandatum ad id quod est prope mandatum. asserit glo. in cap. cum olim. de offic. deleg. per c. post traslationem. de renunciat. Ias. consi. 202. magnificus. col. penul. in 2. vol.

Et quamuis contra mandatum fuit si non conqueratur mandans uix est ut alius conqueri possit. per d. l. 5 diligenter. Nam † procurator qui excedit fines mandati Domino sciente & non contradicente illi præiudicat. d. c. cum olim. 1. ubi glo. not. de offi. deleg. Alex. consi. 84. suprà in 5. vol. glo. & doct. in d. c. per tuas. de arbit. abundè Ias. in l. si procurator. 1. not. C. de procu.

6 † Etiam ubi mandatori expedit id quod factum est, mandati erit actio. l. si quis pro eo. ff. manda. sed expedit resignanti ut prouisum sit ei in cuius fauorem fuit datum mandatum: ergo ipse etiam resignans non posset venire contrà: multòminus alius quem non tangit hoc mandatum, & quis ultra mandatum facere potest, quando primus actus aliàs expediri non posset. l. 2. ff. de iurisd. omn. iud. Lucas de Penna in l. per hanc. col. 4. C. de eroga. milit. anno. lib. 12. Sed actus non potuisset coram legato expediri sine resignatione simplici. Ergo fieri coram eo potuit, facit quod consuluit Dynus consi. 46. in q. col. 1.

Sicut dicimus de collatione ordinarij facta nõ qualificato de beneficio in mensibus nominatis uacante ut ualeat, si nominatus uel graduatus non conqueratur. §. si quis verò. & § statuimus. 1. de col. in Concor. & quæ ibi scripsi.

Imò uidetur procurator laudandus, qui omisit fauorem & sic uitium, & sic adeptus est uiam simplicem, & tamen idem obtinuit, quod coram Papa obtinuisset si in fauorem resignasset: & hoc expresse docet Petrus Paul. Paris. in hac propria. q. in consi. 15. circa num. 14. cum sequent. in 4. vol. hoc etiam scripsi in praxi benefi. in 3. par. titu. de resigna. conditio. nu. 23. cum seq. ubi duos casus constituit.

7 † Nec potest quis ius resignantis allegare, & quod resignatio non fuerit facta secundum mandatum, sed repelli debet: sicut si quis uellet prosequi contemptum patroni, non potest nisi sit patronus. c. illud. de iure patro. c. decernimus. 10. q. 7. sic non potest non qualificatus collationem factam in mensibus statutis gra-

graduatis & nominatis irritare, nec ius nominatorum adducere. §. teneatur. & §. si quis uerò. de col. in Concord.

Etiam si Canonicus sit contempus in electione, ipse potest illum prosequi, sed alius non, nec quidē electus à minori parte, vt infringatur illa electio maioris partis. c. bonæ. de electio. c. cum omnes. de constit.

Probatur etiam: nam si resignauero causa permutationis beneficium meum vt tibi conferatur, & collatum fuit, si postea ego non petam tuum vel moriar antequam resignes, ualet resignatio, quia per te non stat quominus ex tua parte impleas. l. 1. ff. de rerum permut. vnde si quis impetret illud beneficium non debet audiri, quia interest tantum resignantis. c. vno. de rerum permut lib. 6. ubi Dec. scripsi. in praxi benefi in 3. par. titu. de permu. nu. 28. & seq.

Et collatio facta permutantibus coram ordinario valet, etiamsi procurator fuerit constitutus ad resignādum in fauorem permutantis, licet ipse procurator resignauerit non adiecto fauore, sed simpliciter. cle. vna. de rerum permutat.

8 † Item mandatum factum, vt is in fauorem Titij resignaret, non aliter nec aliàs, coram Papa uel alio potestatem habente intelligitur ut procurator coram Papa renunciet in fauorem eius, coram quo hæc renunciatio fieri potest, & coram ordinario uel legato simpliciter, quia coram his nulla potest adiici conditio nec fauor. c. ex parte. 1. ubi gl. & docto. de offic. deleg. c. fi. de pact.

Adhæc consuluit Paul. Castren. consi. 184. uidetur
9 dicendum. vol. 1. quod † vbi lex uel statutum aliquid statuunt non pertinens ad modū uel formam, sed ad actus expeditionem, talis expressio non inducit formam, ex quo infert quod si mandetur iudici, ut infra certum tempus causam finiat, valebit sententia etiam post tempus lata, quia ex tempore non datur iudici modus, uel forma procedendi: sed uidetur prouideri ut causa expediatur. l. si in lege. ff. locati. l. properandum. C. de iudi. Fel. in c. ex parte. col. 6. versi. 6. & ultimus. de constit. Refert & sequitur Alber. Brunus in tracta. de forma & solenni. actus. rubri. quid & quando aliquid traditum censeatur. de forma. uersi. Ista ergo non sunt de forma, & sic concluditur istam resignationē factam per procuratorem simpliciter postquam est prouisum illi pro quo erat apposita clausula in fauorem valere & nullum posse opponere contra istam prouisionem sic factum maximè si resignās non opponeret. Datum Parisiis hoc anno 1554.

10 Prima quæstio, an † secunda resignatio ualeat post primam admissam, maximè si primus resignatarius non est usus prima resignatione, & iure suo intra duos annos? Respondeo, secundam resignationem nullius esse momenti, quia non potuit Martinus secundò resignare cum nullum ius habebat: nam per primam resignationem, resignans erat priuatus & iure & possessione. c. inter. ubi glo. & doct. de præbend. Cald. consi. 4. de renuncia. & qui ius suum cessit uni, nō potest alteri illud cedere. l. non quocunque. §. qui Caium. ff. de legat. 1. ubi Bar. Ias. & Alex. consi. 18. uiso. colum. in 5. vol.

Nec refragatur quod primus resignatarius petierit subrogationem, nec titulo aduersarij usus fuerit intra duos annos. Respondeo, nam postquam erat in instantia & possessione aliam non debebat accidere, nec petere subrogationem, sed poterat se iuuare titulo sui resignantis, semper etiam post tres annos postquā est in lite & in instantia: nam quis potest iuuari pluribus titulis. c. post electionem. de concess. præb. Ideo iste Ioannes Rochette, postquam est in instantia poterit se iuuare semper titulo sui resignantis, cum à iure non inueniatur prohibitum, sed permissum.

Et sic poterit d. Rochette resignatarius se iuuare d. resignatione prima tam in possessorio, quàm in petitorio, cùm nullo iure exclusus fuerit usque ad mortē resignantis: nam per reg. Cancel. 34. si resignans moriatur in possessione, per obitum illius fingitur illud beneficium uacare, ergo ante mortem non uacabat. Imò si mortuus fuisset resignatarius uacasset beneficium per illius mortem, & non postea per mortem resignantis, & sic erit expedita secunda quæstio.

11 Tertia quæstio est, quid † possit obiici secundo resignatario Ioanni dolet. Respondeo, nullum habere ius, nec maius consequi potuisse quàm habuerit resignans: nempe non potest quis plus iuris transferre q̄ habeat. l. traditio. ff. de acquiren. rerum domin. l. si uniuersæ. ubi Bar. C. de lega. Sed nullum ius habebat Marnus resignans qa resignauerat, ergo nec resignatarius.

12 † Item subreptitia est secunda prouisio illius Ioannis Dolet, quia in ea non est expressum quod d. Martinus antè resignauerat, quòd si expressisset, non est uerisimile quod Papa illi prouidisset, uel non ita de leui, ut scribitur in c. postulastis. in fi. de rescrip. nec uoluisset Papa tollere ius acquisitum per primam resignationem. c. quamuis. de rescript. in 6. Etiam Papa dicit in resignatione facta d. Dolet si non fuerit alteri ius acquisitum, ergo si alteri erat ius quæsitum, Papa noluit conferre, & quando ipse prouidet, non obstante collatione alteri facta, intelligitur de collatione inualida, teste Felin. in c. causam. de rescript. sed per primam resignationem erat ius acquisitum ergo Papa noluit in secunda prouisione facta Dolet derogare primæ factæ d. Martino.

Quarta quæstio est, an poterit d. Rochette se iuuare illa clausula quouismodo uacet, & certum est posse, quia clausulæ multæ sunt inscriptæ ad utilitatem impetrantis, ergo illis uti poterit. cap. susceptum. de rescript. in 6.

13 † Quinta quæstio plus facti habet, quàm iuris, uidelicet an Hymbelot prouisus ante Rochette debeat obtinere? super hoc non est expressum de titulis illorū, uidelicet, Martini, & Hymbelot: nam si Martinus qui dicitur pacificus possessor habebat uerum titulum d. Rochette, ius illius est assequtus: ergo ille erit potior. Si uerò is Martinus non habebat ius, sed alius annalis possessor, tunc d. Hymbelot prouisus per mortem huius annalis possessoris erit potior. Ideo iudex ista distinguere debet, quia non cōstat nobis de his ob id supersedemus, quia opus erat uidere titulos illorum ut congruum possimus dare responsum. ut dicit. l. ut cōgruum. C. de transact.

Vltimò parum ualeret impetratio rescripti si neutri, quia iam acquisitum est ius, aut Rochette aut Hymbelot per illorum prouisiones. Ideo esset impetratio alia superflua: & sic subscripsimus. Parisijs anno 1554. in mense Iulio.

RESPON. LXXXVI.

De substituto beneficio.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius, cui substituendi potestas est data, substituere potest, alias secus.*

Procurator procuratorem alium non constituit, nisi ad hæc potestatem habuerit. ibidem.

Sub-

2 *Substitutus an substituentis infirmi beneficia conferre potuerit.*

Substitutus beneficia conferre potest. ibid.

3 *Collatio an nullius sit momenti, eo quod resignans non vixit viginti dies.*

4 *Iura duo quando concurrunt in unam personam, illa habet vim duarum personarum.*

5 *Collatio à Papa facta an præferatur.*

REVEREND. D. Episcopus Baionensis constituit vicarium generalem, cum potestate substituendi, hic uicarius in aduersa ualetudine existens substituit quendam in manibus cuius sua resignauit beneficia, & eis substitutus ea contulit consanguineo substituentis: qui resignans decessit ante uiginti dies, & Papa alteri contulit per mortem quæsitum est. Primò, an iste uicarius substituere potuerit? Secundò, an substitutus conferre substituentis beneficia potuerit? Tertiò, an collatio istius substituti valeat? Quartò, an collatio istius substituti valeat? Quartò, an collatio nullius sit effectus, eò quòd resignans non uixit viginti dies? Vltimò, an collatio Papæ præferatur collationi factæ à substituto, uel ab Episcopo post mortem resignantis.

1 Prima quæstio facilis est, ut iste † vicarius, cui data est potestas substituendi, substituere possit, secus si substituendi potestatem non habebat. cap. clericos. & ibi doctor. de offic. vica. & Iuriscons. ait in l. ab executore. in fi. ff. de appellat. constat procuratorem alium facere non posse: sic nec vicarius aliū constituet nisi ad hæc potestatem habuerit. c. 1. de procu. in 6. unde cùm iste vicarius habuerit potestatem substituendi, substituere iuxta sibi datam uoluntatem potuit.

2 Secunda quæstio est, an † substitutus potuerit conferre beneficia substituentis infirmi? etiam constat posse, quinimò hoc non reperitur prohibitum: nam concupiscentiam nesciebam peccatum esse nisi lex prohiberet. c. nam concupiscentiam. de constitut. Et postquam potest vicarius conferre omnia beneficia, quorum collatio spectat ad Episcopum, ex generalitate vicariatus c. fi. de offic. vica. in 6. sic & substituetur ab eo qui est secum eadem potestate substitutus: nam & substitutum posse conferre beneficia, firmant doctores in d. c. fin. multò fortius beneficia substituentis, quia illa confert nomine episcopi non substituentis. Et censetur constitutus vicarius ab Episcopo non à substituente ministerio substituentis, sicut de procura. dicitur in c. 1. c. is qui. ubi doct. de procu. lib. 6. Domini. de Rota. deci. 146. substitutus. & decisio. 414. si aliquis in nouis. Parui enim refert an ipse Episcopus elegerit, an is cui Episcopum dedit. l. item eorum. §. j. ff. quod cuiusque uniuersi. nomin. Ideò non interest in hoc casu, an substitutus fuerit ab ipso Episcopo immediatè constitutus, uel ab ipso substituente, cui potestas data fuit substituendi. Et sic dissoluitur tertia quæstio, ut ista collatio facta per istum substitutum de beneficio uacante, per resignationem coram eo facta, ualeat, cùm ad hoc potestatem habuerit, ut constat in vicariatu, ubi potestas data fuit illi vicario recipiendi resignationes & beneficia resignata conferendi, aliàs non posset. c. quæsitum. de rerum permut. de Rota deci. 4: not. quod vicarius. in antiq. Feli. in c. auditis. nu. 13. de præscript. plenè scripsi in praxi benefi. nu. 104 & sequen.

3 † Quartum dubium est, cùm non uixerit per uiginti dies is cui per substitutum vicarij prouisum est, an collatio sit nulla per regulam per Cancella. de uiginti diebus? & putarem nullam esse non obstante collatione facta per substitutum. Nam sicut collatio annullaretur si facta esset per Episcopum. per d. Cancellariæ regulam. sic per substitutum, ut docet reg. Pauli. 4. ibi quamuis authoritate conferatur: ideò uacauit per mortem, cum prouisus non uixerit per dies uiginti integros ut reg. docet.

Vnde potuit Episcopus mortuo resignante, ante uiginti dies conferre illa beneficia nunc uacantia per

4 mortem. Nam † quando duo iura concurrunt in unam personam, illa habet uim duarum personarū. l. 1. & 2. ff. de offi. prætor. l. si consul. de adopt. sed Episcopus beneficium uacans per resignationem contulit, uerumtamen quia de nouo uacat per mortem resignantis, per regulam Cancellariæ, ergo de nouo cōferre ordinarius illa beneficia potuit. ut abundè scripsi in praxi benefi. in d. regu. Cancel. de viginti diebus.

5 † Vltimò an collatio à Papa facta præferatur? Respondeo, si collatio ordinarij priùs facta erat, prouisus eo, ius potius obtineret ratione prioritatis datæ. c. eam te. de rescri. & c. eum cui. de preben. lib. 6.

Verum, quia dubitatur occasione aresti, quòd ratione uariationis uult ut idem ordinarius, qui contulit resignationem simplicem, non possit conferre per mortem, & uariare, cum uariatio (clericis maximè) sit prohibita. clemen. una. de renunc. ob id collatio Papæ esset optima, qui noluit arestum præiudicare, nec potuit. Ideò si Papa contulerit uacans per mortem, illa collatio erit optima, & sine dubitatione. ut abundè scripsi in d. reg. de 20. dieb. in glo. 12. quę ibi uideri poterit.

Et si quis annullauerit has duas prouisiones, uidelicet, Papæ, & ordinarij, certo iure beneficium est illi adiudicandum, ut est omnibus notum, cùm collatio facta à substituto uicarij fuerit reddita nulla per resignantis mortem: ideò Papa potuit conferre, & illa collatio est cæteris præferenda, propter etiam prærogatiuam. c. si à sede. de præb. in 6. & ita subscripsi Paris. anno 1556. in mense Iunij.

RESPON. LXXXVII.
De procuratore ad resignandum constituto.

SVMMARIVM.

1 *Procurator constitutus ad resignandum in fauorem Titij, & non aliter, si simpliciter resignet, & Titio collatum fuerit beneficiū, resignatio, & collatio ualebit.*

2 *Resignatio non ualet facta à procuratore constituto ad resignandum in fauorem, & non aliter, si is simpliciter resignet, aliquid de mandato omittens.*

Mandati fines sunt diligenter custodiendi. ibidem.

3 *Procurator maiorem non potest habere potestatem, quàm ipse dominus.*

4 *Procurator constitutus ad resignandum sub conditione, si pure resignet an resignatio ualeat.*

5 *Resignatio ualet facta à procuratore cōstituto, ad resignādū in fauorem, uel simpliciter si simpliciter resignet.*

6 *Pactio omnis à beneficijs abesse debet.*

7 *Clausula non aliter, nec alias, in resignatione posita, quid operetur.*

MAGISTER Robertus de la Rue, cōstituit procuratorem ad resignandum suum beneficium in fauorem Ioannis de la Rue nepotis sui, retenta sibi pensione sexaginta librarum, purè coram legato, qui contulit d. Ioanni

ni de la Rue: sed non reseruauit sibi pensionem, postea mortuus est resignans, & beneficium fuit collatũ domino Theobaldo Thibault, tanquam vacans per mortem, uter illorum ius in beneficio habeat? Cùm ista materia parum sit ab interpretibus tractata, ut perfecte intelligatur, sequentes faciunt casus. † Primus, est constitutus procurator ad resignandum in fauorem Titij, & non aliter, si resignet simpliciter coram ordinario, uel delegato, & fuerit collatum beneficium Titio, tunc ualebit resignatio & collatio. Cle. una.de rer. permut. quia in effectu mandatum est adimpletum, quod sufficit. l. fi. ff. mandati. etiam sufficit iuxta mandatum facere. l. iam tamen. §. in hac. in fi.ff.iud. sol. vnde si mandati totus effectus insequutus fuerit valebit prouisio, ut in l.si quis mihi bona. §. sed si mandauit.ff.de acquir.hæred.ubi doct.

1

2 † Secundus casus, si constitutus procurator ad resignandum in fauorem, & non aliàs resignauerit simpliciter, aliquid omittens de mandato non ualebit resignatio, quia non est adimpletum mandatum. ut Paulus sic ait in l. diligenter. Igitur fines mandati custodiendi sunt, nam qui excessit, aliud quid facere videtur, & si susceptum non impleuerit, tenetur. ff. mandat. Vnde si constitutus procurator ad resignandum in fauorem Titij retenta pensione, & non aliter, nec aliàs resignauerit simpliciter quamuis beneficiũ collatum fuerit Titio, si pensio non fuerit reseruata, non ualebit resignatio, nec collatio, quia forma mandati non est seruata, nec uidetur impletum mandatũ, qui pensionem non retinuit resignanti, ob id nullum est, quod à procuratore factum fuit. d.l.diligenter. &

3 c.cum dilecta. de rescript. Nec † potuit procurator maiorem habere potestatem, quàm ipse dominus, quia sibi maiorem retinet. c. dudum. de præben. in 6. sed si dominus resignasset sic retenta sibi pensione, & legatus non retinuisset, collatio valere minimè debet, sic quando procurator resignauit & pensionem non retinuit. ut consuluit P. Anch. cons. 28. rationes col. 2.

Nec refragatur quod resignans non conqueritur, ergo valere debet. Respondeo, quando actus esset validus argumentum bonum esset: sed quando mandatum non est adimpletum, actus est nullus. Ideo actũ nullum potest impugnare is cui collatio facta est per mortem: quia postquam prima collatio est nulla, ergo beneficium uacauit per mortem, & sic collatio facta per mortem ualuit. & text. in d. l. diligenter. dicit nullam exceptionem submouere posse eum qui mãdauit, si ueniat contra id quod factum est sine mandato: ergo dicemus nullam exceptionem obesse illi cui per mortem collatum fuit, qua possit quis defendere factum in vim mandati. Et sic collatio à Legato facta in vim mandati defendi non potest, eò quòd non est pensio retenta iuxta mandatum.

4 † Tertius casus, si constitutus procurator, ut sub conditione resignaret, & in fauorem tamen resignauerit purè coram legato, & postea à Papa approbata fuit resignatio, & pensio reseruata, & mandati effectus sequutus fuerit, ualebit resignatio. l.fi. ff. manda. unde si constitutus ad resignandum in fauorem Titij retenta pensione, resignauerit coram legato simpliciter, & demum coram Papa fuerit pensio constituta resignanti, ualebit & tenebit tam resignatio simplex, quàm etiam pensionis constitutio, dummodo Papæ hæc narrata fuerint, & ita iudicauit Senatus Parisiensis pro magistro Iacobo Myete, contra Symonẽ le Bourgeois, pro Ecclesia de Bargis, Anno Domini 1556. die 23. Decembris: nam ibi agitur de collatione facta post sex menses, & sic omnia erant antea expedita, tam prouisio coram Legato, quàm pẽsionis constitutio, coram Papa.

5 † Quartus casus, cõstitutus procurator ad resignandum in fauorem, vel simpliciter, si simpliciter resignauerit valet resignatio, & in consequens prouisio: quia ad hoc est constitutus: & alternatiua est in electione eius in cuius potestate est. l. 3. ff. de eo quod certo loco: ideo potuit eligere constitutus procurator quam uiam vellet, uel in fauorem, vel simpliciter, cum ad hoc constitutus fuerit: nam quando ista verba ponuntur, debent intelligi in fauorẽ, vt resignet procurator coram Papa, simpliciter uerò coram ordinario.

Quintus casus, si procurator constitutus ad resignãdum in fauorem, & non aliter, & coram Legato sic resignauerit, ualebit collatio, si facta fuerit in fauorem eius, cui procuratorium factum erat: quia adimpleuit procurator mandati formam: ideo ualet. d.l.diligenter. sed hoc non debebat Legatus admittere, uidens esse symoniacum. per. c. ex parte primum. de of-

6 fic.deleg. cum † omnis pactio debeat à beneficiis abesse. c.fin.de pact.

7 Item, ubi est ista † clausula, non aliter, nec aliàs resignatio fieri possit, uel alius actus, tũc inest ibi forma, & ideo in contrariũ nõ ualet actus, nec partes possunt illi renũtiare actui, ut docet Bart. in l.fin. & ibi patruus meus Rebuffus. C.de uendend.reb.ciuitat. lib. xj. Ludouic. Rom. consi. 402. in proposit. Felin. in c. cum dilecta. col. 8. in uersi. septimum signum. de rescript.

Etiam quia non poterat procurator resignare nisi impleta duplici conditione, uidelicet in fauorem resignatarii Titij, & retenta pensione resignanti, si alterũ omiserit actus est nullus. l. Mæuius. & l. qui hæredi. ff. de condit. & demonst. & vbi est decretum annullatiuũ ibi est forma, teste Bal. in l. 1. ff. de lib. & posthum.

Ex prædictis patet collationem factam magistro Theobaldo Thibaut ab ordinario ualidam esse, iusq; per eam obtinuisse in beneficio, & magistrum Ioannem de la Rue nullum ius consequutum, ex prouisione nulla, facta per Legatum, qui non potuit prouidere contra mandatum resignantis, & non retenta sibi pensione, & arestum dicti de Baugis productum intelligitur quando erat ei prouisio facta, & pensio retenta, ut apparet ex lapsu temporis sex mensium, & ex aliis causis quæ potuerũt mouere curiam: ideò exẽplis non est iudicandum, & ita subcripsi, anno 1556. in mense Iulio.

RESPON. LXXXVIII.
De bigamo.

SVMMARIVM.

1 *Bigamus, an sit qui mortua uxore suscepit concubinam.*
Bigamia quid, ibidem.
2 *Bigamia arguendo à nomine dicitur, quasi duplex matrimonium.*
3 *Matrimonium ubi non est, ibi non est Sacramentum.*
Cessante causa dispositionis, cessat dispositio. ibidem.
4 *Bigamus an sit, qui carnem suam in plures diuidit.*
5 *Concubinã habens, est suspensus, ideo cum eo opus est dispensatione hic posita.*
6 *Ius canonicum sæpius concubinam uocat uxorem.*

1 TITIVS contraxit † matrimonium cum unica, & uirgine, qua mortua suscepit cõcubinam, ex qua procreauit liberos an sit bigamus? Respondeo quòd non. Primo probo ex definitione bigamiæ quam Hostien. in summa

ma de bigamis tradit: nam bigamia est irregularitas ex defectu proueniens sacramenti. c. acutius. 26. dist. c.nuper.& c. debitum. de bigamis. vbi ergo deficit sacramēti significatio, videlicet erunt duo in carne vna, illa vnitas quæ est in matrimonio deficit per bigamiā, & hoc prouenit ratione matrimonij: ergo requiritur contractum esse matrimonium. d.c.nuper.de bigam. eò quòd in matrimonio violatur vnitas matrimonij quod non fit habendo ancillam: nempe Abrā habuit vxorem & ancillam simul. Genes.16.c.& quanuis id temporis non fuisset inducta bigamia, tamen postea ex scripturis veteris testamenti inuenta fuit. vt probat Ioan.Montaigne. in tract.de bigamia.q.1.

Item si ab ipso nomine arguamus. vt Doct.in c.1.de
2 iudi. & in l.2. §. appellata.ff. si cer petat. † bigamia dicitur, quasi duplex matrimonium. Græcè enim γάμος matrimonium significat, γαμέτης maritus vocatur, & uxor γαμέτη. Sed qui habuit unam uxorem cum ancilla non est bis gametis, nec bis gamos, idest, non contraxit duplex matrimonium: ergo non subibit pœnam bigami, quia si nomen non habet, ergo nec effectum. l. à nullo. C. de fer.

3 Adhæc ubi non est matrimonium ibi non est sacramentum, & sic non est defectus sacramenti, nec defectus significationis illius unitatis quam præfigurat matrimonium. c. debitum. de bigam. postquam non est sacramentum dissolui non potest. c. ad dissoluendum, de desponsa.impub.l.decem.ff.de uerb.obl. cessante causa dispositionis & ipsa dispositio cessabit. c.cum cessante.de appel.l.quod dictum.ff.de pact.

4 Item non refragatur quod hic † diuisit carnem suā in plures: ergo non bigamus. Respondeo non sufficere quod diuiserit carnem suam in plures, sed requiritur quod hoc faciat contrahendo matrimonium, non autem coeundo: fornicatio autē est res execrabilis, ergo non potest inducere alicuius rei sacræ significationem. Anch.in d. c.quia circa. not.primum.

Nec obstat d.c.quia circa.ubi Papa scribit Archiepiscopo Lugdunensi, dicens: poteris dispensare, ergo
5 requiritur dispensatio. Respondeo is † qui concubinam habet est suspensus. c.fi. 33. dist. scripsi in titu.de publ. concub. in Concord. ideo opus est dispensatione, ut absoluatur ab illo crimine fornicationis, & data absolutione illius criminis dispensatur cum illo ut possit exequi, ac exercere sacerdotale officiū, sed alia dispensatio promouendi non requiritur, & ita debet intelligi ille text. Vel etiam potest intelligi, quod si post coniugem habuit concubinam, idest coniugem sine solemnitate, coniugali tamen affectu, tunc etiam dispensatio requireretur, ut loquitur tex. in c. si quis
6 post.33.dist.iuncto c.omnibus.& seq.34.dist.nam † sæpius ius canonicum concubinam uocat uxorem dictam sine solemnitate, ut ibi, & tunc ille esset uerus bigamus, & dispensatio requireretur, aliàs non, ut prædixi: & pro hoc est tex. in c. fraternitatis. cum seq. 34.dist.& d.c.quia circa.de bigam. Hostien. in summa de biga.§.quare bigamus.versi. conformitas. Ioan.Mōtaigne in d.tract.de biga.in 2.q.in fi.& q.5.in 4. effectu biga. uersic. quinto refert. & sic arbitror prædicta iuris esse, quibus subscripsi anno 1545. in mense Iunio Parisiis.

RESPON. LXXXIX.

De electione.

SVMMARIVM.

1 Electio canonici facta à maiori parte canonicorū ualet Maior pars dicitur ratione minoris, licet non sit maior pars totius. ibidem.

2 Voces duas quis habere potest in electione, s. tanquam prælatus, & tanquam canonicus, ibidem per totum.

3 Canonicorum sanior pars in quo consistat.

4 Maior pars dicitur etiam in paribus, quando una pars aliam excedit authoritate.

5 Lex non tollitur, non eueniente casu illius per mille annos, si postea eueniat.

6 Variatio in electione permittitur usque ad conclusionē.

7 Electio quando uno contextu fieri debeat.

8 Canonici infirmi ubi sunt in ciuitate, si procuratorem constituere nolunt ad eligendum, ad eos mitti potest.

9 Electionis forma secundum cap. quia propter. de elect. seruatur in prælaturis non in canonicatibus.

10 Iniuriam non facit, qui suo iure utitur.

11 Reuocatio eius, quod semel fuit à capitulo conclusum quid requirat.

ELECTIONEM factam de persona D.Simonis de Narbona esse potiorem existimo, tū quia à maiori & saniori parte facta extitit, vtpotè ab octo canonicis. Altera verò facta D.Henrico de Antamar à septem, & iure cautum est
1 quod † electio facta à maiori & saniori parte est valida.c. coram.c.quia. c.Ecclesia.de elect.cum in cunctis Ecclesiis quod pluribus & sanioribus fratribus visum fuerit incunctanter debeat obseruari. c. 1. de his quæ fiunt à maio. parte capit. maior dicitur ratione numeri, quia sunt octo habita ratione suffragii, seu vocis vicarii, qui tanquam canonicus certè suffragium habet. Et maior pars dicitur ratione minoris, licet non sit pars maior totius. Geminia.in c.quorundam.de elect. in 6.arg.sumpto à speciali, quia si ibi requiratur maior pars respectu totius in religiosis: ergo in aliis sufficit maiors pars respectu alterius: nec obest c. Ecclesia primum.de elect. ubi fuit annullata electio, quòd non esset facta à maiori & saniori parte totius, quod uerū est in electione prælati, secus est in electione canonicorum, ut inferius probabitur: etiam hic fuit maior pars respectu totius, uidelicet de quindecim canonicis octo elegerunt de Narbona, septem uerò de Antamar.

2 Item tanquam vicarius Archiepiscopi primum dedit suffragium, & tanquam canonicus in fine aliud quod potest fieri. c.si quis iusto. §. penul.de elect. in 6. quis potest unum habere suffragium tanquam canonicus: & tanquam procurator aliud. Sic etiam vicarias Episcopi habere poterit. cap.postulastis. de concess.præben.c.à collatione.de appel.in 6.ubi quis duas voces habere potest tanquam prælatus & tanquam canonicus. Bald.in c.cum olim.de re iudi. sic & iste vicarius Archiepiscopi duo suffragia dari potuit.

Item electio facta d. de Narbona est facta à maiori
3 & saniori parte, † sanior enim pars consistit in authoritate eligentium, zeli & meriti authoritas consideratur in dignitatibus eligentium in prouectiori ætate & gradu. c. Ecclesia.2.iuncto c.dudum.& c.in Genesi.de elec. Authoritas eligentium d.de Narbona maior est, nempe vicarius Episcopi habet dignitatem. clem. etsi principalis.de rescri. Secundò pręcentor etiam dicitur habere maiorem præeminentiam quàm simplex canonicus. ut doct. interpretantur. in cap.cùm accessissent.de constitut. in cap. primo. de consuetud. in 6. item succentor etiam est in authoritate magna, est enim doctor iuris, & succentor in ecclesia, & sic ratione

tione tam gradus, quàm ætatis, & dignitatis cōstitue re dicuntur saniorem partem: ergo ista electio ab istis facta dicitur maior, & sanior.

Item ēt in his electionibus canonicorū, non requiritur maior, & sanior pars, sed sufficit maior pars,
4 & † pars maior dicitur etiam in paribus, quando vna pars in authoritate excedit aliam. cap. in canonicis. 19. distin. Bald. in c. Ecclesia. 2. in fin. de elect. Alex. consi. 192. perspecta num. 7. in 6. uol.

Nec obstat quòd uicarius aliàs non dedit suffragiū duplex. Respondeo, concludendo dare uidebatur, licet non expresserit: nam solebat tanquam canonicus dare uocem, postea in fine concludebat, & concludendo uocem alteram dabat. & facit c. cùm in iure. de
5 elect. etiam dum † casus alicuius legis non uenit per mille annos lex non tollitur, si postea casus eueniat. Bar. & alii in prooemio. §. & antea. & quod per non usum non amiserit suffragium probat. l. si quis alia. in fi. ff. quemadmod. seruit. amitt. & l. iter sepulcro. ibidem Doct. in l. falso. C. de diuersis rescrip. & in prooem. instit. Si ergo iste casus nō euenerit, nō potest dici quod amiserit suffragium, seu uocem: & ideo illud dare potuit in hac electione: & sic ut vicarius, & vt canonicus: & concludendo ad alteram partem etiam datur suffragium, ut dictum fuit.

Itaque electio à minori parte facta nullum tribuit ius. c. quorundā. in fi. de elec. in 6. ideo nullū ius prætēdere potest d. de Antamar rōne electionis in eū factæ.

Nec obest ꝙ succentor non potuerit variare, quia non potest fieri secunda electio prima non cassata. c. considerauimus. & c. auditis. de elect. Respondeo hoc uerum postquam est facta electio, secundum cap. in
6 causis. de elect. sed hic facta non erat electio: & † ideo re integra succentor uariare potuit, & res dicitur integra quandiu eligentes sunt in loco electionis, & non est conclusa electio, nec publicata. cap. publicato. ubi Doct. de elect. & Hostien. in summa de elect. c. qualiter. versic. nullo prorsus. de Viallio. in tract. de elect. in 3. parte. cap. 30. facit c. perpetuo. de elect. in 6. sed hic d. succentor uidēs suffragium datum pro fratre nil prodesse, antequam electio completa esset, & electores discessissent à loco electionis, elegit d. de Narbona quod potuit per prędicta.

7 Non me mouet quòd uno † contextu fieri electio debet. cle. ne Romani. § porro. ubi Bonifa. de elec. sed ista non est sic facta. Respondeo, imo hic uno contextu factam dicemus, nempe quia est longa differentia inter electiones prælatorum, in quibus seruari debet forma. c. quia propter. de electio. & electiones canonicorum, in his enim non requiritur ut seruetur forma d. c. quia propter. quæ habet locum in prælaturis, in quibus Ecclesia est uiduata pastore, sed in electionibus canonicorum ualebit electio, licet canonici non consentiant simul. quod non ualeret in electione prælatorum. c. in Genesi. de elect. glos. in § & cum humanè, in verbo conueniant. de elect. in Pragm. nec aliqua forma nisi cōsueta seruanda est in his canonicatuum electionibus, nec seruanda sunt iura omnia quæ in electionibus prælatorum loquuntur, ut tradunt Doc. in c. quia propter. de elect.

8 † Item quando infirmi nolunt constituere procuratores, & sunt in ciuitate ēt in electionibus Episcoporū ad eos mitti potest, ut tenet expresse Mandago. in tract. de elec. in prima parte. c. 25. & Doct. per illum text. in c. si quis iusto. in fin. de elect. in 6. vbi glos. dicit capitulum posse etiam extraneum pro absente admittere, & sibi præiudicat capitulum: sic & potuit capitulum duos uel tres deputare ad quærēdum suffragia absentium, vt de contēptu postea agere non possint, cùm non solùm in electionibus agatur de contemptu. d. c. quod sicut. de elect. sed etiam in collationib. c. cùm in Ecclesia. de præb. in 6. ob id vt valetudinarij de contemptu agere non possent capitulum ad eos misit vt patet in instrumento electionis, quod potuerunt: vt superius dictum extitit.

Nec refragatur quod actus factus à collegio debeat simul fieri. l. 2. de decurio. lib. 10. C. cap. cùm omnes. de constit. Bart. in l. omnes populi. 2. q. princ. versic. 3. dixi omnes. ff. de iustit. & iure. verum est, & hic etiam fuit in capitulo actus electionis simul expeditus, nec canonici eligentes discesserunt ante electionem conclusam. Etiam consuetudinem in contrarium valere in patronis scribit Federic. consil. 102. nobilis quidam colum. 2. & plenè Roch. Curt. in tract. iuris patron. in verbo honorificè. quæstio. 60.

Nec obstat quod non fuerit seruata forma c. quia
9 propter, de electio. † quia respondeo, illa forma non seruatur necessariò nisi in prælaturis, sed in electionibus canonicorum nullam ex prædictis formam eligentes seruare tenentur, sed consuetam, & maximè in collationibus vt ibi Panor. & alii tenent, quia non est conueniens, vt vbi de modico præiudicio agitur, videlicet de præbenda & canonicatu, quod ibi seruetur tanta solemnitas, præsertim cùm superior non deficiat qui poterit occurrere difficultatibus, cap. vbi periculum, de elect. in 6 & ita scribunt Docto. in d. c. quia propter. Itaque cum nulla forma posita in d. c. quia propter, sit in his electionibus canonicatuum seruanda, non inuenimus istam electionem à iure improbatam, & sic valere, quam fortè impugnaremus si de Episcopi electione ageretur. Et sic resolutæ sunt petitæ quæstiones, prima si potuerit, vt vicarius, vti suffragio, & eligere ex parte sua tanquam canonicus, quod sic fuit superius probatum.

Secunda, an succentor ante conclusam electionē, & perfectam potuit redire ad aliam partem, etiam minorem, nec attendatur præiudicium alterius. quia
10 † nemini facit iniuriam, qui suo iure vtitur. l. fluminum, in fi. & l. Proculus. ff. de damno infec. cum ergo d. succentor vtatur iure suo eligendo non attenditur præiudicium alterius.

Tertia est etiam soluta quæstio quod suffragia infirmorum valent, & licet ipsi potuissent mittere procuratores si capitulum misit ad eos, vt erat consuetū valet, nec potest aliquis conqueri postquam capitulum hoc approbauit & fecit.

Quarta quæstio est, quod maior pars dicitur respectu numeri vt superius dictum extitit: & in ista electione de Narbona facta, est maior numerus & personarum & authoritatis, ideo valet.

Quinta adeptio possessionis in beneficialibus nil facit, nisi in casibus à iure expresis c. si tibi absenti, iūcto c. si a sede. de præbend. in 6.

Sexta est, quod electio d. de Narbona est facta à maiori & saniori parte, vt superius satis est declaratū: sed tamen bonum erit adhuc de nouo illam præbendam impetrare, vel per rescriptum si neutri, & signaturam obtinere: nam si postea videant esse bullam expediendam, expedient, non aliàs, vel per nouam prouisionem poterit ipse de Narbona impetrare.

11 † Vltima quęstio est quod postquam capitulum legitimè congregatum conclusit vnum, non potest postea illud retractare, nisi totum capitulum hoc retractet, quia omnis res per quascunque causas nascitur, per easdem dissoluitur. c. 1. de reg. iu. c. cùm omnes, & cap. cùm accessissent, de cōst. vbi Doct. Et ideo vnus

poterit contradicere & impedire ne fiat contra ordinationem & statutum capituli, postquam est conclusum à capitulo, nisi postea totum capitulum cōtrarium statueret. cap. 1. & vlt. de his quæ fiunt à maiori parte capituli, vbi etiam Docto. & sic respondere de fructibus, vt dicunt, non debet, nisi contrario statuto: & si contrarium fieret, posset quilibet de capitulo appellare, nec hoc impediret materiam principalem, quia alio tendit. Et ita in prædictis concludo, & me subscripsi hoc anno 1545. die 1. Iunij Parisiis.

RESPON. XC.
De duplici resignatione.

SVMMARIVM.

1 *Resignatio, de duabus factis, vtra valeat.*
2 *Resignatio prima, secundam cessare facit.*
3 *Possessio, seu intrusio clandestina, non probat.*
4 *Possessio in beneficialibus scire apparenti titulo nihil prodest.*
5 *Titulus factus ex falsa causa, est nullus, & inutilis.*
6 *Collatio an sit subreptitia, si in secunda resignatione primæ resignationis non fiat mentio*
Subreptio in beneficialibus ipso iure vitiat titulum. ibidem.
7 *Resignans per primam resignationem ius, & possessionem amittit.*
Cedens uni ius, illud postea alteri non potest cedere. ibid.
8 *Papa per collationem ius alteri quæsitum tollere non intendit.*
9 *Resignans duobus pœna stellionatus tenetur.*
10 *Illusio, & variatio, in iuris ecclesiasticis est maxime prohibita.*
11 *Malitijs hominum est obuiandum.*
12 *Beneficia quantum ad titulum sunt impræscriptibilia. ibidem.*
13 *Appellatio licet in aliqua causa non admittatur, superior tamen emendare debet, quod est male factum.*

1 AGISTER † Antonius de Andrea resignauit beneficium quod possidebat, sancti Iuliani de Peyrolas, in manibus summi Pontificis, in fauorem tantum magistri Gulielmi Fabri, quàm resignationem Papa admisit conferendo dicto Fabri, collationis cuius vigore adeptus est possessionem: & possessio est publicata d. de Andrea resignanti. Demum d. de Andrea percepit fructus dicti beneficii: qui iterum resignauit inscio primo resignatario in curia Rom. dictum beneficium sancti Iuliani, in fauorem magistri Stephani de Cumbis, qui recepit fructus per annum & vltra: nunc primus resignatarius vult agere possessorio cōtra istum secundum turbantem. Quæritur an possit de Cancellaria. vide tex. in cap. adhæc. de rescript. & in capit. dura. de crimi. fal.

Diuino auxilio inuocato videtur quòd non, quia interdicta annalia sunt. l. 1. ff. de interd. ergo post annum non competunt.

Item extat ordinatio Regia, quæ expresse prohibet, ne post annum impetrentur istæ literæ querimoniæ, siue saisinæ, in casu nouitatis. in ordina. nouissimis. articulo 41.

2 †In contrariū faciunt sequentia, contra d. de Combis. Primò. quia beneficium non potest obtineri sine canonica institutione. regul. 1. de reg. iu. in 6. quoad titulū, neq; quoad possessionem. dicit gl. in verb. inquirant. §. ordinarii. de pacific. possess. in pragma. quia possessio cām proprietatis habet annexā. l. 2. ff. de interd.

3 † Secundò, ista possessio, seu verius intrusio d. de Combis est clandestina: ideo non iuuat. l. si duo. ff. vti possid. nam clam dicitur ille à me possidere, qui me absente intrat possessionē. l. clam possidere. ff. de acq. poss. gl. in l. vna. in verbo nec clam. Q. vti possid. sed certum est, quod d. de Combis accepit possessionem clam absente d. Fabri, ergo non debet ei prodesse.

Tertiò, à sufficienti partium enumeratione, aut de Combis habet istam possessionem quam prætendit à me Fabro, & est clandestina, vt supra dictum est, aut ab alio, videlicet à de Andrea resignante habet, & tunc nil penitus domino Fabro præiudicii generari debet: ne ex aliena malignitate alienum damnum emergat, est tex. solemnis in l fi. C. de acq. poss. imò talis de Andrea dolo relinquens possessionem, dicitur ibi proditor, quia prodiit dictum Fabri, cui semel resignauerat, quare tanquam proditor puniri debet.

Quartò, facit ordinatio Regia quæ habet exceptionem ibi. *Sinon qu'il apparust esdictes matieres beneficiales, le defendeur n'auoir tiltre apparent, pour iustifier sa possession.*

4 [nisi † cōstaret in dictis materiis beneficialibus quòd defensor non habebat apparentem titulum ad iustificandum suam possessionem.] Requirit ergo ordinatio duo: primò, quòd titulus non sit apparens, sicut hic: nam est nullus, & quod nullum est, non dicitur apparere. c. si à sede. de præbend. in 6. secundò requiritur quòd ille titulus non possit iustificare illam possessionem, id est iustam facere, sed certum est quod ista collatio est nulla, vt infra dicetur, ergo nō potuit iustificare possessionem, igitur ordinatio Regia non potest illi suffragari.

5 † Quintò, certum est quòd iste titulus est nullus, & inutilis, primò quia factus ex falsa causa secundæ resignationis nullæ, & regulariter quælibet dispositio surgens ab alio, vt à causa, illius existentiam præsupponit: ita quod sublata causa, vel non vera, effectus inducitur, vel infertur. l etsi legibus. C. si contra ius. Anch. consi. 218. iudex. col. 3. & sic collatio facta ex falsa causa inductiua substantiæ est nulla. ut ibi & per Feli. in cap. quod super. col. 1. & seq. de fid. instrum.

6 † Sextò, collatio est subreptitia, quia Papæ in secūda resignatione non est facta mentio primæ, quæ si fuisset expressa Papa non contulisset, uel non ita de leui. cap. postulastis. de rescr. & subreptio in beneficialibus ipso iure uitiat titulum, adeò quo non dicitur titulus, sed nullus. cap. ad aures. & cap. in nostra. de rescrip. ob id secunda collatio facta de Combis est subreptitia & nulla.

7 † Septimò, resignans per primam resignationem amiserat tam ius, quàm possessionem. glo. in verbo assignari. in c. inter. de præbend. Calde. consi. 4. an renuntians, sub titul. de renuntiat. ergo non potuit iterum resignare, & ius quod non habebat transferre in aliū, uidelicet de Combis. argu. l. traditio. ff de acquir. rerum domi. nam qui ius suum cessit uni, non potest illud ius alteri cedere. l. nō quocunque. §. qui Caium. ff. de lega. 1. ubi Bart. & Ias. & Alex. consi. 14. in 6. uol.

Octauò, d. de Combis non potest illud beneficiū habere ex resignatione, quia resignans nullum ius habebat, nec alio iure, quia beneficium non uacabat: ideo non poterit se iuuare illa clausula, & alias quouismodo uacet, cùm non vacaret tempore secundæ collationis, quia erat collatum iure Guilelmo Fabri.

Nonò, per regulam Cancellariæ 34. quando resignans in possessione moritur, beneficiū censetur uacare

care per obitum: ergo antè obitum non vacabat, igitur non potuit conferri, & collatio est nulla.

8 † Decimò, Papa nō intendit ius ex collatione quęsitum vni tollere alteri conferendo. c. quamuis. de rescript. in 6. etiamsi dicit non obstante prima collatione conferimus secundo, quia intelligitur de inualida. Felin. in cap. causam. de rescript.

Vndecimò, si quis vendat vni & tradat, licet alteri postea vendiderit, non valet secunda venditio. l. quoties. C. de rei vendicatio. ergo ista secunda resignatio etiam non valebit.

9 † Imò stellionatus pœna tenetur resignans duobus. cùm non sit alia pœna statuta à iure canonico, vt videtur tenere Berber. in viato. iuris in rub. de crimine stellionat. in fi. quæ pœna secundum eum est, vt priuetur beneficijs, si quæ habeat resignans. per glo. in c. nulli. in fi. de rebus Ecclesię, non alienand. l. iubemus. §. œconomus. C. de sacrosanct. ecclesiis. sicut quando quis donat duobus. l. 3. ff. de crimi. stellio. vbi Bart. quod est verum quando donauit secũdo simpliciter secus si fuerit interrogatus, & dixerit se non donasse, vel non resignasse, quia tunc falsi pœna teneretur. l. si à debitore. ff. ad leg. Cornel. de fals. versic. quæro an vendens.

Duodecimò dolus resignantis nō debet sibi prodesse, cùm dolus non debeat alicui patrocinari. c. ex tenore. de rescript. sed eidem prodesset resignando, quia fortè venderet beneficium secundo. Ergo, &c.

10 Decimotertiò, illusio & variatio maximè est prohibita viris Ecclesiasticis. clemen. vna. de renuntia. vbi Imol. dicit in primo notab. quòd licet secularibus liceat variare re vni vendita, alteri tradendo. l. quoties. C. de rei vendicat. tamen hoc non est licitum clericis, ideo primus erit semper potior, sic & multò fortius in hac prima resignatione.

Decimoquartò, daretur via malitiis & calumniis, nam resignās semper resignaret duobus, quod summopere iura abhorrēt dicentia † malitiis esse obuiandum. c. sedes. de rescript. l. in fundo. ff. de rei vendic. & res est pessimi exempli ob id reprobanda. l. si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœnis. l. exēpli. C. de prob.

11

Decimoquintò, cum in beneficialibus ista interdicta habeant causam proprietatis mixtam. l. 2. ff. de interd. facilè quando non apparet de titulo valido, po-

12 test recognosci etiam post annum, cum † beneficia, quantum ad titulum, sint imprǽscriptibilia. Doc. in cap. cura. de iure patrona. glo. in verbo triēnio. de pacificis possess. in pragm.

Decimosextò, in patria iuris scripti intra triēnium solent ista intentari interdicta de consuetudine, & sic consilium iudicabit ex legibus & consuetudine illius loci, in quo debebat iudicari. §. 1. in authent. ut cum de appell. cognos. colla. 8.

Decimoseptimò, non possunt postulantes post præsentationem postulationis recedere à postulatione. cap. bonæ. 2. de postul. prælat. multò fortius post renuntiationem admissam per Papam, alias dicit tex. partes nobis frequenter illuderent & iudicium nostrum ex eorum pendere arbitrio videretur.

Decimooctauò, qui petiit cedendi licentiam, si eam obtinuerit, cedere compellitur. cap. quidam, de elec. multò fortius qui resignauit compelli debet, ut resignationi per se factæ acquiescat: sic non poterit secundo resignare.

13 † Vltimò licet non possit appellari in aliqua causa, tamen superior debet emendare quod malè factum extitit. glo. in verbo oneramus. in cle. 1. de iure patronat. sic & sacrũ magnum cōsilium emendabit quod malè factum extitit per de Andrea, possessionem beneficij Stephano Fabri adiudicando, & ita iudicauit sacrum magnum consilium adiiudicando beneficiũ dicto Fabri: & sic tres sunt decisæ quęstiones.

Prima quęstio, an valeat collatio facta in Cancellaria post reuocationem intimatam cameræ: quod sic, quia vnius reuocatio non extenditur ad alium. d. clem. vna. de renuntia.

Secunda, an valeat collatio facta quando eodem die fuit facta cum reuocatione & eius intimatione: & suprà fuit decisum valere, si non probetur prius intimatam reuocationem.

Tertia, si ualeat collatio quando fuit facta ante pręstitum consensum procuratoris, si reuocatio non fuerit intimata procuratori valere, etiam conclusimus superius.

RESPON. XCI.

De resignatione beneficij, causa permutationis facienda.

SVMMARIVM.

1 *Permutatio beneficiorum in qua alter compermutantium cepit collationem à non habente potestatem, vnde orta lis inter illum, & quosdam alios qui ab habente potestatem obtinuerant.*

2 *Signatura retrotrahitur per clausulam perinde ualere.*

3 *Interdicto retinendæ contra possessorem annalem agi non potest, cum interdicta vltra annum nō dentur.*

4 *Ius quod non habet quis, vel alium transferre non potest.*

Renuntians vt hic, crimine stellionatus notatur.

CVM Titius Sempronius & Meuius colitigarent inter se, super aliquo beneficio curato, Sēpronius & Meuius concordauerũt forma sequenti, uidelicet quod Meuius resignaret ius suum ipsi Sempronio, causa tamē permutationis, cum quadam capellania quam habebat ipse Sempronius, faciendæ: & id tamen postquam ipse Sempronius obtinere aduersus Titium in dicto beneficio curato: & ita accidit, quod ipse Sempronius obtinuit aduersus Titium, & usus est, prout utitur pacificè illo beneficio antea litigioso.

1 † Tandem pro adimplemento præfati Concordati, Sempronius constituit procuratorem ad resignandum causa permutationis, ut præmissum est, cum d. Meuio dictam suam capellaniam coram ordinario collatore, aut summo Pontifice. Meuius tunc cum debuisset accipere collationem illius capellaniæ ab Archiepiscopo Bituricensi accepit à capitulo Bituricensi: & sic à non habente potestatem. Postmodum Meuius permutauit illam capellaniam, cum quodam Caio, qui similiter accepit collationē à prædicto capitulo die tertia Aprilis anno 1507. ante Pascha, exinde obtinuit signaturam sub certo modo per deuolutionem die sexta mensis Augusti immeditatè sequen. & vsus est Caius ea capellania pacificè per annũ & vltra. Post annum Caius fuit inquietatus: primò, ab habente ius deuolutum ab Archiepiscopo: secundò, ab habente signaturam: tertiò, ab habente collationem à prædicto Archiepiscopo, per resignationem causa permutationis cum quodam alio beneficio, per dictum Sempronium factam, qui alias resignauit, ut prædictum est in secundo articulo, illam & eandem capellaniam.

Quæritur an signatura Caij retrotrahatur ad ualidandam collationem, quam habuit de dicta capellania, à capitulo non habente potestatem conferendi, cùm præcedat in data titulos prætendentium ius in dicta capellania: & cùm possederit per annum & vltra capellaniam ipse Caius, an potuerit formari querimonia iudiciaria contra eundem. & utrum possit impedire sequestrum. Et cùm vexetur dolo & fraude ipsius Sempronij (qui bis eãdem capellaniã resignauit duobus) quæritur an possit & ei liceat informare procuratorem Regium super dictis duabus resignationibus vergentibus in maximum detrimentum ipsius Caij.

2 Primo dubio respondeo, quòd prædicta † signatura retrotrahitur propter expressam intentionem Papæ apponentis clausulam perinde valere in fine signaturæ, quæ hoc importat, vt perinde valeat ac si fuisset collatio habita ab habente potestatem. Domini. de Rota decis. 384. si Papa. glo. in extrauagan. ad reprim. in verb. perinde, quomodo in læsæ maiest. crimi. procedat.

3 † Ad secundum dubium dico non posse agi interdicto retinendæ, aut alio cõtra istum possessorem annalem, quia interdicta non dantur vltra annum. l. 1. §. fin. ff. de interdict. l. 1. ff. de ui & ui armat. quia officium Prætoris vltra annum non extenditur. §. 1. instit. de perpetu. & temporal. actio.

Vltimò dico, ex resignatione vltimò facta non quęritur aliquod ei ius, quia iam per primam resignationem, etiam coram laico factam, non est renuntians priuatus suo iure. cap. quod in dubiis. de renuntiat. ergo † non potuit transferre ius quod non habuit. l. traditio. ff. de acquiren. rerum domi. Bartol. in l. si vniuersa, C. de lega. ideo dicit text. in capit. post electionem de concess. præbend. Quod beneficium non vacans non potuit conferri: sed hic non erat vacans, ergo non potuit conferri, & sic nullum ius datur ex secunda signatura prætensa.

5 † Item talis renuntians notatur crimine stellionatus. cap. nulli. de rebus Ecclesiæ non alienand. l. iubemus, in 2. §. œconomus. C. de sacrosan. ecclesiis: licet non sit hoc crimen bene de iure canonico declaratũ, vt not. Ioan. Berber. in viator. iur. rub. de crimine stelliona. Tamen huic potest applicari quia alienat, quod ad se nõ spectat & sic interest Reipublicę ne crimina remaneant impunita. c. vt famæ. de sentent. excommunicat. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. ideo poterit procurator, aut promotor iungere se cum prosequente pro crimine puniendo.

RESPON. XCII.
De prouisione per Papam facta.

SVMMARIVM.

1 *Prouisio facta per Papam iuxta dispensationum prædictarum tenorem duntaxat, si non apparet de dispensatione non valet.*
2 *Voluntas, & potestas in omni actu requiritur.*
3 *Consuetudo patrisfamilias inspici debet.*
4 *Dictiones iuxta, & secundum conditionem important.*
5 *Sententia si dicat, nos sequentes formam statuti condemnamus, si nullum sit statutum, & ipsa erit nulla.*
6 *Dictio duntaxat, restringit, & limitat.*
7 *Maiores dignitates post Pontificalem, non veniunt in dispensatione Papæ nisi exprimantur.*
8 *Dispensationes tanquam odiosæ, non extenduntur.*
9 *Bulla ex signatura conficitur.*
Bulla, si à vicecancellario, est magis late, vel sponte sumpta, quam per signaturam à Papa fuerit concessa, non valet, & tunc recurrendum ad signaturam.
10 *Falsum est mutatio veritatis.*
11 *Prouisio subreptitia, cum sit nulla, nullum ius tribuit.*
12 *Resignatarius plus iuris in resignatarium transferre non potest, quàm ipse habeat.*
Duo in vno beneficio verum ius habere non possunt. ibidem.

Emble aux soubsscripts que la prouision faicte par nostre sainct Pere le Pape (in commendam) *à Iean Riuoyre, ensuiuant la resignation de Claude Riuoyre, n'est vallable: car* [Infra scriptis videtur,
1 quòd † prouisio facta per sanctissimum patrem nostrum Papam Ioanni Riuoyre, secundum formam resignationis Claudij Riuoyre, sit valida: nam] deficit voluntas Papæ, *ainsi qu'il appert par la resignature, a laquelle y a ces mots.* [vt per resignationem apparet, in qua hæc verba habentur:] videlicet commendamus iuxta dispensationem prædictarum tenorem duntaxat, & sic Papa noluit commendare nisi sit dispensatus: & secundum suas dispensationes, sed iste Riuoyre non est dispensatus. ergo commenda illi facta non valet.

2 † Certum est quod in omni actu requiritur voluntas & potestas: quorum alterũ si desit, nihil est quod explicari queat, ut docet Philosophus Aristot. & Bal. in l. cum te. colum. 1. C. de donatio. ante nupt. per tex. in c. qui extirpandæ. §. qui uerò. de præben. & in Euangelio dicitur: Si vis potes me mundare. Voluntas ergo requiritur: poterat quidem Papa commendare si uoluisset; sed noluit apponere illam clausulam iuxta, &c. quia non uult commendare dignitates regulares: maximè maiores post Pontificales secularibus: nec istud solet concedere Papa Iulius, ideo ad cõsuetudinem concedentis recurrendum est, si alias noluerit concedere in simili casu. Nec isti Riuoyre concessisset, vel cum difficultate. capit. postulasti. in
3 fin. ibi. de leui. de rescript. † Consuetudo enim patrisfamil. inspici debet. l. vel uniuersorum ff. de pignorat. actio. Lappus allegat. 89. factum. versic. item est sciendum. Et hodie Papa beneficia regularia, quæ non fuerunt commendata, non commendat seculari, maximè maiores dignitates post Pontificales regulares: ne diuersitas sit habitus in una Ecclesia. clement. prima, de electio.

4 † Item illæ dictiones iuxta, & secundum idem important, ut docet Panormitan. in capit. Abbate sancti Syluani. in fin. de uerbor. significat. uidelicet con-
5 ditionem: unde † si sententia dicit: nos sequentes formam statuti condemnamus: si nullum sit statutum, & sententia erit nulla. l. qui testamento. ff. de excusat. tutor. Bald. in c. cum caussa. colum. 1. de re iudic. & prouisio, seu commissio facta iuxta priuilegia nil prodest, si de illo non appareat, glo. in capit. 1. de fide instrument. Panormit. in capit. inter. colum. 8. illo titulo. ideo prouisio Papæ facta Riuoyre, iuxta dispensationum prædictarum tenorem duntaxat est nulla, si non appareat dictum Riuoyre rectè ad hoc dispensatum: sed contrarium apparet: ergo prouisio illi facta nulla & inualida est.

6 Adhæc illa † dictio duntaxat etiã restringit & limitat. l.

tat.l.pratum.l.impensæ.& l.in lege.ff.de verbo.sign.l. non est ferendus, vbi Doct.de transact. Bar.in l.vna.ff. si quis ius dicen. nō obtempera. Vnde cum Papa hic commendauerit talem dignitatem, iuxta tenorem dispensationum duntaxat, voluit illi prouidere si dispēsationes concedant, vt dictam dignitatem habeat, sed suæ dispensationes hoc non concedunt vt patet: ergo etiam Papa noluit de nouo commendare, quia non se retulisset ad dispensationes, si de nouo voluisset dicto Riuoyre prouidere.

Item in dispensatione quando loquitur de regularibus declarat Papa ad quæ beneficia vult dictum Riuoyre dispensare. sic dicens: regularia verò beneficia huiusmodi prioratus, præpositura, præpositatus dignitates etiam conuentualis, &c. non exprimit ibi,
7 † etiam si maiores sint, post Pontificalem, quæ non comprehenduntur, nisi exprimantur, cap.fin.de præbend.vbi etiam Docto. Ergo dispensationes, dicti Riuoyre non extenduntur ad dignitates regulares maiores, post Pontificalem.

Præterea in dicta dispositione non dicitur dignitates, etiam si Cathedralis, vel Metropolitana sit Ecclesia: & nunquam debentur beneficia Ecclesiæ Cathedralis propter illius honorem. Ad illa etiam non censetur esse quis dispensatus, nisi hoc expressum sit.cap. quamuis.de præben.vbi amplissimè doctores, & ma-
7 ximè, quia † dispensationes sunt odiosæ, & sic non extenduntur.cap.1.& 2.de filijs presbyter. lib.6. Ideo non extendentur ad dignitates regulares, in Cathedralibus, & maiores post Pontificalem: de quibus Papa non intendit prouidere: si non exprimat, vt dicitur in d.cap.fin.de præbend.

Et sic constat commendam d.Riuoyre factam nullam esse, tum ratione defectus voluntatis Papæ, tum obreptionis: & ideo uacabat dignitas Ecclesiæ Bellicensis, unde potuit iure nouo impetrari tanquam uacās: & sic impetratio & prouisio facta de illa per Episcopum Baluoregiensem in fauorem Ioannis Grauil ualet & tenet, quia fuit per Papam admissa.

Non obstat quòd in bulla nō sit reposita illa clausula iuxta tenorem, &c. ergo Papa uidetur uoluisse commendare sine illa clausula iuxta tenorem. &c. Respondeo non esse uerum, nam sicut instrumentū
9 ex prothocollo extrahitur, † conficitur ita bulla ex signatura, tex.in authent. Tabellio. colla.4. Vnde quando minuta à Vicecancellario est magis largè uel spōtè sumpta, quàm à Papa fuerit concessa per signaturam non ualet, & tunc ad originale, id est ad ipsam signaturam, est recurrendum, ut docet Anton. Butri. consil.2.uisis colum.1.consil.49.uisis.& scripsi in praxi benefi. in fine signa. Et quia hic prætenditur magis generalem esse bullam, ideo potest cogi d. Riuoyre, ut producat signaturam uel sumptum illius, quia eā oportet conferre cum bulla, & si nolit eam producere, bulla reputabitur suspecta, cui non credetur.per l. fi.C.de fide instrum. & plenum possessorium adiudicabitur d.Ioanni Grauil.unde in hoc Senatu fuit iudicatum pro signatura contra bullam, nempè in signatura Papa prouiderat de beneficio sub his uerbis prouiso quod non esset de prouisione Episcopi Pictauiē sis. Expedita fuit bulla sine illa clausula prouiso. &c. & probatum beneficium esse de collatione Episcopi Pictauiensis. Ideo adiudicatum fuit ei plenum possessorium qui per deuolutionem illud impetrauerit, qa signaturę statur quo ad contenta in ea. Et non potest addi bullæ præter signaturam, nisi ea quæ sunt de natura & consuetudine clausularum & styli: sed in hoc stylus curiæ Romanæ repugnat: nam Papa sine expressa mentione nunquam prouidet de Cathedralibus, nec de dignitatibus maioribus post Pontificalē, insequendo ius, & maximè seculari, quòd prouideat de regulari dignitate post pontificalem hoc est alienum, ideo stylus Papæ moderni debet attendi qui semper recusauit & recusat conferre regularia secularibus, nisi dispensatis per prædecessores.

Ex quibus apparet bullam d. Riuoyre nullam & subreptitiam ac obreptitiam. Imò eam d.Lamili falsam dicere potest, non quòd falsò scripta sit, nec & ab alijs quàm à commissis per Papam, sed in hoc falsa est, quia immutata est ueritas, † & falsum est muta-
10 tio ueritatis.§.1.in Authen.ueritas mutata.quia Papa commendat simpliciter. Ideo est falsa per omissionem, & in hac falsitate alleganda non fit inscriptio falsi. Sicut quando agitur ad pœnam, & uerè bulla est falsa. ut in capit. graui. de crimi. fal. sed ex collatione bullæ & signaturæ, apparet falsitatem esse in omittendo, ideo bulla nulla erit, & non ualebit prouisio: sed impetrans bullam, quia non apparet eum esse in culpa, non solet puniri ratione illius falsi: sed solum amittit effectum bullæ, & utilitatem: secus in alio falso ubi ipse impetrans esset fraudis conscius etiam utendo bulla uerè falsa.

Vltimò, non obest quod impetrans d.dignitatem, uidelicet Ioannes Grauil non mouit litem intra annum, ergo non debet in possessorio recipi. Respondeo, imò ipse mouit litem ante annum à die suæ impetrationis, etiam in ordina. Regi. titulo *des matieres possessoires. Et qu'il ne sera receu complainte apres l'an, si non qu'il apparust esdictes matieres beneficielles le defendeur n'auoir tiltre apparent pour iustifier sa possession, mais ledict Riuoyre n'a iuste tiltre, car est nul: parquoy s'ensuit que ledict Grauil est recepuable en sadicte possession, encores qu'il vint apres l'an, ce que non.* [& quod nulla recipietur querimonia post annum nisi appareret in dictis materijs beneficialibus, defensorem non habere titulum solidum ad suam possessionem iustificandam: sed dictus Riuoyre iustum titulum non habet, nam nullus est. Itaque sequitur quòd dictus Grauil est acceptabilis in dictam suam possessionem, etsi ueniret post annum, quod non.]

Concluant que ledict Grauil, comme ayant le plus apparent tiltre & vallable doit estre maintenu & gardé en la possession, & saisine de la dignité du Belley. Et doit estre ledict Riuoyre condemné és despens dommages & interests. Donné a Paris ce mois d'Octobre 1552.] Concludendo quod d.Grauil tanquam solidiorem & ualidiorem habens titulum, in possessione est retinendus, & saisina dignitatis du Belley, & quòd dictus Riuoyre ad omnes sumptus, damna & expensas damnandus est. Datum Parisijs hoc mense Octobris 1552.]

Viso prædicto facto, uidetur prius Ioannem Ca-
11 moti † nullum habuisse ex prouisione facta per reuerendissimū D.Legatum Auenionensē, quia erat subreptitia, ideo nulla. c.ad aures.c.postulasti.& c.in nostra.de rescript. Clemen.1. de præb.nam cùm dixerit se in 16 ętatis suę anno constitutū, & tamen nō erat nisi in ætate tredecim annorum, mentitus fuit in sua ætate. Ob id reuerend. D.Legatus noluit secū dispensare, in illa ætate quàm ignorauit, & plus nocet falsū cōmissum quàm omissum. c.super literis.de rescrip. & ibi Doct.maximè, quia in regula Cancellarię Papæ moderni 53.cauetur quòd dispēsatio nō detur minori nisi de duobus annis. Et sic reuerend. Legatus noluit, etiā si potuerit secum dispensare de tanta ætate.

Vnde apparet quòd Petrus de Castellana, qui illud beneficiū impetrauit, rectè impetrauit, quia per sub-

reptionem Ioannis Camoti vacabat d. Archidiaconatus, & in impetratione sua habet quod vacabat per resignationem aut aliàs quomodocunque vacauerit. Verùm quia per triennium tacuit, ob id illud ius fuit debilitatam per triennium, per regul. Cancel. de pacific. possesso. & per decretum in Cōcordatis positum.

Item resignatio facta postea per Ioannem Camoti non valuit, quia nullum ius habebat in d. beneficio, ratione subreptionis, etiam quia dolo prætenditur facta, vt in facto continetur, & non † potuit plus iuris
12 transferri in resignatarium quàm ipse resignatarius habuit l. traditio. ff. de acquir. rer. dom. Igitur Petrus Becqueri nullum ius potuit habere, tum quòd resignans non haberet, tum etiam quòd inhabilis, quia apostata, vt in c. j. & in rub. de aposta. per Doct. & Fel. in c. sciscitatus. col. 2. de rescrip etiam quia ius erat acquisitum D. Petro. de Castellana & duo non possunt habere verum ius in vno beneficio, & vnum beneficium. c. cum non ignores, de præbend.

Præterea secunda resignatio facta per D. Ioannem Camoti non ualet in fauorem Gulielmi Seigur, quia nullum ius habebat resignans, tam per subreptionē, vt diximus, quàm per primam resignationem per quam erat exutus iure & possessione, per tex. & ibi gl. 1. in c. inter. de præb, & quia prætenditur symoniaca, Et ideo dictus Gulielmus Seigur nil iuris potest prætendere. Maximè quia durante triennio dictus Castellana habebat semper ius. ergo alius non potuit habere. l. 3. §. ex pluribus. ff de acquir. possesio. c. inter dilectos. de fide instrument.

Itaque puto Gasparem de Pōte habere potius ius quia beneficium vacabat non per matrimonium, vt prætenditur: sed ex vacationibus quas supra dixi. Ideo D. Legatus contulit eidem Gaspari quocunque vacarent tempore, & quia vacantia inueniuntur tpe prouisionis legati: ob id prouisio facta illi Gaspari valet,

Etiam non nocebit resignatio facta per Petrum de Castellana huic Gaspari, qui licet esset exclusus tēpore triēnij, quia non egerat, tamen habuit ius quod postea fuit resignatum in fauorem d. Gasparis. Et illi per Papam prouisum.

Vnde concludendo d. Gasparem de Ponte potentius habere ius in d. Archidiaconatu, Canonicatu, & præbenda Massiliensi. Et ita subscripsi Parisijs hoc anno 1552. in mense Februario.

RESPON. XCIII.

De conuentione pro Abbatijs & prioratibus resignandis.

SVMMARIVM.

1 *Permutationis contractus celebratus.*
Contractus ex conuentione partium legem accipiunt. ibidem.
2 *In permutatione beneficiorum quæ requirantur.*
3 *Reuocatio procuratoris facta, vt hic, an valeat.*
Procuratoris constitutio est pars contractus. ibidem.
4 *Pœnitentia in contractu quando de iure canonico locum habeat.*
5 *Stipulatio quando in permutatione interuenit, tunc pænitentiæ locus non est. ibidem.*
6 *Permutatio, adimpleta ex parte vnius, reuocari non potest.*
Contractus perfectus, vtraque parte non consentiente, dissolui non potest. ibidem.
7 *Quod semel placuit, amplius displicere non potest.*
8 *Capit. si beneficia de præbend. in 6. habet locum in remittente, non in resignante.*
9 *In alternatiuis electio est debitoris.*
10 *Prouisio facta ad resignationem procuratoris, vt hic, est valida.*
11 *Papa beneficia vacantia conferre potest.*
12 *Resignatio secunda non valet, quando per primam resignans est executus iure, & possessione.*
13 *Prouisio subreptitia, & obreptitia.*
14 *Resignans duobus incidit in crimen stellionatus.*
15 *Clausulæ non alias, aliter, nec alio modo, quid importent, hic & infra.*
16 *Vigilantibus, & non dormientibus, iura subueniunt.*
17 *Beneficium inuito non acquiritur.*
18 *Spiritualia ad hæredes non deuoluuntur.*

ONVENERVNT, & seruare conuentionem promiserunt, ac inde se obligauerunt reuerendiss. Cardinales à Medonta, & reuerendiss. D. Stephanus Ponchier Archiepiscopus Turonensis, & D. Stephanus Lalemant, vt quilibet eorum daret procuratoria bona & valida ad resignandum abbatias & prioratus, de quibus actum inter eos fuit, & in eorum fauorem, sub beneplacito tamen sedis Apostolicæ & Regis, & nō aliàs, &c. Et voluerunt conuentionem vim permutationis habere: & demum pro complemento conuentionis & concordię vnius alteri procuratorio nomine promissum bona fide dedit & tradidit & procuratorium suum expediri fecit. Et post prouisionem sibi factam in vim dictæ resignationis D. Ponchier. reuocauit procuratorium illi datum & iam expeditū, demum iterum resignauit dictum prioratum iā collatum d. Lalemant, & postea mortuus est. Quæritur primò, quis contractus dicatur inter istos dominos factus. Secundò, an reuocatio procuratorij facta à D. Ponchier valeat. Tertiò, an promissio dicti Lalemāt facta teneat. Quartò, an secunda resignatio per Ponchier facta possit substineri. Quintò, an ius habere secundus resignans ex ea possit. Sextò an d. Lalemant possit retinere Abbatiam, quam obtinebat, & simul prioratum sibi collatum dispēsatione habita, quibus discussis apparebit quis ius suum prosequi poterit.

Primæ ergo quæstioni respondeo. Apparet permutationem inter istos dominos celebratā esse. Primò, quia ita conuentum est inter eos, vt ista conuentio & concordia obtineat vim permutationis. Ergo dubitari nō oportet veram & iustam esse permutationem;
1 † cum contractus ex conuentione cōtrahentium legem accipiant. l. 1. §. cōueniat. ff. depo. l. contractus. de reg. iu. Etiam Papa eam approbauit, qui habet plenariā potestatem in his beneficialibus. c. 2. de præb. in 6. cuius natura est, vt de cōmuni partium volūtate fiat. c. 1, de rerum permutat. & quòd liceat discedere antequam sit ex vna parte impleta: sed res ab altera parte traditum initium obligationi præbet, adeò ut si alter nolit rem tradere vel implere, ex parte sua agendū sit ut res nostra tradita reddatur. Et cōuictioni locus est quasi re non sequuta. l. 1. in fi. ff de rerū permutat. vel vt cogatur quis sua parte implere. l. naturalis. §. 1. ff. de
2 præscrip. verb. † permutatione quoque beneficiorū requiritur quod hinc inde beneficia resignentur, & illorū fiat collatio iuxta conuentionē. c. inter. de prębend. & c. uno. de rerum permutat. libro 6. uel quod non stet per alterum ex permutantibus, vt ibi nota.

Item

Item in hac facti specie conuetum erat ut traderet vnusquisque procuratorium bonū, & validum sufficiensque ad cedendum & renuntiandum respectiuè eorum abbatijs, & prioratui sub conuentionibus ibidem conscriptis. Et tam prædictus D. Lalemant tradidit, quàm et D. Ponchier & d. Cardinalis à Medoue. & sic completa fuit permutatio quoad partes. Et sic irreuocabilis, ut in secunda quæstione dicetur. Imò posset cogi dictus Ponchier si uiueret. per l. rebus. C. de rerum permuta. Ergo non potuit venire contra.

3 Secunda quæstio est, † an reuocatio procuratorij à Domino Ponchier facta valeat, & liquidò constat non valere, tum quia ita se obligauerant & promiserant partes hinc inde se seruaturas conuentiones, & quando procurator est constitutus in contractu dicunt non posse reuocari, quia constitutio procuratoris est pars contractus. l. fundi partem. ff. de contrah. empt. & ibi Bal. & in rub. de summa Trinit. col. 3. in decret. Guid. Papæ. singul. 273. procurator. de Rippa in l. obligatione. de pignor. & quia quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio. l. vendicantē. ff. de except. Si prioratus fuisset euictus ageretur contra Ponchier, ergo ipse non potest agere nec reuocare potest quis post factam collationem. cap. ex parte Decani: vbi Felin. de rescript. ideo potest dici quod scribit Gordianus Imperator. in l. 2. C. de iur. & facti ignor. si renūtiasti sera prece tibi sub-

4 ueniri desideras: † & quia de iure Canonico non licet pœnitere nisi ex defectu fidei nō seruatæ ab altera parte. teste Bal. in rub. C. de re permutat. allegat. c. cùm inter. de elect. sed fides seruata fuit ab omnibus, quia omnes dederunt procuratorium iuxta illorum conuentionem, ergo dictus Ponchier non poterat reuocare, quia fides seruata ei fuerat, etiam de iure

5 ciuili, vbi † in permutatione interuenit stipulatio nō est locus pœnitentiæ, quia statim oritur actio. l. ex placito. C. de rer. permut. sed in instrō compositionis inter eos factæ est ꝙ dictæ partes promiserunt, ac sese mutuò obligauerūt & obligant. &c. Ergo orta est inter eas actio. ut docet Bar. & Ias. per illū text. in l. lecta. ff. si cert. peta. & sic nō poterat fieri aliqua reuocatio.

Maximè quia collatio iam erat facta à Papa d. Lalemant prima die Martij, & reuocatio fuit facta eius-

6 dem mensis tertia die. Ergo † non potest permutatio reuocari quando est adimpleta ex parte vnius. d. l. 1. ff. de rerum permutat. Vnde reuocatio facta per Do. Ponchier post collationem Do. Stephano Lalemant factam nullius esse momenti, nullus est qui nesciat. vt in simili dici Iuriscons. in l. nemo. ff. de duob. reis. Quia perfecto contractu nō licet discedere, nisi utraque parte consentiente l. 1. & 2. C. quando liceat ab empt. disced. & permutatio vicem emptionis obtinet. l. 2. C. de rer. permut.

Igitur oportebat partes de nouo cōsentire dissolutioni permutationis, sicut consenserant in constructione illius. Nihil enim tā naturale est, quàm vnumquodque dissoluere eo iure quo colligatum est. l. nihil tam naturale. ff. de regu. iur. Et omnis res per quascunque causas nascitur per eas & dissoluitur. c. j. de re gul. iur. sed dictus Lalemant non consensit dissolutioni permutationis, ergo impleta nō poterat dissolui eo inuito, & dicit Papa permutatio, cùm inter contractus bonæ fidei numeretur cum alio quàm cum domino, vel cum eo qui loco domini habebatur, non valet celebrari. cap. cum uenerabilis. uersic. adhæc. de exceptio.

Item postquam Papa approbauit conuentionem partium, & iuxta conuentionem illarum contulit prioratum d. Lalemant & renuntiatio est ab eo admissa, nūquam habet locum pœnitentia: quia omnia non sunt integra, ut docet Domi. Geminia. in capit. 2. de renuntia. libro sexto, argument. l. si pecuniam. ff. de condict. cau. da. & cau. non sequu. nam quod

7 † semel placuit, amplius displicere non potest per regulam iuris. Et quod approbaui, non possum reprobare. l. Pomponius. de nego. gest. sic consuluit Barba. consil. 43. sempiterna. col. 3. uolum. 2. alioqui quotidie illuderetur Papæ contra. c. bonæ. de postul. præla. imò text. in c. quidam. & ibi doct. de renuntia. dicunt procuratorem ad resignandum non posse reuocari, postquam obtenta fuit cedendi licentia. probat gl. & Doct. in d. clem. vna. de renuntia. sed in hac facti specie non solum cedendi licentia obtenta fuit, sed resignatio & admissio & prouisio, ergo non fuit liberū Domino Ponchier reuocare procuratorem in contractu, maximè constitutum. Et Papa approbādo cōuentionē videtur voluisse amplius nō posse reuocari.

Item est decisio Rotæ 23. fuit dubitatum in nouis, vbi resignantes sua beneficia causa permutationis, nō possunt post resignationem ad sua redire beneficia,

8 quia per resignationem omni iure priuati sunt, † nec habet locum c. si beneficia. de præben. in 6. nisi in remittente, non in resignante, vt docent Panor. Feli. & alij in cap. cum venerabilis. de except. nam quod semel repudiatum est, minimè reintegrare concedimus, ait Imperator in l. fi. C. de condict. inser. Et satis absurdū est redire ad id quod renuntiandum putauit. l. si quis iusiurandum. C. de reb. credi. cap. in caussis. de elect. Do. Ponchier resignauit, & suam resignatio fuit admissa à Papa, & omnia alia sunt completa quoad procuratoria, ergo d. Ponchier non valuit procuratorem reuocare.

Nec refragatur si dicatur d. Lalemant non resignasse suam abbatiam ut tenebatur. Respondeo, non stetit per eum, dedit enim procuratorium ad cedēdum iuxta conuentionem suam, & imputetur Domino Ponchier quare non procurauit ut sibi expediretur abbatia Vallis Cernarij à Cardinali de Mendoue possessam. Et abbatiam sancti Bertrandi postquam habebat procuratoria hoc erat eidem liberum, sicut de Lalemant, quia eodem die fuit eidem Ponchier traditum procuratorium, quo dicto Lalemant.

Item non tenebatur dictus Lalemāt nisi alternatiuè vnum vel alterum facere, uidelicet tradere procuratorium ad cedendum aut nominationem Regis sibi factam de dicta abbatia sancti Bertrandi, cum procuratorio ad resignādum illustrissimo Domino Cardinali Lotharingiæ, tradidit enim procuratorium Secretario Do. Ponchier, quod Dominus Ponchier acceptauit ac longo tempore tenuit, & postea reuoca-

9 uit suum procuratorium. & in † alternatiuis electio est debitoris. l. 3. ff. de eo quod cer. loco. sed debebat Do. Ponchier requirere d. Lalemant vt procuraret illa fieri quæ in conuentione erant conscripta, antequā reuocaret, qui suasionibus motus & sine causa reuocauit, quod illi prodesse non potest, & nullo modo ualet reuocatio procuratoris per d. Ponchier post prouisionem factam.

10 † Tertia quæstio, an prouisio facta Do. Lalemant ad resignationem procuratoris. Do. Ponchier ualeat. Breui respondeo, eam esse validam & efficacem, quia in ea Papæ voluntas & potestas cōcurrunt. De potestate Papæ in bulla constat ibi specialem gratiam facere uolentes. & c. si noluisset nō contulisset, de potestate apparet in c. 2. de præb. in 6. & in Cle. 1. ut lite pend. & dicit Philosophus Arist. duo esse ex quibus constat

humanorum actuum effectus, videlicet voluntatem & potestatem, quorum alterum si deest, nihil est quod explicari queat. Bal. in cap. cum contingat. col. 4. de iureiuran.

Etiam voluntas resignantis adest, vt patet ex suo procuratorio, resignatio, consensus, & expeditio. Quid igitur supersit, aliud non video.

11 Adhæc prioratus per resignationem vacabat, † & beneficia vacantia Papa conferre potest. c. 2. & per totum de concess. præben. & cōtulit D. Lalemant, ergo nil ei obstare potest, quominus sua prouisio valeat.

Nec obstat prætensa reuocatio à Domino Ponchier facta, quia tardè fuit facta uidelicet post collationem: vt dictum fuit in præcendenti quæstione.

12 Quarta est quæstio, an secunda † resignatio facta per Dominū Ponchier sustineri possit. Et breui respō deo non posse, quia per primam resignationem erat exutus D. Ponchier resignans & iure & possessione. c. inter. cum gl. de præb. Inno. in c. super hoc. col. 3. de renuntia. & resignantibus nō est amplius dandus regressus. l. quæritur. §. venditor. ff. de ædil. edict. c. quàm periculosum. 7. q. 1. Nec potest resignare quod nō habet. §. seruus. de cap. diminut. in instit. Priuatio enim præsupponit habitum. l. decem de verbo. oblig. ff.

Vnde non ualuit resignatio secunda facta in fauorem Do. Iacobi Hurauld, postquam resignans nil iuris habebat, non poterat plus iuris transferre quàm ipse haberet. l. traditio. ff. de acquir. rer. dom.

Et sic deciditur quæstio quinta. Videlicet, secundū resignatarium, uidelicet Iacobum Hurauld nil iuris habere in d. prioratu de Sezuna, quia Papa admittendo secundum resignationem dicit se prouidere de dicto prioratu de Sezuna, si alteri ius non erat quæsitum: sed alteri ius erat quesitum, ergo Papa noluit isti Hurauld conferre: & sic ex prouisione sibi facta à Papa non potest se iuuare, cùm non habuerit uoluntatem prouidendi postquā prouiderat d. Lalemant.

Adhæc ista secunda resignatio est nulla, & prouisio

13 in uim illius facta: nam est † subreptitia & obreptitia, quia si Papa sciuisset istum prioratum resignatum, & alteri iam collatum, nunquam (ut uerisimile) secū dam resignationem admisisset, nec uoluisset tollere ius quod primus D. de Lalemant ex collatione prima habebat. ut docet Oldrad. consi. 324. factum tale, nu. 3. cum seq. Ideo ista secunda collatio & prouisio facta per resignationem non valet, quia iam d. prioratui erat prouisum Dom. Lalemant, à quo non potest auferri ius sine facto suo: nam quod nostrum est sine facto nostro à nobis auelli non potest, per regulam iuris. Et etiam ista secunda collatio fraudulenta tum in fraudem d. Lalemant facta, tum etiam dum resignans erat detentus ualetudine aduersa, in qua iterum resignauit, ex quo probatur fraus. cap. fin. de renuntia. lib. 6. l. filiæ. ff. solu. matr. Et suasionibus præsumitur allectus ad hoc faciendum, alioqui hoc non

14 fecisset. Ratio est, quia † resignans secundò incidit in crimen stellionatus. sicut q duobus donat. l. 3. ff. de crimi. stellio. gl. in c. nullo, in fi. & ibi doc. C. de reb. alien. nō alien. hoc expresè docet Verb. in uia iuris. in titulo de crimin e stellio. in fi. Et hoc procedit in clericis, præsertim in Episcopis, quibus maximè est illusio & uariatio prohibita. cle. vna. de renuntia. Ideo non erat verisimile quod sponte uoluisset incidere in crimen secundo resignando, & sic uariare nisi maximis adductus esset suasionibus, maximè tempore aduersæ valetudinis, in qua debet quis de animæ salute precipuè cogitare.

15 † Non refragatur clausula non aliàs aliter, nec alio modo. Hæc autem clausula vim conditionis habet, adeò ut nil uideatur actum, quod in contrarium factum est. l. non aliter. ff. de vsu & habi. l. non aliter. de leg. 3. glo. & Bald. in l. siquidem. C. de excep. idē Bald. in authen. ingressi. nu. 7. C. de sacrosan. eccles.

Idem in dictione non aliàs, in l. non aliàs. ff. de iudi. & in l. Pomponius. 1. ff. famil. ercis.

Maximè quia hæ clausulę bis sunt repetitę in quolibet pcuratorio. Primò. post illa uerba sub beneplacito sedis apostolicæ & Regis ipsæ partes conuenerunt de permutando sua beneficia respectiuè, non aliàs &c. Secundò, dicunt se constituere procuratores, ad cedendum & resignandum suas abbatias & prioratus in fauorem alterutrius, & non aliter, nec aliàs: ideo ista verba geminata demonstrant uoluntatem pręcisam partium. iuxta l. Balista. & ibi Doct. ff. ad Trebell. vt partes nolint resignare nisi quælibet illarum consequatur id de quo est conuentum.

Respondeo istam clausulam conseruare ius partium, quando aliquid est factum contra conuentionem illarum. Vnde consuluit Ias. consil. 56. in causa. col. pen. num. 15. & sequen. in 3. uolu. non ualere resignationem Episcopatus factam per procuratorem habentem potestatem resignandi specialem, postquam uidisset literas patentes legitimæ priuationis ipsius coadiutoriæ & non aliter, nec alio modo nisi resignet, antequam uiderit literas priuationis, quia facta est cōtra formam mandati, & sic nullius momenti, c. cùm dilecta. de rescript. Ideò si collatio fuisset facta alteri quàm compermutantibus non ualuisset. cap. uno. de rerum permuta. lib. 6. & in cle. eo. glos. in cap. olim. in primo. in uerbo traditam, de restitu. spoliat. sed cum hic fuerit facta Do. Lalemant compermutanti, ob id valere debet.

At in hac facti specie nihil est factum contra pactum, quia non aliter resignatio fieri poterat nisi ex beneplacito Papæ & Regis, apparet beneplacitum Papæ interuenisse, quia contulit d. Lalemant ex bulla constat de uoluntare Papæ, ibi, specialem gratiam facere uolentes, &c. nec de Regis dissensu apparet.

Item apparet secundum esse completum, uidelicet quia quilibet tradidit procuratorium ad resignandum suam Abbatiam, vel prioratum respectiuè alterutri, & fuit datum competens spatium resignandi, utpote à die 7. Februarij usq; ad diem tertiam Martij, quo tempore intermedio quilibet poterat expedire, & procurare resignationem sibi fieri: si hoc non fe-

16 cerit, imputet sibi is qui nō fecit, † uigilantibus enim & non negligentibus iura subuenire solent. l. pupillus. ff. quæ in fraud. credi.

Imputari enim is sibi debet cuius culpa sibi damnum accessit. l. si mulier. ff. quod met. cau. c. 1. qui matri. accus. poss. c. sæpe. & c. studeat. 50. distin.

Potuit enim d. Ponchier acquirere Abbatiam Vallis Cernarij si uoluisset, quia habebat procuratorium bonum, & sufficiens ad hoc, sed noluit: ergo illi erat imputandum, sed fortè uidens se habere Archiepiscopatum nolebat concubinam obtinere cum uxore, & non potest liberalitas nolēti acquiri. l. hoc iure. §. non

17 potest. ff. de don. nam † inuito non acquiritur beneficium. reg. iur. inuito. de reg. iur. ff.

Si d. Pōchier uiueret quāuis posset petere ut sibi liceret obtinere Abbatiā Vallis Cernarij, quā si nō posset obtinere: tunc posset ad suū redire prioratum, cū authoritate tamen superioris, ut Doct. dicunt in d. c. si beneficia. & in d. c. cum uenerabilis. de except. sed hoc heredes petere non possunt, quia hoc non transit ad heredes: nec ista spiritualia ad heredes deuoluūtur.

Nec

Nec resignatarius secũdus potest hoc allegare, quia nil iuris habet. Et si haberet non habet ex persona resignantis qui iam exutus erat omni iure, ideo is resignatarius non potest allegare ius quod etiam obstaret ipsi resignanti si viueret.

Primò, cùm haberet procuratoria noluit ea expedire: si saltem apparet quòd non ea expedire fecit.

Secundò, ipse reuocauit suum procuratorium, & sic per eum stetit quominus obtineret id quod erat conuentum, quia dominus Cardinalis videns reuocationem domini Ponchier, reuocauit ex parte sua: sed ipse fuit in causa, ob id debet sibi adscribi, & nõ alteri. per regul. iur. imputari mihi debet quod per me stat.

Adhæc si hodie viueret posset cogere, dominum Cardinalem & Lalemant ad implendũ inter eos conuenta, sicut ipse impleuerat. per c. cùm vniuersorum. de rerum permuta. sed hodie nullus alius est, qui hoc petere possit eo defuncto, imò si ipse vellet hodie repetere dictum prioratum de Sezuna, exceptione conuentionis excluderetur, quia per ipsum stat quominus habeat id de quo fuit conuẽtum inter partes, per l. si cùm feudum. ff. de pact. & pulchrè dicit Iurisconsul. in l. quod si nolit. §. in factum. ff. de ædil. edict. sic iniquum est eum, posteaquam vẽditor agnouit recipiendo mancipium, esse id in causa redhibitionis, tũc queri vtrum debuerit redhiberi, an non debuerit. Sed hæc actio exigit vt sit redhibitus, sic debebat esse euictus prioratus vel Abbatia, aut saltem aliqua denegatio facta aliàs posse dici huic Põchier præpropere agis. vt in l. j. C. de execut. rei iud. cùm satisfactum sit ab alijs, & tu das causam cùm reuoces quod alij implere cupiũt. Ideo nullo modo potuit fieri reuocatio ante saltem requisitionem.

Sexta quæstio, an dominus Lalemant possit retinere Abbatiam sancti Bertrandi, si illi erat prouisum, vel procurare vt eidem prouideatur, postquam à procuratore Do. Ponchier non erat resignata, nec ab alio. Respondeo, posse procurare vt eidem prouideatur, eò ꝙ d. Cardinalis Medutinus dixit se non impedire: sed se velle remanere in Abbatia sua Vallis Cernarij. Ergo si fuisset collata Do. Põchier vacasset per mortem illius. Et sic cùm illi deberetur, iustè eam impetrauit dictus Lalemant, & gaudeat bona fortuna, quia postquam Ponchier non expediuit procuratorium, d. de Lalemant semper remansit in sua Abbatia, quia non intelligitur dimissum quod nondum ablatum est. l. nec vtilem. ff. ex quib. cau. maior. c. inter. de præbend.

Quare concludendo, dico dictum Lalemant iustè fuisse prouisum de dicto prioratu de Sezuna, & etiam de Abbatia sancti Bertrandi. Et subscripsi anno 1553. primo Octobris.

RESPON. XCIIII.
De renuntiatione symoniaca.

SVMMARIVM.

1 *Renuntians beneficio, vt quis renuntiantis debita soluat, symoniam committit.*

2 *Renuntiantis cum pacto vt alteri conferatur, nec renuntiatio, nec collatio valet.*

3 *Symonia multis modis committitur.*

1 Factvm tale. Quidam † renuntiauit suo beneficio in fauorem Ioannis cum pacto, quòd Ioannes teneretur soluere debita renuntiantis, an sit symonia? & breuiter dico esse symoniam veram. per tex. in c. consulere. cum similib. de symonia: nam omnis pactio in rebus ecclesiasticis debet cessare. in c. fi. & c. cum cleri. de pact. Item non potest aliquid dari nomine expensarum, quia præsumitur in fraudẽ datum. per tex in c. cùm pridem. & ibi Panor. de pact. Ideo si quis velit renuntiare beneficio, non debet deducere in pactum quòd conferatur certæ personę: sed debet purè & spontè renuntiare in manibus superio-
2 ris. Et si apponatur † pactum quòd alteri conferatur, non valet renũtiatio, nec collatio alteri facta, vt est gl. in c. ordinationes. 1. q. 1. & gl. & Doct. in c. ex parte. in 1. de offic. delega. si tamen non deduceretur in pactum: sed renuntians habet spem quòd certæ personæ conferatur, non est symonia, secundum tex. in c. dilecto. de præben. Imò fortius est symonia, si renuntio beneficium meum vt tu nepoti meo renunties tuum, secundum Ioannem in c. 1. de rerum permut. lib. 6. & Doc. ibi. & idem tenet Aufrer. in decis. capel. Tholo. quæst. 438. à fortiori. Ergo si renuntio vt soluas debita mea:
3 † nam multis modis committitur symonia. Primò, à manu vt pecunia, in c. sunt nonnulli. cum simil. 1. q. 1. siue fuerit data renuntianti, siue suis debitoribus, vt hic: nam liberando à debitoribus renuntiantem, uidetur breui manu tradidisse pecuniam renuntianti, & ille renuntians suis debitoribus. ut not. in l. singularia. ff. si cert. pet. Secundò, symonia committitur ab obsequio ut seruitus indebitè impensa, ideo si Episcopus promittat conferre beneficium alicui, si ei uult inseruire, symonia est: secus si non sit aliquod pactum secũdum tex. & ibi Panorm. in c. cum essent. de symò. Tertiò, à lingua, ideo si dominus temporalis rogat Episcopum pro amico illius domini temporalis, & Episcopus propter hoc confert, symoniacus est, si non aliàs facturus erat, & talis sit indignus. 1. q. 6. c. sicut is qui. 1. q. 1. c. ordinationes. Panorm. in c. tua nos. de symo. Quartò, committitur symonia, si Episcopus concedit alicui beneficium propter consanguinitatem, aliàs non concessurus. in c. 1. ut ecclesiastic. benefic. idem Angel. de Clauas. in uerb. symonia. in 5 not. Pœna symoniaci est, quia illa ecclesia debet priuari, per tex. in c. cum clerici. ibi spolietis. de pact. & Abbas in c. insinuatum. de symon. & c. inquisitionis, de accusat. & etiam alijs pœnis positis per Angel. de Clauas. in uerbo symonia. 6. ideo illud beneficium super quo est facta symonia, potest impetrari per alium, quia uacat, ut uidetur inferre Felin. in c. ex parte. in 1. de rescript.

RESPON. XCV.
Incipiunt materiæ Extrauagantes. Et primò, an quis ex consilio teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Consulens ex consilio teneri ex iure ciuili probatur.*

2 *Consiliarius malus iure canonico excommunicatur.*
Consulens homicidium, aut mutilationem, irregularis efficitur. ibidem.

3 *Agentes, & consentientes pari pœna puniuntur.*

4 *Consilium nequissimum facienti super ipsum deuoluetur, & non cognoscet vnde veniet illi.*

5 *Consilium nemo sequi tenetur.*

6 *Consilium non fraudulentum non obligat.*

7 *Consilium, quando non præcessit delictum, aliquem non obligat.*

8 *Principalis, quando est absolutus etiam ille liberatus intelligitur, qui ex consilio tenebatur.*

Malitijs

9 *Malitijs obuiandum est, etiam per fraudes.*

10 *Consulens omnino facturo, non punitur, nec tenetur,*

11 *Cōsilium præstans circa id, quod non cadit in delictum, an ex consilio teneatur.*

Lex ciuilis iusta habet etiam locum in foro conscientiæ. ibidem.

12 *Lex canonica non punit consulentem, nisi ille, qui consulitur non esset alias facturus, idem est in lege ciuili, vt numero 11.*

13 *Consilium quando non sonat in delictum secundū Theologos, & legistas quem non obligat. quod limitat, ibid.*

14 *Monachi pendente lite inter duos de abbatia arrentauerunt partem abbatiæ, quod factum à monachis quæritur, an possit per abbatem reuocari.*

15 *Capitulum mortuo Abbate succedit in iurisdictione, & administratione.*

16 *Capitulum sede vacante potest alienare res Episcopatus, quæ seruando seruari possunt.*

Locatio ad modicum tempus non dicitur alienatio. ibidem.

17 *Iura loquentia in vno æquiparatorum, & in alio locum habent.*

18 *Prælatum reuocare volens locationem per capitulum debito modo factam, & ad vtilitatem ecclesiæ, audiri non debet.*

19 *Capitulum sede vacante statuta facere potest.*

20 *Successor tenetur soluere debita prædecessoris pro necessitate ecclesiæ contracta.*

21 *Successor reuocare potest male alienata per prædecessorem, secus si bene, vt ibidem.*

CASVS est talis. Quidam dominus Stephaphanus Paludet presbyter, repertus casu in domo cuiusdam Aduocati, fuit consultus de quodam procuratorio ad resignandum causa permutationis, beneficium regulare in manibus potestatem habentis conferendi, qualiter esset expediendum, an via permutationis, an purè & simpliciter: qui primò respondet, non debere expediri aliqua via, quia erat contra conscientiam, alterius enim iuerat factum non parti volenti expedire. Postea videns dictã partem velle omnino negotium expedire, consuluit melius esse procuratorium exequi via simplicis resignationis, si possit fieri, quàm via permutationis: sed hoc negauit pars dicens esse iustum & licitum, & hoc consulebat aduocatus, cùm constituens procuratorē supposuisset suum nomen loco sui consobrini. Ideo d. Paludet: quod & fuit factum, nunc consultum est, & secundum datum consilium detinet beneficium, & fortè indebitè, quæritur an dictus Paludet consulēs teneatur ad aliquam restitutionem. Et primò, inuocato diuino suffragio, quia culpa est se immiscere rei ad se nonpertinenti. l. culpa ff. de regul. iur. & regul. non est sine culpa. de regul. iur. lib. 6. & quis non debet mittere falcem in messem alienam. c. nouit. de iudic. cum similib. & quia hæc est materia Theologalis, ideo ad legistam non spectat, cùm de materia conscientiæ agatur: sed vt votis d. Paludet satisfaciam, aliqua ponam, cùm vnius consilium tantum non sit habendum: sed plurium. l. cum filio. ibi ex consil. Labeo. ff. de vulga. c. proposuisti. de probat. Quia facilius inuenitur quod à pluribus queritur. c. prudentiam. de offi. deleg. l. fi. circa fi. C. de fideicom. hoc ergo poterunt D. mei in Theologia corrigere, quorum correctioni me submitto. Et

1 videtur quod teneatur ad restitutionem. Primò, † probatur iure ciuili. l. si pignore. §. qui ferramenta. ff. de furt. vbi sunt formalia verba, qui ferramenta sciens cō modauerit ad effringēdum ostium, vel armarium, vel scalam sciens commodauerit ad ascendendum, licèt nullum eius consilium principaliter ad furtum faciendum interuenerit, tamen furti actione tenetur. Ergo à fortiori tenebitur si consilium principaliter interuenerit, sicut in casu nostro.

Item facit tex. in l. si quis vxori res mariti subtrahenti, opem consiliumve accommodauerit, furti tenebitur illo titulo.

Item facit §. interdum quoque furti tenetur qui & ipse furtum non fecit, qualis est is cuius ope & cōsilio furtum factum est. instit. de obligat. quæ ex delict.

Rectè facit text. in l. non solum. §. Attilicinius autē ait. ff. de iniur. cuius verba insero, vt quilibet possit intueri. Attilicinius autem ait, & si persuaserim alicui nolenti, vt mihi ad iniuriam faciendam obediret, posset iniuriarum mecum agi. ibi dicit Bart. quòd consulens tenetur sicut principalis.

Tum potest adduci text. in l. quod si cùm scires eū facultatibus labi, tui lucri grā affirmasti mihi idoneum esse: meritò aduersus te cùm mei decipiendi gratia aliū falsò laudasti, de dolo iudicium dandum est. ff. de dolo. Ergo & in nostro casu hic consulens tenebitur.

2 † Secundò, probo iure Canonico, quia consiliarius malus excommunicatur. c. tanta. 86. dist. Item efficitur cōsulens homicidium aut mutilationem irregularis. in c. sicut dignum. §. fi. de homicid. c. ad audientiam. & ibi Soc. illo tit. c. si quis viduam. 50. dist. Panor. in c. clericis. ne cleric. vel monach. Extendens etiamsi consuleret in sententia sanguinis, quia erit etiam irregularis. & in d. c. ad audientiam. per c. sententiam. & Ludouic. Montald. in reproba no. senten. Pilati in 3. artic.

3 † Tertiò, agentes & cōsentientes pari pœna puniuntur. c. j. de offic. deleg. & ibi plenè Doct. cum alijs similibus, quæ omitto causa breuitatis. Et quando quis dicatur consulere ponit Cæpol. consil. 37. incip. requisitus. colum. 2. & sequenti.

4 † Item iure diuino probatur Ecclesiastic. 27. cap. in fi. Facienti nequissimum consilium super ipsum deuoluetur, & non cognoscet vnde ueniet illi. Secūdò etiam probatur Psalm. 56. Si fratri tuo mala persuades occidis. de pœniten. distin. 1. cap. noli. filij hominum, dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus. Item dicitur consilium malignantium obsedit me. Psalm. Tertiò mors Christi imputatur Iudæis, quem tamen manibus propriis non interfecerunt: nam dicebant, Nobis non licet interficere quenquam. Ioā. 18. sed ideo eis imputatur, quia lingua & consilio Christum interfecerunt, dicentes Crucifigē. cap. periculosè. de pœniten. distinct. 1. Ex his ergo, & aliis multis quæ adduci posset ex Thoma in secunda secundę. q. 53. ar. 3. Quartò potest dici ꝙ consulens tenetur. Esayæ 30. c. dicitur væ filij disertores, dicit Dominus, vt faceretis consilium, & non ex me, & ordiremini telam, & non per spiritum meum, vt adderetis peccatum super peccatum. Iob. 21. consilium impiorum lōgè sit à me, superueniet eis inundatio & dolores diuident fori sui.

Tamen contrarium concludo quod hic Paludet ex isto cōsilio præstito non teneatur. primò, proba-
5 tur quia † nullus consilium sequi tenetur, imò explorare & deliberare debet apud seipsum, an expediat sibi quod consulitur. l. 2. §. fin. ff. mand. l. quidam decedens. §. 1. cum aliis similibus. ff. de administratio. tutor. cap. cùm olim. de arbitr. in c. quod præcipitur. 14 q. 1.

glo. in

gl. in c. nullus ex consilio. de reg. iu. lib. 6. Ideo postquã iste qui impetrauit beneficium non tenebatur illud consiliũ d. Paludet sequi, ergo non tenetur consulẽs.

6 Secundò, nullus ex † consilio, dummodo fraudulentum non sit, tenetur. l. consilij. ff de regul. iur. in d. regul. nullus. sed hoc consilium non erat fraudulentum, patet quia primò consulit quòd abstineret ab impetratione: ergo non petebat fraudem, itẽ quia ex eo nihil emolumenti consequutus est, vt infra dicã.

7 † Tertiò, nemo tenetur de consilio, quando consiliũ nõ præcessit delictum aut actum. glo. in l. si verò non remunerandi. §. Post creditam. ff. mandat. quã allegat Bald. & sequitur in l. 1. & ibi Ias. C. de seru. fugit. & in l. ob hec verba. col. 1. ff. de his q not. infa. Dec. in d. reg. consilij. versi. secundò notandũ est. & in c. 1. col. 7. de offic. deleg. sed in hoc casu iam fuerat procuratorium datum mercatori, siue banquerio ad expediẽdum: ergo hoc consilium non præcessit actum.

8 Quartò probatur, quia quando † principalis est absolutus, etiam intelligitur liberatus ille qui ex consilio tenebatur. Innocent. Panormi. Ioan. de Anania, & Felin. in c. sicut dignum. de homicid. Dec. in d. regul. consilij. & in consi. 8. uiso puncto. col. 3. sed hic fuit intentatus processus contra principalem, & ignoratur quomodo se habuit res: ideo accessorium sequitur naturam sui principialis. regul. accessorium. de regul. iur. lib. 6. & ibi hoc tenet Petrus de Anch. item bona fides non patitur ut bis idem exigatur, uel soluatur. l. bona fides. ff. deposit. si principalis aliquo modo soluit, vel conuenit liberatur consulens. ponit Angel. de Clauas. in sua summa. & Syluest. de Prier. in sua summa. in verb. restitutio. in 3. sed hic uerisimiliter præsumitur quòd principalis conuenit, quia aliàs beneficium non habuisset: ergo, &c.

Item fortè potest dici quòd postquam ille Paludet beneficiatus tenebatur suo consobrino de canonicatu, quod etiam non tenebatur pars ad restitutionem. per glo. singul. in cap. dominus. 3. q. 2. & in cap cupientes. in verb. malignantium. de elect. lib. 6. & per illam glo. tenet Innocen. in cap. olim. in primo de restit. spoliat. & Floren. in l. itaque. ff. ad leg. Aquil. quam legit cum l. si seruus. quod si non possum recuperare rem meam à te possum æquiualentem furtiuè accipere

9 etiam in foro conscientiæ, † quia malitiis est obuiandum, etiam per fraudem. hoc probat per multa Hyppol. in singul. 177. malitiis. sed quia de hoc nõ sum requisitus omitto: sed hic non accepit furtiuè, sed authoritate summi Pontificis, ergo multò minus debet teneri consulens si pars non teneatur.

10 Postremò, datur regula per legistas quòd † consulens omnino facturo non punitur, nec tenetur: & ita intelligitur tex. in d. l. solum. §. Attilicinius. ibi nolenti. de iniur. suprà pro contrario, alleg. glo. in d. regul. consilii. & in regul. nullus, aut saltem mitius punitur quàm delinquens. c. sicut dignum. §. qui verò. in fi. ibi non ita seuerè. de homicid. tex. in §. interdum. in fi. insti. de oblig. quæ ex delic. glo. in l. 1. §. persuadere. & seq. ff. de seruo. corrup. glo. in l. sæpe. de verbor. signific. Roma. singul. 761. in contractibus. Matth. not. 97. Card. & Imol. in cle. 1. de pœnis. Io. And. & alii in c. fœlicis. illo tit. lib. 6. Imo. in cle. 1. col. 2. de for. competen. las. multa allegat in l. 1. col. 4. C. de seru. fugit.

11 † Sed quando prestatur consiliũ circa id quod non cadit in delictum, tunc non tenetur quis ex consilio, nisi fuerit fraudis euentus. d. regul. nullus ex consil. Doct. cano. ibi. & in c. 1. de offi. deleg. Brunel. in c. 1. 19. conclus. de homicid. Bolenc. in repet. l. capitalium. §. famosos. folio 32. ff. de pœnis.

At in casu mihi præsupposito iam volens habere beneficium venerat ad domum aduocati, ad consiliũ habendum ab aduocato, & non ab isto Paludet qui etiam iam habuerat cõsilium, vt uia simplicis resignationis hæc expediret: & sine isto certum est, quod erat facturus: ergo sequitur quòd nõ tenetur, & quod hæc lex ciuilis volens quòd si erat omnino facturus non teneatur, sit seruanda in foro conscientiæ: patet quia regula datur, quòd quando lex ciuilis est iusta habet locum etiam in foro conscientiæ. glo. in c. quæ in Ecclesiarum. de consti. Io. And. in c. 2. de verb. sign. lib. 6. sed lex ciuilis non grauat consulẽtem, etiam in delictis, nisi ille cui consulitur aliter non esset facturus, ut suprà probaui: ergo stabimus legi tanquam iustæ.

Pretere à licèt lex ciuilis solum tractet de corpore, tamen lex canonica etiam tractat de anima. gl. in cap. cum contingat. de iureiur. glo. & Doct. in c. peccatum

12 nõ dimittitur. cum similibus. de reg. iur. lib. 6. sed † lex canonica etiam non punit consulentem, nisi ille cui consulitur non esset aliàs facturus. ut glo. alleg in d. regu. nullus: ergo stabimus legi. ita canon. in cap. 1. de officio deleg. maximè Felin.

Item, in hoc etiam concordant Theologi, quòd ex dicto is qui opem præstiterit tenetur. in d. §. interdum. in fi. hoc tenet Angel. in summa. in verb. consilium. §. 1. Syluest. de Prierio, & omnes Summistæ in eo verb. in 7. q. ergo si in hoc concordant Theologi, ista opinio est tuta in foro conscientiæ, quod non teneatur: idem tenet Ioann. Montolon in promptuar. iur. in verb. consiliarii. uersic. facienti.

Rationem ponit Bal. in consil. 250. in quæstionem. col. 2. in 1. uol. quia principalis non est sequutus consilium, sed animi sui motum, qui hoc uolebat experiri: ideò principalis cum erat aliàs facturus, erat in pleno dolo, igitur non põt dici quòd cõsulens augmentauerit malitiam, quia quod plenum est non indiget augmento. Bald. in d. consil. bene coniecturare possumus quod etiam sine consilio istius perduxisset ad actum dictam renuntiationem, cum illam tradidisset mercatori ad expediendum ante consilium, ergo consulens nõ tenetur: & istud seruat æquitas secundum Bal. vbi suprà & latè deducit Leonardus de Vtino in sermo. 38. Quadrages. & glo. in c. fœlicis. §. illud. de pœnitent. lib. 6. vbi quando consilium nihil addit nisi in attocioribus non est puniendum Dec. in d. c. 1. col. 2. & communiter cõueniunt tam Theologi legistæ, quàm canonistæ, ut, quando consilium non sonat in delictum, ut hic, quod quis non teneatur, si non fraudulenter facit, vel quando aliàs erat facturus: & tunc dicitur fraudulenter facere, quãdo aliquod commodum obtinet. l. quod si cum scires. ff. de dolo. & ẽt aliis modis, sed hic nullum commodum habuit, ergo nec fraudulenter fecit, imò dissuasit quantum potuit ab initio: sed uidens partem nolle illi credere consuluit, ut suprà dictum est: item quia erat aliàs facturus. Ideo in conscientia non tenetur. Philip. in d. regul. nullus ex consilio. Quare concludo d. Paludet non teneri ad aliquam restitutionem per supradicta: & per hec patet satis respõsum esse ad supra allegata. In testimoniũ præmissorum me subsignaui signo meo cõsueto.

14 Casus talis mortuo Abbate beatæ Mariæ Aubasizinæ: & uacante sede propter lites inter duos prætendentes ius Abbatiæ, monachi capitulariter ad sonum campanæ congregati & ære alieno oppressi, maximè propter admortissamenta, arrentauerunt fructus & emolumenta balliagi de Charbumbues dependentis ex Abbatia, nunc Abbas vult alteri arrentare: & factum per religiosos improbare, an possit?

Inuo-

Inuocato diuino auxilio, qui in præmissis veritatē & ingenium aperiat, videtur quòd Abbas de nouo confirmatus non teneatur stare locationi. per tex. in c.fi.ne prælat.vices suas.in l.emptorē.C.locati.vbi successor non tenetur stare locationi: ergo nec Abbas.

Secundò, probatur per text.in c.quia sæpe.de elec. lib.6.& c.præsenti.de offic.ordinar.eod.lib.in clem.statutum. de elect.

Tertiò, probatur per regulam negatiuam positam in rub.ne sede vacan. vbi expressè prohibetur ꝙ sede vacante, nil innouetur: ergo vacante sede non potuerunt religiosi innouare tradendo fructus ad firmam.

His & aliis multis quæ possent allegari non obstantibus contrarium arbitror verum, & hoc per tex.in c. cum olim. de maiori. & obedien. & ibi not. vbi datur
15 talis † regula, mortuo prælato capitulum succedit in iurisdictione & administratione ac in omni Episcopali potestate tam in temporalibus quàm in spiritualibus, si capitulum hoc modo succedit: ergo potuit locare fructus, quemadmodum faciebat prælatus.in cap.vestra.de locato.

16 Secundò probatur sic, capitulum sede vacante potest alienare fructus & res Episcopatus quæ seruando seruari nō possunt sine alterius authoritate, sicut dicitur de tutore. l.lex quæ tutores.C.de administr tutor. l. tutor qui repertorium. C. de administ.tutor. ergo ista locatio fructuum facta per capitulum valet & tenet, cum locatio ad modicum tempus nō dicatur alienatio per c.nulli.de rebus Ecclesiæ non alienand.nec erit in potestate prælati superuenientis postea reuocare, sicut nec pupilli secundum Doc.in d.l.lex quę tutores. & quod tutor & prælatus æquiparentur, de hoc sunt glo. Primò glo.in c.inquirendum.de pecul.cleric.in c.ex præsenti.de pignor.in c.licet Hely.de symo. quas allegat Barba.in trac.de præstan.Cardinal.in 3.q. Basel.primæ partis. & glo.vltra eum.in clem.dispen-
17 diosam.de iudic. Ideo † iura loquentia in vno æquiparatorum habent locum in alio.in c.multis. de ætat. & qualit.in cap.de multa.in fi.de præbend.in c.si postquam. eodem titu. lib.6.& hoc est per iura uulgaria, quæ non sunt alleganda. clem.sæpe in verbo computet. de verbor. significat.

Tertiò, probatur per tex. qui in hoc est formalis in l.magis puto.§.ne passim.de reb.eor.ff.vbi tutor antequam veniat ad venditionem rerum debet prius uidere an possit pecuniam habere ex fructibus conductis, vel in spe redituum, atque obuentionum: ergo potest locare fructus, & si locauerit an postea possit pupillus reuocare certè tex.in l.si pupillorum.§.fi.ff.de reb.eor.dicit, quod si tutor obligauit rem pupilli pro pecunia, quæ est conuersa in vtilitatem pupilli, si pupillus vult illam obligationem reuocare repellitur exceptione doli, sic est dicendum in nostro casu: nam capitulum, videns non posse soluere admortissamenta sine locatione prædiorum locauit domino Ioanni de Selua, nunc si prælatus vult reuocare exceptione doli potest repelli, cum ista pecunia fuerit conuersa in vtilitatem Ecclesiæ quia fuit liberata ære alieno.facit tex.in l.si fundus.§.fi.ff.de reb.eor. vbi si tutor vendat rem pupilli sine decreto, & sic non tenebat, & pecuniam in utilitatem pupilli conuertat, non potest pupillus illam alienationem reuocare, nisi offerat pretium emptori suę rei: ergo si esset alienatio cū decreto non audiretur pupillus, ēt offerens pretium, sic
18 nec in prælato.† nā nō debet audiri uolens reuocare locationē debito modo factam per capitulū, & ad vtilitatem Ecclesię: maximè cum non sit nisi ad unū annum, quia in mora modici temporis non est maximū præiudicium. l.si debitori.de iudic. ff.& si d.prælatus fuisset illo tempore, oportuisset eum soluere. Ergo monachi soluendo ex reditibus Abbatiæ, rectè fecerunt: nec debent ex bono opere lapidari, insequendo dictum Domini nostri.

19 † Item capitulum sede vacante potest statuta facere.vt tenet Ioan. Andr.in c.1. de maiorita.& obedien. lib.6.in nouell.sicut Episcopi: nam Episcopi possunt facere statuta etiam duratura in tempus successoris.c. si quis. de maiorit.& obedien.& c.1.locat. & cap.1.de consecrat.dist.3.sic & successor, scilicet capitulū, quia sucessor & prædecessor pro eadem persona reputantur.c dilecti.de for.competen.c.1.de solut.c.innotuit. de elec.in antiq.§.1.de iureiu.à morien.præst.sed capitulum est successor, nam ad illud deuoluitur iurisdictio & administratio Episcopi, tam in tēporalibus quā in spiritualibus.c.si Episcopus.de supplend.neglig.prę la.lib.6.ergo si statuta potest facere, à fortiori potuit assensare: & illa assensatio debet valere, ac si esset facta per Episcopum, nec potest illam reuocare.

20 Itē probatur per text.in c.1.de solut.vbi † successor tenetur soluere debita prædecessoris pro necessitate Ecclesiæ contracta. Ergo pręlatus Aubasiæ tenetur illa exoluere, cùm sint contracta pro necessitate Ecclesiæ: nā aliàs omnia bona monasterij & prælati ad manum Regis fuissent capta. & ista etiam not.in c. 1.de testam.vt dicit Panor. & alij in d.c.1.quod non requiritur probatio versionis in vtilitatem Ecclesiæ, sed solum quod pro necessitate Ecclesię fuit contractum.

Item probatur per c.Episcopi. & c.seq de rebus Ec
21 clesiæ non alienand.vbi † successor potest reuocare malè alienata per predecessorem: ergo non bene alienata, vt not.ibi Doc.sed hic solum tractatio de locatione modica facta est ad vtilitatem ecclesię: ergo nō poterit eā Episcopus uel prælatus reuocare. ita tenet gl. singularissima secūdum Bald. in Margar. in verb.successor.in 5.q.in c.fi.ne prela.vices suas.vbi expressè dicit quòd successor tenetur stare contractui prędecessoris quando in vtilitatem Ecclesię conuertitur, sicut hic: nam est conuersa in admortisatione. Ergo concludendo dico quòd prælatus Ambasiæ locationem per religiosos factam non potest reuocare. Alia multa essent apponenda, sed præ temporis breuitate hæc non potui scribere.

Non obstat cap.fi.ne prælat.vices suas. quia intelligitur quando contractus non est in vtilitatem Ecclesiæ factus, secus si in vtilitatem, ut ibi dicit glo. approbata per Doc.

Non obstat l.emptorem.quia loquitur in singulari successore, ut ibi eam intelligunt scribentes, secus in vniuersali.

Non obstat cap.quia sæpe.vbi fructus debent reseruari futuro successori verum est solutis debitis. ut ibi dicit tex.& in c.præsenti. de offi.ordina. & in clem.statutum. nam deductis expensis debent fructus reseruari, sed istæ erant expensæ exoluendæ: ergo solutæ per monachos non debent improbari.

RESPON. XCVI.

De iure emphyteotico Ecclesiæ.

SVMMARIVM.

1 *Res emphyteoticaria an ceciderit in commissum per non solutionem canonis per tempus sex annorum, & ultra.*

2 *Iure emphyteotico ratione periurij priuatur quis non expectato biennio, vel triennio.*

Arrera-

3 *Arreragiæ emphyteotæ qui cessauit per sex annos, à quo tempore petantur.*
4 *Emphyteota incidens in commissum, quid domino directo restituere teneatur.*
5 *Emphyteota comparatur vsufructuario.*
6 *Vsufructuarius à tempore finiti vsusfructus, fructus omnes restituere tenetur.*
7 *Emphyteota sua culpa in commissum incidens, melioramenta habere non potest.*
8 *Res emphyteotica ob non solutum canonem, ad ecclesiam reuertitur cum melioramentis.*
9 *Authoritate propria an ingredi liceat in re emphyteoticaria ex pacto.*
Contractus ex conuentione partium legem accipiunt. ibidem.
10 *Dominus directus qua remedio in iudicio vtatur, re emphyteoticaria in commissum incidente.*
11 *Litigium inter emphyteotam, & dominum factum, an impedimentum præstiterit quin res in commissum inciderit.*
Respublica & ecclesia æquiparantur. ibidem.
12 *Stultus melioris conditionis esse non debet, quàm sapiens, & bonus.*
13 *Obsignationes factæ, vt hic impedimentum ad prætensum commissum non afferunt.*
14 *Ecclesia & minor in priuilegijs pari passu ambulant.*
15 *Commissum in re emphyteoticaria incurrit etiam ecclesia, contra ecclesiam.*

INVOCATO Dei suffragio, videntur dubia de quæstione agitanda per Dom. Cotat vicarium Ecclesiæ Bituricensis, contra Antonium Doulceron emphyteoticarium elicienda sequentia.

Primum est, ex quo idem Doulceron, nec aliquis alius eius noĩe soluit canonem, labuntur sex anni, & vltra, an res emphyteoticaria ceciderit in cõmissum.

Secundum, supposito pro constanti quod de iure res affecta est vitio commissi vtrum debeantur ab eo die arreragia.

Tertium dubium, vtrum non solum soluet arreragia, verum etiam omnes fructus quos dictus Doulceron à dicto tempore lapsi commissi percepit, aut percipere potuit de re ipsa emphyteoticaria.

Quartum dubium, an tenebitur ipse Cotat ad melioramenta rei emphyteoticariæ.

Quintum dubium, an liceat ipsi Cotat ingredi propria authoritate uiso pacto & si non propria, qua uia sit procedendum, pro breuiori litium termino.

Sextum dubium est, an litigium quod interuenit inter ipsos d. Cotat & Doulceron, seu eius complices impediuerit huiusmodi commissum fieri.

Septimum est dubium, an obsignationes factæ aliquorum arraregiorũ impediuerint huiusmodi commissi cursum, attento quòd deliberationem eius impediuerint.

Et membratim bene de iure respondendum: &
1 quoad primum quo † quæritur an res ceciderit in commissum, obstante non solutione canonis, per tempus sex annorum, & vltra: istud de iure videtur clarum, quod sic, etiam ob cessationem canonis soluendi per duos annos, quia res est Ecclesiæ, decisio est formalis in c. literæ. de dilatio. glo. in l. 2. C. de iur. emphyt. cum similibus.

Adde quod in hoc puncto non debuit de rigore expectati biennium ratione iuramenti in contractu
2 appositi, quia tunc ratione † periurii priuatur iure emphyteotico, non expectato biennio vel triennio. ita not. Bal. in c. querelam. per text. & ibi glo. de iureiur. quod sequitur Feli. ibi. col. ult. sequitur pro singulari. Ias. in d. l. 2. col. 16. versic. nono quæro quid in eo? Ias. in l. si quis maior, col. 3. uersi. nota bene quia. C. de trãsac. tamen ut censeo istud nõ obtinere posset locum in casu quæstionato, ex eo, quod cessatio non fuit facta tempore iurantis, sed eius hæredis, ad quem non videtur talis effectus iuramenti prætendere dubium, quòd licet pactum interuenerit vltra legem, uidelicet triennii: tamen non nocet, quoniam lapso biennio non potuerit peti declaratio commissi, & ipsum commissum patratum sit, per ea quæ not. per Bart in d. l. 2. col. fin. ubi dicit quod per conuentionem pœnalem non nouatur contractus emphyteoticarius à iure ciuili inductus. Petrus de Anchar. in cap. 1. de constit. lib. vj. in fin.

3 Quoad secundum dubium utrum † debeantur arreragia, & à quo die peti possint, uidetur de iure quòd ipsa arreragia siue canon peti possint à die commissi finiti. ita Bal. in additio. ad Specul. in tit. de locato. uersi. emphyteota Ecclesiæ. col. 2. in fin. post Specul. ibi uersic. 11. quæritur. & dicit ibi Bald. quòd etiamsi emphyteota vult renũtiare, nihilominus adhuc tenebitur soluere canonem iustum primum, tenuit ample Guid. decis. 171. & ibi additio.

4 † Et decidendo tertium dubium quo quæritur, an non solum arreragia, uerùm omnes fructus qui ex re ipsa per dictum Doulceron percepti fuerint à dicto commisso, & qui percipi potuerunt debeantur? Dic breuiter, omissa disputatione quoad fructus restituendos dicto Cotat domino directo, à die commissi tenentur, istud firmat Angel. in §. si uerò. de non alienand. rebus Ecclesiæ. col. 1. quia male fidei possessor effectus est ab illo die, ergo tenetur per l. si fundum. C. de rei uendic. & §. fin autem. & §. si uerò. d. titu. de rebus Ecclesiæ non alienand. istud tenet in terminis Specul. d. titul de locat. uersic. decimo quæritur. assignans ra-
5 tionem, Quia † emphyteota comparatur usufructuario: idem tenet Bal. in l. una §. 1. col. 4. C. de caduc. tollend. Alberic. in l. codicillis. in prin. ff. de usufruct. lega. glo. in c. 1. in uerb. meliorem. de inuest. de re alien. fact. Sozi. consi. 167. col. 4. in 2. uolu. versicu. Postremò istã opinionem tenuit firmissimè Felin. in c. de quarta. de præscript. versic. faciunt. Postremò not. in 35. col. 1. tenuit etiam Guid. Papæ. decis. 171. Reperio.

6 Confirmantur præmisse, † usufructuarius tenetur restituere omnes fructus à tempore finiti usus fructus l. si pater. C. de usufr. ergo & emphyteota. & ita respõdent Alberic. & Ias. in d. l. 2. col. 5. Bal. & alii in authen. incestus. C. de incest. nupt. & in d. l. si pater. ita Albert. Brunus consi. 112. col. 2. & seq. consil.

Et ex his resultat quòd literæ Regiæ potius nocumento forent quàm suffragio, cùm dicant arreragia solùm restitui debere, & cõpelli dictum Doulceron emphyteotam ad illa restituendum.

7 Quoad quartum quo quæritur, an † dictus Cotat dominus directus tenebitur ad ἐμποιήματα, siue melioramenta facta per emphyteotam, breuiter resoluunt Doc. quod non, ex quo sua culpa ob nõ solutionẽ canonis priuatur, text. in d. l. 2. in verb. meliorationis, quẽ ad hoc ponderãt ibi Doct. Bald. Ias. & Bart. in l. colonus. ff. de locato. glo. & Doc. in l. qui rem. C. de sacrosanc. Ecclesiis, & nullus disceptat in emphyteota Ecclesiæ. istã tenet Guid. Pap. decis. 170. ista est formalis
8 decisio. Bald. consil. 271. parte 5. ubi dicit † q; propter solu-

non solutum canonem res emphyteotica reuertitur ad Ecclesiam cum melioramentis. text. videtur formalis in d.authen qui rem. C.de sacrosanctis Ecclesiis. qui expresse de emphyteota Ecclesiæ loquitur. Et sic concludemus literas Regias, quæ dicunt meliorationes esse restituendas præiudicare d.Cotat, & ita fuit decisum.vt citat Guid.Papæ.decis.438.& consil. 139. per d.authen.qui rem. & ibi latè deducit Iacob. & Decius.

Et quod melioramenta ipse Doulceron non possit in posterum tollere. hoc tenet Ias.in d.l.2. col.8. Idem probari potest,quia postquam illis est priuatus, vt suprà tactum est: ergo non potest tollere, aliàs secus secundum eum.

9 Quoad quintum dubium, quo quæritur † an liceat propria authoritate ingredi attēto pacto,quamuis videatur de iure sustinere quod sic, cum contractus ex conuentione partium legem accipiant.l.contractus.ff.de regul.iur.cum similibus. item dicitur pacta seruabo.ff.de pac.l.iurisgentium.§.prætor ait.item nullum verbum debet esse in contractu sine ministerio. Bald.in rub. C. de contrahend. emp. q.6.pro hac opinione est tex.in d.l.2.in verbo repellere: & ista est communis opinio, secūdum Ias. & alios glo.& Doc. in d.cap.potuit, maximè quando interuenit pactum. Socin.consil.167. in 2.vol.col. 4. Et licet huiusmodi opinio posset sustineri de iure, tamen de stylo curiæ Franciæ est quòd dominus non ingrediatur propria authoritate nisi prius declaratione commissi facta per iudicem competentem parte uocata & audita. capit. licet. col.2. de præbend.lib. 6. ita residet Guid. Papę.decis.107.

Et ita intendit facere dominus Cotat quamuis uigore dicti pacti non requireretur aliqua certioratio. Bart.in l.creditores.C.de pigno.Ias.in d.l.2.colum.33.

10 † Ad huiusmodi negotium potest multiplici remedio in iudicio agi:primò videlicet cōdictione ex lege, & petere declarari emphyteotam cecidisse à iure suo glo.in l.1.in verb. custodiri.& ibi Bart & alij. C.de iur. emphyteo. Doct. in §.adeo.insti.locat. Petrus Iacob. in sua practic.in rub. de condict. ex leg. & iure emphyteotic fol. 64.

Item alia via magis summaria, vt ipse d.Cotat imploret officium iudicis vt expellat emphyteotam, aut petat licentiā expellendi, & ingrediendi domum, datis sibi seruientibus: ita tenent Doc.in d.l.1.Soci.consil.167.col.6.vol.2.tamen prima videtur tutior qua debet experiri & non alia.

11 Ad sextum dubium respondetur, quod † litigium huiusmodi nō obstat:sed magis suffragatur d.Cotat, cùm propter illud in maiori culpa constitutus fuerit, iuncto etiam quod ipse durante triennio de soluendo interpellatus extitit, ut liquet actis probantibus etiam iudicialibus, quod multum in huiusmodi negotio exuberabit. Probatur sic:respublica & Ecclesia æquiparantur.l.respublica.C.ex quib.caus.maior.glo. l.fin C.de sacrosanc.Ecclesiis. sed si tributarius reipublicæ in iudicio citatus vt soluat tributum cesset per sex menses priuatur iure quod habet in re emphyteoticaria l.locorū.& ibi Ange.per illum tex. C.de omni agro deserto.lib.xj.& ibi hoc tenent Lucas de Penna, Ioannes de Platea, & Iacobus Rebuffi. Idem in emphyteotā Ecclesię qui conuentus non soluit per sex menses:nam priuatur emphyteosi.ita tenuit Ias.in d. l.2.col.13. Corset. in singul.incipient.emphyteota.in 2.folio.sequitur d.Boer.in §.fin.de consuetud.feud.in consuetud. Biturig. sed hic emphyteota non solum distulit per sex menses, imò per sex annos, & vltra nunquam offerendo,igitur priuatus est.

Aliàs sequeretur absurdum,quod malitia sua contentus & munitus, non posset priuari emphyteota:

12 †stultusq; esset tunc melioris cōditionis quā sapiens, & bonus,quod iura abhorrent.l.seruus.ff.quod vi aut clam.& vulg.ca.eum qui.de prębend lib.6.Hic autem ipse Doulceron emphyteota fuit pessimus litigando constitutusque in grauissimo dolo magis uolens litigare quàm soluere.

13 Ad septimum, dico † obsignationes huiusmodi sic dicto Cotat fieri impeditas nil nocumenti ad prætensum commissum afferre:imò debuerunt fieri realiter,& non impedire dictam obsignationem: & istæ dicuntur verę oblationes, per quas iuris ministerio impeditur cursus commissi & caducitatis. tex. & ibi Doc in l.1.C.de iur.emphyt. Ias.ibi.col.61. per tex.in l.acceptā.C.de usur.& l.si per te.idem tenet Petrus Iacobi in sua practic.in rubric.de acti.in rem pro re emphyteot.fol.11. Guid.Papæ.consil. 230. Do.Bouer. in rubric.de consuetud.retrac.feud.§.3. & quod est maius labuntur sex anni quibus non obsignauit.

Vltimò non posset obstare,vbi ipse Doulceron uellet dicere Ioannes Gaultier fore dominum vtilem tit. pro donato,& fore minorē ratione cuius veniret restituendus de huiusmodi lapsu temporis & commisso.

14 Dico ergo nil suffragari, cum † Ecclesia & minor ęquali passu in priuilegiis ambulent: & sic recurrendum venit ad ius commune. tex. in l.sed & milites.§. æqualitas.ff de excusat.tutor. per quem tex.dicit Bal. in c.1.col.3.de probatio.quod fiscus non tenetur edere sua iura aduersario,nec Ecclesia fisco.Idem Bald.in c.causam primo.de iudic.ubi dicit per eundem text. quòd dispositio legis, non eò minus. C.de procurat. quæ est quod sententia lata pro persona non legitima ratione ætatis valet quę contra eam non valeret, non procedit quando minor litigat cum minore.

15 † Facit quod si Ecclesia habet prædium aut rem in emphyteosim ab Ecclesia quod propter nō solutionem cadit res in cōmissum.Istam opinionem tenuerunt canonistæ in c.cōstitutus. de religiosis domibus. vbi Panor.amplè tenuit.Idem Specul.in d.titul.de locato. §.adhuc aliqua.versic.14.quæritur. Bald.in l.placet. C.de sacrosanctis ecclesiis.versicul. 3.nota. idem Bald.in propriis terminis.consil. 27.tertia parte.Reuerendissime,& singularissime pater,vbi dicit hanc uerā fore opinionem, cui adhæret. Eandem sequitur opinionem ipse in dicta authent. qui rem.C.de sacrosanctis ecclesiis.colla.2. post glo.aliàs emphyteosis nunquam seruaret suam formam siue naturam, videlicet nunquam rediret ad proprietatem, quod esset absurdum, & sic idem in minore paritate rationis. Cum uterque agat de damno uitando, non verò de lucro captando, & alter tantum de damno uitando. argu. eorum quæ notan. per Bart.in authen. quas actiones. de sacrosanctis Ecclesiis, & Panorm. in capit.auditis. de restitut. in integ.

Reliquum & vltimum dubium est, utrum possint peti arreragia præteriti tpis, videlicet annorum quorum lapsu ipsum commissum ministerio iuris productum est in esse:& breuiter resoluēdo dico ꝙ licet uideatur peti non posse per ea quæ no.per Bar.& Sal.in d.l.2.& quod not.per Guid. Papæ.decis. 271.ubi dicitur peti non posse, hoc tamen non obstante in casu proposito, uidetur in contrarium dicendum: cum prædicta loquantur in priuato, secus in Ecclesia, ut hic pro quo est text. formalis & ad literam. in d.auth. qui rem. de sacrosanctis Ecclesiis: & ita in præmissis saluo saniori intellectu uidetur de iure dicendum.

RE-

RESPON. XCVII.
De iniurijs.

SVMMARIVM.

1 *Actio iniuriarum fit, re, uerbis, & literis.*
2 *Iniuriam illatam hospitibus, prosequitur unus hospes, & qua ratione, per totum.*
3 *Iniuria fit affirmando, & negando.*
4 *Error licet in nomine appellatiuo uitiet, hoc tamen fallit, quando res ad digitum ostenditur.*
5 *Pœnitentia in delictis iam perpetratis non habet locũ.*
6 *Actio iniuriarum non datur, nisi contra illum, qui habuit animam iniuriandi.*
7 *Testi non creditur deponenti per verbum credit.*
8 *Testi deponenti per verbum credit, assignanti causam, & rationem, quando credatur.*
9 *Testis dictum debet concludenter probare.*
Condemnari ex præsumptionibus quis non debet. ibid.
10 *Nocentem dimittere impunitum sanctius est, quàm innocentem condemnare.*
11 *Fama vitæ æquiparatur.*
12 *Testes de voluntate, & corde alicuius deponere non possunt, cum solus Deus sit perscrutator cordium.*
13 *Testes deponere debent de his, quæ consistunt in sensu corporis.*
14 *Appellari non potest de his, quæ committuntur voluntati, vel conscientiæ alicuius.*
15 *Accusans, vel denuntians præsumatur calumniari. quod limitat.*
16 *Iniuria non fit incertæ personæ.*
17 *Iniurians non punitur, si statim eum pœnituerit iniuriam dixisse.*
18 *Infamatio contemplatione iustitiæ non est prohibita.*
19 *Testi singulari stari non debet.*
20 *Pœnitentia in delictis, quando admittatur.*

Ro parte Coderici in actione iniuriarum, contra Meluinos intentata visa deductisque per eum & Meluinos, videtur Meluinos condemnandũ in actione iniuriarum
1 tanquam reum. Præmitto quòd † actio iniuriarum fit re, verbis, & literis. l. 1. § iniuriam. ff. de iniur. Azo in summa. de iniur. §. fit autem iniuria. sed in casu proposito, ut liquidò probatur, d. Meluinos accusauit Codericum, tanquam homicidam, vt patet ex sua met depositione, vbi dicit *s'il y ad'hostes*, &c. [si sunt hospites] intelligendo de dicto Coderico, & quod intellexerit probatur, quia in sua dispositione confitetur Meluinos dictum Codericum tenere hospitium, & sic fuisse hospitem.
2 † Itẽ d. Meluinos obtinuit literas citatorias ad producendum testes cõtra Codericum, quem vocat hospitem. Ideo non potest negari, quin vocauerit homicidam vocando hospites homicidas: & hoc probatur per tex. in cap. ex ore. ibi reuerentiam exhibuit, & c. de his quæ fiunt à maiori parte capit. vbi qui exhibet reuerentiam intruso, uel confitetur eum esse in aliqua dignitate, videtur renuntiare iuri quod quis habet, ita vocãdo hospitem, videtur illi inferre iniuriam quam hospitibus volebat inferre. Itẽ deponunt videlicet de Campis Tresieres, & Bruguieres, quæ dicendo verba Meluinos reus ostendit dictum Codericum: ergo cum in ore duorum vel trium stet omne verbum. l. vbi numerus. ff. de testib. c. relatum. & cap. cum esses. cum similibus. de testamen. satis probatur d. Meluinos intulisse iniuriam dicto Coderico. Confirmatur quod iniuria sit satis probata, quia non solum verbis, sed etiam factis potest iniuria fieri: puta utendo veste lugubri ad iniuriam alicuius. tex. in l. item apud. §. ait prætor. versicu. proinde quodcunque quis fecerit, vel dixerit vt aliũ infamet erit actio iniuriarum. ff. de iniur. sed hic Meluinos dicit hospitem homicidam, ergo contra eum potest agi actione iniuriarum: imò fortius quod Meluinos teneatur probatur: nam iniu-
3 ria fit non solum affirmando, sed etiam † negando, dicendo, ego non sum fur, homicida, vel similia, vt tenet Lucas de Penna. in l. errat. coll. 2. de castren. pecul. lib. 12. C. à percutiendo & sibilando. vt ibi idem tenet. arg. l. item apud. §. conuitium. ff. de iniur. & cap. in loco. 5. q. 4. sequitur D. & conciuis meus Iacobus Boer. in consi. incipiente si quis non iniuriandum, positum post consuetud. Biturig. sed in nostro casu non erubuit d. Meluinos proferre talia verba in Codericum, ergo tenetur.

Item non potest Meluinos quod non fuerit collocutus Coderico, quia certum est non solum quod nomine proprio nominatur, sed etiam quod digito ostenditur. l. certum. ff. si certum petat. ideo dicit glo. singula. in l. quæ extrinsecus. in verb. sed etsi. ff. de uer
4 bor. obligat. quod licet † error in nomine appellatiuo vitiet. l. si quis in fundi uocabulo. ff. de legat. j. tamẽ fallit quando res ostenditur ad digitum secundum glo. illam quam exclamat valde singularem Alexand. & Ias. in d. l. si quis. & Ias. in d. l. certum. & Felin. in c. significauit. col. 2. de rescript. Idem ergo in casu nostro, ubi testes deponunt d. Meluinos ostendisse digito dictum Codericum: ergo sufficit.

Item non obstat quominus Meluinos debeat condemnari quædam sua declaratio, in qua dicit se non
5 intelligere de dicto Coderico, quia in † delictis iam perpetratis non habet locum pœnitentia. l. qui ea mẽte. ff. de furt. l. penul. vi bonor. raptor. l. hi qui sanctam. C. de apost. & quia sua protestatio est contraria facto, ideo non ualet. cap. cum Martinus. de constit. & ibi Doct. ideo tenetur iniuriarum, qui dicit tu mentiris saluo honore. l. si liber. ff. de condic. ob caus. l. si quis extraneus. in princ. de acquirend. hæredit. §. j de milite vassal. qui contumax est. in vsib. feudor. Alex. in l. 3. ff. de liber. & posth. Guid. Pap. q. 365. Feli. in c. dilecti. de exceptio. sic tenebitur d. Meluinos licet postea dixerit quod non intelligit de d. Coderico.

His tamen & aliis quæ pro dicto Coderico adduci possent, non obstantibus contrarium, teneo, quod imo Meluinos sit absoluendus, & primo præmitto
6 quod † actio iniuriarum non datur, nisi contra illum qui habuit animum iniuriandi. l. si non conuicii. C. de de iniur. nam uoluntas & propositum distinguunt maleficia. l. uerum. ff de furt. l. diuus. ff. ad leg. Cornel. de sica. Ioan. Fab. in rub. si quadrup. paup. fecisse dicat. Iust. in prin. Alexan. consil. 13. nu. 6. in 7. vol. Hyppol. singul. 176. Do. meus & conciuis d. Boer. in §. 6. de cõsuetu. prædior. in additio. in consuetud. Biturig. Ioã. Francisc. Pruzimbi, in alleg. super decreto col. 2. sed non apparet de animo dicti Meluinos, quod voluerit inferre iniuriam: ergo non debet condemnari.

Et quod non probetur: primò Borderia primus testis non probat, quia deponit per uerbum credit.
7 † testi non creditur si deponat per uerbum credit. l. 2. §. idem Labeo. ff. de aqua plu. arc. & ibi no. gl. & plenè Docto. in l. testium. C. de testib. Bar. in tract. de testib. etiam si dicat se pro certo credere. Bal. in l. siue possidetis. C. de probatio. per text. in c. tertio loco. extra de præ-

præsumpt. & Iaf.in rub. ff de iureiur. Hyppo.sing.19. Feli.in cap.quotiens.de testib.& Iaf.in l.1.nu.17. de re iudic.ff.& idem Iaf.in l.1.col.penul.de iustit. & iur.

8 Non obstat quia assignauit causam & rationem,& testi deponenti per verbum credi debet credi,quando assignat rationem.Cyn.Bald.& Salicet. in d.l.testium. Bal.in l.conuenticulam. de episcopis & cleric.& in l. siue possidetis.C.de probat.Alexan.consi.109.in j.vol. col.5.allegat tex.in cap. literas. de præsumpt. & l.1.de ventr.inspicien. & ibi Bar.idem tenet Alex.consi.133. eodem volum.nu.5. & consi.147.in 2.uol.sed hic assignat rationem non concludentem: nam non sequitur Codericus habebat litem cũ Meluinos:ergo iniuriosa verba censentur prolata in Codericum, quia

9 † dictum testis debet concludenter probare.l.neque. C.de probat.l.ad probationem. illo tit. & posito & non concesso, quod esset præsumptio, quod dixisset contra Codericum, ex præsumptionibus non debet quis condemnari.l.omnis definitio. & ibi not.ff.de regul. iur.etiam vehementibus.in cap.literas de præsũp.

10 ita tenet Ioan. de Ancha.consi.17. † quia sanctius est nocentem dimittere impunitum,quàm innocentem condemnare. l.absentem.ff.de pœnis. maximè in criminalibus. in l.si.de probatio. C.ut hic. nam potest agi & ciuiliter & criminaliter. l.prætor. §.posse.& l. constitutionibus. & l.lex Cornelia. §.fin.ff.de iniur.sequuntur Doct.in §.sed & lex.inst.de iniur.& Hostien. in summa de iniur. §.fi.& Doct. in d.l.si non conuicij. & Petrus Iacob. in forma libelli. de actio. iniur. ex lege Cornelia.

11 † Item agitur de fama, quæ uitæ æquiparatur.gl. in l.iusta.ff.de manumiss. sequuntur Doct.in l.vt uim. ff.de iustit.& iur.

Item omnes alii testes deponentes contra Meluinos pro Coderico deponunt per uerbum credit, sine ratione saltem concludenti: & ideo non probant:

12 † nam si testes deponũt de voluntate,& corde Meluinos quod non possunt, quia solus Deus est scrutator uoluntatis in cap.nunquid Cain de pœniten.distin.1. cap.erubescant 32.distinc. cap tua nos.cum similibus. de sym.glo.in l.2.ff.de interrogat.actio.Imò nec iudex potest declarare mentem testium nisi suam. vt tenet in cap.qualiter.in 1.num 28.de accusa. ergo si testes volentes declarare voluntatem Meluinos uidentur præsagire, seu diuinare: ideo nulla fides debet eis ad-

13 hiberi.quia † testes debent deponere de his quæ consistunt in sensu corporis. tex. & ibi Bar.in authen.de hæredib. & falcid.in §.si uerò in verb.uidisse.quod hic non fecerunt.Item nõ poterant testes deponere:nam de his quæ consistunt in intellectu vel conscientia alicuius statur iuramento asserentis.glo.reputata singul. in §.namque.in verbo dicit.insti.de actio.similis tex.in l.si cui.§.1.ff.de accusat.in c.si uerò.de sentent.excommunica.sequitur Bald.in c.bonæ.2.in 7.col.de postul. prelat.Iaf.ibi & in l.pro hærede.in prin.ff.de acquirẽd. heredit.Alex.consi.127.nu.15.in 4.uol. Vincen. Hercul.in l.si uni.de re iudic. Ioan.de Neuisa.in sylua nuptial.col.17. glo.in c.significasti.in 1.de homicid.

14 † Vlterius de his quę committuntur uoluntati, uel conscientiæ alicuius non potest appellari,nec alio modo probari contra.per glo.singul.in c.statutum.§.assessorem in verb. relinquatur. de rescri. lib. 6. sequitur Barb.in trac de præstan. Cardin.in 2.q 2 partis.nu.18. & Iaf.in l.à iudice. C.de iudic.in l.nec quicquam. §.vbi decretum. de offic. proconsul. & in §.sed iste.insti.de actio.num.156 sed ista iacent in intellectu. d.Meluinos an voluerit dicere contra Codericum, vel non, ergo suæ assertioni statur. & quia iurauit, ut debuit declarando uoluntatem suam, prout debet. Alex. in l.de pupillo. §.qui opus. ff. de nou. oper. nuntiat. & consi.218. in 2.uol. & consi.45.in 6.uol.Iaf.in l.admonendi.num.11.col.4.ff.de iureiur.ideo non debet amplius contra probari postquã iurauit & declarauit uoluntatem. Concludendo igitur non poterant admitti testes contra, sed fuerunt admissi,nihil tamen probant ut superius dictum extitit.

Vlterius quod non teneatur d.Meluinos actione

15 iniuriarum probatur:nam licet † accusans vel denuntiãs præsumatur calumniari. in l.1.in prin.& ibi Bar.ff. ad Turpil. Barto.in l. athletas. §. calumniator. ff.de his qui not.infam. Fallit quando audiuit à fide dignis. ita Panor. & Felin.in capit.fin.de calumniat. sed Meluinos audiuit hoc à Brissal. ergo uidetur quod excusetur:item si bene consideretur non inuenitur hic quod Meluinos denuntiauerit d. Coderico: ergo nullo modo tenetur.

Præterea licet probatum fuisset Meluinos fuisse denuntiatorem,non tamen teneretur,quia olim denuntiatores puniebantur pœna Senatusconsul. Turp.l.1. & l.ab accusatione §.nuntiatores. ff.ad Turpil. Doct. in l.ea quidem. C.de accusat.

Sed hodie ille titulus & pœna illius non habet locum in regno Franciæ, cum per ordinationes nullus possit accusare Ergo nec desistere, nisi Regius procurator.ita tenet Benedict.in repet cap. Raynutius.verb. mortuo.nu 200.de testam.

16 Item iniuria non fit incertæ personæ. l.item apud. §.cui.ff.de iniur. Item iuramentum excusat à præsumpta calumnia. gl.in auth.de iudicib.§.oportet.colla. 6. Lanfran.in cap.quoniam.de expensis.extra de probatio. in l.eum quem temere. & ibi Doctor. ff.de iudic. Bar.in l.1.ff ad Turpil.

Item posito quod fuisset præsumptio contra Meluinos sublata, tamen erit per eius sacramentum.glo. in capit. cum in tua.qui matri. accusar. possunt. capit. fi.de iureiur. l.præsenti. §. sicubi. de his qui ad ecclesias confug.C.& ita tenet Alber.in l.penul.in fi. ff. de in integ.resti.

Item quòd Meluinos sit relaxandus probatur,nam

17 licet † quis in veritate dicat alicui iniuriam, si tamen statim antequam perueniretur ad extraneos actus.iniuriantem pœniteat iniuriam dixisse,& dicat non esse verum quod dixerit, tunc non potest conueniri actione iniuriarum, ita videtur dicere tex.in l.quod calore. ff de reg.iur. ita tenet Lanfran.in repet. cap.quoniam. col.1.versic confessiones.de probatio. idem Angel. in l.si non conuicij.C.de iniur. Felin.in cap dilecti.col.fi. nu. 16. de excep. Thom. Ferra.in cautel.39. Ideo hic Meluinos vt apparet in processu semper dixit se non intelligere de illo etiam iuramento medio, ergo non potest iniuriarum conueniri, licet ab initio dixisset clarè. de Coderico, per suam reuocationem non potuisset conueniri ex supradictis, & per ista apparet responsum ad cõtraria suprà adducta.tamen ut melius appareat de non iure actoris sigillatim respondebo.

18 † Item infamatio non est prohibita, quando fit cõtemplatione iustitiæ. cap.qui ambulat.5.q.5.& l.quod rei.ff.de iniur.cap.1.in fi.2.q.7. cap. plerumque. & seq. & l.nec magistratus & l.penul.ff.de iniur. & 24. q.1.c. omnis. ubi Policarpus sanctus vir vocauit Marchionensem hæreticum primogenitum Satanæ, quod non fecisset si actione iniuriarum accusari potuisset. per no.in capit Lugdunensem .9.q.2. in Iouinianum contumeliam dicit,sic scribens contra Pelagianos. Iouinianus Romanam fidem me absente turbauit, tam elinguis, & sermonis putidi vt magis misericordia dignus

gnus sit, quàm inuidia, personę uiliori damnum famæ non est iniuria. & Ioan. 12. dicitur quòd fur erat, & loculos habens. Et in c. Episcopus. 12. q. 1. Ideo potuit iste nocens infamari, licet non fuerit. Luc. de Penna. in l. errat. col. 5. de castren. pecul. lib. xij.

Non obstat primum dum Meluinos fuit confessus d. Codericum hospitem, quia licet enim alij sint hospites in ciuitate, bene ergo sibi præiudicat, quantum ad confessionem, quòd Codericus sit hospes, sed non ad alia. Et ita intelligitur c. ex ore. qui confitetur, vel exibeat reuerentiam alicui tãquam tali uidetur illam qualitatem conferri, ut ibi nota. Panorm. & alii sicut hic Meluinos, qui uocauit. d. Codericum hospitem. Ergo uidetur fateri: sed homicidam non, quia post negauit, non obstat depositio testium, quia nil probant, ut suprà dixi.

Non obstat quòd factis potest fieri iniuria, quia fateor, sed hic non est factum, per quòd inferatur, nec obstat si dixerit negando, quia loquitur quando alloquor aliquem, sed hic non alloquebatur. d. Codericum, sed iudicem in modum requestæ, ut dicunt testes, ergo non est iniuria.

Non obstat dũ dicitur quod ostendit, quia posito quòd ostenderit, licet non probetur, plenè tamen statim fuit illa iniuria reuocata, ut suprà dixi: nam
19 † ille testis est singularis, cui non debet stari. in c. præsentia. de probatio. & Lanfran. in verb. testium depositiones. cap. quoniam. de probatio. Doct. in l. admonendi. ff. de iureiurand.

Non obstat quod dicitur, semel emissum irreuocabile verbũ. allegatur text. in l. una. & ibi glo. de raptor. & text. in c. si Paulus. 32. q. 5. sed intelligo illud quoad hoc ut non sit dictum: sed debet haberi pro non dicto, postquam statim reuocauit.

Non obstat quod in delictis non habet locũ pœnitentia. Fateor quando talia
20 † delicta sunt perfecta, & consummata, ut furtum, & homicidium: sed in casu nostro secus. ita glo. & Bar. in d. l. qui ea mente. ut suprà latius fuit probatum. Ex quibus omnibus concludo partes domini iudicantis debere esse in absoluendo d. Meluinos, & condemnando d. Codericum in expensis, quia temere litigauit, & sine actione. iuxta l. eum quem temere. ff. de iudic. & ita concludo salua correctione. Et quia dictus Codericus se ingessit denunciationi, & qui se ingerit suspectus est. l. qui omnia. §. 1. cum similibus. ff. de procurat. dico debere inquiri contra d. Codericum an sit criminosus uel non: & si inueniatur quod fiat iustitia, sic cõsuluit apud Caturcum, & Collegium Doctorum mecum unà cum multis licentiatis, & ita fuit iudicatum. In fidem pręmissorum me subscripsi.

RESPON. XCVIII.

De donatione Fraudulenta.

SVMMARIVM.

1 Virtus in multa dicendo non est, cum in paucis consistat ueritas.

Multiloquium semper displicuit, semiloquium uero placuit.

Administrator legitimus est quilibet res sua. ibidem.

2 Benefacienti benefacere debemus.

3 Donatio propter nuptias à marito alienari non potest, etiam uxore consentiente.

4 Donatio inter patrem, & filium, an ualeat.

5 In donationibus de iure prohibitis, merita in instrumento inserta per donatarium probari debent.

6 Donatio remuneratoria quæ dicatur.

7 Confessio facta inter personas suspectas non ualet, quia præsumitur fraudulenta.

8 Donatio facta propter benemerita, non probatis meritis, an ualeat tanquam simplex donatio iuramento firmata.

9 Donatio fraudulenta non ualet, quando autem fraudulenta præsumatur, declarat infra.

10 Clam aliquid fieri quando dicatur.

11 Bona donata, ut hic, an ueniant in communionem.

12 Socius omnium bonorum uniuersa communicare debet.

13 Diuisio, ut hic, quomodo fieri debeat.

IN casu mihi proposito, qui talis est. Quidam Stephanus Bruniria habẽs tres filios, videlicet Aymericum, Ioannem, & Focãdum, collocauit in matrimonio Aymericum, & eidem donauit donatione propter nuptias, tertiam partem bonorum suorum postea detentus in firmitate suum condidit testamentum anno 1521. & die 23. mensis Iunii, in quo testamento instituit d. filios æqualiter heredes, & ibidem incontinenti uoluit & fecit, quòd dicti fratris se associarent in omnibus bonis, & omnia bona communicarent inuicem, uerum quia Aymericus sentiens uoluntatem testatoris, ex qua uolebat eos in omnibus bonis socios, & omnia bona communicare, ut fraudare posset suos fratres die pręcedente quandam donationem clandestinã filio suo fecerat, quam ignorabat, & testator, & fratres. Et ex depositionibus testium apparet, nũc nec de prædicta donatione reddidit certos Aymericus suos fratres, imò possederunt communiter omnia bona, tam quæ donauerat Aymericus, quàm alia huc usque, ideo nunc quæritur de seq. Et primò, an illa donatio facta per Aymericũ die præcedenti suo filio ualeat. Secundò, an illa bona donata per Aymericũ ueniant communicanda fratribus, uel conferenda. Tertiò, quomodo debet fieri diuisio uolentis ex testamento patri succedere.

1 †Quia uirtus non est in dicendo multa, ut dicit Areti. in consil. 13. collat. 1. & ueritas in paucis consistit. Aret. consi. 7. & consi. 101. & multitudo allegatorũ confusionem quandoque parit, secundum Panor. consi. 30 in 1. uol. & mihi non placent uerba, sed pondus uerborum, ut dicit Bal. in authen. ex causa. C. de liber. præterit. Et multiloquium semper displicuit, semiloquium semper placuit. ut dicit in consil. sing. quẽ refert Petrus de Vbaldi in trac. de duob. fratri. in 8. par. quæst. 41. uerùm quia est materia multùm prolixa nõ potero uti breuitate, quia hic agitur, & de collatione, & de societate, & donatione. Ideo ad primum ueniendo uidetur quod donatio ualeat, quia quilibet est legitimus administrator rei suæ. l. in re mandata. C. mand. & l. nemo exterus. C. de Iudæis. Et quilibet potest non solùm donare res: sed etiam potest dissipare abutendo. l. sed, & si lege. §. consuluit. ff. de petit. hæred.

2 Secũdò probatur † benefacienti benefacere debemus. in l. si nõ sortẽ. §. libertus. de condic. indebit. & d. §. consuluit. sed filius Aymerici ut prætẽditur, fecerat aliqua seruitia suo patri Aymerico, ergo pater tene-

batur ei benefacere, cui si donauit, illa donatio ualet, & non potest reuocari .l. Aquilius. & l.si pater. §. fin. ff. de donatio.

Tertiò probo quod ualeat per text. in l. 1. de iure fisci. ubi si quis faciat donationem, & postea contrahat cum fisco non reuocatur donatio. Ergo à fortiori si quis contrahat cum alio: nam donatio ualet.

His tamen, & aliis multis quæ possent adduci, non obstantibus contrarium dico esse uerum: & primò, ꝙ
3 † donatio non ualeat. Probo sic, quia donatio propter nuptias non potest alienari, etiam consentiente uxore. per text. in l. una §. & cùm lex. de rei uxor. actio. & in l. si ante. de donatio. ante nupt. ne fragilitate naturæ ad repentinam deducatur inopiam, ut dicit ibi text. nã donatio propter nuptias fit uxori per uirum, dos uerò datur uiro per uxorem, ut dicunt text. in l. 1. de donatio l. antepenul. C. & in c. nuper. de donat. inter vir. & vxor. Si ergo donatio propter nuptias fuit vxori facta, ergo uir non potest de ea disponere, cùm id quod nostrum est sine facto nostro à nobis auelli non potest l. id quod nostrum. ff. de regul. iur. Ergo sine facto vxoris non valuit donatio, ulterius quod nostrum non est, in alium non possumus transferre. l. traditio. ff. de acquir. rer. domin. sed ista bona constante matrimonio non erant viri: sed uxoris cùm actionem rei uendicationis habeat, per tex. in authen. permissa. C. de donat. ante nup. Ergo illa non potuit donare, si donauit nulliter: sed quia dicunt Doct. quod iureiurando confirmatur per tex. in c. cùm contingat. de iureiurand. & in c. licet. de iureiuran. in 6. Tũ in isto casu non videtur iuramento confirmata, quia donatio facta per virum contempta vxore bene confirmatur, sed hic nõ apparet quòd uxor consenserit, ergo iuramentum bene tenet quoad alienantem, sed non quoad vxorem. ita intelligitur text. in l. si prædium. C. de iur. dot. & in authen. siue à me. C. ad Velleia. & ibi Doct. & glos. in c. cùm contingat. de iureiur. & ibi Panorm. cum ergo hic non consenserit mulier, non tenet alienatio quoad eam.

4 † Secundò, probatur quòd non valeat, quia donatio inter patrem, & filium non valet. l. donationes quas parentes. C. de dona inter vir. & vxor. l. 2. C. de inoffic. donatio. nisi fuerit donatio propter benemerita. in authen. vnde si parens. & ibi, ita eum intelligunt Bart. Salic. & Ias. & Bart. & Bald. in l. 2. de inofficio. donatio. sed ista prætenditur huiusmodi quia pater in donatione dicit quòd donabat propter infinitos amores honores, seruitia, & beneplacita quæ ei impenderat filius: dicerem tamen quòd istud non ualet, & hoc per regulam quam ponit Barto. in l. si fortè. ff. de castren. pecul. & in l. si donatione. C. de coll. idẽ & Bart. & alii in l. si tibi. §. pactus. ff. de pact. & Doct. in authen.
5 ex testamento. de collat. quæ habet, quòd † in donationibus de iure prohibitis, sicut inter patrem, & filiũ, debent merita in instrumento inserta probari per denotariũ, alias donatio non debet sortiri effectum, est assertioni patris est standum uel alterius donantis, ꝗa uerba ratione meritorum, & seruitiorum præsumuntur in fraudem adiecta. arg. text. i l. qui testium. ff. de probatio. & in l. si quis in suo. §. legis. ff. de inoffic. testa. C. sumẽdo argumentum de ultimis uoluntatibus ad contractum quod ualet. l. quæ de legato. ff. de leg. 1. & l. pactum. ff. de pact.

6 † Et ad hoc ut donatio remuneratoria dicatur. in l. si donatione, C. de collatio. ponit Imperator tria quæ debent concurrere. primùm quod merita verè appareant, aliter quàm per assertionem patris, ut suprà dixi. & ita tenet Soci. in consil. 295. in 3. & in 4. col.

Secundò, requiritur quod talia merita sint æquiualentia rei donatæ hoc est, quia si filius fecerit tale meritum patri lucratus fuisset, si fuisset, extraneus. in cap. relatum. ibi iuxta seruitii meritum. de testa. aliàs quòd excederet seruitium, non ualeret, secundum Bald. & Salic. in l. illud. C. de sacrosanct. eccles. Imol. in l. Aquilius. ff. de donatio. & latè Alexand. in consil. suis in 1. parte. consil. 55. in 2. col. & Socin. in tract. fallenti. regul. 103. in 5. fallen.

Tertiò requiritur quòd talia seruitia non sint obsequialia, ad quæ tenetur filius, quia illa non exigunt remunerationem. l. filia. C. de patr. potest. & ita tenet Bald. in l. filiæ. C. familiæ erciscund. & ita Alex. ubi suprà, & glo. & Doct. in d. l. Aquilius. de donat. & Ludouic. Roma. in consil. 26. Felin. in c. nouit. & ibi additio ad eum. de iud. sed hic nullum istorum interuenit, ergo ista donatio non ualet facta per Aymericum suo filio: sed aliud est quia testator releuauit suum filium ab onere illo probandi merita, utrum ualeat? iam uidimus quòd non: sed ita fecit cùm iuramento scilicet asseruit merita præcessisse, an illud iuramentum ualidet donationem? Et dico quòd non, per illa quæ ponit Bart. in l. cùm quis accedens. §. Titia. ff. de leg. 3.
7 ubi dicitur quòd † cõfessio facta inter personas suspectas non valet, quia præsumitur facta in fraudem. Ita hic confessio benemeritorum præsumitur in fraudẽ aliorum fratrum, vt infrà latius dicam. Ergo non ualet etiam iuramento firmata. & ita tenet Alexan. in d. consil. 55. & in d. l. si donatione. C. de collatio. & ita tenet additio. ad Guid. Papæ. q. 95. quòd illa assertio benemeritorum cum iuramento bene ualet quoad iuramentum, non uerò quoad præiudicium tertii, & sic fratrum uidelicet Magistrorum Ioannis, & Focandi, quia quando agitur de præiudicio tertii, iuramentum non releuat. in c. quamuis. de pact. lib. vj. in c. licet. de iureiur. sed hic agitur quia Aymericus frater vult suos fratres fraudare tertia parte bonorum. Ergo nõ ualet illa assertio, etiam cum iuramento facta.

8 Adhuc dubitatur, an talis † donatio quæ est facta propter benemerita, eò quia non probãtur benemerita, ualeat tanquam simplex donatio iuramento firmata, quia donatio simplex, licet non ualeat, tamen iuramento firmatur. Bald. in l. fi. C. de vsucap. pro donato. & sic in regul. 103. Ergo cùm hæc donatio nõ valeat tanquam remuneratoria, an saltem valeat tanquam simplex? & breuiter dicatis quòd non, quia præsumitur simulata, & in fraudem legis facta, ergo nulla. ut tenent Angelus, & Ias. in d. l. si donatione. Alex. tamen ibi tenet ualere, & respondet ad iura hic allegata quem uide. Et si sequatur traditio nullum operatur effectum. iuxt. not. per Bart. in l. emptor. ff. de aqua pluui. arcend imò nec morte confirmatur, secundum Francisc. de Crema in suis singu. singu. 137. per text. in argu. l. cum hic status. § si quis sponsum. ff. de donat. inter vir. & uxor. ubi si quis donauerit mulieri tanquam uxori cùm non esset uxor, hæc donatio nõ valet, nec morte confirmatur, item facit illa regula quòd potui nolui, & quod uolui implere nequiui. de qua in c. cùm super. de offic. deleg. in l. multum. C. si quis alteri uel sibi. nam iste Aymericus poterat facere donationem simplicem, cum iuramento, & noluit sed uoluit facere propter benemerita, sed non potest adimplere quia non ualet cum merita non probẽtur.

Tertiò, probatur quòd nõ ualeat quia in fraudem
9 suorum fratrum facta, quæ † donatio fraudulenta nõ ualet. l. si aliquis. ff. de donatio. caus. mor. l. si in fraudẽ. C. de iure fisci. § item si quis in fraudem. institut. de actio. & quòd sit facta in fraudem probatur ex conjectu-

iecturis positis, per Bart. in l. post contractum. ff. de donat. Prima est, quia præsumitur donatio fraudulosa quando quis donat omnia bona. l. omnes. §. Lucius. ff quæ in fraud. credit. sicut fecit Aymericus suo filio: nam ei dedit omnia bona quæ pater ei donauerat, & plura non habebat, ut prætenditur. Secunda præsumptio est quando quis donat coniunctæ personæ. l. data. C. de donat. & l. penul. C. de bon. libertor. in principio sicut hic Aymericus: nam donauit filio qui non potest esse magis coniuncta persona, cum sit in primo gradu, ut dicit Ioann. Andr. in arbor consanguinit.

Tertia præsumptio est, si donans reperiatur possidere post donationem. in l. sicut. §. superuacuum. ff. quib. mod. pignus uel hypothec. & l. si is qui. de acquirend. hæred. sicut in casu isto: nam Aymericus possedit bona sicut si illa non essent donata, & nil facit illa clausulla quæ est apposita in donatione quòd dictus Aymericus constituit se nomine precario possidere, quia illam non potest excludere fraudem cum requiratur traditio corporalis. secundum Vital. de Cambal. in tract. clausul. in clausul. de fraud. colum. penult. per text. in l. una. C. de suffrag. & Bart. in d. l. post contractum. & latè Cepol. in tracta. simulat. in 24. præsumpt. Sicut in simili dicit patronus meus Iacobus Rebuffi in l. una. de collegiat. lib. xj. C. Quòd si frater laicus faciat donationem fratri presbytero, & postea laicus possidet illa bona, sicut ante donationem, quòd illa donatiò censetur facta in fraudem taliarum, & aliorum munerum: ita quòd sacerdos solum habet nomen, & alius recipit fructus: nam teneturad munera subeunda, sicut si non esset facta donatio.

Quarta præsumptio fraudis est quando donatio est facta clam. arg. text. in l. fin. de ritu nuptiar. & l. non existimo. ff. de administr. tuto. clem. una. §. cæterum. de vsur. in c. ut nostrum. de ecclesiastic. benefic. in c. perniciosum. & ibi glo. 18. q. 2. Cepol in tract. simul. in 20. præsump. quia qui malè agit odit lucem. tex. in c. consuluit. de offic. delegat. & l. 1. § tria lumina. ff. de ventre inspiciend sed ista donatio fuit facta clam, videlicet, in vno nemore, ut habetur in fine donationis, ergo fraudulosa: nam non potuit fieri secretius, quam in uno nemore, in quo sunt tenebræ quæ sunt ad fabricandum falsum aptæ. d. l. 1. §. tria lumina. de uentr. inspici. Et tunc dicitur clam facta quando eam celauit suis fratribus neque eis denuntiauit.

Item qui animum celandi habuit, ut habebat iste Aymericus cum adiuerit nemus. ista habētur per tex. in l. 3. §. fi. cum l. sequen. ff. quod vi aut clam.

10 † Item clam dicitur fieri, quando fit instrumētum, & iniungitur notario, & testibus, quòd rem secretā, id est, prædictam donationem teneant, secundum Bart. in l. fraudem. ff. de his quib. ut indig. Et breuiter clam dicitur fieri quando non potest venire in notitiam eius cuius interest. l. clam possidere. & ibi Doct. ff. de acquir. posses. refert Dec. in l. quintus. aliàs incipit quo tutela. §. clam. ff. de regul. iur. sed ista donatio fuit facta in nemore, & sic clam fuit (ut prætenditur) dictum testibus, quòd tenerent rem secretam. Item non denunciauerunt illis quorum intererat, quare concludo donationem etiam multùm fraudulosam.

Quinta præsumptio est, quando post alienationē incontinenti sequitur contractus. per text. in l. si uentri. § fin. ff. de priuileg. credit. & l. lecta. versi. dicebam. ff. si cer. petat. in l. fi. §. idem rescripserunt. ff. ad municipal. Doct. in l. 1. de iur. fisc. lib. 10. C. Ioan. Fab. Angel. & Ias. in §. item si quis in fraudem. insti. de actio. sed alienatio fuit facta die præcedente, quo fuit facta societas. Ergo cum incontinenti sit facta, censetur fraudulosa, & facta ad fraudandum fratres illa tertia parte. Quare dicit Iason licet talis alienatio non esset nulla ipso iure, tamen fratribus reuocatoria competet ad reuocandum illa bona, sic in fraudē alienata: sed infrà videbimus si uult succedere, quomodo fratribus uidelicet Magistris Ioanni, & Focādo succurratur. Et sic non obstant contraria, quia respondeo, quod primum dum dicitur quod quilibet est legitimus administrator etiam abutendo, uerum est nisi in fraudem vellet donare, quia tunc iura non permittunt. per tot. titu. ff. quæ in fraud. credit. & §. itē si quis in fraudem. instit. de actio.

Non obstat secundum, in quo dicitur quod benefacienti benefacere debemus: sed de istis beneficiis uel seruitiis non apparet, ideo de his quæ non sunt, & non apparent, idem esto iudicium. l. duo sunt Titii. ff. de testamen. tutel.

Ad text. in l. 1. de iur. fisci. respondeo, quia ibi loquitur quando alienatio erat perfecta, & non erat facta in fraudem, saltem non poterat apparere, hic uerò facta erat in fraudem, ut suprà probatum fuit, ideo non ualet, ita intelligit Bar. in d. l. 1. alleg. & ibi patronus meus, & Ioānes de Platea. Et sic conclusio est primi articuli, quod donatio facta per Aymericum suo filio non ualet.

11 † Ad secundum an bona donata veniant in communionem, ita quòd tempore diuisionis ueniāt communicanda? breuiter omissis argumentis dico, illa bona donata filio Aymerico uenire in communionem:

12 quia † socius omnium bonorum uniuersa communicare debet. l si fratres. §. fi. ff. pro socio. & l. 1. §. fin. tit. sed cùm ista donatio non ualeat, quia bona erant d. Aymerici, ergo illa habebat communicare. Imò poterat, & potest cogi actione pro socio ad communicandum, per text. in l. si quis societatem. ff. pro socio. Berber. ita tenet in uiator. iur. in rubr. de societat. Et ita etiam cantare uidentur verba societatis. Communicauerunt dicti fratres omnia bona sine ulla retentione. Ergo Aymericus non potest sibi aliquid retinere. Et ultra societas debet esse æqualis, & tantum debet vnus ponere sicut alius. per text. in l. 3. ibi ęqualiter. C. pro socio. & l. 5. §. fin. ff. pro socio. Nam si unus poneret omnia bona sua, & alter aliqua tantum, esset societas leonina quæ est fugienda. per tex. in l. si pascenda, & ibi latè Doct. C. de pact. sed non sic est in nostro casu, quia tantum opera unius ponebat sicut alius: sed Aymericus dicit quod non tenetur bona donata filio communicare suis fratribus, cùm ante societatem cōtractam essent donata, dixi suprà, quia in fraudem, & vlterius, quia quando ineunda est societas de aliqua re, & illa res perit vel ante societatem donata est, tūc illa res perit periculo illius qui est in culpa, quare res nō est cōmunicata. iste est tex. in l. si id qđ in societate. ff. pro socio. ita tenet Petrus de Vbald. in tract. de duo. fratrib. in 8. parte. in princ. Ergo in diuisione societatis illa res donata filio Aymerici computabitur, Aymerico minus accipiendo de aliis bonis patris, per tex. in l. dotis quidem petitio C. de collat. Et hoc si dicatur donationem ualere: sed si donatio non valeat, ut suprà tenui de illa donatione, tantum habebunt alii fratres sicut Aymericus, & diuisio fiet æqualiter.

Tertio quæritur Aymericus teneatur cōmunicare bona donata. Ad quod respondetur quòd dictus Aymericus teneatur illa bona donata suo filio communicare probatur: nam uolens succedere patri ex testamento vel ab intestato tenetur conferre. auth. ex te-

testamento.C.de collat.Sed si iste Aymericus uelit venire ad successionem bonorum patris, alii fratres, uidelicet Magister Ioannes, & Focandus possunt ei dicere quòd conferat donationem propter nuptias quã à communi patre habuit, quam donationem de iure tenetur conferre.per tex.in l.ut liberis.C.de collat. & si nolit conferre denegantur ei actiones in aliis bonis paternis.per tex.in l.posthumo.& l.seq.& l.si maritus. de collat.ita quod non poterit aliqua bona paterna habere nisi conferat. & ita tenent communiter Doct. in d l.vt liberis. & in l. quoniam nouella. C. de inofficios. testamen. ideo potest esse contentus illa donatione si uelit, aliàs de bonis paternis certè conferet,vt suprà dicitur.

13 † Quomodo autem illa debeat fieri diuisio? Certè si Aymericus, ut suprà diximus, velit habere bona ex testamento debet conferre donationem propter nuptias, quam ei pater fecit:nam qui non uult succedere non cogitur ad collationem.l.filia in secũda.de collat.l.fin.ff.de collat.dotis. Et postea diuisio æqualiter fiet, vel si nolit conferre, sit sua portione contentus, ut suprà probaui. Et sic concludo salua correctione melius sentientis. in l. Claudius.ff.qui potior.in pign. habeantur.Et in fidem præmissorum, licet cum paucis libris hic sim apud Lemonicos causa pestis Tolosæ,& Caturci sæuientis, me subscripsi.

RESPON. XCIX.

De iure retractus.

SVMMARIVM.

1 *Retractus an habeat locum, si ante uenditionem consanguineo sit denuntiatum, & ille nolluerit emere.*

2 *Remittentibus actiones suas, non est amplius dandus regressus.*

3 *Emphyteota denuntians domino, an vellet emere, & dominus dixerit se nolle, iure prælationis rem retinere non potest.*

4 *Quod approbo, non reprobo, declarat num. 17.*

5 *Creditor consentiens alienationi, pignus remittere uidetur.*

6 *Renuntiare iuri in fauorem suum introducto quilibet potest.*

7 *Retractus ius non amittitur, etiamsi consanguineus ante alienationem rem emere recusauerit.*

8 *Indultum à iure beneficium, nemini est auferendum.*

9 *Retrahendi ius competit post uenditionem factam, & non ante.*

10 *Renuntiare non potest iuri nondum competenti.*

11 *Renuntians bonis paternis, renuntiare non uidetur bonis maternis, quæ de futuro uenient.*

12 *Renuntians bonis paternis cum iuramento, non excluditur, quin habeat bona aduentitia in pœnam patris ad secundas nuptias transeuntis.*

13 *Retrahendi ius non competit proximo ex sola uenditione, non sequuta traditione rei uenditæ.*

14 *Renuntiatio etiam iurato, non extenditur ad ius, quod superuenit de futuro.*

Iuramentum habet clausulam rebus sic stantibus. ibidẽ.

15 *Renuntians iuri quod habet, uel habere sperat, non tamen censetur iuri de futuro renuntiare.*

16 *Res inter alios acta, aliis non prodest, nec nocet.*

1 QVIDAM cum † uellet rem vendere, denuntiauit consanguineo, an vellet emere, timens retractum, qui consanguineus respondit se nolle emere. Quare ille vendidit alteri extraneo: perfecta venditione, proximus cui fuit denuntiatum cùm vellet emere vult retrahere, iure proximitatis, quæritur an possit?

2 Et primò, videtur quòd non, quia † remittentibus actiones suas nõ est amplius dandus regressus.l. quæritur.ff de ædilit.edict. glo. in c. in causis.in uerb. cùm res.de elect.sed hic proximus remisit, quia dixit se nolle emere, ergo non debet postea audiri, ueniendo cõtra, scilicet uolendo emere.

Secũdò, probatur per tex.in l fi.C.de iur.emphyteotic.ubi si † emphyteota denuntiauit domino, an uel- 3
let emere, & dominus dixerit se nolle, non potest eã iure prælationis retinere, idem ergo uidetur in retrahente qui non poterit venire postquam fuerit ei denũtiatum, & dixerit se nolle.

Tertiò, facit text.in l.si quis iusiurandum.C.de reb. credit. vbi dicit text. absurdum esse redire ad hoc cui renuntiãdum putauit.Ergo ratione absurditatis postquam renuntiauit emere, non potest postea uenire.

4 † Quartò, quod approbo non reprobo. l. Pomponius.in 1.ff. de negot.gest.& in l.parentibus & in l.arenam.C.de inofficios. testam.c.dilectissimi. 8.q.2.& ibi glo.dat multas concordantias: sed iste approbauit,ergo non poterit reprobare.

Quintò, facit tex.in l.si cui. §. si uoluntate. ff. quib. 5 mod. pignus vel hypothec. soluit. ubi dicitur † quòd creditor consentiens alienationi pignoris, remittere uidetur pignus.l.creditor.ff.de regu.iur.vbi dicitur creditor qui rem permittit, uenire pignus dimittit.

Sextò, facit melior tex.in l fin.C.de remiss. pignor. vbi sunt uerba, qui semel consensit alienationi hypothecæ, & hoc modo suum ius respuit, indignus est eandẽ rem (vt pote ab initio ei suppositã) uendicare, uel tenẽtẽ inquietare. Ergo iste proximus nõ potest rẽ uenditam uendicare, minusq; emptorem inquietare.

6 Septimò, quilibet potest renuntiare iuri in fauorẽ suum introducto.l. si quis in conscribendo.de Episcopis,& cleric.l.penul.cum similibus.C.de pact.c.si diligenti.de for.competen.sed hæc consuetudo retrahendi est introducta in fauorem proximorum: ergo possunt renuntiare, quòd sit introducta in fauorem proximitatis ponit.D. meus, & conciuis d. Boer. in consuetud.Bitur.in §.1.in glo.2.de consuetud.retract.

7 † His tamen, & aliis multis, quæ causa breuitatis omitto, non obstantibus,contrarium existimo uerũ. per text & ibi glo. in l.5.§. si is cuius interest. ff de sepulchr.viol. ubi dicitur quòd si aliquis noluerit agere de sepulchro uiolato, sed postea pœnitentia ductus agat, audiri debet: sic etiam in isto, licèt noluerit primò emere, tamen pœnitentia ductus posteà poterit.

8 Secundò, probatur indultum à iure beneficium nemini est auferendum regul.indultum.de regul.iur. lib.vj. sed consuetud.dat annum, & diem consanguineo, & proximiori.ut not. Ioann. Faber in §. 1. instit. de emp.& vendit Ioannes Masuer.in rub.de retractu.d.Boer.in rub.de consuetud retract. in consuetud. Bitur.& D Igneus in repet.l.dudum. C. de contrahend. empt.& D.de Chass.in consuet.Burg.in rubr.*des Retraicts*.& dicit Barba. in c. plerumque. de rescript.se consuluisse Senis, consanguineos habere annum,nisi consuetudo restringat,sicut Bituri.vt patet in §.1.de cõsuetud.retract. Ergo non debet per aliquem auferri, imò poterit proximior intra dictum annum, & diem redimere,& sola denuntiatio non tollet.

Tertiò

9 Tertiò probo, ius retrahendi competit post uenditionem facta, & non ante, probatur Leuit. 25. cap. Si attenuatus frater tuus vendiderit possessiunculā suam, & uoluerit propinquus eius potest redimere, quod ille vendiderit. Ecce ergo quomodo loquitur ius diuinum per præteritum perfectum, ergo ante vēditionem non competit. Postquam non competit, ergo non poterat renuntiare, quia ante diei euentum non potest legatū repudiari. l. si scriptum. §. 1. ff. de leg. 2. Et ille cui committitur electio, cùm moueretur ante mortem, non potest eligere, quin in morte etiam possit per tex. in l. cùm pater. §. à filia. ff. de leg. 2.

10 † Item iuri nondum competenti non potest quis renuntiare, quia is potest repudiari, qui & acquirere. l. is potest. & l. qui superstitis. ff. de acquirend. hæred. sed ut suprà probaui ante uenditionem non poterat proximus retrahere, ergo nec renuntiare.

Vlterius dicunt Doctor. in l. pactum quod dotali. de pact. & de colla. C. & Cano. maximè Georg. Natam
11 in repet. c. quamuis. de pact. in 6. quòd † renuntians bonis paternis non uidetur renuntiare bonis maternis, quæ de futuro venient, uel renuntians bona materna, & quittans non uidetur quittare bona auunculi, de futuro ei renuntianti obuenientia. ita consuluit latè Dec. in consil. 389. in 2. uol. sed hic proximus ut prætenditur renuntiauit. Itaque iuri de futuro, non videtur renuntiare, & sic ius retrahendi post uenditionem integrum manet, & competit.

Item plus consuluit Dec. consi. 230. in 3. vol. quòd
12 licet † filius renuntiauerit bonis paternis cum iuramento, tamen non excluditur quin habeat bona aduenientia in pœnā patris ad secundas nuptias transeūtis. iuxta. l. fœminæ. C. de secun. nupt. quia uenit ex alia causa, videlicet ex legis dispositione. per text. in l. si arrogator. ibi quia hoc non in iudicio eius ad eum peruenit: sed principali prouidentia. ff. de adopt. ita in isto proximo, qui uenit ex dispositione consuetudinis, quæ uult proximiorem intra annum posse rem re
13 trahere. Imò fortius dico, † ius retrahendi non competit proximo ex sola uenditione non sequuta traditione rei uenditæ: ita tenet Ioannes Faber in §. 1. insti. de empt. & uendit. & in l. 1. quando liceat ab emptio. disceder. l. fi. C. communia. de leg. sed in casu mihi proposito non erat facta uenditio minusque traditio: ergo non cōpetebat retractus, sic nec renuntiatio. Prętereà dicit Speculat. in titu. de locat §. nunc aliqua. q. 95. quòd si res emphyteoticaria vendatur, & non tradatur, non cadit in commissum plus dicit. q. seq. quoddam idem, si tradatur, & recuperetur. Idem refert, & sequitur D. meus, & conciuis d. Boer. in consuetu. Bitur. in §. 2. de consuetud. retract. sed Bald. in capit. uno. §. aut si liuellario. quibus mod. feud. amitta. Idem tenet in feudo. quòd non cadat in commissum si fuerit alienatum, & non traditum, secus si fuerit alienatum, traditum, & recuperatum. Idem tenet Iacobus de sancto Georgio. in tracta. de feud. in uerbor. & cum pacto. de non aliena. collat. prima. Ergo idem in isto casu: nam non competit aliquod ius ante uenditionem, & probatur ex allusione uocabuli, quæ est bona quando non discrepat definitioni Bar & alii. in l. prima ff. de acquir. possess. & in l 2. §. appellata. ff. si certum petat. in §. instit. de testa & cano. in c. primo. de iu dic. sed retrahere idem quod retractare, & non potest retractari, quod non erat ante uenditionem, ergo & non eundo per mendicata suffragia, quòd proximus possit post renuntiationem rem retrahere tenuit patronus meus, Iacobus Rebuffi in l. unicuique in fin. de proximis sacro. scrinior. lib. xij. C. ubi dicit quòd si emptor nolebat emere, quia timebat retractum proximior dicit quòd non retraheret, tenet quòd adhuc potest retrahere, quia uenit ex noua causa, argu. illius l. quia licet sit eadem res. tamen est alia causa ex qua ueniet per tex. in l. si mater. §. eandem. ff. de excep. rei iudicat. & allegat multa iura. Idem tenet Lucas de Penna. ibi ponendo quæstionem si res fuerit alienata, & proximus quia erat pauper non potuit retrahere: sed posteà illa res peruenit ad alienantem, iterum uult alienare. & alienat, an proximus factus ditior eam rem retrahet? Tenet quòd sic, quia ex noua causa per tex. in l. si filius. §. Papinianus. licet alleger §. Paulus. ff. de bonis libert. & l. si te. ff. de hæred. instit. & d. Chass. in consuetu. Burgund. in rub. *des retraicts*. §. 10. in fin. facit text. in c. 2. de renuntiat. ubi si quis iurauit non petere beneficium, poterit tamen petere, si de nouo ei conferatur.
14 & sic † renuntiatio etiam iurato non extenditur ad ius quod superuenit de futuro, quia iuramentum habet clausulā rebus sic se stantibus. l. fi. ff. qui satisd. cog. c. quemadmodum. de iureiurand. Item facit quod dicit Bald. in l si diuisa. C. locat. quòd si renuntiatum sit omnibus beneficiis, non tamen videtur renuntiatū beneficio cedendarum actionum quia non nascitur tempore renuntiationis: sed tempore solutionis, idem, & hic.

15 Item renuntians iuri quod habet uel habere sperat, intelligitur renuntiare, iuri quod habet ex causa præterita, uel de præsenti, non autem de futuro. Ita tenet Bar. quem alii sequuntur in l. quòd Seruius. ff. de condicta. caus. dat. l. qui cum tutoribus. de transactio. l. si vxor. §. Diuus. ff. de adulter. l. qui Romæ. §. fin. ff. de verbor. oblig. l. post emancipationem. ff. de liberat. leg. l. hæredem. ff. mand. Bald. in l. fin. C. de pact. l. spem. C. de donatio. & in l. pactum. de collat. Petrus Ancha. in cle. literas. de rescript. Georg Natam in repet cap. quamuis. colum. 4. de pact. lib. vj. Idem dicunt in licentiato, qui iurauit non assumere gradum alibi, quàm in vniuersitate Bononiæ, quia ratione noui examinis poterit sine metu periurii alibi graduari: sic dicemus in casu nostro, ubi non est aliquod iuramentum, sed permissio solùm de uendendo, ideo re uendita potest retrahere, nec etiam videtur renuntiatio, dicendo vendas cuilibet cui uelis quia fortè tunc nōn habebat pecunias, & nunc habet, etiam quia nolebat proximum uendere, sed quia si non emeret putabat non inuenire alium emptorem, ideo ut daret occasionē illam rem non vendendi dixit se nolle emere: se postquam est uendita ius ei uenit ex vendito. Ideo potest retrahere, alias sequeretur quòd esset in potestate alicuius tollere dilationem anni à iure statutam, quod non est dicendum.

16 Item res inter alios acta aliis non prodest nec nocet. l. tertia. ff. de iureiurand. & per totam rubr. res inter alios act. C. l. si unus. §. ante omnia. & ibi latè Iason. ff. de pact. sed istud pactum factum est venditori. Ergo alteri uidelicet emptori, non debet prodesse, & ab emptore poterit de nouo retrahere. uidetur tenere Mattheus de Afflictis in trac. de iure patron. §. 1. in penul. nota. in fi. dicens hanc simplicem accusationem non nocere, secus si fuerit pactum in rem.

Et per ista satis est responsum ad iura suprà in contrarium allegata. ad l. quæritur. quia hic in casu proposito non competebat actio re non uendita, uel non est amplius remittentibus dādus regressus, nisi ex causa noua, & ita respondebitis ad tertium, quintum, & sextum, in contrarium adducta.

Non obstat tex. in d. l. fi. quia ius prælationis habet dominus antequam alteri vendatur res imò, res cadit

in commissum, nisi uassallus denuntiet domino an uelit eo iure uti, & si dominus renuntiet, non potest postea habere secus in retractu, qui non competit ante rem uenditam, ut suprà probaui.

17 † Item nō obstat illud quod approbo non possum reprobare, quia illud intelligitur quando approbatio traheret secum executionem l. apud Aufidium. in fi. de optio.leg.l.dispensatori.ff.de solutio.secus si approbatio nō traheret secum executionem, vt in casu proposito, & ita intelligo iura supra adducta, & ita intelligit Bart.in l.Pomponius.in 1.colla.antepenultima.nu.11.ff.de negot.gest.

Non obstat vltimum, quia intelligere proximum posse ius retrahendi remittere, postquam competit non uidetur uerisimile, ut latius suprà dictum est: et sic salua correctione concludo.

RESPON. C.
De contractu ficto, & simulato.

SVMMARIVM.

1 *Contractus totus, ut hic, an iudicari possit fœneratitius, & simulatus.*
Contractus simulatus in dubio non præsumitur, quod declarat num. 10.
2 *Peccatum non committit, qui authoritate legis aliquid facit, declaratur num. 10.*
3 *Contractus simulatus non inducitur per duas præsumptiones, sed per tres.*
4 *Contrarietas in instrumento.*
5 *Allegans contraria audiri non debet.*
6 *Mutuum, & emptio quando concurrunt, quid iuris.*
7 *Cautela in mutuo, ut creditor rectè possit simul emere.*
8 *Vsura in mutuo.*
9 *Vsuræ omni iure reprobatæ sunt.*

EDEMPTORIS nostri, ac eius genitricis, Diuique Barnabæ, cuius hodie festum colimus, inuocato suffragio uiso instrumento mutui, siue responsionis continente etiam venditionem, cuius instrumenti uerba pono, vt intelligatur: constituti Iacobus Mazo, & cum eius authoritate, & licentia Houdeta eius vxor, confessi fuerunt debere Bartholomæo Fabri summam ducentorum quatuor & uiginti florenorum soluendorum hinc ad tres annos promixos, & hoc causa mutui siue responsionis factæ per eundem Bartholomæū nobili Isabellæ, &c. Et casu quo cessaret à solutione ex nūc prout ex tunc, eidem Bartholomæo vendiderunt quoddam eorum tenementum terræ prati pretio iā dicto æstima proborum salua, quod dixerunt esse iustum dato plus valens, &c.

Item fuit actum quòd dictæ partes teneantur eidē Bartholomæo, uel suis soluere anno quolibet, & in quolibet festo Pentecostes summam tredecim flore-
1 norum. Ex his resulat quæstio, † an totus contractus possit iudicari fœneratitius, & simulatus, & primò uidetur dicendū quòd non possit simulatus nec fœneratitius dici: nam ista est regula trita in iure, quòd in dubio non est præsumendus contractus simulatus. secūdum Bal.in c.1. de notis feudor. Imò dicens contractum simulatum, & non probans speciem simulationis, non auditur secundum Bart.in consi.65. incipiente, factum est tale. Petrus Nichole, & Bal.in l.ab Anastasio. C. mandat. Felin. in c. si cautio. de fid.instrum. probatur etiam quia delictum non est in dubio præsumendum, l.merito.ff. pro socio. sed delictum esset facere cōtractum simulatum maximè vsurarium. quod patet ex §.scriba.c.imperialem.de prohibit.feud.alien. per Federic.& per Hostien.in summa de usur.& in aliquo uersicu. quid de notariis. per Felin. in c. si aduersus. de hæretic.

Secundò probatur quòd non possit usurarius, & si-
2 mulatus iudicari, quia non † peccat qui auhoritate legis aliquid facit.c. qui peccat. 23.q.4.c.de uiduis.17.distin.sed deducta huc ad probandum contractum simulatum sunt à lege permissa, ergo contractus debet esse permissus, quia ex uerbis non sequitur nisi uerū,
3 secundum Philosoph. Item duæ† præsumptiones nō sufficiunt ad iudicandum aliquem contractum simulatum, uel usurarium, sed tres requiruntur: & ista est communis opinio, in consulendo, & iudicando tenenda secundum not.in l. emptione. C. plus ualere quod agitur. Et latè Cepola in tract.simulat.in 6.casu pri cipali, sed in isto instrumento non reperiuntur nisi duæ præsumptiones: ergo non debet iudicari cōtractus simulatus uel fœneratitius.

His tamen non obstantibus, quæ uerè non obstāt, contrarium de iure arbitror uerum, & primò quòd
4 † confessio mutui non probetur ex hoc instrumento hoc modo patet: nam confitetur debere ex causa mutui, & prædictæ partes confitentur habuisse pretium certum. De iure est quòd aliud est soluere, aliud est paratum dicere uel respondere.l. acceptam. C. de usur. c.1.ibi licet uoluntatem præstandi habuerit de eo qui mittitur in possess. caus. rei seruand.glos.c.ut circa.in uerbo præstito, de elect.lib.vj: sed in isto instrumento partes confitentur habuisse pretiū, & confitentur debere ex causa respōsionis ergo nō ualet, cum ista quodammodo contraria sint, scilicet, quòd receperint mutuum Iacobus Mazo, & eius uxor: & quod illam
5 pecuniam debeant causa responsionis: quare † tanquam allegans contraria non uenit audiendus iste Fabri creditor, ut est tex in l. Titiæ.cum similibus.ff.de cōdit.& demonstr. imò ex isto oritur præsumptio contractus simulati cùm unum agatur, uidelicet uel responsio, uel mutuum, & tamen simulatur agi utrumque quod non potest esse: & ita habet locum illa rub. plus ualere quod agitur, quàm quod simulat. concip.

Item alia ratione instrumentum reprobatur. nam emptio censetur simulata, & in fraudem usurarum:
6 nam † certum est, quòd quando debitor petit mutuum, & creditor uult emptionem sibi fieri, tunc non præsumuntur contrahentes habere animum uendendi, & emendi secundum Doct. in cap.ad nostram. de emptio. & text. in l. emptione. C. plus ualere quod agitur. & Cardin. in clemen. una. §. cæterùm. de usur. Cepol. in tractat. simulat. in prima præsumpt. sed in casu nostro liquidò constat quòd dicti debitores petebant mutuò pecuniam, & tamen creditor uolebat uenditionem sibi fieri, quare non ualet, & emptio censetur simulata.

Item quòd ista uenditio non ualuerit probatur, ꝑ tex.l.1,2.& per totū tit.C.de pact.pignor. ubi quando datur pecunia debitori, & debitor dat rem, si non soluat debitū, intra certū tēpus creditori pro pretio debiti non ualet.d. l. fin. de pac. pignor, quia lex præsumit quòd debitor qui indiget pecunia, & non posset soluere daret pignus multò minoris pretii, quàm fit debitū, & sic faciliter deciperetur: ideo lex uult ut non ualeat iuribus allegat Bart. tamen in l.fin. C. de pact.
7 pignor.dat.† unam cautelam per quam valet illud pactum, uidelicet quando dicitur quòd si non soluatur pretium quòd res sit empta pretio æstimando per tales:

les: nam tunc ualet: & illa est cautela fœneratorum secundum eum. refert Cæpol. cautel. 41. sed in casu nostro non potest habere locum: nam non erant electi aliqui arbitri, quod debet fieri saltem iudex supplere potest. Bar. in l. si fundus. §. fi. ff. de pignor. sed hic non potest iudex supplere, imò instrumentum est sibi contrarium, quia dicit eodem pretio uendiderunt æstimatione proborum salua qui dicunt iustum pretium: & partes idem affirmant & etiam reseruāt æstimationem, quod quidem est contrarium, quare non ualet.

Vlterius alia uidetur contrarietas: nam in instrumento dicitur iustum esse pretium, & hoc partes asserunt, & postea dicitur dantes plus ualens, si plus ualeat res pretio uendito, non dicitur uendita iusto pretio. l. 2. C. de rescidend. venditio. & ibi Doct.

Item quòd contractus sit usurarius oculata fide patet per instrumentum, & ipsius uerba: item fuit actū inter partes quod ijdem coniuges teneantur, & debeant eidem Bartholomæo, uel suis anno quolibet in quolibet festo Pentecostes summam tredecim florenorum dictæ monetæ ad rectum uintenum, uidetis hic verba clarè denotantia usuram: nam uoluit Bartholomæus quòd pro quolibet uiginti daretur sibi vnus florenus, & ista est mens illius usurarij Bartholo-
8 mæi: nam † dicitur uintenum unum pro uiginti: ita Guid. Papæ declarat in decisio. suis. q. 372. sed iure cautum est tam diuino quam canonico mutuum dantes nihil inde sperantes. Lucæ 6. c. & Exod. 22. c. & c. consuluit. cum similibus. de usur. Panorm. & alij in rub. de usur. & summa Angel. in uerb. usura. imò etiam iure ciuili, vt attestatur glo. in c. quia in omnibus. & ibi Panorm. & alii de vsur. gl. in authen. de Ecclesiastic. titul. in prin. col. 9. & glo. in l. 1. C. de summa Trinit. & ibi la-
9 tè Ioannes Baptista, & alii Doct. † Postquam ergo vsuræ sunt omni iure prohibitæ non potuit Bartholomæus istam conuentionem facere, videlicet de recipiendo vnum pro uiginti, licet illa verba, teneantur dicti coniuges, & debeant, importent necessitatē. text. in clem. exiui de Paradiso. §. item ordo. ibi. hoc vocabulum teneantur obtinet vim præcepti, de uerbor. signific. glo. in c. duobus. in uerbo teneātur. de rescrip. lib. vj. & glo. in clem. attendentes. de statu regulari. in verb. debeāt. & in l. sæpe. de offic. proconsul. c. oblatæ de appel. c. ut famæ. de sentent. excommunicat. & sic de necessitate tenentur postquam promiserūt eas: tamen contrarium arbitror dicendum quia nulla fuit obligatio cùm esset contra iura, ut dicit gl. iuncto tex. in c. debitores, de iureiur. in princ. sed vnum restat, quia iurarunt eas vsuras soluere. Ideo dicit tex. in c. 1. & in d. cap. debitores. quòd relaxanda sunt illa iuramēta, ideo potest cogi Bartholomæus usurarius ad relaxandum prædictum iuramentum, & non tenebuntur postea partes soluere prædictas usuras, vel si eas soluerent possunt eas repetere. Iste est cōmunis intellectus. c. debitores iam allegati.

Item non erat rectum vintenum cùm pro quatuor soluerent vnum florenū, & ideo malè fecit pars hoc faciendo: quare restat ad contraria respondere. Et
10 primò ad primum, in quo dicitur, quòd in † dubio nō est contractus præsumendus simulatus, uel vsurarius, hoc uerum in dubio, sed quando potest probari ut suprà visum est, & probatum, tunc bene est præsumendum cum clarè probetur: & ideò in incertis, & non certis, est locus coniecturis. l. continuus. §. cùm ita. ubi glo. ff. de uerbor. obligat.

Item non obstat secundum, quòd non peccat qui legis authoritate aliquid facit: sed lex permittit istos cōtractus fieri, ergo dic uerū quòd lex permittit contractus licitos fieri, sed non illicitos, quia alias non dicitur lex, nisi sit iusta. in c. erit autem. lex. 4. distinct.

Item duæ præsumptiones non sufficiunt, ista est communis opinio secundum Cæpol. in 6. casu: sed hic, & plusquam tres interuenerunt, vt clarè probatū fuit: ideo concludo, salua correctione melius sentientis, instrumentum, & contractum reprobari, tanquam simulatum, & fœneratitium.

RESPON. CI.

De probatione, & quomodo, & quando recipiatur.

SVMMARIVM.

1 *Probatio post renuntiationem, & publicationem in causa quando admitti debeat.*

2 *Productio testium, & instrumentorum, quando post publicationem, & renuntiationem fieri possit.*

1 SVPER facto proposito, dico † primò, quòd licèt post renuntiationem, & conclusionē in causa non debeat quis admitti ad probationem. cap. causam. 2. & c. cùm uenissent. de testib. c. cum dilectus. de fide instrum. §. quia uerò. de testibus. colla. 7. Fallit in tertio ad cuius petitionem non sunt factæ publicationes. c. constitutus, & ibi Panorm. in penul. nota. de test. b. cui non oberit publicatio quominus possit producere testes. Barba. in clem. 2. col. 17. de testibus in 21. limitatione.

2 † Item non obstante publicatione, & renuntiatione potest adhuc fieri productio testium, aut instrumentorum quando uertitur periculum animæ. gloss. singul. in c. inter monasterium. de re iudica. Panorm. & alii in c. latro. de re iudic.

Item tertius comparens pro suo interesse admittitur ad iudicium. l. si suspecta. ff. de inofficios. testam. c. cùm super. de re iudicat. tamen agitata cum conferēte vel eligente non prosunt, vel non nocent ei cui est facta collatio. d. c. constitutus. & cap. cùm super. & c. penul. de re iudic. & aliis implicitus, non potui alia dicere, sed me subscripsi.

RESPON. CII.

Filij uindicantes necem patris petere poterunt alimenta ab eo, qui patri causam mortis dederit.

SVMMARIVM.

1 *Dominus, cuius animal hominem vulnerauit, ad quid pro hoc teneatur.*

2 *Qui causam damni dat, damnum dedisse videtur.*

3 *Proxeneta contractus usurarij quia causam damni dat, tenetur ad restitutionem.*

4 *Vrbanus seruum discentem artificium ad quid domino teneatur.*

5 *Lex iusta in foro conscientiæ est seruanda.*

6 *Damnum qui dedit, uel est causa damni, ad interesse tenetur.*

7 *Patres occidens, tenetur nedum filijs, sed etiam omnibus alijs proximis, quos ille sustentabat.*

RAEMISSO facto respondeo quòd in foro conscientiæ tenetur is qui causas mortis præbuit. Primò probabo lege ciuili, & canonica. Postremò lege diuina. Primò lege
1 ciuili tenetur is † cuius animal hominem vulnerauit ad impensas in curatione factas, & operas amissas, & quas amissurus esset, si inutilis sit factus.l. ex hac. ff.si quadrup.pauper. fecisse dicatur: & hoc probatur clarius in l.fin. ff.de his qui deicere uel effuder.cuius verba sunt hæc. Cùm liberi homines corpus, ex eo quod deiectum effusumue quid erit, læsum fuerit, iudex computat mercedes Medicis præstitas, cæteraque impendia quæ in curatione facta sunt. Præterea operarū quibus caruit, aut cariturus est ob id quod inutilis factus est.

Nec obstat quòd hic cuius causa damnum datum est, non immediatè dedit damnum, sed infirmitas. Re
2 spondeo, qui † causam damni dat, damnum dedisse videtur, l. qui occidit.§. fi.ff.ad l. Aquil. etiamsi animum nocendi non habuerit.l. si seruus.§.si quis insulam. & ibi Alberic.ff.illo titu.

Vnde qui gladium furenti tradidit, licèt non interfecerit, is qui tradidit, sed furiosus seipsum: tamen tradens arma tenetur.l. qua actione, §. Celsus.ff. ad leg. Aquil.

3 † Item proxeneta contractus usurarii, quia causam damni dat, tenetur ad restitutionem.glo. in l. si sciente.ff.ad l.Pompei.de parricid.Bart.in l. aut qui aliter.§. fi.ff.quod ui aut clam. Angel.in tracta. de malefic.glo. Sempronium mandatorem.& Syluest.in sua summa in uerb.vsura.in 7.q.3. & ibi summa Angel.

4 † Vlterius si quis vulnerauerit seruum suum discētem artificium, tenetur domino ad operas quibus caruit ille dominus ob vulnus, uel est cariturus, quominus ex operis serui sui propter vulnus dominus habiturus est, ac ad impendia quæ dominus pro eius curatione fecerit.l. quinta. §. fin. iuncta. l. qua actione. in prin.ff.ad leg.Aquil. A fortiori, & hic, cuius causa alij mortui sunt, & cuius morbo contagioso pater obiit, vt filij alimenta ab illo possint petere: idem viedtur tenere Specul.in titul.de iniur.& damno dato.§.fi.uersi. 1. Quia hic uidetur datum damnum de non corpore in corpus quo casu tenetur. quis.§.fi.inst.de leg.Aqui.

5 † Item lex iusta in foro conscientiæ est seruanda, vt no.in c.nam concupiscentiam.de consti.Felin.in c.sicut dignum.in fi.de constit. sed hæ prædictæ leges sūt iustæ: ergo in foro conscientiæ seruabuntur.

Præterea de iure canonico est tex.in c.fi.de iniur.& damno dato. cuius uerba insero si culpa tua datū est damnum, uel iniuria irrogata, seu aliis irrogantibus opem fortè tulisti, aut hæc imperitia tua siue negligētia euenerunt iure super his satisfacere te oportet, nec ignorantia te excusat si scire debuisti, ex facto tuo iniuriam uerisimiliter posse contingere, uel iacturam tex.in c.sæpe, & ibi bona glo. 50. distinct.

6 Item de iure canonico, qui † dedit damnum, uel est causa damni tenetur ad interesse. glo. in c.2.de offic.ordinar.lib.vj.ubi dicitur quòd qui occasionem dat interdicto ciuitatis uel castri, tenetur ad restitutionem damnorum, quæ Ecclesiæ, & religiosi illius loci occasione interdicti, in oblationibus, & eleemosynis passæ sunt, & quia qui occasionem damni dat, damnū dedisse videtur. ut suprà dixit Innocen. & alii. in c. sicut dignum.de homicidio.

7 † Vltimo iure diuino tenetur ad restitutionem specialem faciendam æquipollētem uitæ quam abstulit, sicut potest esse æquipollentia in talibus, nec hoc solùm, sed si interfectus sustentabat aliquos putà patrem, matrem, & proximos tenetur interficiens omnibus illis ad tantam restitutionem quantam eis abstulit, per interfectionem illius personæ. Scot.in 4. sententiar.distinct. 15 artic.1.& Asten.in summa.in 2. parte lib.v.rub.de restit.titu. 29. sed hic causam præstitit, quia fuerunt interfecti pater, & mater: ergo, & ad alendum filios quòd teneatur uidetur probari per beatum Thomam secunda secundæ. quæst. 32. articu. 7. refert Syluester de Prierio in sua summa, in uerbo restitutio.in 2.in fine.alia probantur satis superque per magistrum nostrum reuerendum Doctorem Theologiæ, cuius correctioni, & cuiuslibet melius sentientis, me submitto, & in fidem præmissorum me subcripsi ob festinum nuntij discessum, alia non scribo.

RESPON. CIII.

An alimenta debita bannito possint capi, & saisiri pro debitis.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta publicari non possunt.*
2 *Onus impositum alendi liberos, illis mortuis extinguitur.*
3 *Puniri sine delicto quis non debet.*
4 *Alimenta ad hæredes non transeunt.*
5 *Voluntas testantis sequenda est.*

1 ALIMENTA † non possunt publicari, quia debentur certe personæ, & ideo ad aliam nō transeunt, sicut constitutiones personales.l. 1.ff. de consti. princip.& priuilegium personale extinguitur cū persona per reg.iuris.
2 † Secundò, si onus impositum fuerit alendi tales liberos, illis mortuis extinguitur onus, & apud illum remanent bona, qui illos alere debebat.

Tertiò, fiscus non potest ad usumfructum uenire, quia mater non deliquit quæ habet usumfructum:
3 † & nullus debet sine delicto puniri.l.sancimus.C.de pœnis.pœnę teneāt suos authores, ergo teneāt filios, sed matrem non, quæ non deliquit.

Quartò, finitum est onus alimentandi: ideo non debet uenire ad fiscum, prout concludit Laurent. Cal
4 ca.consi.62.in Iesu Christi nomine, in fin.nec † alimēta transeunt ad hæredes.l.cùm hi.§.modus.ff.de transactio.Bal.in l.eam quam.col.10.nu.41. C. de fideicom. allegat d. l. cùm hi.§. eam.ff. de transactio. & l.dominus.§.fin. de usufruct.

Quintò, ususfructus est mulieris totus, quia adiiciēdo grauamen alendi filios, uidetur relinquere totum usumfructum, & sic non habet locum illa glo.in authen.hoc locum.C. si secundò nupserit mulier.uidelicet quando apparet de uoluntate testantis contrariū
5 disponentis, cum † uoluntas sequenda sit.l. in conditionibus.ff.de condit. & demonstr. Itaque cum onus esset alendi liberos, secus si mortui fuissent, non uenissent alimenta ad alium, sic nec nunc.

Sextò, aliàs sequeretur absurdum, quòd qui non deliquit puniretur, uidelicet hæc mulier quæ habet usumfructum priuaretur sine delicto: uel quod unus puniretur pro alio: uidelicet quòd ipsa puniretur pro filiis, quòd non est uisum. vide Boer.in decis. Burdegal.q.7. & q.25.

RE-

RESPON. CIIII.

De reductione Ecclesiæ regularis in secularem.

SVMMARIVM.

1 *Reductio Ecclesiæ regularis in secularem an valeat.*
2 *Mundus totus ex regali, & sacerdotali potestate regitur.*
3 *Ecclesiam regularem redactã in secularem, Papa, & non alius in pristinum statum reducere potest.*
4 *Papa quod approbat, & nos approbare debemus.*
5 *Vnio prioratuum à monasterio dependentiũ an ualeat, etiam non facta mentione de commodo, uel incommodo.*
6 *Multa licet fieri prohibeantur, tamen facta ualent.*
7 *Testis falsum deponens super principali, de falso puniri debet, secus si super accessorijs.*
8 *Executiuè quod fit non consideratur, sed quod principaliter.*
9 *Papa regularem statum extinguit, & secularem inducit.*
10 *Vnio non seruata solemnitate, quæ in vnionibus seruari debet an ualeat.*
11 *Forma, & solemnitas per æquipollens impleri sufficit.*
12 *Inquisitio de commodo, uel incommodo facienda, in simplici unione quæ à iure statuatur.*
Erubescemus cum sine lege loquimur.
Altari seruiens de altari debet viuere, ibidem.
13 *Notoria, & manifesta probatione non indigent.*
14 *Qualitas iuncta uerbo, debet intelligi secundum tempus uerbi.*
15 *Reductio prius quàm vnio reuocari debet.*
16 *Vniones factæ ex rationabilibus causis, & ueris annullari non debent, secundum concilium Constant.*
17 *In reuocatione vnionis uocandi sunt, quorum interest.*
Procurator contra factum constituentis uenire non potest. ibidem.
18 *Vnio dissolui non potest, nisi cessante causa propter quã est facta.*
19 *Solemnitas eadem adulteri debet in reuocando, quæ in construendo.*
20 *Impetratio facta de prioratu vnito an ualeat.*
Papa per unionem ius acquisitum non tollit. ibidem.
21 *Transactio facta inter Abbatem & Capitulum an ualeat, & successorem liget.*
22 *Abbas an post resignationẽ posit retinere usumfructum rerum illarũ, in quibus usufrumctum habebat, uel modernus Abbas.*
Vsusfructus nõ transit ad successorẽ sed morte finitur. ibi.



Vper reductione Ecclesiæ regularis de Vezelaio in secularem, quia ad supplicationẽ Abbatis, & conuentus, & ad conseruationem cultus diuini, siue augmentum facta est distributio beneficiorum, seu prioratuum dependentiũ à dicto monasterio, dubitatur primò, an valeat ista reductio Ecclesiæ regularis in secularẽ. Secundò an valeat vnio prioratuum dependentiũ ab ipso monasterio, ẽt non facta inquisitione de cõmodo vel incõmodo. Tertiò, an valeant impetrationes factæ de beneficiis, & prioratibus iam vnitis. Quartò, an valeat appellatio tanquam ab abusu omissa rõne unionis perperam, vt prætenditur factæ. Quintò, an valeat transactio facta ĩter Abbatẽ, & capitulũ. Et an liget successorẽ. Vltimò, an Abbas post resignationẽ possit retinere vsumfructum rerum quarum sibi retinuerat, & an nouus Abbas illũ retinere possit inuocato Dei Optimi Maximi præsidio.

1 † Ad primam quæstionem respondendo breui putarẽ reductionẽ legitimẽ factã à Papa, qui in beneficiis maximè habet potestatẽ plenissimã. c. 2. de præb. in 6. & instar sacrilegij est disputare de potestate illius cũ plenam habeat. c. proposuit. de conces. præben. & l. 2. C. de crim. sacril. & certum est duas esse personas, qui-
2 bus † mundus iste regitur, Regalis scilicet, & sacerdotalis, sicut Reges præsunt in caussis seculi, ita sacerdotes in causa Dei. §. nos si incompetenter. §. sed notandum. 2. q. 7. sed in hac reductione in secularem nõ solum potestas Papæ interuenit, sed & Regis postulatio, & authoritas & confirmatio: ergo non poterit à quoquam impugnari: nam Apostolicæ sedis sententia tãta consilij moderatione concipitur, tanta patientia & maturatione decoquitur, tantaq; deliberationis grauitate profertur, ut nec immutari necessarium ducat. c. Apostolicæ. 35. q. 9.

Præterea Ecclesia Tholosana, & Burdegalensis olim erant regulares, & demum reductæ in seculares. c. præterea. de præben. sic aliæ infinitæ regni Ecclesiæ. Vt Nemausensis de qua in c. ad nostram. de confirma. uti. & propter reductionem opus est beneficia quæ erant regularibus affecta, nunc secularibus adscribere & distribuere: & illa distributio fieri per Papam potest, ut est omnibus obuium.

3 Item postquam Ecclesia sic redacta est in secularẽ, non licet alicui (extra Papam) illam in pristinum statum reducere. c. 1. ne sede uacan. Alioqui inferior legem superioris tolleret, quod non est licitum. clem. ne Romani. de elect. nam quicquid Papa statuit & ordinat perpetuò quidem, & irrefragabiliter obseruandum est. c. enimuerò. 19. dist.

Ista etiam reductio facta est in secularem in conseruationem & augmentum cultus diuini, & ad decorẽ & uenustatem personarum, ut patet in bulla reductionis, quòd si reduceretur in alium statum, cultus diuinus diminueretur, quòd maximè prohibet ius canonicum. c. ex parte. de constitu.

Insuper, in hac reductione regularia beneficia suppressa ac extincta sunt, & secularia facta illa quæ erũt in illo monasterio, adeò ut ab eo tempore Abbas secularis dictus sit, & secularibus personis debeantur beneficia illius monasterii: nam de loco camerariæ factus est decanus, de loco infirmariæ archidiaconus, de loco celerariæ sacrista: & sic de omnibus beneficiis factum est, ut fructus illorum deberentur dignitatibus canonicis illius ecclesiæ: ut Deo deseruire ualerent, in horis decantandis, Missis, & aliis officiis celebrandis, quia isti fructus debentur propter officium. c. fin. de rescrip. in 6.

Papa etiam vult istam reductionem in secularem de consensu Regis ualere: & non posse aliquo modo impugnari, nec illius effectum impediri, ut constat in bulla reductionis. Quis ergo istam bullam contra Papæ & Regis uoluntatem impugnare, citra horum indignationem audebit? vt est etiam in fine bullæ, ubi sub pęna maledictionis æternæ prohibet, ne quis contrauenire, seu infringere istam reductionem, quam
4 etiam Rex approbat præsumat, & † quod Papa approbat nos approbare debemus. c. 1. in 19. dist. alioqui deponendus esset proteruus, & inobediens c. oĩa. 25. q. 1.
5 † Secunda quæstio est, an ualeat unio beneficiorũ & prioratuum dependentium ab ipso monasterio, etiam non facta inquisitione super commodo, uel in-

incommodo, & non uocatis vocandis, quod non uidetur valere per regulam Cancellariæ, de unio. & ubi non seruatur forma non ualet actus, c. cùm dilecta. de rescrip. l. cùm hi. §. pretor. ff. de transac. etiam quia hæc unio uidetur contra concilium Constant.

Contrarium hoc casu est uerius: nam unio potest de iure fieri, etiam non uocatis possessoribus beneficiorum, sed eis non nocebit quominus habeant illa beneficia ad uitam. clem. fi. de reb. eccl. non alien.

At in hac facti specie non agitur principaliter de vnione, sed de reductione Ecclesiæ de Vezelaio in secularem: uidendum est nunquid ista reductio fieri possit, & facta teneat, quin fieri possit non est dubitandum, ut suprà dictum fuit, & sic quin facta teneat,
6 etiam non minus dubitatur: quia † licèt multa prohibeantur fieri, tamen facta ualent. l. patre. ff. de his qui sunt sui uel alie. iur. ista reductio non erat prohibita ex causa. Et quamuis esset prohibita, facta tamen à Papa teneret per illum tex. quando non tenderet ad ruinam Ecclesiæ, ut inferiùs dicetur per c. primum. ne sede vacan.

Igitur non est disputandum, de hac distributione beneficiorum, se unione monasterij, quæ facta est istis secularibus, quia hæc unio debet sequi naturam principalis, tanquam accessoria. reg. cùm principalis. ff. de reg. iur. ergo postquam ualet reductio in secularem, & unio accessoria iure ualebit.

Et quamuis vnio per se facta requireret illam solemnitatem regulæ Cancellariæ, tamen derogatio Papæ ualeret. Et posito, & non concesso, quòd non ualeret, non inuenitur iure cautum, nec concilium Constan. loquitur de ecclesia reducta in regularem, vel secularem statum, quominus habere possit beneficia & illorum fructus, ut ministri eius uiuant: alioquin non posset fieri hæc reductio sine hac unione: imò omnes essent sic nullæ.

Certùm est quòd attendimus id quod principaliter agitur. l. si quis nec caussam. ff. si cer. pet. l. nauis. ad
7 leg. Rhodi. de iact. l. 1. de author. tutor. † unde si testis falsum deponat super principali, puniri falsi debet. Si autem super accessoriis, utpote dixit se non esse consanguineum partis, quamuis esset, ex eo non punitur falsi, ut docet Bar. in 2. lectura. l. penul. C. de transact. & Ang. in l. Lucius. ff. de his qui nota. infa. quòd Iason refert in d. l. si duo. §. idem Iulianus. ff. de iureiu. igitur si attendatur principale, quod est reductio in seculare͂ & illa ualet: ergo & unio quæ est in cõsequens facta.
8 † Adhæc non consideratur quod fit in executione, & (ut Doctores dicunt) executiuè, sed quod fit principaliter. l. fi. ff. quod quisque iur. clem. 1. de præben. Bal. in c. 1. col. 2. hic finita lex in feudis: sed ista unio facta est exequendo bullas reductionis, in secularem, & non principaliter: ergo non debet attendi, sed tantum reductio an bene facta sit uel non.
9 † In primis Papa extinguit statum regularem, & secularem statum inducit: postea creat dignitates canonicales, capellanias & alios ministros seculares. Deinde (ut illi in illa ecclesia viuere possint) beneficia illorũ, seu fructus diuidit inter singulos, & unit illi ecclesiæ seculari factæ: quia illa omnia beneficia ab ipso monasterio dependebant. unde dicit Pelagius Papa in c. postea. in fi. 25. q. 2. his uerbis: Sancta Romana Ecclesia sua authoritate congregata ualet disiungere, & disiuncta congregare, rationis tamen æquitate considerata. Vnde vel pietatis, vel necessitatis intuitu semel à se concessa valet, uel in totũ, vel in partẽ commutare: sed Papa de uoluntate Regis, imò ex ipsius supplicatione commutauit statum regularem in secularem: ergo illa commutatio impugnari non debet, nec unio in consequentiam illius reductionis facta.

Nec obest etiam si esset vera vnio, quæ non est, quia in unione diuersæ Ecclesiæ vniuntur uni. c. exposuisti. de præben. sed hic diuersæ Ecclesiæ non sunt vnitę sicut quando vnitur Abbatia Episcopatui, uel beneficium beneficio, quin potius omnia beneficia Abbatiæ de Vezelaio fuerunt commutata in alterum statũm, & demum fuerunt unita postquam illi prioratus uniti erant dependentes à monasterio, ergo vniri facilè poterant: nam sequi naturam principalis monasterii debebant. c. cum singul. de præb. lib. vj.
10 Nunc succedit arduum dubium, † eò quod non fuit seruata solemnitas, quæ in unionibus seruari debet: ergo uidetur nulla vnio. Respondeo istam solemnitatem inuentam esse in simplici, non in alio actu, vt si reductio Ecclesiæ in alium statum fiat, vt dictũ fuit, etiam illa vnionis solemnitas cessat, quando omnes quorum interest consentiunt, tunc non sunt vocandi qui præsentes sunt. Bar. & alii in rub. de in ius u ocan. sed omnes quorum interest consentiunt, non igitur sunt uocandi præsentes. Bar. & alii in rub. de in ius vocan. sed omnes quorum interest consenserunt huic vnioni, ergo non erant vocandi alio modo, quod ex sequentibus probatur.

Primò, Papa qui erat Episcopus Episcoporum hãc fecit vnionem: ideo non erat citandus.

Secundò, Rex tanquam patronus consensit, & petiit hanc reductionem fieri, quoniam patroni consensus requiritur. c. suggestum. de iure patron. de Rota decis. 229. in dimembratione. in antiq. Deci. consi. 148. reuerende. col. 1.

Tertiò, Abbas de cuius beneficiorum collatione agebatur cõsensit, & petiit hãc reductionem fieri: cõ senserunt omnes religiosi, & sic conuentus: ergo so-
11 lemnitas quantum ad effectum censetur facta, & † sufficit formam impleri, & solemnitatem quoad æquipollens. l. fin. ff. manda. & quãdo fuisset facta inquisitio in partibus, alii non fuissent uocati, quia aliorum non intererat, & sic non erat necesse aliam facere vocationem.

Et si dicatur priores, qui prioratus dependentes possidebant esse in hac unione uocatos, respondeo uerum, sed certè non erat opus, quia nihil factum est in illorũ præiudicium: nam possunt ipsi possidere, non obstante unione prioratus quandiu viuent. Non esse vocandos decidit tex. in clemen. fi de reb. Ecclesiæ nõ alien. nec eis vnionem insinuandam censuit Senatus, vt refert Ioan. Gallus. quæst. 134.

Nec obstat, quòd potuisset resignare si non fuissent uniti illi prioratus. Respondeo verum, sed illam resignationem fortè non admisisset Papa, uel alius collator: ergo illud preiudicium non attenditur, quia Papa iam declarat vniẽdo se nolle resignationem deinceps admittere, ut cap. ex parte. de offic. deleg.
12 † Quoad inquisitionem de commodo, uel incommodo faciendam in simplici vnione iura statuunt. uidelicet ut quando una Abbatia Episcopatui unitur, aut duæ Abbatiæ, aut aliàs fit principaliter vnio, secus quando reductio fit de vno statu in alium, saltem hoc iure cautum non inueni: & erubescimus cum sine lege loquimur. l. illam. C. de colla. ratio in vnione esse potest, quia spoliatur vna Ecclesia, ut alia ditetur: & vnum altare non est discooperiẽdum, vt aliud cooperiatur. l. assiduis. qui potio. in pigno. hab. clemen. quia contingit. de religio. domi. quod non est factum hac reductione, nam tantùm beneficia religionis, & monasterii, & alia quædam dependentia sunt unita ad victum

ctum clericorum secularium, quod non est prohibitum: nam qui altari seruit, de altari viuere debet, ut diuus testatur Paul. & Papa.in c. cùm secũdũ.de præb.

Etiam quando notoriè constat de commodo non
13 est ampliùs inquirendum, quia † notoria & manifesta non indigent probatione. c. vestra. de cohabita. & de manifesta & notoria caussa plurimi non sunt quærendi testes.c.de manifesta.2.q.1.sed notorium est istã reductionem tendere in commodum publicum, ut testantur tam Papa, quàm Rex, & patet in bulla reductionis quorum testimonio standum est: quia in ore duorum uel trium, &c. Et sic non erat facienda hoc casu inquisitio super commodo, uel incommodo, cùm antequam per illam reductionem petierit satis constabat commodnm fore, aliàs ipse non petiisset contra Ecclesiæ commodum: & Papa etiam recusasset hoc facere: & qui contrarium dicit, oportet vt hoc probet.

Præterea in concilio Constan.dicitur ad querelam quorum interest annullandas uniones: sed ut dixi omnes quorum intererat tempore reductionis fuerunt vocati, uel consentientes: ergo non inspicitur de nouo an aliquorum intersit, sed tempus factæ unionis
14 inspici debet: nam † qualitas iuncta verbo, debet intelligi secundum tempus verbi. l.in delictis. §.1. ff. de noxal. Postquam ergo id temporis omnes consenserunt, non est nunc de nouo quærendum.

15 † Itaque oporteret reuocare prius istam reductionem in secularem quàm unionem, quæ est accessoria, ut docet tex.in c.1.ne sede uacan. & ibi Doc. sed nullus de reductione conqueritur, & quia ritè facta, ideo non potest retractari: & absurdum esset retractari accessorium, idest unionem, durante statu seculari, id est principali, aliàs esset destruere cultum diuinum: & quod clerici remanerent sine uictu.

16 † Maximè quia concilium Constan. non censet annullandas esse uniones factas ex rationabilibus caussis & ueris, sed in hac unione sunt caussæ rationabiles, scilicet ut augeatur cultus diuinus, vt honestas clericorum seruetur, ut uiuant clerici Ecclesiæ seruientes: nam os boni trituranti ligari non debet. c.extirpandæ. de prçben. ideo ista unio facta ex rationabili caussa retractari non debet.

17 † Item in reuocatione unionis uocandi sunt quorũ interest sicut in unione, & in reductione ad alium statum. c.1. ne sede uacan. vbi dicit vocandum Regem, sed Rex hic per nouissimas suas literas illam unionẽ quatenus opus est confirmat: ergo non uult illam unionem & reductionem mutari: & non licet procurator uenire contra factum Regis eum constituentis, nec reuocare quæ rex specialiter & iustè fecit.c.studuisti.de offi. lega. quia non censetur constitutus ad hoc, nec ad illicita. l. si procurator. ff. de condic. inde. aliàs quod Rex faceret eius procurator destrueret, quod non posset. l.1.ff.de offi. procur.Cæsa.

18 † Nam unio non potest dissolui nisi cessante caussa propter quã facta est.cle. ne in agro. §. adhæc. de statu mona.sed partes nunquam probabunt caussam unionis factæ cessare: ergo unio durare debet, & reductio in statum secularem: nam illa duo sunt connexa, igitur unum sine alio conuelli, seu mutari non debet.c. translato.de constitu.

Etiam Papæ esset, seu eius delegati, uel iudicis ecclesiastici, istam unionem reuocare. c.sicut.de excess.
19 prælato. c.authoritate, de priuileg.in 6.& † eadem solemnitas adhiberi debet in reuocando sicut in construendo. authen. contra qui propriam. de non numer. l.quod iussit. ff. de re iudi. Oporteret ergo quod partes supradicta probarent, aliàs unio semper deberet durare cum reductione in statum secularem.

20 Tertia quæstio, an † valeat impetratio facta de prioratu unito. Respondeo non ualere impetrationes factas de beneficiis unitis, quia non uacant, & quia Papa non uult tollere ius per unionem acquisitum, ut constat per impetrationem, ubi apposita est clausula, dummodo ius alicui non fuerit quæsitum. iuxta cap. quamuis. de rescrip.in 6.aliàs esset reductio inutilis, ut docet Domini. de Rota decis. 160. nota quod beneficium.in antiq.

Subreptitię quoque sunt impetrationes, quia non est expressum in eis, quòd ut in secularem redigeretur Ecclesia de Vezelaio fuit facta ista vnio de istis prioratibus, ut deinceps clerici inseruientes illi Ecclesiæ, de fructibus prioratuum sustentarentur.

Etiam de patrono, uidelicet de Rege, qui fundauerat dictam Abbatiam & consensum præstiterat, si nõ est facta mentio in prouisione, ob id si hoc expressum fuisset, Papa de illo prioratu non prouidisset, uel non ita de leui. c.postulasti. in fi.de rescrip. nec est uerisimile quòd Papa prouidisset, & quod semel fecerat reuocasset, si omnia ei narrata fuissent: ideo illæ impetrationes, & prouisiones nullius sunt momenti.

Insuper ista reductio est facta in vim transactionis, & concordiæ inter ipsos Abbatem, & capitulum inuicem, ac Franciscum Regem Francorum, & sedem Apostolicam. Ideo sicut caussas, vel lites transactionibus legitimis finitas Imperiali rescripto suscitari non oportet. l.caussas. C.de transac.ita nec istam reductionem in statum secularem rescindi posse certũ est.

Ex quibus soluitur quarta quæstio, videlicet appellationem tanquam ab abusu factam perperã emissam, & nullum fuisse abusum, dicere enim ipsos, Papam & Regem abusum commisisse est absurdũ. Primò, ista reductio facta non est contra decreta, nec contra Cõcordata, nec priuilegia Regni, nec contra authoritatem Regiam, quia Rex in suis literis dicit reductionẽ & vnionem in suo consilio intimo visas, & iustas inuentas, ac nihil fuisse quod deroget priuilegiis Regni: ergo esset dedecori contrarium dicere, & fieret iniuria, tam Regi quàm etiam consilio primo, quibus ita visum fuit: & si sit aliquis leuis defectus authoritas istorum potuit hunc defectum purgare, & super illo dispensare.

21 † Quintò, an transactio valeat facta inter Abbatem & capitulum, & an liget successorem, breuiter dicerem trãsactionem, seu compositionem factam inter reuerendissimum Abbatem, Cardinalem de Mendoue valere, & ligare successorem, tum quòd sit nomine dignitatis Abbatialis facta quę transit semper in successorem. cap quoniam Abbas. de offic.leg. quia dignitas non moritur. c. si gratiosè. de rescrip. in 6. tum quòd etiam est dictum in transactione & compositione inter Abbatem de Mendoue, & quia facta in vtilitatem ecclesiæ, vt apparet per inquisitionem factam à iudice delegato, etiam quia hæc compositio fuit à Papa confirmata: ideo his consideratis transactio erit valida, & obligabit successorẽ, cùm inter ecclesias & dignitates potius videatur facta, quàm inter personas. tex.not.in c.veniens.de transac.vbi plenè Doc. dicunt transactionem, seu compositionem à Papa confirmatã transire ad posteros, & Doc. in c.pen. de confir.vti.

22 Vltima quæstio, an Do.de Mendoue, qui † resignauit dictam Abbatiam de Vezelaio, posit vsumfructum retinere illarum rerum, in quibus vsumfructũ habebat, vel modernus Abbas. Respondeo neutrum posse vsumfructum habere, tum quia vsusfructus extinctus

tinctus est per dimissionẽ Abbatiæ, ne inutilis sit semper proprietas abscedente usufructu. l. an vsusfructus. ff. de vsufr. tũ quia reseruatus est illi vsusfructus, quãdiu viueret Abbatialẽ obtineret dignitatẽ, vt patet in bulla confirmationis Papę: sed ipse de Mendoue non obtinet dignitatem Abbatialem: ergo illum vsumfructum non habebit, quia tanquam Abbas hoc obtinebat. Item nec nouus Abbas, quia vsusfructus non transit ad successorem, sed finitur morte naturali, vel ciuili. § finitur, de vsufru. insti. igitur cùm vsusfructus extinctus sit per dimissionem dictæ Abbatiæ nouus Abbas illum habere non potest: ista sunt quæ videntur facere ad sustinendum reductionem, & vnionem ad alia iura Ecclesiæ de Vezelaio. Datum anno millesimo quingentesimo quinquagesimo tertio, in mense Ianuario à Resurrectione computando.

RESPON. CV.

De collectis & subuentionibus pro Ecclesiis regularibus, in seculares redactis.

SVMMARIVM.

1 *Collectæ, & subuentiones, quæ debentur ecclesiis regularibus, si ille in statum secularem redigantur, an debeantur.*

2 *Subuentiones impositæ propter strictiorem uitam seu reformationem, reformatione cessante non exigentur.*

3 *Religiose viuentes si à religione cessauerint priuilegijs exuuntur, quæ religiosa meruit conuersatio.*

4 *Priuilegium quando certo ordini est tributum propter arctitudinem uitæ perditur priuilegium, si non seruetur regula antiquitus arctè instituta.*

5 *Priuilegium indultum monasterio intelligitur datum monachis in ipso monasterio permanentibus.*

6 *Subuentio respicit necessitatem.*

7 *Expensæ à quolibet Abbate, & Priore ministrandæ sunt in capitulo iuxta facultatem redituum.*

8 *Receptor subuẽtionum rationem de his reddere tenetur.*

9 *Subuentio, quæ ratione paupertatis exigitur paupertate cessante, & ipsa cessat.*

Immunitas ob paupertatem cessat auctis facultatibus. ibidem.

1 QVAESTIO est, † an collectæ & subuentiones quæ debentur Ecclesijs regularibus, si illæ redigãtur in statum secularem debeantur, & breui putarem distinguendum, & super hoc tres sunt casus faciendi. Primus est quando ex fundatione res vel priuilegia data sunt Ecclesijs regularibus, intuitu pietatis vel necessitatis, illa debent apud eos remanere etiamsi seculares fiãt, & ita intelligitur tex. in c. Eleuterius. 18. q. 2. & c. quæ semel. 19. q. 3. c. significatum. vbi gl. & Doct. de præb. quia Canonici seculares sunt subrogati in locũ monachorum, ergo & priuilegia priora habebunt. §. fuerat de actio. & instit. cle. vna. de supplenda negli. prælat. Io. And. & Perus. in c. 1. §. adhæc. de eligend. do. lib. 6. & hoc expresè docet Petrus de Perus. in tracta. de muta. status Ecclesiarum capit. 3. q. 1. argum. c. Ecclesiam, vt lite penden.

2 Secundus casus est, quando † priuilegium vel collectæ, seu subuentiones impositæ fuerunt propter strictiorem vitam, seu reformationem, tunc reformatione cessante non exigentur subuentiones. tex. in c. fi. 25. q. 2. ibi, vt sicut necessitatem patientes cessante necessitate beneficijs renũtiare coguntur, quæ eis miserationis includit intuitus, sic † religiosè viuẽtes cùm à religione cessauerint priuilegiis exuuntur quę religiosa meruit cõuersatio. ecce text. express. quòd subuẽtiones impositæ durãte reformatione cessant, cessante religione, sed in hoc monasterio de Vezelaio cessat religio, quia redactum fuit in secularem habitum, ergo regi debet secundum secularem regulam.

3 (margin number beside "serationis includit")

Præterea dicit tex. in c. recolentes de statu mon. si relictis originalibus ordinis institutis ad communia volueritis aliorum monasteriorum iura diuertere, oportebit vos communi iure censeri, quia dignum est, vt qui similem cum aliis vitam suscipiunt, similẽ sentiant in legibus disciplinam. & ibi Panorm. his verbis ait in 2. no. † quando priuilegium certo ordini est
4 tributum, propter arctitudinem vitæ perditur priuilegium, si non seruetur regula antiquitus arctè instituta, sed in d. monasterio non seruatur regula antea instituta, ergo non debetur illa subuentio prætensa.

5 Item facit tex. in c. quoniam. de priuileg. vbi † priuilegium indultum monasterio, intelligitur datũ monachis in ipso monasterio permanentibus: sed dicti monachi non remanent in monasterio, nec sunt monachi, ergo priuilegium illorum cessat. facit c. ut priuilegia. ibidem.

Adhæc probat tex. in c. Abbate sancti Syluani in fi. de verbor. sign. Ibi vt tandiu monasterium ipsum hac honoris debeat prærogatiua gaudere, donec ibidem viguerit obseruantia regularis. Ergo patet quòd donec obseruantia extitit regularis, debitæ fuerunt collectæ & subuentiones, qua cessante & præstatio subuentionis. vt per glos. ibi no. & in d. c. fi. 25. q. 2.

6 † Præterea subuentio respicit necessitatem. c. fi. in fi. 22. q. 4. & c. fi. 25. q. 2. Ibi vt eorum subueniatur inopiæ, vnde cùm istæ collectæ & subuentiones imponerentur ratione religionis conseruandæ. Igitur cessante religione cessabunt, nec imponi poterũt deinceps nec exigi.

7 Est quippe tex. in c. fi. de statu mon. qui dicit † expẽsas esse ministrandas in capitulo, à quolibet Abbate, & Priore, iuxta facultatem redituum. & in constitut. Benedict. tit. de capitul. prouincia. dicit illos teneri ad expensas, quas dicti priores seu maiores ipsorum fecerant ad ipsa capitula veniendo, stando, & redeundo. Sed priores nunc non faciunt expensas eundo, stãdo, nec redeundo ad capitulum, quod nullum est, cùm Abbas & monasterium sint seculares, ergo nulla eis debetur pensio seu impensa.

Etiam in d. constitu. Bened. titu. & capit. genera.
8 scribitur quòd † receptor istarum subuentionum tenetur reddere rationem de his, an expositæ fuerint secundum statum, & cùm hodie non reddatur aliqua ratio de his, sed Abbas est emancipatus, ergo non est illi tribuendum quod occasione reformationis concedebatur.

Item in d. constitu. Bened. titul. de subuentio. & collectis. cautum est vt hæc collectæ ad vsum duntaxat eorum pro quibus factę sunt, & ad alios nullos vsus conuertantur, & de hoc pręstent iuramentum receptores, nec alia potest impositio fieri, quandiu aliquid sufficit de prima collecta. Igitur hæc subuẽtio imponitur ratione expensarum concilij quod hodie cessat, ergo & impositio cessare debet.

Insuper habent Abbates potestatem exigendi has collectas & subuentiones ab omnibus prioribus & beneficiatis subiectis, qui erunt ipsi annali capitulo seu monasterio subiecti, vt patet in eadem constit. Bened.

ned. sed nulli nunc priores seculares sunt subiecti monasterio, nec annali capitulo, quod non celebratur, quia redacti sunt in secularem statum: ergo nulli ad has collectas & subuentiones tenentur.

Hoc etiam videtur dictum in statuto definitorum dicentium, quòd priores seu obedientiæ, idest priores obedientiarij. ita exponitur in c.2. de stat. monac. ob id quatenus fuerunt obedientiarij, ad id tenebantur & non vltrà.

Nec refragatur quod definitores dicunt soluendas subuentiones ex debito, & quæ consueuerunt, ergo erant debitæ. Respondeo, in singulis concilijs erant debitæ ex iuris decisione & ex concilio generali quod permittit vt istæ subuentiones imponātur obediētiarijs & non alijs. c. penult. in fi. de statu monach. Ideo isti definitores referūt se ad illud, debitum, non quòd fuisset debitum ex fundatione, vel aliàs, sed religionis tantùm ratione: & qui vult dicere debitum esse ex fundatione opus est quod hoc probet. per l.2.ff. de prob. l.actor. C. illo tit.

Ex prædictis patet, in casu præsenti Abbatem de
9 Vezelaio non posse exigere † subuentionem, tum quod exigebat ratione paupertatis, quæ hodie cessat, ideo & impositio. l.non tantum. §. eos.ff.de excus.tutor. & data immunitas ob paupertatem, cessat auctis facultatibus. l. cura. §.deficientium. ff. de munerib.& honor. l. his omnibus. §. auctis. de vaca. munc. facit c.si pauper. de præb. in 6. Cessat reformatio, etiam religio cessat, etiam causa priuilegij, & sic priuilegium. l. scriniarios. C.de testa. milita. l.Titia Seio. §. viuras. & ibi Bart.ff. de lega. 2. Cessante monacho in Ecclesia cessat prębenda. §. illis. vbi glos. de testa. milit. in instit. c.si. de rescrip. & semel dicam in omnibus causis id obseruatur, vt vbi personæ conditio locum facit beneficio, ibi deficiente ea beneficium quoque deficiat. l. in omnibus.ff.de reg.iu. vbi Dec. & alij. & cessante religione cessat priuilegium. c. generaliter. in glos. non diuagantes. 16.q.1. vt superius dictum est. Et quia istud vergit in præiudicium priorum, ideo est restringendum. c.quamuis. de rescript. in 6. l.2.§. meritò.ff. ne quid in loco publico fiat.

RESPON. CVI.

De beneficiorum unione & quæ dubia ex ea oriantur.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia principali secularisata, omnes aliæ ab ea dependentes secularisatæ censentur.*
2 *Ecclesia vnita alteri, sortitur naturam illius cui unitur.*
3 *Vnitum tantum valet, quantum expressum.*
Vnio facta in ecclesia secularisata, non porrigitur ultra ecclesias hic expressas.
4 *Vnionis requisita.*
5 *Solemnitas, quæ requiritur in faciendo, requiritur & in addendo.*
6 *Beneficia non vnita, an ab Abbate conferri possint.*
7 *Regularis ecclesia, quæ in secularem transfertur, non perdit bona, quæ habebat.*
8 *Rex nominationem suam non perdit, ecclesia regulari in secularem translata.*
9 *Vnio facit ex duabus ecclesiis vnam.*
10 *Vnionis reuocatio, sine causa legitima fieri non potest.*
Collatio beneficij vniti non nocet unioni. ibidem.



X vnione & reductione Ecclesiæ Figiaci in secularem, primò, quæritur an per reductionem Ecclesiæ & Abbatiæ in seculare̅, censeantur etiam prioratus & beneficia ab illa Ecclesia dependētia, in secularem statū reducta.

Secundò, si Ecclesia diuę Magdalenes vnita censeatur, cùm à dicta Figiaci Ecclesia dependeat.

Tertiò, si vnitum non sit ex primis literis, an per literas secundas de perinde valere vnita censeatur.

Quartò, an collatio posšit fieri ab Abbate illorum prioratuum non vnitorum quæ prius regularia erant.

Quintò, an secularibus aut regularibus conferenda sint.

Sextò, vtra collatio valeat, an ab ordinario, aut à Papa.

1 Primæ quæstioni breui respondeo, quod si † Ecclesia Figiaci, quæ est caput à qua aliæ dependent, reducta fuerit in secularem, quòd omnes aliæ Ecclesiæ regulares ab ea dependentes: censentur esse etiam in secularem reductæ, quia accessorium naturam & qualitatem principalis sequitur. l.cùm principalis.ff.de regul. iur.& regul. accessorium. d.regul. iur. in 6.

Absurdum enim esset caput, id est Abbatem secularem esse, & Ecclesiam Figiaci, & alios prioratus, & beneficia illius Ecclesiæ regularia & res censeretur diuerso iure: contra l.eum qui ædes. ff. de vsuca.

Nam quando Ecclesia vnitur alteri, tunc vna fit
2 Ecclesia. c.1.ne sed.vacan. & illa † vnita sortitur naturam, & priuilegia Ecclesiæ cui subiicitur, & adiici censetur, cum omnibus suis iuribus. c.2.de religios. domib. vbi etiam Doct. dicunt, quòd quando monasterium vnitum habet capellas, illæ transeunt in monasterium cui fit vnio, sicut si paterfam. arrogatur, omnes qui ei subsunt transeunt in arrogatoris potestatem. §. illud. instit. de adopt. Petrus de Perus. in tract. de vnione Ecclesiarum. cap.2. sic expresse dicit, quòd si ecclesia quæ unitur esset secularis, & is cui unitur regularis efficietur regularis unita, & sic è contrario, & ideo non est opus in his pluribus insistere, cùm illa regularia beneficia ordinis censeantur transire in statum secularem, eò ipso quòd Ecclesia principalis est secularis.

Secundò, apparet d. Ecclesiam diuę Magdalenes
3 vnitam non esse, quia tantum valet † vnitum quantum expressum. c.1.ne sed. uacan. Doct. in c.sicut unire. de excess. prela. sed non est expressus hic prioratus, ergo non erit vnitus, quia de vnione plenè constare debet. c. vlt. de rebus ecclesiæ non alienand. imò post quam aliqua beneficia reperiūtur vnita, apparet istud vnitum non esse. arg. l.cùm prætor.ff. de iudic. ubi qui de uno dicit, de alio negat, & qui vnum vnit, aliud negat vnire c.qualis.25.dist. Igitur hic prioratus Magdalenes de Marinhagues, non censetur vnitus, quamuis prioratus sancti Lupi vnitus sit, quia diuersi sunt & diuersorum & separatorum, separata est ratio. l.fi.ff.de calumniat. sic diuersa erit vnio. Postquam ergo apparet prioratum sancti Lupi vnitum, ergo iste prioratus diuæ Magdalenes non erit vnitus. Nec refragatur quòd nominatus fuit prioratus de Marinhagues, quia respondeo, cum prioratus sancti Lupi uocetur de Marinhagues fuit sic expressus, tamen fuit nomen S. expressum ad differentiam prioratus Magdalenes. Et ideo Papa uoluit de eo intelligere, imò uno expresso, aliud negatū censetur. per c.nonne. de præsumpt.

Tertiò, an per literas de perinde valere censeatur vnitum in quibus est expressus hic prioratus: & respondeo quòd non, tum primò, quia iam erat ius acquisitum Abbati, quod non censetur sustulisse Papa,

per

per cap.quamuis.de rescrip.in 6.nam hoc beneficium non erat vnitum, ergo Abbati erat collatio reseruata qui non consentit, igitur non valet.

Secundò, quod per has literas non potest fieri unio
4 nempe in † unione requiritur inquisitio vtilitatis, necessitatis uel alterius causæ. cap.uacante.& c.exposuisti.de præbend. in 6. quæ non interuenit in hoc rescripto, ergo non ualet.

Imò, si vnio fieret, tanta solemnitas in his require-
5 retur literis quæ in unione, quia † solemnitas requisita in faciendo, requiritur & in addendo. l.hæredes palam.§.si quid post.iuncta glo.in verb.mutare.ff.de testam.etiam in prorogando eandem solemnitatem requiri asserit Albert.Brunus in tract.de forma & solemnitate actus fol.91.ubi etiam dicit, quòd in accessorio eadem solemnitas requiritur quæ in principali.vt testatur Bal. in l.1.col.2. C. communia delega. Igitur cum non interuenerit hic solemnitas quæ in unione interuenire debet, hic prioratus, illas literas de perinde ualere, vnitus non censebitur.

6 † Quartò, an Abbas illa beneficia, quæ vnita non reperiuntur, possit conferre? & breui respondeo quod sic, quia vnio & reductio cēsetur facta sine præiudicio alicuius, nisi exprimatur.c.quia monasteriū. de religios.domib.

7 † Item regularis Ecclesia quæ in secularem transfertur, non perdit bona quæ habebat teste Petro de Perusi.in tract.de mutatio.status Ecclesiæ.c.3.q.1.arg. c.Ecclesiam.2. vt lite penden. Probus in addit.ad Io. monach.in c.cùm de beneficio.de præbend. in 6.

8 Imò, etiam docui † Regem non perdere nominationem suam quando Ecclesia regularis transfertur in secularem, vel econtrario.in §.vlt.in verb.iuxta priuilegia. in rubr. de Regia ad prælatur. nominatio. in Concord. sic nec hic Abbas suam perdet collationē beneficiorum non vnitorum sine facto suo, quia qđ nostrum est, sine facto nostro à nobis auelli non pōt. regul.quod nostrum.ff.de regul.iur. Et per hoc patet beneficia quæ non sunt vnita spectare ad collationē Abbatis, sicut antea cū erat regularis, quia si non mutaret, cur stare prohiberetur.l.præcipimus.C.de app.

9 † Per vnionem ex duabus Ecclesijs vna fit. c.1. ne sed.vacan.& c.sicut vnire.de excessib.prælato.& vnus rector illarum esse debet, nō plures. c.& si temporis. 16.q.1.& sicut vna Ecclesia vnius debet esse sacerdotis. c.tuæ. de præbend. ita quando duæ sunt annexæ, quia vnum sunt vt supra dixi, ergo vna Ecclesia, ex his non potest conferri vni, & altera alteri; quòd si fiat, non valet, tum quia Ecclesia postquam est vnita, amplius non dicitur uacare, &c. frequēs.de excessib. prælator.versi quidam, ubi etiam in gl. dicitur quod unita dicitur suppressa, & sic non dicitur uacans.cap. cum accessissent. de constit. & ideo beneficium non uacans uel suppressum conferri non potuit.

Item sicut non ualet unio nisi præcedente causæ cognitione.clem.ult.de rebus Ecclesiæ non alien. & pro hoc interuenisse arestum dicit gloss.in §.fi.de electio.in pragm & debet fieri ista causæ cognitio in partibus illis, in quibus est beneficium, cui unio fieri de-
10 bet.regul.cancell.20.sic & in † reuocatione unionis non debet inquiri, an uera & legitima causa sit, propter quam petitur reuocatio. cap. uacante. de præb. capit.1. ne sed.uacan. Petrus de Perus.in tracta.de reuoca.unio Imò separationem bonis confusis & unitis impetrari non posse, censuerunt Iurisperiti, ut patet ex l.1.§.præterea.ff.de separat. Et si dicatur reuocationem unionis non esse factam propter istam collationem, respondeo factam esse saltem ad tēpus, & sic sapit sectionem, in Turonensi consilio prohibitam, & quodammodo reseruationem, quia cùm reuocatio unionis sine causa non fiat, ut est dictum, Papa conferendo isti Ecclesiam annexam ad uitam, reseruat alteri habenti principalem quod tamen post mortem alterius non potest fieri, quia per collationem Ecclesiæ cui facta est unio.

Intelligitur collata Ecclesia quæ unitur.c.gratia. de rescrip. lib. 6. Ideo titulus erat penes illum cui primò facta fuerat collatio, igitur alter non potuit habere titulum, & sic nec decreto, sine titulo iuuari.

Item cōsensus rectoris non potuit præiudicare successori ecclesiæ, cui facta erat unio: nam consentiendo reuocationi, ut annexa conferatur alteri, reuocat unionem, & sic bona debent redire ad ecclesiam unitam, ex quibus insurgit alienatio illorum bonorum, quæ potest reuocari per successorem, si non reuocetur per alienantem. c.si quis presbyter. de rebus ecclesiæ non alie.& sic non ualuit hic cōsensus in præiudicium successoris, quare cùm ille qui annexam habuerit non habuerit titulum, non potest iuuari decreto de pacifi. possess. quia impossibile est titulum penes duos.l.si ut certo.§.si duobus. ff.commod. sed titulus annexæ erat penes illum qui habebat principalem, ergo non erat penes alterum, ideo sine titulo iuuari nō poterit, decret.de pacifi. possess. Ita scripsi in tract. de pacifi.possess.in uersi.9. extende.nu.62.alia per temporis breuitatem scribere non potui.

RESPON. CVII.

De reformationibus.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia quælibet, & congregatio debet suum habere prælatum, ex ipsius ecclesiæ gremio assumptum.*
2 *Professionis disparis homines in unum sociari rationi non conuenit.*
3 *Ecclesiæ regulari quis præfici non debet, nisi in illa regula sit instructus.*
4 *Monachus professus in vno monasterio, si ad aliud transeat, debet ibi nouam professionem facere.*
5 *Institutio præsupponit præsentationem.*
6 *Semel approbatum, reprobare non licet.*
Ignotus non debet eligi, nec præsentari. ibidem.

VINIVS Zeno Imperatori dicere non erubuit, Rogo domine Imperator audias me patienter: de legatis quid statues? l.proximè.ff.de his quæ in testam.delen. sic humiles famuli uestri rogamus uos decanum & capitulū, ut in hac re patienter audire liceat, & defensiones nostras respicere non dedignemini, quibus de iure nostro liquidò apparebit, & quòd sine iustissima causa ista non proponimus: sed zelo deuotionis & reformationis conseruandæ, ut per vos nobis liceat eam perpetuò seruare, eaq; uti frui iuxta statuta & reformationis sententiam.

1 In primis de iure certum est, quod † quælibet ecclesia & congregatio suum debet habere prælatum & magistrum, qui ex ipsius Ecclesiæ gremio assumi debet.c. ne pro defectu. in fi.de elect.imò si superior ad quem deuoluta est potestas, prouideat de alio, qui non sit de gremio fratribus dissentientibus, nulla erit prouisio.ut dicit Hostien. & Panor.in d.c. ne pro defectu. in glo. ult. quia fit fratribus iniuria quando inter eos

eos reperitur, dignus, & non recipitur secundum eos, quod est maximè casui nostro accommodum, cum velitis ex alio gremio S. Victoris, nobis magistrum dare, omnibus fratribus d. domus neglectis.

2 † Item non conuenit rationi, vt homines disparis professionis in vnum socientur. clem. 1. de elect. sed defuncto Abbate cuiuscunque congregationis non extraneus eligatur, nisi de eadem congregatione, quē sibi propria voluntate concors fratrum societas elegerit. c. quàm sit necessarium. §. defuncto 18. q. 2. ergo concors societas fratrum domus Dei eligere debet aliquem ex ipsis in magistrum domus.

Item, quia nulla ratio sinit vt inter Episcopos & magistros domus habeatur, qui nec à fratrib. sunt electi. c. in nomine Domini. 23. dist. nam congregatio debet sibi eligere magistrum. c. congregatio. 16. q. vlt. & c. Abbatem. 18. q. 2. Igitur debet congregatio fratrum domus Dei eligere sibi magistrū ex gremio. Item sicut inuitæ sponsæ, non debet dari sponsus. c. cum locum. de sponsal. quia coactio habet difficiles exitus. c. requisiuit. de sponsal. sic nec domui Dei inuitæ debet dari magister. c. nullus inuitis detur Episcopus. 61. dist.

3 † Item non debet quis præfici Ecclesiæ regulari, nisi sit in illa regula instructus. c. officij. de elect. & quomodo poterit magister ad regulam coercere, si ipse nō sit instructus in ea. c. quāto. ubi Doct. de offi. ordi. Ideo debet multo tempore in monasterio discere, ut postmodum doceat. c. si viue. & seq. 16. q. 1. Certum est quòd licet fratres S. Victoris sint ex eadem regula S. Augustini, tamen magna est professionis diuersitas, ut patet cuilibet intuenti ambas professiones, & multa sunt adiecta & detracta statutis domus Dei, quæ fratres S. Victoris obseruare non debent, quia non sunt in illis experti, ergo non sunt domui Dei præficiendi, neglectis fratribus domus qui sciunt statuta & seruāt, alias esset sumere panem filiorū, & dare exteris quod Christus prohibuit in Euangelio.

Item cum fratres S. Victoris nō sint fratres domus
4 requireretur alia professio, † nam monachus professus in uno monasterio, si ad aliud transeat, debet ibi nouam professionem facere. c. Abbate S. Syluani. ubi Panor. in 4. notab. de verb. signifi. & essent nouitij quo ad domum Dei, & sic non assumendi, quia in magistrum assumi non debet, qui non nouit se discipulū. c. cum in magistrum. de elect. possent enim si præficerentur domui Dei, in dicere fratribus multa seruanda in monasterio S. Victoris, quæ tamen in domo Dei seruari esset alienum.

Item in sentētia reformationis facta per magistros Iacobum Merlin, & Ioannem Bertrul. sacræ paginæ professores & commissarios vestro nomine datos, talis articulus continetur. Decanus & capitulum, aut uisitatores eorum deputati, unum de fratribus quem uiderint sobrium, castum, prudentem, solicitum & ad regimen domus præ cæteris idoneum, bonæ & honestæ conuersationis instituent, qui cæteris præsit fratribus, sororibus, filiabus, ac toti domui, cui cæteri obedire tenebuntur, & facere quæ illis facienda iniunxerit, & præstabit in manibus dictorum Decani & capituli, aut uisitatorum deputatorum iuramentum, de bona & fideli administratione facienda, & si talis non inueniatur in domo aliunde assumatur. Ista sunt verba dictę sententię reformatoriæ. Hic articulus uult quod instituatur unus de fratribus, ergo de fratribus domus, quia in fine dicit quòd si non inueniatur idoneus in domo quòd alibi sumatur. Cur igitur hic articulus nobis non seruatur? qui & iuri diuino, Canonico, & ciuili conformis est? ut suprà probaui, non est mirum si conqueramur.

Insuper vult d. articulus quòd Decanus & capitulū instituet, ergo requiritur præsentatio fratrum, quòd tres eligant unum, quem capitulo præsentabunt, & Decanus & capitulum instituet, vt patet in alio articulo, ibi & pręsentabitur decano & capitulo, coram qui-
5 bus profitebitur. & c. nam † institutio etiam in terminis iuris pręsupponit præsentationem. Hostien. & alij in rub. & in summa de institutio. & c. authoritate. illo tit. ergo Decanus & capitulum debet instituere præsentatum per congregationem domus Dei.

Item dum dicit prædictus articulus, si non inueniatur, debet de hoc apparere, quòd in domo Dei non inuenitur aliquis pręficiendus in magistrùm, quod non est præsumendum. Imò, semper præsumendum est, quòd aliquis sit dignus. c. nullus. 61. dist. ibi. Tunc autem alter de altera eligatur ecclesia, si de ciuitatis ipsius clero; cuius est Episcopus ordinandus, nullus (quod euenire non credimus) dignus poterit reperiri. idem dicit text. in c. obitum. ibidem. si igitur Papa non pręsumat quod in una congregatione non reperiantur digni, ergo non debet hoc Decanus, & capitulum præsumere. Imo dicunt Doct. in c. ne pro defectu. de elect. quòd præferendus est qui est de gremio alteri magis idoneo, dummodo sit idoneus per tex. in c. constitutis. de appel. cum præsumatur magis utilis domui is qui est de domo, quàm alius exterus. Igitur illi confratres qui sunt de domo Dei magis erunt vtiles illi domui, quàm exteri, ergo præficiendi.

Item non est verisimile, quòd vos qui elegistis nos fratres d. domus, elegissetis inutiles & inexpertos, aliàs esset vobis adscribere (salua pace dicemus) vitium, &
6 quod † semel approbastis, reprobare nunc non licet. l. in arenam. C. de inoffi. testa. & magnum esset quòd nunc velletis reprobare, quos elegistis, & idoneos & utiles d. domui dedistis, nec in his potestis prætendere ignorantiam: nam ignotus eligi non debet nec præsentari c. ea noscitur. ubi Panorm. de his quæ fiunt à prælat. c. in Lateranensi. in fi. de præben.

Itē in alio articulo dicitur, statuimus & ordinamus quòd quodammodo erunt nouem fratres clerici professi, & si fieri potest, presbyteri quorū vnus erit magister, si idoneus reperiatur inter eos qui eligentur. & c.

Ex quibus pręd ictis apparet nos debere eligere vnū ex fratribus d. domus in magistrum, & vobis eum præsentare, & demnm vos instituere, quæ nobis concedere dignemini, ne contra iura diuina & humana, ac dictæ domus statuta procedatur, nos offerentes in omnibus, & per omnia pro virili statuta d. domus ac reformationis seruaturos.

RESPON. CVIII.

De reformationibus iterum.

SVMMARIVM.

1 *Recusatio iudicum datorum ad reformandum.*
Iudices suspecti, ac inimici esse non debent. ibidem.
2 *Papa committens reformationem suspectis iudicibus an recusari possint.*
3 *Iudex recusatus post recusationem procedere non debet, aliàs quod fit est nullum.*
4 *Recusati iudicis statuta, etiam in vim prouisionis facta non possunt exequi.*
5 *Monachus cui canonicè est prouisum, ab Abbate sine causa*

causa remoueri non potest.
6 *Monachus cui ad vitam à Papa beneficium manuale collatum est, ab Abbate remoueri non potest.*
7 *Collatio cum sua qualitate censetur facta.*
8 *Inferior legem superioris non tollit.*

E reformationem, quam expetimus, nos fugere quisquam præsumat, paucis ad iuris nostri elucidationem uobiscum, iudices, agemus.
1 † Imprimis agitur de reformatione facienda à suspecto nobis & inimico: at certè quodammodo naturale est suspectorum iudicum insidias declinare, & inimicorum iudicium uelle fugere. c.fin.in fi.3.q.5. & suspecti ac inimici iudices esse non debent. cap. secundo requiris. in fi. de appell. sapit enim hæc exceptio recusationis defensionem quę etiam brutis permissa est, Cicero 1. Offic.lib.Principio generi animantium, &c.l.1.in fi.ff. de iusti. & iu. Ideò licet cuilibet antequam lis inchoetur iudices recusare. l. apertissimi. C. de iudi. nedum permittitur hæc recusatio, & defensio brutis, sed etiam Diabolo non denegandam defensionem tradunt iuris interpretes.in c. cum inter.de except.ubi Papa sic ait, legitima defensio in iudicio reseruatur, & maximè iudicis recusatio, cum periculosum sit coram suspecto iudice litigare, & sic licuit religiosis recusare ipsum uicarium Abbatis, & multis modis suspectum eisdem, ut apparuisset, si auditi fuissent.

2 † Non refragatur quòd Papa commiserit suspectis iudicibus, ergo recusari non possunt. Respondeo Papam non committere causam de certa conscientia iudicibus suspectis.c.cum inter. de exceptio. ergo Papa isti non commisisset si hoc sciuisset, etiam Papa non commisit, sed Archiepisco. Lugdunensis, & si Papa ex certa scientia committeret, adhuc ius recusationis remaneret saluum. glo. not. in c. adhæc. de rescrip. quam ibi approbant Rauen. & Panor. & Doct. in d. cap.cùm inter. Et sic uoluntas Papæ abfuit, quia isti non commisit, & quia hoc non solet, ut suprà dictum extitit.

3 † Et cum iudex est recusatus non debet post recusationem procedere, aliàs quod fit post recusationem est nullum.cap. iudex.in fi. de offic. deleg. in 6. glo. & Doct. in c.cum speciali. de appella. Et sic abutitur iudex, qui proposita recusatione procedit, & sic ille abusus est reformandus, & vos denuò cognoscere, si alijs non suspectis causam delegare non libet, potestis: nam reformatio nulla, & nulliter, pro non facta habetur.l.4.§. condemnatum. ff. de re iudic. l. quotiens. qui satisd. cogan.

4 † Non obest quòd statuta in uim prouisionis facta ab illis debeant exequi, uerum quando essent facta à non suspectis, sed ista à suspectis facta sunt & nulla, ob id quod nullum est exequi non debet d. l. 4.§. condemnatum eum accipere debemus, qui ritè condemnatus est.ff.de re iudic.& Anastasius à Patriarcha suo depositus, quia de inimicitia eius conquestus est, iterato ad iudicium reuocandum dirigitur, etsi manifesta sibi officiant crimina, tamen suæ ecclesiæ reddi præcipitur. c.quod suspecti. 3. q. 5. quantò magis isti religiosi minimè debuerunt ecclesiis suis priuari, & inimicis, & suspectis iudicibus decernentibus expoliari. d. cap. quod suspecti. cùm criminosi non sint, & criminosi restituti fuerint, quod à suspectis iudicibus spoliati fuerant, multò fortius in istis religiosis hoc concedetur.

Dicet quis, monacho habenti administrationem seu prioratum ad nutum Abbatis, non competit aliquod remedium in causa restitutionis. Dom.de Rota.decisio.1.in antiq.sed respõderi potest quòd si
5 † monachi electi fuerint uel aliter eis fuerit canonicè prouisum, non sunt sine causa remouendi rationabili,& manifesta.c.monachi.in fi.de statu monach. cap. cùm inter R.ubi glo. de electio.nec remoueri possunt sine ordine iuris glo.in c.porrecta. de confirma. utili. quis ordo iuris esse potest, quando non recipitur recusatio, & aliæ exceptiones naturalem rationem habentes?

Imò si sine causa remoueatur potest implorare officium superioris, ut sine causa non destituatur, & ex sola Abbatis malitia instar serui.l.1. C. de præcib. Imperat.offeren. hoc docet Innocent.in cap.insinuante. qui cleric.uel uouent.quod bene seruatur in Francia, ut innuit Deci. in d. c. ad nostram.de confirm. util. & Ioan. de Selua. in tract.de beneficiis in 3. parte. q. 68. quia Franci addicti sunt iustitiæ ut neminem lædere patiantur.

6 † Item, quando beneficium manuale est collatum à Papa monacho ad uitam, non potest tunc ab Abbate remoueri. Ioan. Andreas. Do.& alii in c.præsenti.de officio ordina.in 6. & in c.cùm singula.de præben.illo lib.quia decet principis beneficium esse mãsurum.regul. decet de regul.iur. in 6.& fortius, inquit Archid. in d.c.pręsenti. si Papa conferat monacho prioratum nõ tenebitur renuntiare ad præceptum Abbatis, quia quantum ad hoc est emancipatus. allegat. c. si monachus. 16.q.1.Bald.in c.illud.de maiorit.quem sequitur Barba.in c.cùm accessissent.num. 85. cum sequentib. de constitution. his enim monachis à Papa collata sunt beneficia ad uitam, ergo ab illis destitui non possunt.

Item quando beneficium sui natura esset perpetuũ ut in Francia tunc non posset per Abbatem remoueri,
7 quia † collatio censetur ei facta cum sua qualitate. cle.unic.de supplen.negligen.prelato.& c.uno.de capell.monach. in 6. cùm regulariter in Francia omnia sint perpetua. ergo nõ debent remoueri, sed possunt defendi per decretum de pacific. possess. si possederint per triennium, cùm quicunque defendi possit. ut habetur in text. illius titu.

Item cùm Papa ad uitam concesserit illis religiosis vt de fructibus possint disponere, non potuit vicarius
8 Episcopi voluntatem Papæ immutare, quia † inferior non tollit legem superioris.clem.ne Romani.de elect.& sic non potuit ut omnes fructus communicarentur, tum quòd contraueniat fundationi tum etiã consuetudini immemoriali quæ uim legis obtinet. l. tertia. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid.& æstiu.c.super quibusdam.de uerb. signific.

Item Episcopus debebat conuocare aliquos Abbates ad reformationem, & religiosos eiusdem ordinis, si essent ut erant plurimi. c. relatum. ne cleric. uel monach. c. inter. de religios. domib. ob id fuit annullata reformatio per senatum facta ab episcopo Carnutensi, qui solus processerat ad reformationem, contra religiosos sancti Patris, anno 1526. die 13. Decembris: quod hic potest bene applicari, cùm nullus Abbas fuerat vocatus, nec religiosus eiusdem ordinis, alii autem alterius ordinis religiosi non possunt scire statuta, & regularem obseruãtiam alterius religionis, & ordinis.

RESPON. CIX.

De rebus ecclesiæ non alienandis.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteosis rei ecclesiasticæ.*
2 *Contractus ex conuentione partium legem accipiunt.*
3 *Verbum nullum in contractu debet esse superfluum.*
4 *Oblatio saltem requiritur ad euitandam pœnam caducitatis.*
5 *Priuilegiatus non vtitur priuilegio contra priuilegiatum.*
6 *Emphyteota non soluendo canonem suas meliorationes perdit.*
7 *Emphyteota cessante soluere, quomodo possit expelli.*
8 *Dominus expellens emphyteotam, quando possit postea pensionem petere.*
9 *Emphyteota post commissum tenetur de omnibus fructibus perceptis.*
Emphyteota vsufructuario comparatur. ibidem.
10 *Respublica, & ecclesia æquiparantur.*
11 *Tributarius Reipublicæ, citatus in iudicio, vt soluat tributum, si cesset per sex menses, priuatur iure, quod habet in re emphyteoticaria.*
12 *Actus minus solemnis dicitur iniustus.*
13 *Solemnitates in alienandis rebus ecclesiæ quare sint inuentæ.*
14 *Alienatio rerum ecclesiæ quando valeat.*

DEFENDE causam tuam Domine, vt in simili dicit text. in l. 1. C. de testi. quia tua res agitur, cùm sit res Ecclesiæ. Ideo inuocato Dei suffragio respōdeo quæstioni qua quæritur. Præsupposito quodam facto quidā
1 † vicarius concessit in emphyteosim perpetuam domum cum viridario pro censu animo sexaginta solidorum cum pactio, quòd si d. emphyteota cessaret à solutione per triennium, quòd esset licitum vicario, & suis successoribus authoritate propria ingredi d. domum & apprehendere eius possessionem. Et quia vicarius litigabat cum emphyteota, pro alia re, is recusauit soluere, interpellatus per decem annos & vltra. Nunc quęritur, an Dominus authoritate propria possit rem accipere. Secundò, posito quod nō possit, an tamen possit res peti declarari cecidisse in commissum. Tertiò, an ante declarationem possit dictæ domus fructus repetere à die cōmissi, uel à quo tēpore.

Ad primum quo quæritur, an domus authoritate propria possit rem suam post triennium, quo est ces-
2 satum, apprehendere, & videtur quòd sic, † quia contractus ex conuentione partium legem accipiunt. l. contractus. ff. de reg. iur. l. 1. §. si conuenerit. ff. deposit.

Item dicitur pacta seruabo. l. iurisgentium. §. prætor. ait. ff. de pact.

3 † Præterea nullum verbum debet esse in contractu, sine ministerio operandi. Bald. in rubr. C. de contrahend. empt. quæst. 9.

Vltimò, est tex. in l. 2. in verbo repellere. C. de iure emphyt. Et ista est etiam opinio cōmunis secundum Ias. & multos alios gl. & Doct. in c. potuit. de locato. Maximè dicit Sal. quādo interuenit pactum, & ita in hoc residet, & Soc. in consi. 167. in 2. vol. col. 4.

4 † Item ad euitandam pœnam caducitatis saltem requiritur oblatio. tex. & ibi omnes Docto. C. de iure emphyt. Ias. col. 61. per tex. in l. acceptam. C. de vsur. & l. si parte, id tenet Petrus Iacobinus in sua pract. in rubr. de actio. in rem pro re emphyteo. fol. 11. Guid. Papæ. consi. 230. D. Boer. in consuetud. Biturig. in rubr. de consuet. reten. rerum feudal. §. 3.

Imò multi tenent, quòd consignatio & depositio requiritur, sed hic non interuenit etiam oblatio, ergo non potest dicere, quod non sit priuatus. Et licèt quædam reperiatur oblatio aut consignatio, est facta ratione executionis instrumenti, quod habebat executionem paratam, secundum Masuer. in §. 1. de executio. & non ratione solutionis, quàm non recusauit vicarius. non obstat glo. communiter approbata, in l. 2. quæ vult hæredem posse petere restitutionem, si ignorauerit ex illa clausula, si qua mihi iusta causa, quia dico non esse iustam causam, eò quia d. emphyteota non potest ignorantiam prætendere, ergo nec restitutionem. Doct. in c. potuit. Alex. consi. 124. in 5.
5 vol. & consi. 46. in 6. vol. ac etiam quia † priuilegiatus non vtitur priuilegio contra priuilegiatum. authentica quas actiones. C. de sacrosanct. eccles.

6 † Item non potest emphyteota suas meliorationes repetere, quia sua culpa priuatur, videlicet, non soluendo canonem. text. in d. l. 2. in verbo meliorationis. & ibi ponderant Bald. & Iason. C. de iure emphyteo. Bartol. in l. colonus. ff. loc. glo. & Doctor. in authent. qui rem. C. de sacrosanct. Ecclesiis, & nullus discrepat in emphyteota Ecclesiæ, sicut & hic. Ergo concludemus literas regias quæ dicunt meliorationes esse restituendas præiudicare d. vicario in hoc. Et ita fuit decisum per arestum, vt citat Guid. Pap. in deci. Delphi. q. 43. incipiente de anno Domini & consil. 139. in fin. per dictam authenticam qui rem, & ibi latè deducit Iacob. & Dec.

Imò, non poterit emphyteota melioramēta tollere, hoc tenet Ias. in d. l. 2. col. 8. quod sic probari potest quia postquam est illis priuatus, vt suprà probaui, ergo nō potest illa tollere, aliàs secus secundum eum.

7 † Licèt hęc opinio posset de iure sustineri, tamen de stylo curiæ Francię, est quod Dominus non ingrediatur propria authoritate, nisi prius declaratione commissi facta, per iudicem parte audita, & uocata. c. licet in secundo. de præbend. in 6. Guid. Papæ. ita tenet in decis. Delph. q. 107. & ita uult facere d. uicarius, quamuis vigore pacti non requireretur aliqua certioratio ut vult Bar. in l. creditores. C. de pigno. Ias. in d. l. 2. col. 33. & multiplici remedio potest agi. Primò, condictione ex lege, & petere declarari emphyteotam cecidisse à iure suo. gl. in l. 1. in verb. custodiri. & ibi Bart. & alij. C. de iure emphyteo. in §. adeò. instit. locati. Petr. Iacobi. in sua practic. rub. de condi. ex lege. C. de iure emphyteo. fol. 64.

Item magis summaria & breuior uia est, ut dominus imploret officium Iudicis, quo expellat d. emphytheotam: aut petat licentiam expellandi & ingrediendi d. domum datis sibi seruientibus eum associantibus, ne rixæ oriantur, facta tamen priùs summaria aprisia de contractu emphytheotico de cessatione, & aliis ad sufficientiam. ita tenent Doct. in d. l. 1. & Socin. consil. 167. col. 6. in 2. uol. & licet Bart. & Sali. in d. l. 2. de iure emphyteotic. uideantur dicere quòd quan-
8 do † dominus expellit emphyteotam non potest postea pensionem petere, tamen hoc procedit, in emphyteota priuati, secus in emphyteota Ecclesię sicut est hic, de quo agimus per tex. in d au thent. qui rem. C. de sacrosanct. Ecclesiis. & ibi Doct. Iason col. 42. in d. l. 1. Et sic d. vicarius poterit agere ad expulsionem, & adhuc potest petere pensionem triennii elapsi.

Item hic petijt pensionem & censum, antequam res cecidisset in cōmissum, quod est licitum: sed post non petiit canonem, imò protestatus fuit se posse habere commissum, vt apparet in quadam protestatione, quæ conseruat ius. Doct. in l. non solum. §. morte. ff. de oper. noui nuntiat. & c. cùm Martinus. de const.

Quæro post triennium quo cessauit à solutione emphyteota, & recepit fructus, an teneatur ad integros fructus aut ad pensionem, & arreragia? Et breuiter omissis arg. responderem † teneri dictum emphyteotam ad fructus restituendos domino, à die commissi. Ang. in §. si verò. in authent. de nō alienan. reb. Eccles. coll. 1. quia malæfidei possessor effectus est, ergo ad fructus tenetur. per l. si fundi. C. de rei vendic. & §. sin autem, & §. si verò. in d. tit. de nō alien. hoc tenet Speculator in d. §. nunc aliqua. vers. 10. assignans rationem, quia emphyteota comparatur vsufructuario. idem tenet Bal. in l. vna. §. 1. col. 4. C. de cadu. tollend. Alber. in l. codicillis. in prin. ff. de vsufr. leg. gl. in c. 1. in verb. meliorem. de inuestitur. de re alien. fac. Soc. consil. 167. col. 4. in 2. vol. versic. postremo.

9 (margin number beside "ter omissis arg.")

Sed vsusfructuarius tenetur restituere omnes fructus, à tempore vsusfructus finiti. l. si pater. C. de vsufru. ergo & emphyteota, & ita residet Alber. & Iason in d. l. 2. col. 5. Bald. & alii in authen. incestas. C. de incest. nupt. & in d. l. si pater. Albert. Brunus. consil. 112. col. 2. & seq consil. & sic possent literæ Regiæ impetranti nocere: in quantum dicunt arreragia solum restitui debere, & compelli, d. emphyteotam ad illa arreragia restituenda.

Item nisi pactum adesset de iure posset expelli si cessaret per biennium. in d. authent. qui rem. & capit. potuit. de loca.

Nec potest se iuuare quòd processus durabat, quia facit contra eum, cum sit in maiori culpa non soluēdo interpellatus: & hoc probatur sic. † Respublica, & Ecclesia æquiparantur. l. Respublica. C. ex quib. caus. maior. gio. in l. fi. C. de sacrosan. Eccl.

10 (margin number beside "do interpellatus")

11 † Sed si tributarius Reipub. in iudicio citatus, vt soluat tributū cesset per sex menses, priuatur iure quod habet in re emphyteotidaria. l. locorum. & ibi Angel. per illum tex. C. de omni agr. deser. lib. 11. & ibi hoc tenent Lucas de Penna, Ioan. de Platea. & Iacob. Rebuff. idem dicendum in emphyteota Ecclesiæ, qui cōuentus non soluit per sex menses: nam priuatur emphyteosi. tenuit Iason, in d. l. 2. col. 13. Corset. in singu. incipiente emphyteota. d. Boerius. in §. fin. de consuetud. feud. in consuetud. Biturig. sed hic emphyteota non solùm distulit per sex menses, imò per sex annos, & vltra nunquam offerendo: ergo est priuatus dicta re, aliàs si litigando non posset priuari emphyteota, stultus & malus esset melioris conditionis, quā bonus, quod iura abhorrent. l. seruus. ff. quod vi aut clam. c. eum qui. de præb. lib. 6. hic emphyteota fuit pessimus litigādo, ergo nō erit melioris conditionis.

Deinde ubi non est seruata integralis formæ congruitas ibi non præsumitur utilitas, sed damnositas. Bald. in l. quæcunque. colum. 2. vers. scias. tantum, C. de bon. quæ lib. Bar in l. 1. C. de solut. & liber. debi-
12 tor. ciuitat. lib. 11. † Actus minus solemnis dicitur iniustus. l. 1. ff de his quæ in testam. delēt, & inst. quib. mod. test. infirm. in princip. vbi testamentum minus solemne dicitur iniustum.

Nil ex solemnibus immutandum est, l. diuus. ff. de in integrum restitutio.

13 † Solemnitates in alienationibus rerum Ecclesiæ, ob fauorem publicum, & utilitatem publicam inuētæ sunt. l. testamēti factio. ff de testa. l. nemo. de leg 1. & ratione fraudis uitandæ, teste Bal. in l. comparationes. in fi. C. de fid. instrum. & Albert. Brunus in tract. de forma & solemni. actus. rub. de causis formæ & solemnit. Panorm. in c. cum causa ult. col. de re iudic. dicit quod talis inductio solemnitatis, in fauorem Ecclesiæ est per modum concessionis priuilegij Ecclesiæ concessi, quibus solemnitatibus si derogetur, etiā per consuetudinem, dicitur fieri contra libertatem, & priuilegium Ecclesiæ: nam est priuilegium Ecclesiæ, ut non fiat alienatio, sine illa solemnitate, d. c. sine exceptione. 12. q. 2. & cōsuetudo contra libertatē Ecclesiæ non ualet. auth. cassa. C. de sacrosan. eccl.

14 † Tres casus in hac re igitur fieri debent: primus quando Ecclesia est læsa, ex alienatione facta sine solemnitate, tunc nullus contradicit, quin sit nulla d. c. sine exceptione. 12. quæst. 2.

Secundus est, quando alienatio, non seruata forma, cedit in euidentem Ecclesiæ utilitatem, & tunc ualere debet. per tex. in l. non eo minus. ubi Ias. col. 1. C. de procurat. & Bal. in l. contra iuris. in fin. prin. ff. de pact. licèt iste casus sit dubius, ut deciditur in l. nō omnis. §. 1. ff. si cert. petat.

Tertius casus quando alienatio facta sine solemnitate non cedit in utilitatem, nec damnum, tunc pauci discrepant, quin sit irrita. per d. c. sine exceptione, & cap primum. de his quæ fiunt à maiori parte capituli.

Quare concludendum est, per tex. in c. fi. de reb. Ecclesiæ non alien. non ualere alienationem factam, sine solemnitate, & constitutionem non posse fieri in contrarium, sed potius destitutionem.

RESPON. CX.

De rebus Ecclesiæ non alienandis iterum.

SVMMARIVM.

1 *Factum in vtilitatem ecclesiæ non debet à successore immutari.*

2 *Successor non debet reuocare factum à prædecessore, si male non fuerit factum.*

3 *Alienatio rei ecclesiæ, facta cum solemnitate valet.*

4 *Vicarius creatus ad beneplacitum episcopi, simpliciterq́ à Papa confirmatus reuocari potest.*

5 *Papa confirmando, iuri episcopi derogare non intendit.*

6 *Vicarius creatus ab Episcopo ad uitam, & confirmatus à Papa hoc expresso, ab eodem, Episcopo reuocari non poterit.*

7 *Papa ius quæsitum tertio tollere non intendit.*

8 *Vicarius creatus ab episcopo ad vitam creati, si is fuerit à Papa confirmatus, non poterit amplius reuocari, quandiu uiuet.*

9 *Beneficium si collatum fuerit monacho ad uitam, non poterit is ab Abbate destitui, nec molestari.*

10 *Transactio facta per episcopum licet non liget successorem, secus tamen est si confirmetur à Papa.*

11 *Testamentum per principem confirmatum reuocari non potest.*

12 *Confirmatio quando in forma communi, vel ex certa scientia facta censeatur.*

Clausula

13 Clausula decreti in cõfirmatione apposita quid operetur.
14 Confirmatio ex certa scientia dicitur quædam dispensatio.
15 Episcopus dispensationem Papæ tollere non potest.
16 Solemnitas eadem requiritur in reuocando, quæ in statuendo.
17 Concessio rei ecclesiasticæ modicæ ad uitam recipientis, non dicitur perpetua alienatio.
18 Decimæ ex causa, laico ad uitam concedi possunt.



Piscopvs Valentinus, præcedente tractatu capituli, & cum eius consensu, ac pro vtilitate Episcopatus, vt asseruerunt, creauit Secretarium perpetuum magistrum Achilem Chionis, cuius creationem Secretarii Papa confirmauit: demum is Episcopus mortuus est, quæritur an Episcopus successor possit istũ Achilem reuocare, & destituere, & alium in eius locum Secretarium sufficere? breui arbitrarer non posse sequentibus rationibus.

1 Prima est ratio vtilitatis Ecclesiæ: nam quod † in Ecclesiæ vtilitatem factum est non debet à successore immutari c. quod sine exceptione. 12. q. 2. c. 1. de solution. & c. fi. ne prælati vices suas. c. quod quibusdã. de fideiussor. alioqui Ecclesiæ commodum auferret, quod non est licitũ, cùm sit procurator & non dominus. c. 2. de donatio. & meliorem Ecclesiæ rem facere potest non deteriorẽ. vt ibi, & c. 1. de in integ. restit. sed ista cõstitutio Secretarii est in vtilitatem Ecclesiæ Valentinæ contracta, vt prætenditur, ergo reuocari non põt nisi per mortem Achilis Chionis Secretarii.

2 †Secundò successor non debet reuocare factum à prædecessore, si malè factum non fuerit: nam Greg. scribit, si ea destruere quæ antecessores nostri statuerunt, non constructor, sed euersor esse iustè comprobaret. testante veritatis voce quæ ait: Omne regnum in se diuisum non stabit, & omnis scientia & lex aduersum se diuisa destruetur. c. si ea. 25. q. 2. & ibidem. c. institutionis ait nimis asperum esse, & præcipuè bonis sacerdotum moribus inimicum, nisi quempiam quantacumque rationis excusatione, quæ bene sunt ordinata rescindere, & exemplo docere cæteros, sua quandoque posse constituta dissoluere: & idem Gregor. in c. cùm piè ibidem ait, absit hoc à me vt statuta maiorum cum sacerdotibus meis in qualibet Ecclesia infringam, quia mihi iniuriam facio, si fratrum meorum iura perturbo: nam Ecclesiasticæ moderationi omnino est conueniens, vt quæ ordinata fuerint vel rationabiliter decisa nulla in posterũ debeant refragatione turbari. Igitur non debet Episcopus Valentinus infirmare quæ prædecessor statuit instar ratione cum capitulo, quod postea à Papa est confirmatum, & maximè quia in utilitatem Ecclesiæ cedere dicitur.

3 Tertiò, quando in † alienatione rei Ecclesiæ interuenit solemnitas contractus tenet. c. 1. & per totum. de reb. Ecclesi. non alienand. c. sine exceptione. 12. q. 2. & quãuis ista creatio Secretarii esset alienatio tamen adhuc teneret, cùm seruata fuerit solẽnitas, & opus esset restitutione. c. 1. & per totum de restit. in integr. nec posset Episcopus sua voluntate, ante annullatam creationem officii eum reuocare & alium instituere.

Quartò, vt ista facilius pateant, faciam tres casus,
4 quorum primus est: si † Episcopus creauerit officialem, vel vicarium ad beneplacitũ suum, vel sine alia expressione, isque simpliciter fuerit à Papa confirmatus, tunc reuocari ipse poterit: & confirmatio intelligetur sine præiudicio Episcopi. per capit. superior. de offic. delegat.

5 † Nec intendit Papa confirmando iuri Episcopi, seu alterius, derogare. l. ex facto. ff. de vulg. non poterit tamen Episcopus sine causa illum reuocare, vt aliquid operetur Papæ confirmatio, vt debet. c. 1. de rescript. vbi Felin. & facit l. si quando. C. de inofficios. testamen. natura enim confirmationis est adhibere robur, & tale vt valeat actus confirmatus, non autem illum extendere. Bal. in l. aduersus. in fi. C. si aduers. rem iudic. l. nominationes. in fi. de appel. per tex. in l. Aurelius. §. testamento. ff. de libert. legat. & hoc quando in forma communi, secus si ex certa scientia, quia tunc erit robur & illũ actum extendit Bal. in c. ex parte. de constitu. refert Ias. in l. more. nu. 42. ff. de iurisd. omn. iud. gl. in c. dudum. de deci. Dec. in c. cùm accessissent. no. 3. de constit. & consi. 541. viso puncto, col. 2. vbi dicit non debere quem audiri contra illud quod Princeps fecit ex certa scientia, sed debere repelli, & illi perpetuum silentium imponi.

6 † Secundus casus est si creatus fuerit vicarius, vel Secretarius ad vitam, & confirmatus à Papa hoc expresso nõ poterit ab eodem Episcopo reuocari, cùm illusio & uariatio (maximè prælatis) sit prohibita. cle. una. de renuntiat. & statuta confirmata à Papa nõ possunt canonici tollere, quatenus respiciunt præiudicium alicuius, sed tantùm illa quæ eorum respiciunt commodum. Panormit. & alii per illum tex. in c. cùm accessissent. de constitut. maximè reuocari illud non potest, quando est ius quæsitum alteri. l. 2. §. meritò. ff. ne quid in loco publi. ut docet Lappus, allega. 85. in causa & quæstione, & Ludouic. Roman. consi. 37. uiso puncto. col. ult. Pau. Paris. consi. 20. con
7 cessio. nu. 24. uol. 1. † nam ius quæsitũ tertio Papa tollere non intendit. c. quamuis. de rescript. in 6. multò minus poterit Episcopus reuocare Secretariũ cui est ius quæsitum per creationem & cõfirmationem Papæ, idem si creatus fuerit Secretarius ad uitam ipsius tunc confirmatio censetur facta secundum petitionem, & sic ad uitam ipsius Secretarii. l. si defensor. §. 1. ff. de interrog. actio. c. inter delectos. de fide instru. cõsuluit Alex. consi. 84. in causa. in fin. in 1. uolum. ubi scribit si quis supplicet principi, ut cõmittat causam decidendam summariè, & de plano, & Princeps, dicat fiat, intelligitur ut etiam summariè procedere possit secundum petita. & idem docet Ludo. Roma. consi. 80. Confirmanda. ut Princeps videatur simpliciter respondendo omnibus petitis prouidisse: & Papa cõfirmauit Secretarium ad uitam creatum, ergo in uita non destituetur.

8 Tertius casus est, si † Episcopus creauerit uicariũ, vel Secretarium ad uitam creati, & is fuerit à Papa cõfirmatus, non poterit amplius reuocari quandiu uiuet. nec quidem à successore Episcopi, quia confirmatio Papæ tantę est authoritatis, ut quod est temporale fiat per suam confirmationem perpetuum. c. monachi. iuncta glo. de statu monacho. c. porrecta. de cõfir. vtil. Inno. in c. nisi. de præben. Arch. in c. præsenti. col. 2. de offic. ordi. lib. vj. Bal. in c. illud. de maiori. Collecta. in c. per tuas. ibidem Ioan. Andr. & alii in c. cùm inter. de electio. Panor. & cæteri. in c. ad nostram audientiam. de confirmatio. util. Alex. consi. 123. scripsit col. 7. in 4. uol. & ista est communis, & indubitata interpretum sententia. Ideò postquam Papa confirmauit hanc officii creationem ad uitam, non poterit reuocari, quandiu dictus Achiles uiuet.

9 † Item si Papa ad vitam contulerit beneficium monacho, nõ poterit is ab Abbate destitui, nec molestari

debebit. Panor. & alij in c. cum inter R. per illum tex. in 3. not. de elec. glos. & Doctor. in c. porrecta. & c. ad nostram. de confir. vtil. quia Papa pleno iure concedere videtur. §. illud. in authent. cōstitutio. quæ de dignita. col. 6. Bal. in l. beneficium. ff. de constit. princip. scripsi in tracta. de pacifi. possessor. nu. 279. & quia omnia illa nostra facimus quibus authoritatem nostram impertimur. l. 1. §. omnia. C. de ueter. iure enuclean. c. si Apostolicæ. de præben. lib. 6.

10 † Præterea, transactio facta per Episcopum, vel curatum non ligat successorem, confirmatio tamen Papæ facit vt ligetur successor, & non possit transactionem reuocare. c. 1. & c. veniens. de transac. Alex. consi. 32. opportunè. nu. 8. in 2. volu. Paul. Paris. consil. 3. singula. nu. 27. in 4. vol.

Adhæc, testamentum potest semper vsque ad mortem reuocari. l. 1. C. de sacrosanc. Eccles. si † tamen per principem fuerit confirmatum reuocari non poterit, aliàs frustra interueniret principis confirmatio. l. omnium. C. de testa. & ibi Iason diuersum esset si tantum factum esset testamentum coram principe: nam eo casu etiam reuocari posset, Dec. & alij in c. cùm accessissent. de constit. multò minus reuocari poterit hic Achiles Secretarius ad vitam creatus.

11

12 Sed videndum est, quando in forma communi, vel ex certa scientia facta censeatur ista reuocatio. In forma communi dicitur fieri quando simpliciter fit, non cognita causa, nec expressa. c. quia diuersitatem. de concessio. præben. vt si dicatur, confirmamus possessiones quas iustè possides, confirmamus te vicariū, sicut es. Panor. in c. 1. & cap. examinata. de confir. vtili. Spec. in tit. de rescript. præsent. §. ratione quoque formæ. versi. sequitur videre.

Ex certa autem scientia fieri censetur confirmatio, quando tenor rei confirmatæ apponitur & exprimitur. c. penult. de confir. vtil. vel quando constat Papam habuisse notitiam plenam actus quem cōfirmat. glo. in c. pastoralis. §. præterea. de offic. delega. Panor. in c. examinata. de confirma. vtil. refert Dec. in rub. de confirma. vtil. sed concessio facta per Papam uidetur ex certa scientia.

13 Quintò, quando in † confirmatione clausula decreti apponitur non potest fieri reuocatio, & facta nō ualebit. c. dilecto. de præben. vbi Panor. & alij, sed in supplicatione Episcopi prædecessoris erat, ut confirmaretur cum clausula decreti, & sic censetur confirmata ergo reuocatio nulla erit, tanquam facta contra uoluntatem & decretum Papæ. Nam dubium non est illa nullius momenti esse quæ contra legem & decretum facta sunt. l. non dubium. C. de legib. maximè quando ex certa scientia confirmatio facta sit.

14 † Et ista confirmatio ex certa scientia dicitur quædam dispensatio, ut not. Bal. in c. cum super. in princip. de caus. possess. & Doc. in rub. de confir. vtil. col. vlti.

15 † Sed dispensationem Papæ non potest Episcopus tollere, ergo nec istam confirmationem: nam ius tribuit, & qđ nullum erat, validum efficit. c. j. de transact.

16 Sexto, in reuocando requiritur eadem solemnitas, quæ in statuendo, l. si ut proponis. C. de nupt. authen. è contra. de repud. glo. in l. cum proponeretur. ff. de lega. 2. l. ab emptione. ff. de pact. vbi distractus est eiusdem naturæ cuius est cōtractus, facit l. 1. & 2. C. quando liceat ab emptione disced. & nihil tā naturale est, quàm eodē genere dissoluere quo colligatum est. l. nihil. ff. de reg. iur. & omnis res per quascunque causas nascitur, per easdem & dissoluitur. capit. 1. illo titul. Ideo iste Episcopus Valenti. non potest destituere d. Achilem Secretarium à suo officio sine uoluntate Papæ, cum de ipsa Papæ uoluntate sit institutus.

Septimò, hanc quæstionē expresse decidit Matth. de Afflict. in q. 150. Archiepiscopus. vbi cōcludit Archiepiscopum Salernitanum non posse reuocare officium actorum, datum cuidam Baptistæ, eò quòd concessio facta ei ad uitam Baptistæ cum cōsensu capituli, & tunc Ecclesia videtur contrahere, quæ non moritur. c. liberti. secundo 12. q. 2. ideò successor non potest reuocare contractum prædecessoris. c. 1. de proba. facit glos. in c. alienationes. 12. q. 2. alia ibi allegat Matthæus quæ possunt videri.

17 Octauò, † concessio rei Ecclesiasticæ modicæ ad uitam recipientis, non dicitur perpetua alienatio, & sic non prohibetur. c. 2. vbi Doct. & c. tua. in fin. de his quæ fiunt à prælat. vnde consuluit Federic. usumfructum cuiusdam terræ ad vitam concessum cuidam, causa remunerationis non posse reuocari quandiu uiuet is qui recepit. consil. 52. quidam prælatus. idem tenuit Ioan. de Ana. in c. fin. col. 2. ne prælati uices suas. & tex. not. in c. Ecclesiasticus. 12. q. 2. approbat donationem factam de seruo Ecclesiæ cuidam consiliario Ecclesiæ, ideo Gelasius Papa scribit illud statuendum censemus, vt quascunque munificentias clericis, aut seruientibus de re Ecclesiæ in usum, aut de propriis in proprietatem præcedētes dederint sacerdotes, sub sequentes Pontifices nullatenus auferre præsumant. capit. fi. 16. q. 6.

18 Adhæc, laico ex causa decimę ad uitam concedi possunt. capit. quamuis. ubi glos. & Doct. de deci. probat Federic. d. consil. 52. & Panor. in cap. adhæc. de deci. facit. c. fi. 16. q. 1.

Multò fortius debet ualere ista creatio Secretarii ad uitam, cum nullum præiudicium sit Ecclesiæ, imò utilitas ut acta conseruentur apud aliquem receptæ authoritatis uirum, & is ipse ea custodiat. ut not. in c. 1. & 2. de offic. custo.

Etiam data fuit ad remunerationem cum sui prædecessores bene hactenus custodierint acta & instrumēta Episcopatus, & in his interuenit authoritas capituli: unde non debet retractari. c. ea enim. in fi 10. q. 2.

Et confirmatio Papæ interuenit ac solemnitas, unde omnibus istis perpensis, & consideratis concludo Episcopum Valētinum non posse reuocare, nec destituere magistrum Achilem Chionis, nec alium in suū locum sufficere, quandiu uiuet. Actum Paris. anno 1556. mense Maio.

RESPON. CXI.

De emphyteosi vinearum.

SVMMARIVM.

1 *Concessio emphyteosis facta de vinea sterili, an ualeat.*
2 *Cap. terrulas. 12. q. 11. declaratur.*
3 *Rectores ecclesiarum possunt uendere, uel commutare domos urbium, uel castrorum, quæ ecclesiæ, plus incommodi, quàm vtilitatis afferunt.*
Bona propriè dici non possunt, quæ plus incommodi, quàm commodi habent. ibidem.
4 *Alienatio sine tractatu ualet, quando de paruæ rei alienatione agitur.*
5 *Concessio emphyteosis, ratione necessitatis ualet.*
6 *Alienatio rei ecclesiasticæ utilis ecclesiæ ualet.*
7 *Instrumentum alienationis rei ecclesiasticæ factæ ex causa necessitatis, uel utilitatis non editum, an uitiet alienationem.*

Alienatio

8 *Alienatio licet non sit vtilis ecclesiæ, si tamen communi opinione reputetur vtilis, valebit.*
9 *Alienatio, quando est facta in vtilitatem ecclesiæ, etiam sine solemnitate valet.*
10 *Solemnitas vbi interuenire debet ad certum finem, & effectum, si effectus interuenerit, actus sine solemnitate valebit.*
11 *Alienatio, quæ non requirit solemnitatem, si cum solemnitate non sufficienti fiat, valet.*
12 *Solemnitas ex longinquitate temporis præsumitur.*
13 *Vinea in emphyteosim data, an ratione bullæ Pauli Papæ IIII. reuocari possit.*
14 *Sententia lata in casu restitutionis an sustineri possit.*
15 *Statutum in vtilitatem, cedere non debet in damnum.*
16 *Ecclesia non patitur contra iustitiam aliquid fieri in se, uel in alium.*
17 *Actio quem de euictione tenet, eundem agentem repellit exceptio.*


DOMINI. Prior, & fratres monasterij & conuentus sancti Petri ad vincula Romæ, habentes vineas inutiles, & penè desertas, locauerunt quandam vineam, seu partem ad dictum monasterium pertinentem, & in emphyteosim perpetuam vsque ad tertiam generationem concesserunt, reuerendo Sebastiano Galtero recipiẽti nomine Alphonsi Galteri sui fratris, qui postea dictam emphyteosim ratam habuit, pluribus (vt asserunt) tractibus factis, licet de illis non appareat. Quęsitum est primò, an hæc concessio emphyteosis facta de vinea sterili, vel parte valeat? Secundò, an possit dicta vinea à monasterio ratione bullæ Papæ Pauli. IIII. reuocari. Tertiò, an sententia lata in casu restitutionis substineri possit. Dei Optimi Maximi reuo-
1 cato præsidio, † putarem hanc in emphyteosim concessionem valere: nam in Agathensi concilio statutum fuit, terrulas aut vineolas exiguas & Ecclesiæ minus vtiles, aut longè positas paruas, vt Episcopus sine consilio fratrum (si necessitas fuerit) distrahendi habeat potestatem. in c. terrulas. 12. q. 2.

Itaque si Episcopus iure sine consilio fratrum, & solemnitate potest alienare vineam paruam, & exiguam, multò fortius potuit prior, & conuentus sancti Petri ad vincula cum fratribus & authoritate generalis totius congregationis, qui Episcopi vice apud il-
2 los defunguntur: nempe; † si respiciatur textus. dicto capitulo terrulas tria requirere videtur, quæ in hoc casu videntur adesse.

Primò, quod sit uinea exigua, & modica, sed in isto casu est bene modica, quia est pars uineæ: ergo ibi continetur.

Secundò, requiritur quòd sit minus utilis, ut patet in hac parte uineæ, quia fuit necesse eam de nouo plãtare: ergo erat anteà minus Ecclesiæ utilis, alioqui non fuisset coactus Dom. Alphonsus eam plantare.

Tertiò, necessitas quæ in hoc casu adest, quia conuentus sancti Petri ad uincula non habebat id tempo ris pecuniam, ut possent dictam uineam plantare penè desertam, ob id dando eam in emphyteosim meliorem fecit dicta Ecclesia rem suam, & sic ualuit, & ualet mero iure illa concessio, etiamsi aliud non esset, postquam de nouo plantata est.

3 † Etiam domus urbium uel castrorum, quę Ecclesiæ plus incommodi quàm utilitatis afferunt, licet rectoribus Ecclesiarum uendere, uel commutare. capit. fine exceptio. in fin. 12. quæst. 2. & plus incommodi afferre dicuntur quando plus exponitur in reparationibus, quàm ex emolumentis recipiatur, uel si admodum parui recipiantur fructus. l. inter quos. §. fin. cum l. sequenti. ff. de damno infecto. l. mediterran. ubi Bartol. C. de ann. & trib. lib. 10. & l. propriè bona dici non possunt quæ plus incommodi quàm commodi habent. ff. de uerborum significatio. ubi dixi, & sicut domos urbium rector Ecclesiæ uenderè potest, quando plus incommodi quàm commodi afferunt, multò fortius & ipsis priori & fratribus liberum fuit concedere in emphyteosim uineam dirutam, quæ plus incommodi, quàm commodi afferebat dicto monasterio S. Petri etiam Gregor. sic scribit: notandum est quod quibusdam causis exigentibus res Ecclesiæ distrahi possunt, caussa enim necessitatis, cum consilio clericorum, uel ut meliora prospiciant res Ecclesiæ à sacerdotibus distrahi possunt. cap. sicut Ecclesias. §. sed notandum est. 12. quæst. 2. ubi enim adest causa necessitatis sufficit cum consilio clericorum alienare: ergo non requiritur illa exacta solemnitas, sed nec in ista alienatione ad tertiam generationem, ut statim dicetur.

Nec refragatur quòd tractatus non fuit habitus in hac emphyteosi, & sic non ualet. cap. fine exceptione. 12. quæstio. 2. respondeo hic non requirebatur, & tamen apparet in instrumẽto alienationis interuenisse tractatum, saltem qui sufficere possit, in hac in emphyteosim concessione: nam constat hic fuisse priorem & fratres congregatos ad sonum campanæ, ut est moris, ergo ista congregatio legitima fuit. cap. si capitul. de concess. præbend. in 6. & ibi tractauerunt, ut patet in instrumento concessionis ubi dicitur prętereà quòd considerassent aliquam partem illarum, ergo ipsi tractarunt an omnes alienarentur monasterij uineæ, uel una pars, aut tota, & quæ pars; & super hoc tractatum fuit.

4 † Adhæc quando agitur de paruæ rei alienatione, etiam sine tractatu ualet alienatio. dicto cap. terrulas. & c. 1. de his quæ fiunt à prælat. & hoc dicit Papa esse considerandum. in c. cæterum. de donat. at in isto casu agitur de alienatione partis uineæ, quæ res est modica, ideo dicta ualuit alienatio, facta etiam sine tractatu solemnitateque exacta, ut consuluit Barba. consi. 61. colum. 4. in 3. uolum.

5 † Item interuenit necessitas, quia illæ uineæ damnosæ erant Ecclesiis, & nihil ferè emolumenti afferebant ipsi monasterio sancti Petri, ideò necesse fuit illi Ecclesiæ & monasterio, ut eas in emphyteosim concederet, & sic ualet concessio, ratione necessitatis. c. sicut. in fin. & c. terrulas. 12. q. 2. & quando res Ecclesię est magis damnosa quàm vtilis, licet eam alienare, ut dictum fuit, & probatur in c. non liceat Papæ. & d. c. fine exceptione. 12. q. 2.

6 † Prætereà, ista alienatio est utilis Ecclesiæ, quia vinea quæ erat inculta & deserta de nouo plãtata est, ob id eius alienatio ualere debet, quoniam dicta alienatio meliora prospexit, & sic ualuit. c. cum Apostolic. & sequent. de his quæ fiunt à prælato. & sic uidemus in ista concessione in emphyteosim adesse & causam necessitatis, & causam utilitatis, licet altera illarum sufficiat. c. 1. de reb. Eccles. non alien. in 6.

7 Nec me mouet, editum non esse instrumentum alienationis referentem ex causa necessitatis, uel utilitatis factam alienatione, quia instrumentum fit pro alienatione & nõ pro hac caussa, & sic dictus Sebastianus, & Alphonsus Galteri tenerentur probare cãm

necessitatis, vel utilitatis, ut docet Guido Papæ, decisio. Delphi. q. 151. quarta conclusio. de Bellamera, consil. 33. quod si col. 14.

Respondeo, fatendum est quando nullo modo appareret de his allegatis dictum Alphonsum ista probare teneri, sed in hoc casu constat, & de necessitate, & de vtilitate, de necessitate quidem, quòd vineæ nihil afferebant, & necesse erat eas alienare, alioqui nihil profuissent ipsi monasterio, quia tenebatur soluere Alphonso Galteri pro quolibet cado vini, seu barillo pro tribus annis à tempore quo vinea plantaretur sex Iulios, ergo probatur quando auulsæ sunt antiquæ vites, & nouæ plantatæ, quòd sterilis erat vinea nihil producens, aut parum, apparet etiam de utilitate post quam de nouo est plantata uinea est nunc vtilis dicto monasterio sancti Petri, nam ex ea poterit singulis annis sex cados, seu barillos uini sibi debiti consequi: utilis etiam fuit Ecclesiæ d. alienatio, quia titulus concessus datur singulis annis, qui simul collecti in uiginti annis faciunt veram rei æstimationem. vt notat textus authent. in §. quia vero Leonis. in fin. de non alienand. aut permut. rebus Eccles. col. 2. glos. in authen. perpetua. C. de sacrosanctis Ecclesiis. Ias. in l. 1. §. si fundum. per fideicommis. col. 2. ff. de legat. 1. sed hic plus datur ergo, &c.

8 † Præterea, licet alienatio non sit vtilis Ecclesiæ, tamen, si communi opinione reputabatur utilis, eo tempore quo facta est, valebit, text. & ibi gloss. in verbo profuturum. c. cum Apostolica. de his quæ fiunt à prel. quem probat Corse. in singulari incipiente alienatio. 3. & Barba. consil. 9. col. 2. in 3. volum. & in cap. quæ in Ecclesiarum. col. 13. de constitut. facit glossa in cap. ad nostram. c. 2. de rebus Ecclesiæ non alienand. & l. sed an vltro. §. 1. ff. de negot. gest. l. si à bonæfidei. ff. de rei vendic. & sic inspicitur tempus contractus. l. si uolũtate. C. de rescindend. vendit. unde sufficit vtilem fuisse contractus tempore. Calder. consil. 5. titul. de rerum permutat. vel sic fuisse reputatum. Certè ista concessio in emphyteosim facta dicto Alphonso erat, & reputabatur vtilis Ecclesiæ sancti Petri ad vincula: ergo sine dubio ista concessio in emphyteosim, vsque ad tertiam generationem Galteri valet: ex his patet solemnitatem non caruisse hanc in emphyteosim concessionem.

Primò, tractatus interfuit, ut patet in instrumento, vbi dicunt se habere tales uineas ruinosas, quas sic esse constat ex conuentionibus, dum volunt ut de nouo plantetur vinea, vel pars concessa, ex hoc ergo apparet tractatum factum de uinea ruinosa fuisse, interuenit etiam in hac concessione causa necessitatis, & vtilitatis, ut probatum fuit in cap ea enim. & c. hoc ius. 10. q. 2. consensusque fratrum, & authoritas superioris reuerendi patris Domini Andreæ Bolani, generalis totius congregationis, quam ratam habuit, & uera esse asseruit in instrumento contenta quod sufficit. authent. hoc ius porrectum. C. de sacrosanctis Ecclesiis. nam in religiosis exemptis, habentibus priores vel Abbates, proprius prælatus, vel Abbas, dicitur prior qui interponere habent authoritatem in alienandis rebus monasterij, non Episcopus. clem. 1. de rebus Eccles. non alienan. Barb. consil. 40. præclare. col. 3. vol. 1. & consil. 14. Clementissim col. 1. vol. 2. Etiam quan-

9 do † alienatio facta est in Ecclesiæ utilitatem, ut est ita, valet sine solemnitate. d. c. terrulas. & per illũ text. in l. contra iuris. in princip. ff. de pact. l. cùm hi. §. eam primo. de transact. quem sequitur Corse in singulari incipiente pupillaribus. & Barbar. consil. 61. à Ioue. col. 13. uol. 3. facit glossa in l. 2. ff. de accepti. l. non eo

10 minus, & ibi Iason C. de procurato. quia vbi † solemnitas debet interuenire ad certum finem & effectum si effectus interuenerit actus absque solẽnitate ualebit. capit. si qua. de rebus. 12. q. 2. quia iura respiciunt effectum, ad finem. l. 1. §. inde. ff. de noui operis nuntiat. vnde scribit Imperator, in authen. perpetua. C. de sacrosanctis Ecclesiis. quòd si res Ecclesiæ concedantur in perpetuam emphyteosim, si nihil ad læsionem domus fiat valebit emphyteosis, sed in isto casu nihil factum est ad læsionem domus sancti Petri: ergo valet emphyteosis concessio facta dicto Alphõso Galtero.

11 † Itaque, vbi non requiritur solemnitas, ut hoc casu, si aliqua interuenerit non sufficiens, tamen ualebit alienatio, l. hæres. de testamen. glos. singul. in l. uinum. in fin. glos. magne. ff. si certũ petatur. & ibi Doctor. nam in quibus casibus contractus fieri sine stipulatione potest, si fiat cum stipulatione inutili valebit actus. l. si stipulet. §. fin. & l. si ita stipulatus. §. Grisogonus. ff. de verborum obligat. gloss. in §. serui. de libert. in instit. sed solemnitas in hac parte uineæ exigua, & destructa non requirebatur, ut dictum superius fuit, ergo qualis qualis solemnitas euenerit sufficiet.

12 † Item, ex longinquitate temporis omnia solemnia præsumuntur interuenisse, etiam in alienatione rerum Ecclesiarum. glossa & ibi Doctor. in cap. peruenit. de emptio. facit l. sciendum. ff. de verbor. obligat. l. si filiusfamilias. C. de petit. hæred. & consul. Decius consil. 341. uiso. nume. 13. vbi alios allegat qui sic consuluerunt: ex quibus patet hanc in emphyteosim concessionem vineæ sterilis d. Alphonso Galtero factam, valere cum consilio fratrum facta fuerit. c. ut super. in fin. de rebus Eccles. non alien.

13 Secundum dubium est, an † ratione bullæ S. Domini nostri Pauli Papæ 4. possit à dicto monasterio sancti Petri ad vincula repeti: & constat non posse, postquam concessio ualuit, nec nocet huic concessioni in emphyteosim dicta bulla, in qua annullantur omnes alienationes factæ in damnum Ecclesiarum, seu non seruatis solemnitatibus, & sic ista non irritatur, quia non est in damnum Ecclesiæ, ut superius probatum fuit, sed in Ecclesiæ vtilitatem: ideo non comprehenditur in dicta bulla, etiam quia excipit casus in iure exceptos, sicut est iste in d. cap. terrulas. 12. q. 2. vt inferius dicetur. Et quia fuit hic seruata solemnitas sufficiens, ut supra probatum fuit: & maximè quia approbata est hæc concessio emphyteosis à Papa, ob id noluit postea Papa alienationes validas à se approbatas annullare, sicut dicit Felin. in cap. causam. de rescript. si non obstante collatione Papa prouideat intelligitur de collatione inualida, & sic ista intelligi debent verba de alienatione inualida. Vult etiam Papa Paulus alienationes annullare, earum rerum, ex quibus fructus in alimoniam ministrorum Ecclesiæ proueniebant, & quando rectores Ecclesiarum ex illa alienatione notabiliter sunt damnificati, vt in bulla apparet: sed notabiliter prior & fratres sancti Petri ad vincula non sunt damnificati, ex hac alienatione uineæ paruæ, seu partis, imò fructus sunt aucti: ergo illa bulla non nocet, & notabile damnum dicitur magnum quasi notandum: cap. statutum. §. insuper. in fin. de rescript. in 6. Nec uoluit Papa, nec intellexit de rebus exiguis alienatis per hoc uerbum notabiliter autem, quamuis Papa reuocet consuetudines afferentes grauamen Ecclesiis. in cap. 1. de consuetud. hoc uerum si magnum afferant ipsis grauamen Ecclesiis, secus si paruum. gloss. & Doctor. quia de modico iura curare non solent. l. scio. ff. de in

de in integ.rest. Imo si Papa nunc interrogaretur, diceret se non intelligere de re tam exigua alienari à iure permissa, sic & nos dicere debemus. l. Titius. in fi. ff. de liber. & posthum glo. in l. pactum. in fi. de pactis. & hoc olim declarauit Papa Inn. in c. I. de his quæ fiunt à prælatis, & sic constat hanc in emphyteosim cōcessionem, ad tertiam generationem de vinea modica Alphonso Galtero factam minus comprehendi in bulla S. Papæ Pauli quarti.

14 † Itaque putarem sententiam in casu restitutionis contra dictum Alphonsum latam, nullam esse, & cōtra ius, ac contra bullam S. Papæ Pauli quarti latam, rationes euidentes sunt in dicta bulla, per quas apparet istam concessionem in emphyteosim dicto Alphonso in bulla non comprehendi, & sic nullam sententiam esse, cùm iudicatum sit super rebus in quibus non habebat cognitionem, & sic nec iudicium. l. de qua re. ff. de iudicijs: in bulla autem excipiuntur casus in iure permissi, vt est iste. d. c. terrulas.

Item vult dicta bulla alienationes irritas esse factas in euidens damnum Ecclesiarum & monasteriorū, sed ista fuit facta in vtilitatem, ergo in dicta bulla non continetur, quia Ecclesiæ vtilitatem conferre non
15 vult Papa, alioqui quod † statutum est in vtilitatem, cederet in earum damnum, quod esse non debet. vt patet ex l. quod fauore. C. de legibus. scribit Iulianus referens Papiniani sententiam in l. legata inutiliter. ff. de leg. I. quod ad augmentum inductum est, non debere diminutionem operari.

Item etiam loquitur Papa, vbi non seruatæ fuerūt solemnitates à iure requisitæ, sed in hac concessione in emphyteosim solemnitates non requiruntur, & tamen maiores quàm sint requisitæ intercesserunt, & sic in bulla non est contenta ista concessio.

Præterea, Papa vult vt notabiliter sint damnificati illi qui concesserunt, seu alienauerunt, & quando nō possent se sustentare, vel alimenta ministris subministrare ratione alienationis, tunc irritas eas alienationes esse statuit, sed hoc non est in hoc casu: nam pars vineæ, seu vinea tota non affert notabile damnum, nec aufert alimoniam pauperibus & ministris sancti Petri, quin possint commodè viuere, cùm in commodum illorum tendat concessio, quia vinum nunc habent quo olim carebant, ante plantatam vineam, sed voluit bulla intelligere de alienationibus quæ sūt nullę. vt probatur in c. j. de his quæ fiunt à prælat. & in bulla dicitur de alienatione quæ in opprobrium cleri catus venit, vel in offensam maiestatis diuinæ, aut in scandalum plurimorum tendit, quæ omnia absunt ab ista alienatione, & sic nullo modo est in bulla cōprehensa hæc in emphytheosim concessio: imò esset iniquū monasterium, nunc repetere uineam iam nouiter plantatam & sepibus circundatam, & sibi vsur-
16 pare: quippe qui, cùm † Ecclesia sit cultrix & auctrix iustitiæ, non patitur contra iustitiam aliquid fieri in se uel in alterum. c. uno. de alienat. feudi. at hic non esset cultrix iustitiæ, sed iniustitiæ potius, quod non debet dici in Ecclesia, imò si donationem rectè fecisti, hanc rescripti nostri auctoritate rescindi non oportet. vt statuit Imperator in l. si donationem. C. de reuocat. donat. ergo in vim bullæ non rescinditur iure: imò etiam Papa non posset, ut firmat Panor. consi 41. in fin. vol. I.

Contra iustitiā etiam est repetere ea quæ dedisti. l. Aquilius Regulus. ff. de donationibus. l. uelle. C. de reuoc. donat. facit l. bona fides. ff. deposit. sed ista concessio in emphyteosim uineæ exiguæ iure facta fuit, ut superius est probatum: ergo est contra ius illam uineam concessam sic repetere etiamsi duplum offerret. l. ratas. C. de rescind. uendit. Iudex etiam inquirere debebat, antequam sententiam protulisset, an in læsionem & damnum communionis S. Petri fuisset ista concessio facta, sed sine inquisitione processit uelocitate: & non facta inquisitione de aliis in bulla expressis, ideo sententia nulla, tanquam lata non receptis probationibus. c. nos in quenquam. 2. q 4. glos. & Doc. in c. Ecclesia S. Mariæ. de constit.

Etiam contra iustitiam est reddere fructus quos ex re mea percepit. l. uideamus. ff. de usur. hęc poterat iudex cōdemnare ad fructus, nisi à tempore litis cōtestatæ. l. cùm fundus. ff. si certum peta. saltem debebat cōpensare fructus, cum melioratione, & plantatione uineæ, & in hoc pessimè iudicauit, ut Doct. tradunt in cap. potuit. locat. & Doct. in l. 2. & sequent. C. de iure emphyt.

Et in bulla rescinduntur contractus in damnum Ecclesiæ facti, ergo anteà lucrabantur fructus bonęfidei possessores. l. bonæfidei ff. de acquirend. rerum domini. ideò malè in hoc iudicauit iudex, qui ad fructus à tempore bullæ preceptos tantum debuisset condemnare, si contractus rescindendus esset, quod non potest fieri in hoc casu, ut dictum fuit, cum alienatio sit ualida, & in bulla S. Papæ Pauli non comprehensa.

17 † Præterea quem de euictione tenet actio eundē agentem repellit exceptio. l. uendicantem. ff. de euictionibus. sed isti prior & fratres S. Petri tenentur ratione promissionis factæ de euictione d. de Alphonso Galtero, ergo ipsi agere non possunt: nam promiserunt in eodem instrumento concessionis defendere d. Alphonsum proprijs sumptibus & expensis, & contra præsentem locationem non uenire, adimpletis per d. Alphonsum præmissis, sed d. Alphonsus cōuenta omnia adimpleuit, ergo non poterunt fratres d. conuentus uenire contra eorum concessionem, & ueniendo ad id quod interest tenentur iuxta conuentionem, etiam postquam prior & fratres iurauerunt omnia ista seruare, ergo non possunt contra eorum iuramentum uenire, alioquin in periurium incidunt quod erit eis perniciosum.

Non me conturbat, quòd authoritate superioris possunt prior & fratres S. Petri contra iuramentum uenire. c. uenientes. de iureiurando. Respondeo uerum: sed in hoc casu authoritas superioris non est cū eis, ut supra probatum fuit, quia concessio non comprehenditur in bulla, & sic nulla est Papæ authoritas, cùm ad concessionem istam non extendatur, nec unquam uoluit de ista concessione Alphonso factæ intelligere, & si interrogaretur ita responderet.

Ideo concludendo dicimus concessionem in emphyteosim d. Alphonso factam ualuisse, & in bulla S. Papæ Pauli quarti non comprehensam, ob id sententiam in casu restitutionis substineri non posse. Et ita subscripsi. Datum Parisijs anno 1556. in mense Septembris.

RESPON. CXII.

De in emphyteosim datione, per priorem commendatarium.

SVMMARIVM.

1 *Res ecclesiæ alienari possunt, quando alienatio tendit in vtilitatem ecclesiæ.*

2 *Instrumento credi debet.*

4 *Authoritas, vel consensus episcopi, vel Abbatis superioris sufficit, etiam sine consensu capituli in alienatione rerum ecclesiæ cum causa.*

5 *Papa quando in exemptis authoritatẽ præstare debeat.*

6 *Commendationem an, & quando alienare liceat.*

7 *Res ecclesiæ regulariter alienare non licet, fallit ex causa vtilitatis, vel necessitatis.*

8 *Res non solitæ regulariter in feudum concedi non possunt, non existente causa sic & res ecclesiæ.*

9 *Tractatus in alienatione interuenire debet, quando alienantur res capituli, aut collegij.*

10 *Subhastatio, & aliæ solemnitates requisitæ in alienationibus à iure ciuili, locum non habent de iure canonico.*

11 *Consensus episcopi, vel superioris in alienatione, & ante actum, & post actum interuenire potest.*

12 *Ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur.*

13 *Alienans rem ecclesiæ, & episcopus consentiens, eligere debent, id quod sine dubio sit profuturum ecclesiæ.*

14 *Successor an teneatur stare alienationi factæ per prædecessorem.*



OMINVS Franciscus de Frere, prior commendatarius ruralis S. Promassini diocecesis de Sisteron, narrauit capitulo S. Victoris Massiliẽsis, à cuius monasterio hic prioratus dependebat esse in suo prioratu terras steriles, & modicum lucri d. priori afferentes, ob id petebat sibi facultatem dari, in emphyteosim perpetuam illas concedendi capitulum facta inquisitione super commodo & incommodo, & postquam ipsi apparuit vtile esse Ecclesiæ, in emphyteosim concedere, permiserunt d. priori, qui prior illas terras d. prioratus in emphyteosim perpetuam concessit magistro Gulielmo du Ris quam concessionem approbauit d. capitulum ac Abbas S. Victoris habens iurisdictionem quasi temporalem, authoritatemque interposuit in d. alienatione. Quæsitum est an d. alienatio valeat? & breui putarem valere quia Ecclesiæ vtilitatem respicit & † res Ecclesiæ alienari possunt, quan-
1 do alienatio illa in Ecclesię tendit vtilitatem. cap. fine exceptione. ibi. vt meliora prospiciat. 12. quæst. 2. cap. tua. de his quæ fiunt à prælato.

Non refragatur, quòd de hac vtilitatis causa constare debeat per instrumentum, & non debet credi capitulo vel priori, nec quidem Papæ alienãti, & hoc asserenti vt docet Præpositus in capit. non liceat Papæ. 12. quæstio. 2.

Respondeo verum esse, sed hic apparet de hac causa per instrumentum inquisitionis super commodo,
2 † cui instrumento credi debet, l. cum precibus. C. de probat. Panormit. consi. 41. videndum in 1. volum. & Anton. Capito in decisione Neapolit. q. 16. in causa venerabilis. nam verisimile est quod is cui datũ erat negotium diligẽter inquisiuit, vt debuit. c. 1. de rebus Ecclesiæ non alienan. & causam veram reperit, alioqui capitulum non permisisset, nec Abbas approbasset: nam præsumitur quòd quisque officium suum iure exercuerit. c. ad audientiam. de præscriptionib.

4 Præterea quando † rector Ecclesiæ alienat res Ecclesiæ cum causa, sufficit authoritas & consensus Episcopi vel Abbatis superioris, etiam sine capituli consensu. l. j. vbi Doct. de rebus Ecclesiæ non alienã. hoc firmat Spec. in tit. de empt. §. nunc dicendum. versic. cæterum, & ista opinio de consuetudine seruatur, vt asserit Perus. in c. 1. de rebus Ecclesiæ non alien. nu. 6.

In hac alienatione interuenit consensus capituli, & authoritas Abbatis S. Victoris qui habet iurisdictionem quasi temporalem in illo loco, ergo valet ista resignatio. vt docet gl. approbata in clem. de reb. Eccles. non alienand. verba proprij. c. Abbates, de priuil. lib. 6. sequuntur Doct. in c. cùm & plantare. Imola in c. statuimus, in fin. de transact.

5 Nec obest si dicatur † Papam in exemptis authoritatem præstare debere. glo. in d. clem. 1. quia hoc debet intelligi quando ipse Abbas exemptus alienaret: sed hic prior commendatarius alienauit, ergo cõsensus Abbatis immediati superioris sufficit, c. Abbates de priuilegijs. in 6. c. Abbatibus. 12 q. 2. glossa in summa ibidem, quæ planè ista explicat.

6 Nec me mouet, quòd non licet † commendationem alienare, verum est, nec quidem Papæ licet, vel alii habenti titulum. c. nõ liceat Papæ. 12. q. 2. imò nulli licet ignorare quod domino consecratum fuerit, sanctum sanctorum erit, & ad ius pertinet sacerdotum, propter quod inexcusabilis erit omnis qui uastat, vel inuadit, vel eripit. cap. nulli. 12. quæst. 2.

7 † Imò nulli regulariter licet alienare res Ecclesiæ, c. nulli. de rebus eccles. non alienand. quod intelligitur nisi ex causa vtilitatis, vel necessitatis, vt superius dictum fuit, quia causis exigentibus res Ecclesiasticæ distrahi possunt. Causa enim necessitatis cum consilio clericorum, vel, vt meliora prospexerint res Ecclesiæ à sacerdotibus distrahi possunt. Gregor. in c. sicut, in fin. 12. q. 2. & eo casu sufficit quòd ecclesia habeat vtilitatem. c. ad aures, ibi. ad maiorem Ecclesiæ vtilitatem, de rebus eccles. non alienand. vnde cùm in ista concessione emphyteosis facta d. du Ris prioratus insequebatur vtilitatem valebit. Etiam res steriles sine solemnitate concedi possunt, cum consilio tamen & assensu fratrum, vel episcopi capit. vt super, in fi. de reb. eccles. non alienand. sed istæ erant terræ steriles paruam commoditatem d. prioratui afferentes, & sic ualet & tenet d. alienatio, maximè quia alienandi facultas, & licentia à superiore interuenit cum causæ cognitione, existente causa utilitatis. Ideo proculdubio tenet ista concessio in emphyteosim, ut plenè explicat dominus Geminianus, in consilio 48. presbyter.

8 † Nec obest quòd illæ res non erant solitæ concedi. c. fi. de feudo. Respondeo, regulariter res non solitæ in feudum concedi non possunt non existẽte causa, sed si causa utilitatis uel necessitatis interueniat, concedi poterunt res etiam non solitæ concedi, alioqui non esset licitum ecclesiæ utilitatem facere, quod esset absurdum. ut in d. c. fine exceptione. 12. quæst. 2.

Ex his patet in isto solennitates necessarias interuenisse. Primò, inquisitio interuenit super commodo & incommodo, quæ uim tractatus habet. Nam hic
9 † tractatus interuenire debet, quando alienatur res capituli aut collegii, c. fine exceptione. 12. q. 2. c. cum apostol. de his quæ fiunt à prælat, sed tractatus capituli non requiritur quando rector rem Ecclesiæ alienat seu beneficiarius. cap. 1. de rebus Eccles. nõ alienand. in 6. & clem. 1. sicut nec consensus capituli, sed Episcopi sufficit uel superioris. d. clement. 1. Perus. & alii in d. c. 1. ob id ista inquisitio loco tractatus habetur.

10 Item subhastatio & aliæ solẽnitates à iure ciuili requisitæ in authentica hoc ius porrectum. C. de sacrosanct. eccles. non sunt necessariæ de iure canonico, & sine illis valent alienationes rerũ ecclesiasticarum de cõsuetudine, tamen seruantur solemnitates iuris tũ canonici,

canonici, vt docet Peruſ.in d.c.j.de reb.Eccleſ.nō alie nan.in 6.Guid.Papæ in deciſ.149. ſecunda concluſio.

Non refragatur quod Epiſcopi anthoritas debebat interuenire, & non apparet in hac alienatione, ergo conceſſio nulla, etiam quia ante actum debebat adeſſe conſenſus Abbatis.l.ſi quis mihi bona. §.iuſſum.ff. de acq. hæredit.glo.in d.c.1.de reb. Eccleſ.non aliennand.in 6. Reſpondeo, ſufficere interuenire conſenſum ſuperioris immediati Abbatis ſcilicet, vel prioris habentis iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem ſuper illa re, vt docet text.& ibi gl.& Doctor.in d.Clemen.1.de rebus Eccleſ.non alienan.

11 † Etiam conſenſus Epiſcopi vel ſuperioris requiritur, per d.c.ſine exceptione. 12.q.2. qui poteſt interuenire, & ante actum & poſt. c.3.de his quæ fiunt à prælat.cap.auditis.de elect.cap cura.vbi Panor.de iure patro.& ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur.reg.ratihabit.in 6.Ideo iſta permiſſio & inquiſitio capituli, & poſtea ratihabitio, & confirmatio Abbatis facit ut valeat d.alienatio.

13 † Item debet eligere alienans rem Eccleſiæ, & epiſcopus conſentiens, id quod non ſit dubium profuturum Eccleſiæ.d.cap.ſine exceptione.& ſi credant utilitatem Eccleſiæ facere, licet ipſa lædatur Eccleſia, valebit nihilominus d.alienatio.d.cap ad noſtram.de reb. Eccleſ. non alien. Sufficit enim quòd communi opinione reputetur alienatio Eccleſiæ vtilis licet vere nō ſit. text. iuncta gloſſa in verbo profuturum. in c.cum apoſtolica. de his quæ fiunt à prælat. quam Doctores ibi probant, & Corſet.in ſing. 3.incipien. alienatio.& quod tempore alienationis videatur vtilis Eccleſiæ. arg. l. ſi voluntate. C. de reſcin. vendit. nam ſufficit vtiliter eſſe cœptum. l.ſed an vltro.§.1.ff.de neg.geſt. Cal.conſ.5.titul.de rerum permutat.

Vtilis eccleſiæ cenſetur ſi tot cenſus detur, vel penſio eccleſiæ ſingulis annis, qui in viginti annis veram rei æſtimationem faciant.iuxta §.quia verò Leonis.in fi.de reb.eccleſ.non alien.col.2.gl.in authen.perpetua C.de ſacroſanct.eccleſ.Iaſon.in l.ſi fundum per fideicommiſſum.col.2.ff.de leg.1.ſed hic plus datur, ergo probatur alienationem ipſi vtilem eſſe eccleſiæ.

14 Nec me mouet, quod † ſucceſſor nō tenetur ſtare alienationi factæ p prædeceſſorē. c.ſi quis presbyterorum.de rebus eccleſiæ non alienand.Doct.in cap.fin. ne prælati vices ſuas. Reſpondeo verum eſſe quando alienatio non tenebat, ſecus ſi ipſa valebat alienatio. cap.de cætero & c.veniens. de tranſactionibus, quia non poteſt ſucceſſor ea quæ facta ſunt iure, à ſuo reuocare prædeceſſore. c.ſtatuimus.de tranſact.d.c.fin. ne prælat. vic.ſuas facit cap.fin.de ſepult.vnde omnes prohibitiones, & pœnæ quibus afficiuntur alienantes intelliguntur de alienationibus non iure factis.ut Doctor. notant in c.tua. de his quæ fiunt à præl & ita declarat Papa Paulus. 2. in exrrauagant. 1.de reb.eccleſ. non alienand. in extrauag.communibus.

Inſuper, iſte prior perperam egit contra d.de Ris: nam prius ad reſciſſionem contractus agere debebat. tex.in cap.ſi qua de rebus.ibi reſciſſo contractu. 12.q. 2.& ita ſeruat praxis Franciç, ideo ex hoc ſuccumbere debet & d.du Ris abſolui cum expenſis.nam quando valet alinatio, & eccleſia eſt lapſa, agitur ad d.alienationis reſciſſionem, & vt eccleſia in integrum reſtituatur.c.ad noſtrum. de rebus eccleſiaſticis non alienan. ſed quando iure facta eſt, vt eccleſia nō eſt lapſa, ſicut in iſto caſu nullo modo agi poteſt, ideo abſoluendus eſt d.du Ris cum expenſis. Datum Pariſ. anno 1556. in menſe Septembri.

RESPON. CXIII.
De donatione in eleemoſynam.

SVMMARIVM.

1 *Canonici regulares non ſunt curati, licet ab Abbate præficiantur eccleſiis parochialibus, & ratio ſubditur.*

2 *Animarum cura non poteſt eſſe apud capitulum, quod neminem repræſentat.*

3 *Canonici iſti non poſſunt dici perpetui vicarij, ſed tantum temporales, & ad nutum Abbatis remoueri poſſunt.*

4 *Canonici, vt hic, an poſſint deſtitui ad voluntatem Abbatis.*

5 *Decimæ an ſpectent ad hos canonicos.*

6 *Reditus terrarum, vel nemorum ſpectat ad Abbatem, vel Monaſterium, non autem ad canonicos.*

NOBILIS Radulphus de Arenis, & Stephanus de Hallemont dederunt conceſſeruntque in eleemoſynam Abbati & eccleſiæ S.Petri de alto monte, curtem & terram, & de nemore quātum neceſſe fuerit, exceptis arboribus. &c.& hanc donationem confirmauit, ac decimam totam illarum terrarum dedit Abbati & ecclaſiæ. Alexander Papa 3. anno 1564. Pontificatus ſui anno 6. alij etiam videlicet Innocen. & Eugeni. confirmarunt: denuò Reginaldus Archiepiſcopus Remēſis etiam dictam confirmauit donationem, anno 1565. à quo tēpore Abbas vſus eſt, & fructus recepit ac decimam, etiam quatuor Parochias ad monaſterium S.Petri pertinere, & voluerunt d.Pontifices, vt Abbas eis deſeruire faceret per ſuos canonicos regulares. Nunc prefecti ad deſeruiendum his parochiis quidam canonici, dicunt decimas ad ſe pertinere, & fructus ac reditus curtis & terrarum illius: quæritur quid iuris? Ex quo facto ſequentes eliciuntur quęſtiones, quarum prima eſt, an iſti canonici regulares præpoſiti ab Abbate ad deſeruiendum his parochiis maximè parochiæ de alto monte poſſint dici curati, uel vicarij perpetui, aut temporales? Secunda, an poſſint deſtitui vita durante? Tertia, an decimæ terrarum ad illos ſpectent? Quarta, an alij reditus terrarum, uel nemorum, vel fructus pertineāt ad dictos canonicos vel ad Abbatem? Quinta, an de illis fructibus (ſi illos percipiant) rationem reddere monaſterio teneantur? Sexto, an congruam ſaltem portionem petere poſſint ab Abbate & monaſterio?

1 Primæ reſpondeo quæſtioni, † hos canonicos regulares non eſſe curatos, licèt parochialibus præficiātur eccleſiis ab Abbate: prohibetur enim religioſis obtinere curatum beneficium de monacho. eſt text. in cap.monachi de ſtatu monach. quia non docentis ſed plangentis habet officium monachus.c.monach. & ſequen 16.q.1.Ideò iura parochialia uſurpare prohibetur.c.peruenit.& ſequent.ibidem. Et quamuis quidam religioſi poſſint præfici eccleſiis parochialibus, tamen non ſunt curati, quando eccleſia data eſt Abbati, & monaſterio vt in hoc caſu: nam uoluit Papa ut in illis parochialibus eccleſiis monaſterium faceret deſeruire per canonicos, ſic cura eſt apud Abbatē, exercitium autem & ad miniſtratio eſt apud canonicos præfectos illi eccleſiæ nomine tamen Abbatis & monaſterij. capit.expoſuiſti.vbi gloſſ.& Doct.de prębend.ibi.quando data eſt eccleſia uel altare monaſterio, tum & iura data cenſetur.cap.altare. ubi Doct.1. quæſt.

quæst.3.sed animarum cura non potest esse apud capitulum quod neminẽ repræsentat.c.episcopus.§.qui manumittitur.12.quæst.2.de Montelauduno in c.super eo. & ibidem in additionibus. de præbend. in 6. ideo oporret quod Abbas aliquem illi præficiat curę.

3 † Imò,isti nec perpetui dici possunt vicarij sed tantum temporales & ad nutum Abbatis remoueri possunt:tum, quia religiosi, & quia ita statutum fuit in fundatione & donatione bonorũ facta monasterio. Et quando rector principalis deseruit per vicarium temporalem dicitur per seipsum seruire, & curam exercere,cùm vicarius nomine rectoris exerceat,non iure suo, sicut vicarius perpetuus.arg l.quod meo.ff. de acquir.possess.& c.cum venisset.de restit.spoliat.gl. not.in extrau.execrab.circa finem in verbo temporales vicarios.de præb.Ioann.22.

Maximè in hoc casu,quia temporalia & spiritualia data sunt Abbati & ecclesiæ, & sic pleno iure monasterium habet ecclesiam istam parochialem de alto monte.c.cùm & plantare. & c.quoniam de priuileg. & ibi pleno iure data est ecclesia Abbati vel alteri, tunc vicarij temporales illi præficiuntur, & quando vnitur ecclesia parochialis Abbatiæ, illi præficietur etiam vicarius temporalis nisi in vnione dictũ fuerit ut ibi creetur vicarius perpetuus. gl.in verb. ad mensam.cle.1.de excess.prælat.& in clement.1.de rescrip. Domi.de Rota decis. 260.nota glo. in antiq. & solet dicere in vnionibus, reseruata congrua portione vicario perpetuo.c.exposuisti.in fin.de præben.& tunc dabitur vicarius perpetuus, aliàs temporalis.

4 Secunda quæstio est, † an possint isti canonici ad seruiẽdum præfecti destitui ad voluntatem Abbatis. Putarem posse,cùm sint vicarii tẽporales, & religiosi obedientiarij,ideo ad Abbatis nutum remoueri poterunt. c. cùm ad monasterium §.tales. de statu monacho.c.olim.de accusatio. cognoscitur enim quando remoueri potest, vel non, hoc modo: nempe si religiosus promouetur vt obedientiã ipsi præstet monasterio, quod cognoscitur quando ad ecclesiam monasterio subiectam promouetur, ad quem monachus vel canonicus consueuit tãtum promoueri, & etiam ad libitum reuocari, & dari socius illi qui eam deseruiat. ut docet gl.in clem.ne in agro.§.adhæc.in uerbo ad claustrum.de statu monachorum.Panorm.in cap. monachi. 2.not.de statu monachor.quia isto casu is qui illi curę pręficitur non desiit esse religiosus monasterii obedientiarius sui,ergo ad nutum remoueri potest:sed si religiosus promoueatur ad Ecclesiam secularem parochialem, tanquam alius clericus, tunc desinit esse monasterij monachus, nec amplius habebit communionem cum monasterio primo. c. ne pro cuiuslibet.16.q.1.nec tenetur eo casu socium habere. teste Panor.in c.quod Dei timorẽ. de statu monach. quia censetur esse ab illa Ecclesia emancipatus. cap.si monachus.16.q.1.Bald.in c.illud.de maiorit.

5 Tertia quæstio,an † decimæ spectẽt ad hos canonicos regulares præfectos ad deseruiendum Ecclesiis parochialibus, maximè Ecclesiæ de Altomonte. Respondeo nõ pertinere,quia dos donata est Abbati,& monasterio, ergo non canonico illi regulari qui præficitur nomine Abbatis ut seruiat,sed victu & vestitu contentus esse debet: iuxta dictum diui Pauli: nam postquam ad monasterium Ecclesiasticum pertinet pleno iure, vt supra probatum extitit, & decima donata est monasterio:ideo non potest pertinere ad istũ canonicum regularem præfectum ad seruiendum nomine Abbatis,qui curã dicitur habere.c.de monachis.vbi Panorm.de præben. & quomodo potest hic canonicus habere decimas,postquam datæ sunt Abbati,& Ecclesiæ de Altomonte non video,& quia pręcessores istius canonici vicarii temporalis de Altomonte,possederetur nomine d.monasterii ergo non potuerunt nec possunt pscribere,nec possessores dici. l.malè agitur. C de præscrip.30.anno. Ideo nullũ ius isti vicario cõpetit nullaque possessio ad percipiendũ decimas illi competit sicut laico.c.causam.de præscr.

6 Quarta soluitur quæstio,quod † reditus terrarum vel nemorum spectat ad Abbatem,& monasterium, quia fuit donata curtis & terra ad curtem spectans,& nemora ac reditus omnes,exceptis quibusdam arboribus,quas exceperant donatores, vt in vita illis liberũ esset uti ligno istarum arborum, ergo post mortem donatarii omnia ligna spectarunt ad Abbatẽ & monasterium & ita vsus Abbas est post mortem donantiũ, sic etiam quintæ respondetur quæstioni vt de fructibus quos perceperit rationem reddere teneantur.

Donarunt enim nobiles, vt in facto prætenditur, curtem de Altomonte liberam, & terrã ad eandem curtem pertinentem cum tota decima. Certum est, quod curtis seu curia dicitur domus domini, in qua omnes colliguntur fructus possessionum & terrarũ domini, quando dominus multas terras habet in illo loco.glo.& Doct.in §.fi.quib mod.feudũ amitta. & in c.vno de capita qui curiã vendidit in usibus feudorũ.

Itaque isti nobiles de Arenis & de Hallepont habebãt multas terras & possessiones in illo loco,& habebãt domum in quam deferebatur fructus & reditus illarum tenus quæ vocabatur curtis, seu *Cour*, & illam & terras donarunt Abbati,& monasterio.vnde nullum ius potest nunc prætendere canonicus, qui deseruit illi parochiæ, quia canonico uel vicario non sunt donati reditus,ergo illos recipere non potest, nisi nomine, & mandato Abbatis & monasterii, & de perceptis reddant rationem.

Etiam constat quòd cùm decima imponitur.iuxta cle fi.de deci.hæc decima soluitur ab Abbate dicti monasterii de Alto mõte,ergo fructus ad eum pertinent,nam ad eum spectant fructus ad quem & onus. l.secundum naturam. ff.de reg.iur. probatur etiam, quia semper Abbates declararunt Regi ista bona esse monasterii, *& l'ont baille' par denombrement*. [atque id per dinumerationem dederunt,] & congruam portionem isti ab Abbate & monasterio petere poterũt. Ideo me his subscripsi.

RESPON. CXIIII.

De matrimonio.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium per verba de præsenti contractum,utrũ impugnetur ob requisitum consensum aliquorum, hic per totum.*

2 *Authoritas regis, uel tutoris, uel curatoris non requiritur in matrimonio.*

3 *Consensus solus sufficit in matrimonijs.*

4 *Iuramentum firmat contractum matrimonij.*

5 *Actus geminatus confirmat actum.*

6 *Iudicare ut pro religione in dubio debemus, ita & pro matrimonio.*

7 *Testimonium etiam duarum mulierum sufficit ad probandum matrimonium.*

8 *Sententia quæ est in fauorem animarum est amplectenda.*

Matri-

9 *Matrimonium contractum sub conditione si regi placuerit.*
10 *Propositum in mente retentum, nihil operatur.*
11 *Matrimonium infirmantia.*
Matrimonium contrahere non tenetur, qui non consensit, licet cognouerit mulierem. ibidem.
12 *Dolus viciat matrimonium.*
13 *Persuadere plus est quàm compelli, & cogi.*
14 *Matrimonium, quando clam fieri dicatur.*
15 *Matrimonium, per verba de præsenti trahitur aliquando, vt censeantur sponsalia per verba de futuro.*
16 *Sponsalia contracta per verba de futuro, trahuntur interdum ad verba de præsenti.*
17 *Matrimonium aliquando separatur, vt euitetur scandalum.*
18 *Consuetudo in consanguineis regis, vt non contrahant matrimonium sine regis consensu.*
19 *Honestas maxime consideratur in matrimonijs.*
20 *Malitia in matrimonijs supplet ætatem.*
21 *Matrimonium interpellatores extra ordinem puniri debent.*

1 Inter † nobiles Nicolaum Daniou' & Gabrielem de Mareul, fuit cõtractum matrimonium, per verba de præsenti dolo, astu, & suasionibus matris d. de Mareul, quæ promisit regem ratum habiturum matrimonium, ac Reginam Nauarrę, tanquam consanguineam d. Danjou, seu de Mesieres, ac etiam promisit dicta mater tutorem seu curatorem, sub cuius custodia erat d. de Mesieres, dominum de Trimollio ratũ habiturum dictum matrimonium: & sic induxit d. iuuenem de Mesieres, non repetita conditione, si placuerit illis, ad contrahendum matrimonium, per verba de præsenti. Quæritur an debeat iudicari matrimo-
2 nium, videtur quòd sic, quia † in matrimonio non requiritur authoritas regis, vel tutoris, seu curatoris. l. in copulandis. C. de nupt. nec consanguineorum, vt ibi dicit text.

3 Secundò, in † matrimonijs sufficit solus consensus. c. sufficiat. 27. q. 2. vbi sic dicitur, sufficiat solus secundum leges consensus eorum de quorũ quarumque consensu & coniunctionibus agitur, qui solus si defuerit, cætera etiam cum ipso coitu celebrata frustrantur: cùm ergo inter eos consensus intercesserit, patet hos coniuges fuisse. facit. l. nuptias. ff de reg. iur.

Tertiò, probatur verba esse prolata inter hos nobiles, quæ sunt verba facientia matrimonium de præsenti, vt accipio te in fœminam, & ego accipio te in meum virum seu maritum, & promitto non habiturum aliam, nec alium: tunc ista verba faciunt matrimonium de præsenti. c. si inter. de sponsal.

4 Quartò, interuenit † iuramentum, quod etiam firmat contractum matrimonij. c. præterea. 1. & c. ex literis. de sponsal. sicut firmat contractus inualidos. auth sacramenta puberum. C. si aduers. vend.

Quintò, interuenit actus geminatus, qui actum videtur confirmare. l. si mulier. authent. siue à me. C. ad Velleia. c. ex literis. de diuort. vbi non præsumitur error quando verba sunt geminata, & sic coram notarijs duobus fuit contractum matrimonium.

Item postea coram presbytero, ista ergo geminatio faciet matrimonium firmari: nam verba enuntiatiua geminata operantur effectum, sicut dispositiua. l. 1. C. de plus petitio. Panor in c. dilectus. de successionibus ab intesta. Alexand. consilio 125. nu. 5. in 7. volumine. Corset. in suo tractatu de gemina.

Sextò, apparet ex verbis d. de Mesieres, dum dixit, nunc estis tota mea, ergo intelligebat matrimonium esse, etiam quia osculati fuerunt post verba prolata, & sic videtur approbare matrimonium. glos. in verb. nondum. c vno. §. 1. de despons. impub. in 6.

Septimò, postquam partes sunt mẽtis compotes, & ætatis legitimæ certum est quòd matrimonium contrahere possunt: sed d. de Mesieres erat quindecim annorum, d. Gabriella 18. annorum, ergo erant capaces matrimonij. §. 1. inst. de nupt.

6 Octauò, † sicut in dubio iudicare debemus pro religione. l. sunt personæ. ff. de religios. & sump. funer. ita & pro matrimonio. cap. fin. de re iudicib. Adhæc opinio vnius Doctoris authentici pro matrimonio tenentis, præfertur communi opinioni aliorum Doctorum asserentium contra matrimonium. Host. in c. si vir. de cognat. spirit. Fely. in rub. de sponsal. col. penult. in nouo matrimonii priuilegio. Barb. cons. 6. scriptum. colum. 2. in 1. volum.

Nonò, licèt ad dissoluẽdum matrimonium requirantur testes omni exceptione maiores. c. in literis. de testib. c. 1. de consangui. in c. insuper. qui matrimoniũ accusare poss. ibi per testes, fama & conuersatione
7 præclaros. l. nullum. C. de repud. tamen ad † coniungendum sufficiunt duæ etiam mulieres. c. super. eo. 2. de testib. Barb. consi. 6. scriptum. col. 3. in 1. volum.

Decimò, iudicando pro matrimonio euitatur periculum animarum, quia licèt non sit matrimonium
8 tamen postea ex nouo consensu erit, ideo illa † sententia quæ est in fauorem animarum, est amplectenda. glos. singul. in authent. sacramenta puberum. C. si aduers. vendit. ius canonicum maximè tendit vt vitetur animarum periculum. c 1. de constit. in 6. & glos. in c. cum contingat. de iureiurand.

9 Vndecimò, quamuis † conditio ista valeat, contraho si placuerit Regi, vel patri, & si non consenserit non valebit matrimonium c. super eo. & seq. de condict. appos. requiritur tamen quòd illa conditio sit in principio actus apposita. c. dixit, 32. q. 1. & Io. And. in c. 1. de condit. appos. & quòd vterque illi conditioni cõsentiat expresse, aliàs si taceat non videtur consentire illi protestationi. not. in c. fi. de cond. appos. vbi Cardin. & Thom. Ferra. cautel. 7. Petrus Gerard. singu. 21. Hyppolit. singul. 286.

Duodecimò, facit c. beata 27 q. 2. vbi dicitur quòd beata Maria votum uirginitatis in corde habuit, sed illud non expressit ore quo subiecit se diuinæ dispositioni, dum proposuit se præseruaturam uirginitatẽ, nisi Deus aliter ei reuelaret. Committens ergò virginitatem suam diuinæ dispositioni, sic d. de Mesieres licet in corde haberet conditionem si placeret Regi, & curatori, tamen dispositioni iuris se subiecit, quæ
10 † vult propositum in mente retentum, nihil operari. l si repetendi. C. de condict. ob caus. dator.

Decimotertiò, tolerabilius est aliquos contra statuta hominum dimittere copulatos, quàm coniunctos legitimè contra statuta domini separare, text. in c. licet ex quadam. in fin. de testib.

11 Contra matrimonium faciunt sequentia, primò, text. in c. tua nos. in fi. de sponsal. vbi non consensit licèt cognouerit mulierẽ non tenetur contrahere matrimonium, sed hic non consensit, quin potius dolo inductus fuit, ergo non erit matrimonium, non tamen creditur dicenti se non consensisse, etiamsi de uerbis apparet nisi euidẽtibus signis manifestetur, ut si statim reclamaret, ut in c. consultationi. de sponsa. nã in matrimoniis libere consensus dẽt interuenire. c. cũ locum,

locum.de sponsal qui non interuenit est dolus.

Secundò, dicit Tho.in quolibet.5.q.8.quod quantumcunque matrimonium cõtractum sit per uerba de præsenti, si vnus non proposuerit alteram ducere, nec vnquam in eam consensit, non debet iudicari matrimonium ex illo facto, in foro conscientiæ, quando ex altera parte dolus affuit & defuit omnino consensus, refert & sequitur Syluester in sua summa, in verbo matrimonium.in 4.q.8 ubi plus dicit, quod si ille ex cuius parte non fuit dolus, contrahat matrimoniũ cum altero, valebit secundum matrimonium.

Tertiò, facit cap.aliter. 30. q. 5. vbi in hæc verba sic ait, aliter legitimum non sit coniugium nisi ab his qui super ipsam fœminam dominationem habere videntur, & à quibus custoditur uxor petatur, & à parentibus & proquinquioribus desponsetur, sed hic non fuit petita ab his qui eum custodiebant, ergo nõ valet matrimonium, & quamuis loquatur ille text. in fœmina, tamen hoc est ratione frequentioris usus, quia frequentius in ea accedit, idem puto in masculo per glo. singul. in clem. 1. de rescri.

12 † Quartò, dolus debet uitiare omnino matrimonium, saltem ante copulam contractum, quia vitiat contractum bonæfidei. l. & eleganter. ff. de dol. ergo & matrimonium, in quo fides est de substãtia ipsius. c. omne. 25. q. 2. nisi diceremus quod si rũperetur per dolum, omnia dissoluerentur quia fiunt per dolum.

Quintò hoc suadetur ex eo quod habetur Genes. 29. c. vbi cum Iacob seruiuisset septem annis, ut haberet Rachel filiam Laban, tamen dolo fuit ei tradita Elia quæ erat oculis lippis, & hebdomada completa septemq; elapsis annis Laban dedit ei alteram. En igitur quòd dolo inductus aliam potest ducere, saltem ante carnis copulam.

13 Sextò, † persuadere est plus quàm compelli, & cogi. l. 1. §. persuadere. ff. de seruo corrup. sed metus uitiat matrimonium. cap. cum dilectus. de his quæ ui metusve caus. fiunt. ergo & dolus, cum plus sit, licet Doct. ibi dicant non uitiare nisi tollat consensum, id est dolus qui esset circa res, quia incideret in errorem fortunæ, qui non vitiat. c. 1. 29. q. 1. sed dolus in hac quęstione incidit circa personam iuuenis, qui non vult cõtrahere matrimonium uel vult contrahere sub tali conditione, si placuerit tali & quoniam & dolo tuo, non repetitur conditio, uel inducitur quis ad contrahendum. dicerem matrimoniũ hoc casu uitiari antequam esset consummatum; licet simpliciter Doct. dicant non vitiari. & Ias. in l. pacta nouissima. C. de pact. & quia in metu dolus in est. l. si cum exceptione. §. eum qui. ff quod met. caus.

Septimò, probari dolum dico, eò quòd matrimonium non est factum publicè sicut fieri consueuit. c. 1. & fi. de clandest. despons. vbi glo. dicit tribus modis dici clandestinum.

14 Etiam dicitur † clam fieri quando non potest uenire in notitiam eius cuius interfit. Bart. in l. 2. C. de his qui ex publ. ratio. lib. 10. uel quod sine iudicis authoritate seu principis. Bart. in l. 1. de præd. curia. lib. 10. C. Dec. in l. quo tutela. §. clam ff. de regu. iur. ut hic. nam expellebantur famuli, & dum gubernator d. de Mesieres erat absens ista tractabantur.

Item dicitur fieri clam, & fraus præsumitur & dolus quãdo est factum instrumentum & iniũgitur notario & testibus, ut rem secretàm teneant. Bart. in l. in fraudem. in princip. ff. de his quib. ut indig sed omnia ista probantur in hoc matrimonio cõtrahendo interuenisse, ergo dolus ex his probatur, qui ex perspicuis iudiciis probatur. l. dolum. C. de dol. id est ex manifestis. glo. in c. pastoralis. de caus. posses.

Item ex alio probatur fraus & dolus, ex promissione quam faciebat, incauto iuueni, ei asserens se habiturum consensum Regis, Reginæque Nauarræ & d. de Tremoillo curatoris d. de Mesieres.

Itẽ ex alio probatur ratione inęqualitatis personarum: nam mater incrementum filiæ & honorem uidetur diligiere, ubi uir superior est diuitiis, & nobilitate, potentia & honore. c. super eo. 2. de testib. hic est longè maior uir muliere, tam ratione consanguinitatis, quia ex stirpe regia, quàm ratione diuitiarum: ergo mater dolo induxit hunc iuuenem.

Item ponderanda est qualitas personæ, nam iuuenis qnindecim annorum inter manus procuratorum tractabantur, qui sunt subtiles & cauti in agendis negotiis, & ipse solus se defendebat, saltem debebat d. de Mareul relinquere ei vnum curatorem.

Item qualitas mulieris, nam vetula, quæ multa mala sciebat, & alter iuuenis, ac etiam quia mulier: nam non est malitia supra malitiam mulieris nec dolus, quin à muliere, saltem vetula, non excogitetur, ut de ista possumus dicere, quæ adeò ornate loquitur, ut si Cicero reuiuisceret non ornatius loqui posset.

15 † Putarem tamen hoc matrimonium contractum per uerba de præsenti non esse iudicandum, nisi sponsalia, ac si per verba de futuro hoc probo per c. vnum. §. 1. de despons. impub. vbi sponsalia per uerba de præsenti contracta per impuberes vel alterum, ex illis ualebunt, vt possunt, non sicut agebatur, sed tanquam sponsalia de futuro, sic & isto casu, vbi uidetur deficere consensus de præsenti, sed intendebat facere iuuenis secundum cõsuetudinem patriæ, & licet ille text. loquatur in impubere tamen idem uidetur in pubere simplici & dolo decepto, vt hic, quia non uidetur consensisse ratione doli.

16 Item interdum † sponsalia contracta per uerba de futuro trahuntur ad verba de præsenti. c. is qui fidem. de sponsal. & uerba directa obliquantur. l. Centurio, & ibi not. ff. de vulg. c. si pater. de testa. in 6. sic & hæc uerba de præsenti prolata denotabunt tantum sponsalia de futuro, nec obstat quod fuerit ei declaratum per sacerdotem dum affindabat eos, quod non posset habere aliam, quia hoc intelligebat iuuenis quod nõ posset aliam habere si consenserit ecclesia, & ritè fiat matrimonium.

17 Item ut uitetur scandalum aliquando etiam matrimonium separatur. c. cum in tua. vbi Panor. de spons. sed in his nuptiis complendis magnum proueniret scandalum, ergo compleri non debent. Felin. in cap. nihil. uersic. 18. de præscrip.

Itẽ coactiones ad matrimoniũ solent diuersos generare exitus. c. requisiuit. de sponsal. nã coactio venit contra fidem, quia adulterium facilè committet coactus, & euitabit prolem. Genes. 38. c. dicitur qđ, Quã coactus accipere relictam fratris in vxorem semen in terram emittebat, sic fieret in hoc matrimonio.

18 † Item consuetudo est in consanguineis Regis, ne matrimoniũ sine Regis cõsensu cõtrahant, quæ ualet si etiam tacitè per Papã fuerit approbata. c. super eo de cog. spirit. Syluester in uerb. matrimonium. 2. q. 3.

Item inter præcepta iuris habemus honestè uiuere. 19 l. iustitia. ff de iusti. & iur. §. iuris. instit. illo titul. & † in matrimoniis maximè honestas consideratur. l. semper. ff. de ritu nupt. & valde honestum est uocare consanguineos §. 1. instit. de nupt. ergo si non fuerint uocati est inhonestum.

Item actus agentium non operantur vltra intentionem. l. non omnis. ff. si cert. pet. sed intentio non erat

erat d. de Mesieres cōtrahendi, quia intētio præsumitur esse qualis de iure. l. si duo. ff. de acquirend. hered.

20 Præterea in †matrimoniis uidemus malitiam supplere ætatem. c. de illis. de sponsal. ita & simplicitas minuet à cōtrario, quia quod operatur propositū in proposito, operatur oppositum in opposito. l. fi. §. fi. ff. de leg. 3. & simplicitas excusat non à toto, sed à tanto. c. ex tuarum. de sortileg. & aliquando uenia datur. c. scriptura. de consecra. distin. 2.

Item hoc debemus dicere quod dixissent conditores si de hoc fuissent interrogati. l. Titius. §. Lucius. ff. de lib. & posth. sed uerisimile est, quòd conditores uidentes dolum mulieris, & aliorum qui hoc matrimonium tractarunt ita respondissent, ergo & nos.

Item quòd Papa sic respondisset patet per suum rescriptum, ubi uult stari iuramento suo an consenserit vel non, sed non possumus dicere quin consenserit, saltem quin possit iudicari matrimonium per uerba de futuro, ergo illud sic iudicabimus: nam instrumentum notariorum non uidetur probare matrimonium. Panor. & alij in c. illud. de præsump.

21 Item interpellatores matrimoniorum extra ordinem puniri debent. l. 1. ff. de extraord. criminib. c. solicitatores de pœnit. dist. 1. & ob hoc per senatum fuit condemnata d. de Mareul ad mille & octingentas libras, & quilibet alius, qui interfuerat isti matrimonio pertractando fuit ad mulctam etiam condemnatus.

Iterum de Matrimonio.

SVMMARIVM.

1 *Verba prouisionis, de præsenti promitto te ducere in vxorem, & nunquam aliam habebo, an sint verba de præsenti, vel de futuro.*

2 *Conditio ad præsens si viuat rex Partorum, non moratur obligationem, licèt apud nos sit incerta.*

3 *Coniugalis pactio, non desloratio matrimonium facit.*

1 IN hac matrimoniali causa ponderanda sunt † verba promissionis, videlicet de præsenti, promitto te ducere in uxorem, & nunquam aliam habebo, an sint uerba de præsenti, an de futuro? Certè inuenio de præsenti & primò, pondero quòd illa uerba de præsenti debent aliquid operari. glos. in l. 1 ff. quod met. caus. l. si quando. ff. de legat. 1.

Item dicit text. in l. talis scriptura. ff. de lega. 1. quòd si legata sint decem præsentia, quāuis superuacua sit hæc adiectio, tamen quantum ad vim & effectū pertinet ad hoc proficiet, ut præsenti die legatū debeatur sic proficient ista uerba ut præsenti die obligatus sit.

Facit tex. in l. liber homo. 2. §. decem. ff. de uerbor. obli. vbi qui promittit hodie decem dare, eo ipso die agere potest, nec uidetur præmaturius agi, licèt si non dixisset hodie, nō teneretur illo die. l. in omnibus obligationibus. ff. de regul. iur. §. omnis. isti. de uerb. obligat. vbi Angel. l. promissor. de consti. pecu.

2 Adhæc facit l. cum ad præsens. ff. si cert. pet. ubi †cōditio ad præsens si viuat Rex Partorum nō moratur obligationē, licèt apud nos incerta sit. §. conditiones. de verb. obl. in inst. sic & ista verba, *ie uous promets prendre de present* [Promitto tibi capere de præsenti] reuoluuntur in præsentia verba, i. *depresent ie vous promets mon corps* [de præsenti tibi promitto corpus meum.] Alioqui differretur obligatio contra illum tex. vel *ie uous promets prendre pour femme, & de present uous prens.* [Promitto tibi capere te pro uxore, & de præsenti te capio.] licèt illa verba omissa sint, *uous prēs:* [te capio:] tamen intelliguntur propter verbū, *de present.* [de præsenti.]

3 † Coniugalis pactio non desloratio matrimonium facit. c. cùm initiatur. 27 q. 2. & c. cōiuges appellantur prima desponsationis fide, q̄uis ignoretur concubitus, ibi. Et si quis desponsauerit, vel subarrauerit vxorē nullus de cōsanguinitate eam ducere poterit, qa probant esse cōiuges. c. si quis despōsauerit. 27. q. 2.

RESPON. CXV.
De Matrimonij conuentionibus.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium, an ex conuentionibus, & alijs hic positis, contractum probetur.*

2 *Matrimonium per instrumentum conuentionum matrimonialium, an probetur, & num. 18.*

Instrumentum dicitur probatio probata.

Iurisdictione concessa, omnia concessa censentur, sine quibus iurisdictio explicari non potest.

3 *Sponsalia contracta per parentes pro filijs puberibus, an, & quando eos ligent, hic, & nu. 19. & 20. & 22.*

4 *Iucunditas mulieris post matrimoniū & alia hic posita an inducant matrimonii ratihabitionē, hic & nu. 23.*

5 *Anuli traditione, & subarratione an probetur matrimonium, & num. 24.*

6 *Receptio munerum, & oscula, an probent matrimonium, & num. 26.*

7 *Opinioni singulari doctorum, pro matrimonio facienti standum est.*

8 *Assertioni patris, & matris sponsi circa matrimoniū, an credendum sit, huic & num. 30.*

9 *Matrimonium improbantia.*

Matrimonii requisita ponuntur.

Consensus est substantia matrimonii.

Deploratio virginitatis nō facit matrimoniū, sed pactio.

10 *Verba, inter valentes loqui, requiruntur pro forma matrimonii.*

Forma est, quæ dat esse rei, & ea in esse conseruat. ibid.

11 *Pater voluntatem filiæ declarare non potest, cum solus Deus sit scrutator cordium.*

12 *Consensus coniungendorum, de iure ciuili, & canonico requiruntur in matrimonio.*

13 *Metu gesta improbat prætor.*

Coniugio sociari inuictus, & remittens quis non debet. ibidem.

14 *Nuptiæ inuitæ malos solent habere prouentus.*

15 *Timor uanus non est, quando pater minatur filiam reiicere, vel exhæredare.*

16 *L. si patre cogente. ff. de ritu nuptiarum declaratur.*

17 *Matrimonium dolo contractum licet secundum aliquos non vitietur, secus est, si metu contractum sit.*

Metus fortior est quàm dolus, quia metus continet & dolum. ibidem.

18 *Matrimonium per instrumentum super dote contractū contrahi non censetur, nisi de facto contrahatur.*

20 *Sponsalia de futuro, ex voluntate patris cum filii, vel filia taciturnitate fieri possunt, secus est in sponsalibus de præsenti.*

21 *Taciturnitas filii, vel filiæ ob paternam reuerentiam consensum non inducit in matrimonio.*

23 *Ratihabitio in eo, quod non est, non habet locum.*

Arrarum

24 *Arrarum datio ante contractum, non facit contractum, nec prodest.*
25 *Sacerdos, ut uerum faciat matrimonium, sequentia hic posita, seruare debet.*
27 *Consanguinitatis necessitudo, nominatione epistolis, uel nudis asseuerationibus non coniungitur.*
28 *Fama, quando matrimonium probet.*
29 *Matrimonio, quando faciendum sit.*
30 *Testimonium patris, & matris, quando sit suspectum.*

1 ONVENTIONES † super matrimonio contrahendo initæ fuerunt inter illustrem virum Do. Ioãnem Bertrandum Nomophylacem, seu Regij sigilli custodem ex vna, & spectabiles viros & nobiles Do. Iacobum Lachenay patrem Nicolai de Lachenay & vxorem dicti Lachenay, hoc potissimum modo, videlicet promisit D. Bertrandus Nicolao Lachenay quindecim mille libras turonens. nomine dotis filiæ suæ Domicellæ Margaretę Bertrandæ præsenti, & consentienti, & se illam eidem daturum in coniugem, si Ecclesia consentiret pollicitus, & ita notarij referunt, & quod promiserunt, vt matrimoniũ inter d. Nicolaum & Margaretam (quæ annorum erat duodecim & ultra) contraheretur, & in quodam conclaui, seu *cabinet* Do. Bertrandi, hæc gesta fuerunt, in quo loco presbyter Do. Antonius Roquet ad mandatum parentum interrogauit partes, videlicet filium, ut nomẽ suum exprimeret, quod expressit, & filia similiter, postea is presbyter dixit d. Nicolao, es ne contentus accipere Margaretã in vxorem? qui respondit ita, vulgari sermone, *ouy*: deinde presbyter interrogauit d. Margaretam, an contenta esset accipere d. Nicolaum: quæ nihil respondit, ob id presbyter dixit, non coniungam vos, nisi loquamini, sed pater filię dixit: *ouy, ouy, elle le ueut bien, passes ou'tre*: [ita, ita, vult, vlterius progredere:] presbyter vltra progrediendo posuit anulum in manu filiæ, datum à Do. Bertrando, & dixit: in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, deinde actu peracto se osculo inuicem donauerunt & parentibus, & cognatis, postea dicta filia confessa est se ligatam esse, ut quidam testes deponunt, nũc tamen recusat accipere d. Nicolaum, dicens se nunquam in eo consensisse, sed ea metu patris fecisse, nam pater ei minatus erat expulsurum se longè eam à se cuidamque uili & pauperi in matrimoniũm traditurum, nunc dubitatur, an sit aliquod matrimonium: sequentia maximè videntur facere pro matrimonio.

2 Primò † instrumentum conuentionum matrimonialium à duobus notariis confectum, cui standum est, nisi contrarium probetur, l. cum precibus. C. de proba. ubi Bal. dicit instrumentum esse probationem probatam. c. illud. de præsumptio. c. 2. de fide instrum. & in illo instrumento promisit pater se daturum dictam Margaretam in coniugem d. Nicolao: ergo ista sunt sponsalia & obligantur filij & filiæ, ex promissione patris. c. 4. de desponsa. impube. etiam filia consensit ad antecedens, videlicet ad dotis constitutionem, ergo & ad matrimonium: nam concesso antecedente & consequente. l. 1. §. 1. ff. de vsufruc. & cui est iurisdictio concessa, omnia concessa esse censentur, sine quibus iurisdictio explicari non potest. l. 2. de iurisdict. omn. iudic. ff. maximè quia dos sine matrimonio esse nõ potest. l. qd seruius. & seq. ff. de cõdict. causa data. Secundò, consensit d. Margareta, quando presbytero dixit nomen suum, & quod interrogata fuit an vellet accipere Nicolaum, & pater respondit, ita: 3 nam certum est, quòd quando † parentes pro filiis pubertibus contrahunt sponsalia, si filij expresse consenserint, vel tacitè, ut si præsentes fuerint, nec contradixerint, obligantur c. vnο. in fi. de despons. impuber. lib. 6. ergo remanet obligata d. Margareta ex patris promissione, quamuis non responderit, & Iuriscon. ait uoluntatem filiæ sic accipimus, nisi euidenter contra dicat, uideri consentire patri. Vlpia. in l. 2. in fi. ff. solu. matr. & ea quæ patris uolũtati non repugnat, consentire intelligitur, tũc autem solum dissentiendi à patre licẽtia filiæ conceditur, si indignum moribus, vel turpem sponsum pater elegerit. idem Vlpia. in l. sed quæ patris. ff. de sponsal. in l. in adoptionibus, quæ à patre fiũt, vtriusq; arbitriũ expectandum est, vel cõsentiendo, uel nõ contradicendo. ff. de adoptio. igitur matrimonium satis apparet factum esse inter dictas partes.

4 Tertiò, apparet d. Domicellam Margaretam † ratum etiam habuisse illud matrimonium, tum quia erat post matrimonium iucunda, & de hac ratihabitione multi testes deponunt, videlicet 7. & 8. ac. 10. & 11. quòd dum d. Nicolaus sponsus prætensus discederet nelle, ipsa flebat, misitque literas ad eum sępe, eũ amicum suum vocans, dixitque se esse ligatam. & in c. ad id de sponsal. dicitur quod si inuita tradita per annum cohabita cum viro, præsumitur reconciliata, adeò quòd separari nõ potest. c. 1. 31. q. 2. & alia multa dixit d. Margareta se facturam post completum matrimonium, videlicet famulis quod eos reciperet, & bene tractaret, & ut interim paterentur.

5 Quartò, probatur † matrimonium per anuli traditionem & subarrationem: c. fin. de desponsal. impuber. c. tenor. de re iudic. etiam quia maritus ei dedit unum anulum, quem ipsa gestauit, quæ gestio etiam præsumit matrimonium. cap. illud. de præsumptio.

6 Quintò probatur † matrimonium per dona recepta ab ipso marito, seu sponso, nempe eidem Margaretæ is sponsus donauit anulum, in speculum, & ipsa ista accepit, & alia munera, oscula etiam fuere sępius repetita nomine matrimonij, & sic probant matrimonium. c. ex parte. de sponsal.

Sextò per nominationem, vocauit enim fratres sui sponsi, suos fratres, & consanguineos suas consobrinas, ut deponunt testes multi, & qui uocauit aliquod decanum videtur ei cedere is. c. ex ore. de his quę fiunt à maiori parte capi.

Septimò, fama matrimonii fuit longo tempore, quæ cum aliis probat. c. illud. de præsumptio. Dec. consi. 163. in causa. col. 3.

7 Octauò, fauere volunt iura matrimoniis. c. fin. cum similibus. de re iudic. vnde † singulari opinioni Doctorum pro matrimonio facienti standum esse docent Hosti. & Panor. in c. 2. de cognat. spiritual. Barba. consil. 6. in 1. vol.

8 Vltimò ista omnia asseuerant pater & mater d. spõsi, quibus credendum videtur. c. super eo. 2. & c. in literis. de testib. quia melius sciunt veritatem, quàm alii. c. uidetur, qui matrimo. accusa. possunt. imo si qui parentes fidem fregerint sponsaliorum triennii tempore à communione abstineant. c. 1. 31. q. 3. hæc sunt quę ex processu pro matrimonio colligi possunt.

9 † Ego tamen non obstantibus prædictis nullum puto esse matrimonium, quòd sic probatur. In omni actu tria requiruntur, causa efficiens, formalis & finalis & in matrimonio duo saltem requisita sunt videlicet substantia & forma. c. tua. in fi. de sponsal. vbi etiã gl. substantia est consensus vtriusq;. c. 1. 29. q. 1. seu causa afficiens. c. 1. 27. q. 2. & c. sufficiat solus coniungẽdorum consensus eorum, de quorum coniunctionibus agitur

agitur. 27. quæst. 1. quod probatur iure diuino: nam Genesis 24. c. circa finem dicitur, qđ parentes Rebecæ dixerunt vocemus puellam, & quæramus ipsius uoluntatem, cumque vocata venisset, sciscitati sunt, vis ire cum homine isto? quæ ait, vadam, &c. de iure canonico ait Ambros. in cap. cum initiantur. 27. q. 2. quod defloratio uirginitatis non facit matrimonium, sed pactio, pactio autem est udorum, uel plurium in idem placitum, & consensus. l. 1. ff. de pac. hic non inuenitur pactio, quia filia non consensit, & consensus est duorum uel plurium in idem sensus. c. 1. 29. q. 1. vbi etiam dicitur, quod ubi non est cõsensus utriusque, nullum esse matrimonium potest, at hic nullus fuit consensus, nec præcedens, nec subsequens, de quibus in c. j. 29. q. j. uers. his ita. De iure ciuili etiam uoluntas & consensus requiritur utriusque contrahentis matrimonium. l. in copulandis. C. de nup.

10 Secundò requiruntur † verba, pro forma matrimonij, inter valentes loqui tex. in c. tuæ. de sponsal. glo. in l. cum notissimi. C. de præscrip. 30. anno. & si prior, & potentior est mens, quàm vox dicentis, tamē nemo sine voce dixisse existimatur. tex. in l. Labeo. in fi. ff. de supellec. lega. verba matrimonij declarantur. in c. si inter. de sponsal. gl. in verb. verbaliter. in extraua. Ioan. 22. forma est quæ dat esse rei, & eam conseruat in esse, teste Philos. Aristotel. & loquitur tex. in l. Iulia. §. si quis. ff. ad exhibend. qua forma omissa corruit actus. l. cum hi. §. si prætor. ff. de transac. c. cum dilecta. de rescript. inuenta enim sunt verba, non ut per ea se homines fallant, sed vt eis quisque in alterius notitiam cogitationes suas proferat. c. is autem. 22. q. 2.

At in facti specie Margareta ista nulla protulit verba, ergo non apparet de mente. Primò in contractu dotis, & in conuentionibus dotalibus, non dicitur quod aliqua protulerit verba, minus quando presbyter eam interrogauit, sed pater dixit ita ipsa bene vult,
11 † pater non potest intentionem filiæ declarare, nec alius quispiam, quia solus Deus est cordium & uoluntatis scurator, dicit enim Dauid scrutans corda & renes, Psal. 7. & c. nunquid. de pœniten. dist. 1. ergo non debet hæc declaratio voluntatis patris d. Margaretæ nocere maximè, quia pater scibeat voluntatem filiæ contrariam, & si filia consensisset, bene dixisset, ita, *ouy*, sicut dixit, nomen suum.

Et si nō sit virginalis pudoris eligere sibi maritum, sed expectat iudicium parentum. c. honorantur. 32. q. 2. vbi etiam allegat illud Euripidis, spōsaliorum meorum pater meus curam sibi subiit, tamen filiæ & puellę consensus requiritur. d. c. cum locum, & l. in computandis. ibi sed expectanda est eius voluntas, de cuius coniunctione tractatur, & si puella cultu verecundiæ pro prima noluerit voluntatem depromere, coram positis propinquis iudici deliberare permissum est, cui melius adulta societur. l. in coniunctione. de nuptiis. C. & pater primò eligere potest maritū filiæ, & posteà filia illi debet consentire, & pater habet curam horum sponsaliorum, videlicet vt necessaria pro sponsaliis præstare habeat.

12 Et sic tam de iure diuino probato, Genes. 24. de Rebeca, quē de iure canonica suprà adducto, & etiam de iura ciuili per d. l. in copulandis. C. de nuptiis, requiritur in matrimonio consensus vtriusque & uerba.

Et quamuis quidam iurium interpretes dicere uoluerint simultaneum, (vt ipsi dicunt) consensum adesse debere. glo. in l. consensu. ff. de obliga. tamen hoc non est verum, quia consensus mutuus bene requiritur. d. c. tuæ. & c. si inter, de sponsa. sed nō simultaneus, hoc asserunt. Hostien. & alij. in c. ex literis. 2. & c. dilectus. de spōsal. ideo dicit à simili Iurisconsu. nouissimo consensu omnes superiores confirmari. in l. per fundum. ff. de seruitu. rustic. prędio. igitur postquā causa efficiens, videlicet consensus, & causa formalis, uidelicet verba deficiunt non aderit causa finalis, uidelicet fides, proles, & sacramentum.

13 Item apparet de metu filiæ, & quæ † metu gesta sunt, rata non habet pretor ff. quod metus causa, cū locū non habeat consensus, vbi metus vel coactio intercedit. c. cum locum. de sponsal. & de hoc metu tam ante matrimonium, quàm postea plures deponunt testes, nec in hoc reiecti, dicentes illustrem patrem puellæ Margaretæ minatum eidem fuisse se reiecturum dictam filiam, & ad lōginquas partes missurum, ac exhæredaturum, & quod nunquam videret eam, sed cogeret eam desponsare aliquē pauperem scholasticum, vnde minæ sunt sufficientes cum metu reuerentiali patris. & matris sponsi, ad impediendum matrimonium: imò si iam factum esset sine consummatione retractandum esset. tex. in c. consultationi. de sponsal. in l. 1. §. quę onerandæ. ubi glo. & Bart. ff. quarum rerum actio nō detur, quia plena debet ille secnritate gaudere, cuius est animus indagādus, ne per timorem dicat sibi placere, quod odit, & sequatur exitus, qui de inuitis solet nuptiis prouenire. d. c. cum locum. & dicit tex. in c. de neptis. 31. q. 2. nequaquam in uitam & renitentem cogas coniugio sociari, quorum enim corpus vnum est, vnus debet esse & animus, ne fortè virgo cum fuerit alicui inuita copulata contra Domini Apostoliq; præceptum, aut reatum dissidij, aut crimen fornicationis incurrat, cuius videlicet peccati malum in eum redundare constat, qui eam con-
14 iunxit inuitam: alibi etiam dicitur † inuitas nuptias malos solere prouentus habere. c. 1. 31. q. 2. & alibi ait libera esse debere matrimonia, & monendos potius quàm cogēdos, cùm coactiones difficilis soleant exitus habere. c. requisiuit. de sponsal.

Non obest quod uideatur vanus metus, & vani timoris non est iusta excusatio. per regul. iur. l. metum.
15 2. ff. quod metus caussa. Respondeo, non est hic † uanus timor, uidelicet vt quando pater vult reiicere filiā vel exhæredare. c. Quintauallis. de iureiurand. & quando his est interuersurus statum alicuius, est iustus metus. l. isti quidem. §. penul. ff. quod met. causa, sed pater erat interuersurus statum filiæ, quia minatus fuerat ei daturum, quendam uilem hominem in maritum, ergo iustus timor fuit.

Adhæc timor matris sponsi adest, sub cuius imperio d. Margareta erat, & longo tempore malè eam tractauerat, ut infiniti testes deponunt, & sic non potest non esse iustus metus, utpote duplicatus, non re-
16 fragatur † l. si patre cogente duxit uxorem, quam non duceret, si sui arbitrii esset, contraxit tamen matrimonium, quod inter inuitos non contrahitur, maluisse enim hoc videtur. ff. de ritu nupti. respondeo, quia ille text. intelligitur in leui coactione, ut docet gl. in c. inter cetera. 22. q. 4. seu in reuerentia paterna, quę non impedit matrimonium. Salice. ibi, secus in metu, glo. ibi. etiam loquitur quando filia contraxerat, sed hic non contraxit, sed tacuit, & hic iustus ad fuit metus, & ibi etiam sponsus uxorem duxit, hic non,

17 † Et licet quidam dicant matrimoniū dolo contractum non uitiari. glo. & Doc. in c. cum dilectus, de his quæ ui metusue causa fiunt, tamen matrimonium contractum metu nō tenet. c. Abbas. ubi gl. & Doct. ibidem tex. in l. si mulier. §. si dos, ff. quod metus causa, ubi dos promissa metu non tenet, nec nascitur obligatio, sic & in matrimonio, quod debet liberum esse ut di-

ut dicit ibi gl. & propter unumquodque tale & illud magis authent. multo magis. C. de sacrosanctis Eccles. nempe fortior est metus, quam dolus, quia metus continet & dolum. l. si cum exceptione. §. eum qui metu fecit de dolo teneri certum est ibidem, & relinquendum est arbitrio iudicis, an verba minæ, vel potentia sint iusta causa metus. l. 3. ff. ex quibus causis maior. glo. & Doct. in c. cum dilectus. de his quæ ui metusue causa fiunt.

18 Superest ad cōtraria respondere, videlicet ad instrumentum conuentionum: nam huic respondet Imperator in l. neque sine nuptiis instrumenta facta ad probationem matrimonij sunt idonea, diuersū à veritate continente, necnō interpositis instrumentis iure contractum matrimonium irritum est, cum omissa quoque scriptura cætera iudicia nuptiarum nō sunt irrita. C. de nupt. igitur per hoc instrumentum super dote contractum, non censetur contrahi matrimoniū, nisi de facto cōtrahatur. sic dicitur in c. illud. de præscript.

Nec apparet quòd filia acceptauerit dotis constitutionem, & si acceptasset, tamen ob hoc non uideretur contraxisse matrimonium, in quo cōtrahendo requiritur consensus & verba, vt dictū fuit, & licet in instrumento dicatur factū ea presente & consentiente, sunt tamen verba notarij referentis patrem puellæ hoc cōfessum fuisse & dixisse, non quòd expresè filia consenserit, & consensisset, tamen intelligeretur in constitutione dotis, tantum consensisse, non verò ad nubendum illi de quo fuerat iam protestata cōtrarium.

19 Nec refragatur secundum, vbi quando parentes contrahunt sponsalia pro filijs puberibus, si filij cōsenserint tacite, uel expresè, obligantur. Respondeo, verum est quando filij vel filiæ consenserunt, hoc dicit tex. in c. fi. 30. q. 2. vbi sic dicitur, non est coniugium, nisi sit cōsensus vtriusque, et si pater & mater hoc uoluerint, & fecerint. & c. 1. de despons. impuber. vbi si aliquo modo nō consentit filius, fieri non potest, sed ista filia non consensit imo semper renuit & protestata fuit, qđ nunquam contraheret cum dicto Nicolao.

Et quamuis sponsalia possint contrahi à parentibus, matrimonium autem de præsenti non nisi uterque exprimat verba contrahi non potest. text. in c. tua & c. si inter. ibi utroque dicente. de sponsal. & c. licet. de spons. duorum. & sic intelligitur. d. c. vnic. de despōsa. impuber. in 6. licet gl. in d. cap. si inter. dicat sufficere signa subsequuta subarratione per immissionem anuli: nam multæ propter verecundiam annuunt potius, quàm loquantur, maximè præsentibus parentibus. d. c. honorantur. sed illa glo. debet intelligi in spōsalibus de futuro, alias loqueretur contra tex. ibi con sensu verbis consuetis expresso, & quando nullus præcessisset metus, sed propter verecundiam illa tacuisset & aliquod signum fecisset, fortè hoc procederet, at in isto casu non tacebat ob verecundiam, sed ob metum paternum, & matris sponsi, ac propter amborum minas, sederat iam protestata nunquam illum se accepturam in maritum.

Et sic apparet duos casus esse faciendos, & omnia 20 super hoc iura conciliabuntur, primus est, † quòd in sponsalibus de futuro non requiruntur verba vtriusque, sponsi & sponsæ, sed sufficit patris voluntas cum taciturnitate filiæ vel filij d. c. vno. §. porro. & alia iura sic intelligentur, etiam illa omnia de sponsal. loquuntur non de matrimonio, quia dicunt ex illis sponsalibus iustitiam publicæ honestatis prouenire, quæ non oritur ex sponsalibus, per verba de præsenti. c. sponsam. de sponsal.

Secundus est in sponsalibus quæ per verba de præsenti fieri non possunt, si verba contrahentium non interueniāt, & vterque dicat accipio, uel æquipollentia verba. & ita loquitur d. c. cùm inter. ibi utroque dicente. & c. licet. de sponsal duo. & quoad Ecclesiam, quia Ecclesia non debet coniungere illum qui non loquitur. d. c. tuę. vbi dicit, quoad Ecclesiam & ita intelligitur Genes. 24. quia pater non potest dicere ego accipio, quia illa verba presentia referuntur ad eos, de quorum coniugio agitur, & ipse non accipit, alioqui pater sibi acciperet, quod tacere non vult, nec potest dicere nomine filij, postquam est præsens, & alia ratio est, quia dum pater celebrat filio sponsalia, interim filius poterit videre, an ei possit & debeat coniungi filia promissa à patre, & si videat illam nō esse sibi utilem, non consentiet, sed monendus erit, & nō cogendus. c requisit. de sponsal. quid si leprosa facta fuerit filia, vel fornicata? certè eam recipere nō tenetur. c. quemadmodum. de iureiurand. etiamsi per se promisisset, vt ibi. & iura quæ præsumunt uoluntatem, cessant, quando constat de metu, quia in certis non est locus coniecturis. l. continuus. ff. de uerbor. obliga. sed hic constat metū tam à patre puellæ, quā à matre sponsi adhibitum, ergo nō est matrimonium præsumendū.

21 † Etiam non sufficeret taciturnitas filii, vel filiæ, nec haberentur pro consentientibus, si cā cognita constaret ob reuerentiam paternam eos tacuisse tempore contractus matrimonii. ut docent Panor. & Felin. in c. nonne de præsumpt. quod potest infringere sponsalia mille, secundum Feli. ibi. nam isto casu talis reuerentia paterna id operatur quod iustus metus. l. 1. §. quæ onerādæ. ff. quarum rerum actio non detur. Bart. & alii in l. quæ dotis. ff. solut. matri. & in hoc casu satis constat de minis & metu paterno, ergo sola filiæ taciturnitas non operatur consensum; imò cum semel cōtradixerit intelligitur contradictionis propositum in ea durare ac permanere. tex. in c. maiores. in fi. de baptis. & ferè in propriis terminis loquitur Anch. in cap. vno. §. porro. in fin. de desponsal. impuber. lib. 6. qui potest uideri.

Præterea ad hoc vt filia censeatur patri consentire, requiritur quòd filia sciat, quid facit pater. per tex. in d. l. 2. in fin. ff. solu. matri. ibi. vbi enim sapit, scire eam exigimus, ut videatur non contradicere. & c. ex literis primo. de sponsal. sed ista filia (ut prætenditur) non fuit monita, nec certiorata de dicto matrimonio contrahendo, imò dum ipsa uellet discedere, pater sic iussit, ergo ipsa contraxisse non videtur, nec uidetur renuntiare Velleiano quę ignorat, quid sit. l. mater. ff. de inoffic. testa. c. ex rescripto. de iureiurand.

22 Secundum etiam non obest quia hic sacerdos non gerebat nisi personam priuatæ personæ, quia nō erat parrochialis, sicut requiritur. arg. c. cum esses. & c. relatum. de testa. l. 1. ff. de iusti. & iu. & quia hoc faciendo delinquebat, videlicet usurpando officium curati, ergo publicam personam non induebat & tanquam priuatus non poterat nisi sponsalia de futuro contrahere. c. cum inhibitio. de clandest. desponsa. c. aliter. 30. q. 5. nam si curatus excesserit fines suæ parrochiæ inter priuatos est. argu. l. 3. ff. de offic. præsid.

Etiam de uolūtate sacerdotis apparet, quod postquam filia loqui nolebat, ipse noluit eos coniungere: nam dixit, *si uous Marguerite ne parlès ie ne uous marieray pas.* [si tu Margareta non loquaris te non coniungam,] ergo resilijt à contractu matrimonii faciendo quia amplius eam non interrogauit, ut debebat, si matrimonium facere inter partes uolebat.

23 Tertium non obest de ratihabitione, quia ratihabitio non habet locum in eo, quod non est, nec potest

quis

quis ratum habere matrimonium, nec sponsalia, quę nō sunt. l. decem. de uerbor. obligat. sed hic nulla fuere sponsalia, nec matrimonium, ergo d. Margareta ea rata habere non potuit. & d. c. ad id loquitur quando sponsalia fuerant contracta inuita filia, data postea cohabitatione per annum, facit ut ratum matrimoniū filia uideatur habere, sed hic nulla etiam fuit cohabitatio, quia d. Nicolaus statim discessit ad studium, & & sic amplius non cohabitauit cum ea, & filia ab eo tempore semper contradixit, ut apparet ex testium depositionibus, & quamuis filia remanserit apud parentes sponsi, non censetur ratificasse sed potius in contradictione perstitisse, quia ante matrimonium apud eos fuerat educata.

24 Nec obest quartum, uidelicet † datio anuli, quia hæc datio à marito fieri debebat sponsæ post sacerdotis benedictionem de consuetudine. c. fi. de desponsa. impub. & tunc fuisset facta subarrhatio, & quamuis. glo. in c. tenor. dicat subarrhare esse fidem contractus de præsenti dare, tamē subarrhare acciperem aliquid sponsæ nomine arrharum dare. l. arrhis. & l. fin. C. de spons. & datio arrharum ante contractum non facit contractum, nec prodest. §. 1 de emptio. in inst. hic erat anulus patris, non uiri, & sacerdos quasi priuatus dedit, & quamuis d. Nicolaus dederit filiæ alterum anulum, tamen non dedit nomine arrharum, quia dixit iam matrimonium contractum fuisse, unde dicit tex. in c. nostrates 30. q. 5. & postquam arrhis sponsam sibi sponsus per digitum fidei anulo insignitam desponderit. Alexan. consi. 150. col. 6. uolu. 5. & ponitur in quarto digito, quia in eo vena est sanguinis, quę

25 ad cor usque peruenit. c. fœminæ. ibidem, & ut † uerum faciat sacerdos matrimonium, sequentia seruare debet, ut scribitur in libro sacerdo. in 1 parte.

Primò requiritur, quòd sacerdos interroget utrūque de nomine, & impedimento si inter eos ullum sciant. Secundò quòd uterque respondeat. d. c. si inter & c. licet. Tertiò requiritur quod sacerdos ponat manum dextram sponsi super manum sponsæ. Quartò quòd ponat stolam ad modum crucis super manus spōsi, & sponsæ. Quintò quòd dicat, & ego authoritate qua fungor coniungo uos matrimonialiter, benedicendo, in nomine Patris, & Filij, &c. Sextò, presbyter benedicit arrhas, & anulum, quas maritus uult dare sponsæ. Septimò facta benedictione sponsus de manu sacerdotis accipit anulum, & ponit illum in quarto digito sinistræ manus sponsæ, quæ hic facta non fuerunt.

26 Respondeo ad quartum, uidelicet ad osculi dationem, quia dicit tex. in c lex diuinæ. 27. q. 2. quòd neque osculum parit propinquitatem, quod nullam facit corporis commixtionem, facit matrimonium, sed inter consanguineos, & amicos datur, sic & Genes. 29. sed in Francia consuetudo est se osculandi. maximè inter mulieres. ut docet patruus meus Rebuff. in l. 1. C. de domest. & protecto. ideo illa oscula non probant matrimouium. d. c. illud. de præscript.

Quintò respondeo dona non facere matrimoniū, nec sponsalia. c. 1. de matrimo. contract. contra interdictum Ecclesiæ. ibi Panorm. dicit, nota quòd receptio munerum, amplexus, & oscula non faciunt spōsalia transire in matrimonium, cùm attentatus copulæ non sufficiat. c. adolescens. & de spons. & not. quod tenet matrimonium contractum cū alia, non obstātibus sponsalibus, & receptione munerū, & osculis, & amplexibus: tene mente, quia nescio alibi, hæc Panor. nam dona facta nomine matrimonii non probāt matrimonium, nec sponsalia, si nulla ad sint alia uerba, sed intelligetur nomina matrimonii contrahendi, nisi sint uerba denotantia executionem actus, ut deinceps habebo te pro legitima coniuge, & tractabo te pro uxore, alam te tanquam uxorem, chara eris mihi uxor. Panorm. & alii in c. ex parte. de sponsal.

27 Nec sextum mouere nos debet, uidelicet † nominatio & epistolæ, qa nec noīatione, nec epistolis necessitudo cōsanguinitatis coniūgitur, nec nudis asseuerationibus. l. nō epistolis. & l. seq. C. de proba. ubi licet quis noīauerit sororē aliquam, illa non aget familiæ ercisc ūdæ, & sicut si Papa, uel Episcopus nominet aliquem decanum uel Archidiaconū non uidetur ei cōferre ius ad illā dignitatem. cle fi. de senten. excō. sed requiritur collatio, ita & in matrimonio, quia sicut canonica institutio requiritur in beneficiis. c. 1. de reg. iur. in 6. & in matrimoniis spiritualibus, sic & in matrimonio carnali. Doct. in c. per tuas. de proba. cùm ista æquiparentur in c. inter corporalia. de transla. Episcopi. & sic sola nominatio non probat matrimoniū. c. illud. de præsumpt. unde dicit text. in c. aliter. 30. q. 5. his uerbis, aliter legitimū non fit coniugiū, nisi hi, qui super ipsam fœminam dominationem habere uidentur, & à quibus custoditur uxor, petantur, & à parentibus, & propinquioribus sponsetur, & legibus dotetur, & suo tempore sacerdotaliter (ut mos est) cum precibus & oblationibus à sacerdote benedicatur, aliter verò præsumpta non coniugia, sed adulteria potius quàm legitima coniugia esse non dubitatur, nisi uoluntas propria non suffragauerit, & uota succurrerint legitima. facit quod not. Innoc. in c. ex parte. 3. de resti. spol. quem refert Alex. consil. 150. in causa. col. 2. nu. 11. & seq. in 5. uol. & cōsil. seq. col. 2.

28 Nec obest septimū, quod † fama probat matrimoniū. d. c illud de præsumptio. Respōdeo famā cum aliis probationibus iūctam probare, uidelicet cū copula, & cū cohabitatione longa, sed hic est fama, nec quidē fama, sed falsus rumor, qui non solet obesse. l. fi. ff. de hæred. instituend. & plerumque hi rumores à uero absunt, quod etiam probat. Ouid. in epist. 1.

Siue quis Antilochum nárrabat ab Hectore uictum
Antilochus nostri causa timoris erat.

& sic consuluit Alexan. consil 143. quoniam abundè col. 2. in 2. uol. & consi. 150. in causa. col. 4. in 5. uolu. imò erat fama potius de sponsalibus, quam de matrimonio, quod nullum erat. Ideo iudicis arbitrio relinquitur quantum fidei præstandum sit huic famæ, seu rumori. ut Doct. tradūt in l. admonendi. ff. de iureiur. l. in bonæfidei. C. illo tit. c. fin. ibidem. nec partes probauerunt aliquam fuisse matrimonii famam, quia testes dictæ puellę dicunt fuisse famam, quod dicta puella sponsum non diligebat, & quod cum illo non contraheret matrimonium, & sic de contraria fama potius apparet, quàm de fama matrimonii. Carol. Ruinus consi. 51. circa nu. 14. & 19 in 5. uol.

29 Nec refragatur octauū, quod † fauendum est matrimonio, uerū est qn̄ cōstat de eo, sed prius constare debet matrimoniū esse. §. planè. de testa. milita. ubi fauendū est testamentis militū, sed prius constare debet ab ipsis facta l. diuus. ff. de testa. mili. & dicit Papa in c. ex tenore. de foro cōpe. non sumus, ita uiduis in iustitia debitores, quod aliis iniustitiam facere debeamus, sic pauperibus quidem fauendum est. c. nuper. in fi. de donat. inter uirum, & uxorem. c. fin de testa. l. id quod pauperibus. C. de Episcopis, & cleric. tamen Deus dicit pauperis in iudicio non misereberis. Exod 23. c. in prin. sic ergo dicemus fauendum esse matrimonio, quando de eo constat, & in dubiis, sed non quod iniustè debeamus iudicare pro illo, nam dicit tex. in c. uno

de aliena. feud. quòd Ecclesia est cultrix, & auctrix iustitiæ ideo non patitur contra iustitiam aliquid fieri in se, uel in alterum. c. per tuas. de dona. Igitur cùm causa debeat ab Ecclesia iudicari, non debet iniustè iudicare pro matrimonio, & dicere matrimonium esse, ubi non est, nec ex leui præsumptione iudicari debet matrimonium. c. illud. ubi Panorm. 1. not. & c. literis. de præsump. Alexan. consi. cl. in causa. col. 4. nu. 14. in 5. vol. c. licet ex quadam de testib. præsertim cũ matrimoniũ maximum sit onus, l. pro oneribus. C. de iure dotium, & sarcinam vocat tex. in c. 32. q. 7. & multis difficultatibus opprimitur. l. fi. vers. eum. C. de impo. lucra. descrip. nihil enim multum à specie seruientis differunt quibus non datur facultas recedendi, l. 2. ff. de liber. ho. exhiben. plenè Ioan. Neuisa. in syl ua nuptial. ergo non videtur fauẽdum oneri, nisi quatenus impositum uidetur. l. Arrianus. ff. de actione. & obligat.

30 Vltimò patris & matris suspectum est testimoniũ etiam agatur de matrimonio. c. super eo. 2. de testib. vbi si agatur de incremento filiæ vel filii ratione matrimonii, illorum est suspectum testimonium ibidẽ. & in l. nullus. ff. de testib. l. parentes. C. illo tit. de probatione quoad matrimonium. uide Dec. consil. 163. in causa.

Limitatur quando ageretur de consanguinitate probanda etiam ad dissoluendum matrimonium, super qua cum ipsi melius ipsam consanguinitatem sciant deponere possunt. c. videtur. qui ma. accus. possunt. dicam alia in meis nouis interpr. ad illa iura.

Concludẽdo dicam, quòd Sixtus Papa Episcopus per Hispaniam constitutus scribit incerta cõiugia nemo Pontificum iudicare præsumat, & quamuis uera sint non tamen credenda, nisi quæ certis iudiciis comprobantur, nisi quæ manifesto iudicio conuincuntur, nisi quæ iudiciario ordine publicantur. c. si quis. 30. q. 5. unde pronuntiandum est nullum fore matrimonium inter dictas partes, dandamque licentiam filiæ nubendi cui uoluerit, eam absoluendo cum expensis, & ita pronuntiatum fuit ab officiali Paris. in cuius relatione & consilio interfui, anno millesimo quingentesimo quinquagesimo tertio, in mense Octobris, & hæc sententia fuit etiam confirmata per alias duas sententias.

RESPON. CXVI.

De monasterio dicata.

SVMMARIVM.

1 *Monasterio filia dicata à parentibus, an posit resilire.*
2 *Professio, an per uim, & metum præcedentem uitietur.*
3 *Professio etiam metu facta ualet, si postea profitens eam ratam habuerit.*
4 *Nouitia actum professarum faciens, monasterio sine alia professione obligatur.*
5 *Habitum professorum accipiens, religioni adstringitur.*
6 *Professio cauta valet, quando fuit ratificata.*
7 *Monialis extra monasterium remanens, non excusatur.*
8 *Testibus duobus affirmantibus metum, plus creditur, quam mille dicentibus, quod sponte fecerit.*
9 *Testes deponentes de ui, aut metu profitentis religionem, quomodo deponere debeant.*
10 *Allicere, filiam ad religionem est licitum.*
11 *Religiosi fugitiui per uim sunt reducendi ad monasterium.*
12 *Dispensationem obtinens, omnia in dispensatione contenta approbare videtur.*
13 *Professio facta ante tempus proba tionis, an ualeat.*

VISIS depositionibus testiũ & processu inter D. Catherinam religiosam & Theaudum de Harancourt, ac Gerardam de Beauuca 1 partibus ex altera breui dicẽdum esse arbitror d. Catherinam de Beauueau esse religiosam & religioni adstrictam, quod ex sequentibus apparebit.

1 † Primò quicunque à parentibus propriis in monasterio fuerit delegatus nouerit se ibi perpetuo mãsurum nam Anna Samuel puerum suum natum & ablactatum Deo piè obtulit, qui in ministerio templi, qui à matre fuerat deputatus permansit. c. quicunque 20. q. 1. & quem progenitores ad monasterium tradiderant, & in Ecclesia cœpit legere, & canere, nec uxorem ducere, nec monasterium deserere poterit, sed si discesserit reducatur ibidem. Item Iurisconsultus in l. si patre. ff. de rit. nupt. sic ait si patre cogente ducit uxorem filius, quam non duceret si sui arbitrii esset, contraxit tamen matrimonium quod inter inuitos non contrahitur, maluisse hoc uidetur, sic & ista Catherina professionem.

2 Secundò, si quis fecerit † professionem, & in professione non contradixerit tenet professio licet uis & metus prius interuenerint. text. notand. in c. cùm uirum. de regul. ibi non enim uidetur illa monasticæ professionis à se posse iugum excutere, cùm eam nõ constet euidenter contradixisse cùm benedictionem acceperit, sed d. Catherina in professione non contradixit, nec de sua cõtradictione apparet: imò tam prioriss a quàm aliæ religiosę deponunt eam nullo modo tempore professionis reclamasse: ergo professio spõtè sic facta ualet, licèt postea eam pœnituerit: nam si ex qualibet pœnitentia posset religiosus uel religiosa egredi, pauci in monasterio morarentur.

3 Tertiò, † professio etiamsi metu facta fuisset ualet, si postea profitens eam ratam habuerit. c. 1. in fin. de his quæ ui metusue caus. & ratum censetur habere secũdum quosdam si postea ibi remaneat per unum mensem. arg. c. constat. 1. q. 1. uel per duos. Innocen. & Ioan. And. ibi. arg. c. ex publico. de conuers. coniug. sed tex. uidetur addere unum annum. in c. 2. de regul. uidelicet si per unum annum steterit, seu alias arbitrio iudicis, sed ista Catherina stetit, & permansit ultra uiginti annos, in dicto monasterio, ergo ratam habuit professionem suam.

4 Quartò, † nouitia actus professarum fecerit, etiam sine alia professione monasterio obligatur. c. uidua. de regular. sed d. Catherina non solum fecit actus professarum, sed etiam professionem emisit sponte: ergo est obligata religioni.

5 Quintò, † qui accepit habitum professorum religioni est adstrictus sine alia professione, quia ob hoc professionem fecisse censetur. c. super eo. de regular. sed d. Catherina habitum professarum per 20. annos & ultra detulit, igitur religioni adstricta est, & religiosa censetur.

Sextò, summa est ratio quæ pro religione facit. l. sunt personæ. ff. de religios. & sump. funer. & ista opinio facit pro religione conseruanda, ergo illa est amplectanda.

6 Nõ refragatur c. præsens. 30. q. 3. vbi † professio coacta

cta nõ valet. Respondeo verũ esse nisi fuerit ratificata, vt inferius dicetur, uel hic non fuit coacta ut inferius dicetur, & suprà dictum extitit.

Nõ obstat quòd d. Catherina remansit longo tempore extra monasterium etiam in uita matris. Respõ
7 deo hoc non in † excusationem eius Catherinæ, sed in maioris trãsgressionis augmentum, meritò uallet allegari. c. sicut nobis. in fin. de regula. & quia remansit in habitu in quo debebat esse ante sententiam, vt in primo rescripto mandatur, & iudex non debet proferre sententiam, nisi ad habitum reducatur prius, sed ante rescriptum habitum habebat.

Nec me mouẽt depositiones testium, quibus probatur metu matris Catherinam conpulsam ad ingrediendum religionem, licèt per testes partis aduersæ
8 dicatur contrarium, tamen plus † creditur duobus testibus affirmantibus metum quam mille dicentibus quòd sponte fecerit. teste Innoc. in c. super hoc. de renuntiat. quem sequitur, & refert Panorm. in c. 1. col. 2. de his quæ ui metus. c. caus. fiunt. quia deponentes de metu deponunt super actu, qui percipi potest sensu corporeo, vt si minata fuit mortem, nisi profiteretur, sed deponentes quòd sponte professa est deponunt de actu qui non percipitur sensu corporis, sed de intrinsecis cordis, cuius Deus est scrutator.

Respondeo, testes d. Catherinæ non deponunt de metu mortis, uel de cruciatu corporis, sed simplici-
9 ter de ui, & metu, qui est multiplex. Ideò † oportebat deponere de metu, qui in constantem cadere poterat, & ideò metus allegatus, uel is non obest. c. penul. de his quę ui metusue caus. fiunt. item testes Catherinæ deponũt per uerba iuris, tamen deponere debebant per uerba facti dicendo matrem eam uerberasse, & ei minas fecisse, si non susciperet habitum: ideo illis testibus stari non debet.
10 Præterea testes deponunt quòd mater † alliciebat filiam, quod est licitum. c. præsens. in fin. & cap. seq. 20. q. 3. & de auditu loquuntur, ideo non probant. c. licet. de testib. & l. testium. C. eod. nec allegant à quo, nisi tres, uel quatuor allegant unam, uidelicet priorissam, quæ interrogata contrarium dicere uidetur d. Catherinam fecisse uoluntariè professionem in manibus suis, licèt postea quandoque eam pœnituerit: & sic illis testibus non creditur.

Itẽ metus, si quis fuerit purgatus, fuit per ratihabitionem, quia tam longo tempore stetit in dicto monasterio post professionem, & sic licebat ui, & metu traducere ad monasterium in quo erat professa, & sic
11 loquuntur testes, quia † fugitiui religiosi per uim sũt reducendi ad monastetium. cap. fin. de regular. & c. proclinas. 20. quæst. 3.

Nec obstat, si dicatur quòd metus durabat quousque mater uiueret, & sic non censetur approbasse, quia respondeo purgatum esse si fuerit per totum tẽpus, & per ratihabitionem factam tacitè per 20. annos. & quia nunquam fuit protestata quæ tamen protestari debebat. c. fin. de appell. & quia uiuente ma-
12 tre obtinuit † dispensationem de eam uisendo ualetudine grauatam, uidetur approbasse professionem per hoc, quia omnia contenta in sua dispensatione, quis uidetur approbare. l. cùm precum. C. de liberal. caus. nec durare potuit metus, qui non fuit, cùm fit sponte sine reclamatione professa.
13 Nec obest quòd † professio fuerit facta ante tempus probationis, & sic uidetur non ualere. c. Gonsaldus. 17. q. 1. Respõdeo, licet professio fieri non debeat ante annum, tamen facta tenet, quia multa prohibentur fieri quæ tamen facta tenent. text. in c. ad apostolicam. de regular. nam uidetur tam monasteriũ, quàm religiosus uel religiosa renuntiare illi anno probationis profitendo, uel si steterit per sex menses anteà in una religione potest in alia profiteri, post sex menses. ut Doct. tenent in regul. indultum. de regul. iur. in 6. sed d. Catherina steterat per annum, & ultra in prima religione, ergo in alia poterat profiteri ante annum, ut fecit prima: tamen est tutior, quòd iuri suo renuntiauit ut potuit: nam quilibet potest renuntiare iuri suo. c. si diligenti. de foro compet. l. penul. ff. de pact. & sic concludo d. Catherinam religioni adstrictam, & ita esse pronuntiãdum citandasque ex officio priorissas, siue ut in rescripto primo dicitur, subpriorissas, & Claudium, ut in secundo rescripto habetur. Et hęc uisa sunt mihi ueriora, quibus hic Vidumii agens absque libris subscripsi anno 1545. die secundo Septembris.

RESPON. CXVII.

Per quæ verba matrimonium contrahatur.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium, per quæ verba censeatur esse contractum.*

Dictio nisi ponit, quando oratio negatiua præcedit. ibidem.

2 *Verba illa, nunquam aliam præter te in vxorem ducam, quomodo intelligi possint.*

3 *Datum nomine matrimonij, si fuerit acceptum à muliere, facit legitimum matrimonium.*

4 *Præsumere pro matrimonio in dubio debemus.*

5 *Liberatio præsupponit obligationem.*

6 *Promittens sub conditione, conditione impleta tenetur.*

Promittens contrahere si pater consenserit, post patris consensum tenetur. ibidem.

7 *Sponsa fornicans post sponsalia, si postea fuerit à sponso cognita, an censeatur ad consummationem matrimonii cognita.*

Sponsa, quando post sponsalia est fornicata, potest à marito repudiari, antequam eam cognoscat, alias secus. ibidem.

8 *Mulieri post matrimonium consummatum adulterium committenti, si maritus postea eam cognoscat, adulterii accusatio non remittitur, quod secus est in sponsa.*



VR la difficulte' presentee, assauoir s'il ya mariage en ces parolles, ie promets n'espouser autre homme que uous, ou que ie n'espouseray iamais autre que uous, auecques autres parolles: assauoir ie uous declare que ie uous donne cecyen mariage, & pour mariage, & la femme le recoit apres la declaration. Veu le faict que dessus semble que les dictes parolles emportent mariage: car promettant n'espouser autre que uous, Ergo *ie uous espouseray ioinct les parolles, & actes precedens, & suyuans repete's plusieurs fois, & dons receus, & tout ce faict doit estre declare' mariage.* [Super difficultate præsentata, nempe an matrimonium sit in his uerbis, promitto nullam uxorem ducere præter te, uel nunquam aliam præter te ducam, cum aliis uerbis, uidelicet,

declaro me tibi id dare in matrimonio, & id mulier post declarationem recipit.

Viso facto p̄missо, uidetur dicta uerba efficere matrimonium: nam promittens nullā in uxorem ducere præter te, ergo ducam te in uxorem, cum uerbis, & actibus præcedentibus ac sequentibus sæpius repetitis, unà cum donis receptis, & omne id quod factum, est debet matrimonium dici, & declarari.] ut concludit Cæpol. cautel. 61. *par les reisons qui ensuiuent.* [per rationes, & causas subsequentes.] Primò, per id quod dicit Specul. in titul. de sponsal. §. 1. versic. quid
1 si ita dixerit, ubi † concludit quòd si aliquis dixerit mulieri, nunquā habebo aliam vxorem nisi te, uel nō habebo aliquam nisi te ꝙ per illa uerba uidetur consentire de præsenti, quia hęc dictio nisi ponit quoniā oratio negatiua præcedit. l. actione. ubi Bart. & alii. C. de transact. glo. & Doct. in regul. peccatum. de regul. iur. in 6. c. accusasti. de accus. & hoc semper cùm sequitur negationē, nempe ex eo quod dicit non habebo aliam, uidetur dicere quòd eam semper habebit, imò fortius consuluit Barba. consi. 6. in 1. uol. quòd si mulier dicat uiro non tanges me, nec carnaliter cognosces nisi saluo honore meo. quod uidetur contrahere matrimonium, si eam cognoscat, cùm saluo honore non possit cognosci extra matrimonium.

Item non obstat si dicatur quòd possibile erat, quòd ita proferendo ista uerba, *ie n'espouseray iamais autre homme que uous*, [nunquam † aliam præter te in
2 vxorem ducam,] nunquam intendebat cum aliquo contrahere, nec cum isto: sed si aliquando uellet contrahere quod desponsaret istum. Respondeo ista esse uera qn̄ nulla alia uerba præcessissent de contrahendo matrimonio, secus si ante ista uerba probata essent aliqua tendentia ad matrimonium, quia tunc dicitur matrimonium. c. ex parte, ubi expressim Panorm. & alii de sponsal. c. si quis diuinis. 30. quæst. ult. nec sufficit dicere quòd proferendo ista uerba non habebat animum contrahendi matrimonium, quia nemo præsumitur dixisse id quod mente non cogitauit. l. Labeo. ff. de suppellec. leg. & de occultis ecclesia non iudicat, sed ex uerbis prolatis, quæ inter ualentes loqui requiruntur in matrimoniis. per c. tuæ. de sponsal.

Præterea probatur etiam matrimonium ex hac de
3 claratione. † do tibi ista ratione matrimonii, quia postquam mulier accepit, uidetur consensisse matrimonio, mediantibus aliis uerbis, ut notat Præposit. in c. ex parte. col. penul. de sponsal. ubi dicit, intelligitur pro spe futuri matrimonii contrahendi, quando aliquis dicit bibe causa matrimonii.

4 Adhæc in † dubio debemus pro matrimonio præsumere. c. fin. de re iudic. c. ex literis. de sponsal. maximè ex tot & tantis uerbis, quæ hic præcesserunt, & longo tempore durauerunt, unde ex his tam factis, quàm uerbis declaratur uoluntas. l. de quibus. ubi gl. ff. de legib. c. dilecti. de appellat.

Item ipsa sæpius requisiuit uirum ut eam liberaret, siue, ut dicunt, quittaret, ergo præsupponit obligationem: nam † liberatio præsupponit obligationem l. decem. ff. de uerb. oblig. cap. ad dissoluendum. de desponsat. impub.

6 † Item illa quæ promisit sub conditione accipere aliquem completa conditione tenetur. c. de illis. de condit. apposit. ubi si quis promisit ducere aliam in uxorem si daret centum aureos, si ipsa uelit dare tenetur is qui promisit eam ducere. Item si aliqua promiserit contrahere, si pater consenserit post patris consensum tenetur. c. super eo. de condict. apposit. sed ista promisit sub conditione si haberet talia bona, uel usque ad talem summam, ergo ipsa tenetur impleta conditione, ut not. plenè Præposit. in c. 1. de condict. appos.

Item si ipsa nollet contrahere teneretur ad restitutionem datorum, & ad interesse damni emergentis, non lucri cessantis. Anto. de Butri. & Præposit. in cap. gemma. de sponsal. quamuis ibi Panor. contrarium teneat, uidelicet quod non possit peti interesse nisi pars dolosè habuerit ut ibidem habetur, quod est intelligendum de interesse lucri cessantis, sed interesse damni emergentis bene debetur, & per hæc concluditur mulierem posse ad matrimonium cogi, aliàs ad interesse, & datorum repetitionem.

7 Item ad dubium sequens, uidelicet si post † sponsalia sponsa fornicetur, & posteà sponsus eam cognoscat, an transeat in matrimonium adeò quòd illam non possit repudiare, & breui respondeo uerum esse matrimonium, & consummatum per text. in cap. penul. & fin. de sponsal. facit etiam text. in c. quemadmodum. de iureiuran. ubi sponsus non potest. obiicere fornicationem sponsæ commissam ante sponsalia siue ignorauerit, siue scierit, quia inquirere debebat sic: & quando spōsa fornicata est post sponsalia, poterat eam maritus reiicere, & repudiare antequam eam cognouisset, sed cognoscendo matrimonium consummatum, non potest maritus quæri nec illam repudiare.

8 Nec refragatur quòd si post † matrimonium consummatum mulier committat adulterium, & eam posteà maritus cognoscat, non uidetur remittere accusationem adulterii, quod ignorat, ut in rub. de diuort. patet. in decretal. sic non uidetur hic approbare matrimonium. Respondeo longè diuersus est hic casus à nostro, quia maritus cognoscendo adulteram peccatum non uidetur approbare: nam patronus turpitudinis est qui celat crimen uxoris, sed diuersum est in hoc sponso: nam hic agitur de fauore matrimonii contrahendi, & de eo quod probare potest maritus, vt illam à malo reuocet sub spe matrimonii, nam illa spōsa quæ anteà peccabat, cùm habebit maritum non peccabit. Ideo iura in hoc fauent. c. inter opera. de sponsal. saltem non est uerisimile, & d. c. quemadmodum dicit non posse obiici fornicationem anteà commissam, & sic nec accusari. omnia enim ista remittuntur per confessionem factam ad matrimonium, quam oportet facere, & ita mihi uidetur, salua correctione cuiuslibet melius sentientis.

Conclusiones domini du Gast.

Hæc argumenta fuere contra Doctorem du Gast, disputantem quæstionem per me Rebuffum factā, anno 1535. & die 28. Ianuarii, quo fuerunt creati Doctores Faber, Renartus, Florentus, Clericus, & Parpasius.

Primò, edictum de matrimoniis est prohibitorium certarum personarum, & permissorium regulariter. Hostien. in summa de sponsal. & diuus Paulus cuius festum colimus hodiè, hoc mense Ianuario 1535. qui non potest abstinere nubat in domino, & ad Corint. 7. c. habeat unusquisque suam.

Secundò, illud quod non est prohibitum est permissum, c. nam concupiscentiam nesciebam peccatum esse nisi lex diceret idem Paulus ad Rom.

Ter-

Tertiò, illud quod nō mutatur cur stare prohibetur? l. precipimus. C. de appel.

Quartò, prohibere alicui matrimonium est pœna. not. in rub. de sponsal. sed pœna non imponitur nisi à iure exprimatur. §. sin autem in authent. de non eligen. secundò nubent. collat. 2.

Quintò, hoc esset tollere scientiam, quia simile generat suum simile. l. quod si nolit. §. qui mancipia. ff. de ædilit. edic. sed Doct. generabunt Doct. ut dicitur in l. Gallus. in princip. ff. de liber. & posthum. l. quereret. de uerb. signific.

Sextò, esset eos Doctores innocentes condemnare. probatur Prouerb. c. 5. Et sit uena tua benedicta, læta re cum muliere, adolescentiæ ubera eius inebrient te omni tempore, & in amore eius delectare iugiter. & Ecclesiast. 36. c. Species mulieris exilarat faciem uiri, sed si non duceret vxorem moreretur, tum ob retentionem spermatis, quæ multum nocet, ut dicit Auicen. Fen. 20. rub. de retentione coitus, ubi dicitur tantum nocere, sicut retentio menstruorum, tum quia tristis spiritus desiccat ossa, ut dicit Salamon, sed per coitum quis efficitur hilaris, quia coitus purgat melancholiam. Auicen. in rubr. de iuramentis coitus. fen. 21.

Septimò probatur, per id quod dicitur Eccles. c. 4. melius esse duos simul quàm unum, si unus ceciderit ab altero fulcietur: uæ soli quia cum ceciderit non habet subleuantem se. Vnde Lacedemonii tres præclaras de coniugio leges tulere. Prima damnabat eos qui uxorem non ducerent.

Secunda, qui tardius ducerent. Tertia, qui non bene, ut pote si sacerdos uel castratus duceret.

Octauò, ubi conueniunt uerba, & eius dispositio. l. 4. §. toties. ff. de damn. infect.

Nonò, affert commoda, & non damna authen. habita. C. ne fil. pro patre. sed afferret damnum si Doctores non possent nubere, ergo &c.

Decimò, qui habet instrumenta concernentia matrimonium, potest illud contrahere. c. fraternitatis, ibi, cui naturale deerat instrumentū, de frigid. & malefic. sed hi Doct. habent instrumenta lata, & amplas mentulas, ergo &c.

Vndecimò, ita honestum est contrahere matrimonium sicut ingredi monasterium, in authent. de sanctiss. episcopis. §. sed & hoc præsenti coll. 9.

Duodecimò probatur 1. ad Corinth. 7. c. propter fornicationem unusquisque habeat suam uxorem, & unaquæque habeat virum suum. c. sicut. 32. q. 2.

Inferior non potest tollere legem superioris. cle. ne Romani. de elect. sed lex superioris permittit, ergo inferior non potest prohibere.

Decimoquartò, contra præceptum Dei, dicentis. Genes. 1. Crescite, & multiplicamini: sed non posset mundus multiplicari sine matrimonio, ergo &c.

Decimoquintò, ubi fides in aliquo deficit hæreticus est. c. 1. & c. damnamus. de summ. Trinitat. sed si non nubat quis, deficit fides, deficit proles, deficit sacramentum, quia ista substantialia matrimonii.

Decimosextò, cōtra legem canonicam, quę dicit, quòd statutum factum in odium alicuius non ualet. c. cùm omnes. de constit. sed in odium, & damnum uenientium hoc fuit factum, igitur non ualet.

Decimoseptimò, facilè contemnit quis quod ignorat dicitur adagio j. sed sacerdotes ignorāt dulcedinē matrimoniorum, tanquam inexpertes, ergo facilè potuerunt statuere.

Decimooctauò, quod omnes tangit ab omnibus debet approbari. regul. est iuris, sed istud statutum tangit tam viros, quàm fœminas, ergo debuerunt uocari, quia earum interest.

Decimononò, esset incidere in hæresim Arrianorum, qui prohibebant matrimonium, omnia, dicentes, communia & uxores. c. dilectissimis. 12. q. 1.

Trigesimò, non ualet statutum laicorum circa substantiam matrimonii, nec consuetudo, quia substantia matrimonii (cùm sit iure diuino inuentum. c. uno de uoto, & uoti redemp. in 6.) non subiacet legi laicorum, cùm non sit de suo foro. cap. tuam. de ordin. cognit. hoc tenet glos. & Doct. per illum text. in cap. 1. de sponsal. & Doct. in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ. de constitut.

Vltimò, excommunicati sunt qui nuptias damnāt c. si quis nuptias. 30. dist. & dicit August. in c. nuptiarū. 27. q. 1. quòd bonum nuptiarum semper bonum fuit, in quibus uoluit interesse Christus.

De matrimonio, & testium super eo depositione.

SVMMARIVM.

1 *Testimonio contestium in dicto principali fides datur, licet in alijs sint singulares.*

2 *Testes domestici admittuntur in his quæ domi geruntur.*

3 *Testes etiam inhabiles admittuntur, quando aliter factum probari non potest.*

4 *Numerus supplet testium fidem.*

5 *Specialia multa sunt inducta fauore matrimonii.*



SEMBLE *au soubscript, que le mariage est assez prouué*, [Videtur infrà scripto, quòd matrimonium satis probatum sit,] ad hoc, ut sententia pro actore debeat dici. Primò, quia duo uel tres testes sunt contestes, & conueniunt super principali, scilicet tam super confessione rei, quàm super copula, & iure cautum est, quando in dicto
1 † principali sunt contestes, licèt in aliis sint singulares quòd eorum sit testimonio fides adhibēda ut probat Bal. in l. de quib. col. penult. ff. de legib. refert Dec. in cap. licet. not. 9. de probat.

Nec refragatur si dicatur quòd omnes isti testes e-
2 rant domestici, quia respondeo, † in his quæ domi geruntur quoniam per alienos non possunt facilè probari, testes domestici admittuntur. l. consensu. §. super. C. de repud. vt est in casu mihi proposito.

3 Item quando † factum non potest aliter probari, tunc etiam testes inhabiles, & domestici admittuntur. Panorm. in c. cùm in tua. de spons. text. in c. fin. de testibus cogend. Bart. in l. 2. §. quod diximus. ff. si quis caut. & in l. si quādo. C. unde vi. Ale. consi. 34. animaduersis. col. 1. in 3. uol. & quando res est difficilis probationis, admittuntur probationes per coniecturas. c. prætereà. de testib. Bar. in l. in illa stipulatione si Calendis. ff. de uerb. oblig. Ias. in l. cum ea. col. 3. de transact.

4 Præthereà, quod deficit in fide † testium supplet numerus. glo. in l. 3. §. eiusdem. in uersi. numerus. ff. de testib. Anc. cōsi. 246. Alex. consi. 99. nu. 8. in 5. uol. & consil. 4. in fi. in 6. vol. hic sunt quatuor, vel quinque testes ergo probabunt, nam ex pluribus præsumptionibus uel iudiciis fit plena probatio. gl. sing. in l. 2. in uerb. legitimis. ff. de excus. tutor. quam Barb. not. consi. 3. in fi. & consi. 29. col. 1. & consi. 30. & 41. in 1. uol.

Nec obstat. c. 2. de clandest. despons. quia respondeo, ꝙ in casu proposito non contraxerunt desponsationem clandestinam, sed iure contraxerunt sponsalia, quæ transiuerunt in matrimonium, per copulam carnalem, c. is qui fidem. de spons.

5 Postremò, quia multa † specialia sunt fauore matrimonii introducta, quæ in aliis casibus non procedunt, quæ specialia tradit Feli. in rub. de sponsal. *Et par ainsi ie concluds que le mariage est assez prouué.* [Atque ita concludo, quòd matrimonium satis probatum sit,] ex attestationibus mihi exhibitis, ut ferri debeat sententia pro matrimonio. Alia ob breuitatem temporis adducere non potui, sed me subscripsi.

RESPON. CXVIII.

Sequitur de matrimonio prohibito.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium prohibitum cum filia uxoris nostræ, idest priuigna.*

Affinitas etiam ex illicito coitu contrahitur. ibidem.

2 *Affinitas non contrahitur de iure ciuili, nisi ex legitimis nuptijs, quod correctum est per canones.*

3 *Regula non præstat impedimẽtum de reg. iuris lib. 6. quomodo intelligi debeat.*

4 *Consanguinitas non contrahitur nisi inter vxorem, & consanguineos mariti, & inter maritum, & consanguineos uxoris.*

5 *Dispensatio facile in prohibitis à iure diuino non conceditur.*

Crimen incestus, & corporis notam, & bonorum publicationem parit. ibidem.

FALSO tibi persuasum est, ut in simili dicit Imperator, in l. falso. C. de communium re rum alienat. videlicet, quòd tibi † liceat filiã
1 tuæ olim vxoris, à te cognitæ in vxorem ducere, postquam solutum fuit matrimonium cum uxore, id est matre filiæ: nam certum est quòd ex coitu etiam illicito contrahitur affinitas. c. discretionem, & c. penul. de eo qui cogn. consanguin. vxor. suæ. Ioan. And. in dec. arb. affinit. quæ impedit matrimonium contrahi, & contractum dirimit, usque ad quartum gradum. c. non debet. de consang. glo. in §. inter eas. de nupt. in inst. Card. Panorm. & Præposit. in d. c. non debet. quia ita abstinere debemus à cõsanguineis vxoris, ut à propriis. c. 1. de consang. & affinit. c. de propinquis, & c. æqualiter. 35 q. 3. Itaque cùm matrem filiæ tanquam tuam vxorem noueris, illa filia, etiam ex alio legitimo matrimonio contracto nata, est tibi loco filiæ, ergo, eam tibi habere non licet, etiamsi adoptiua esset. §. ergo. de nupt. in instit. c. ita deligere. 30. quæst. 3.

2 Non obstat quòd † de iure ciuili non contrahatur affinitas, nisi ex legitimis nuptiis. per l. nõ facile. §. sciẽdum. ff. de gradib. quia hoc est correctum per canones, ut ibi glo. asserit in §. affines. Ioan. Andr. & alii in declar. arb. affinit. quibus in hoc standum esse asserũt.

Et ista affinitas habet perpetuum impedimentum quod durat etiam mortua persona, qua mediante cõtrahitur. c. fraternitatis. 35. q. 10.

3 Nec refragatur regula, † non præstat impedimentum. de regul. iur. lib. vj. quia intelligi debet, quod matrimonium nullum non præstaret impedimentum ad aliud, si non esset coitus, sed ex illo coitu generata est affinitas, quæ non potest esse nulla, etiam dissoluto matrimonio, ideò illa præstat impedimentum, & in hoc leges non sunt considerandæ, quæ respiciũt hæreditates, uel tutelas, sed canones respicientes matrimonia ipsa, & ideò illis credendum est, nec tecum facit glo. in d. c. ita diligere. si bene respiciatur.

Nec obstat quòd pater, & filius possunt ducere matrem, & filiam, uel duo fratres duas sorores, quia † cõ
4 sanguinitas non contrahitur nisi inter vxorem, & cõsanguineos mariti, & inter maritum, & consanguineos vxoris. Ideo maritus obstante difficultate non posset ducere filiam uxoris, neque alios consanguineos usque ad quartum gradum, sed cùm nulla consanguinitas inter consanguineos mariti, & uxoris oriatur, teste Ioan. And. in declar. arb. affinit. per c. quòd super his. de consanguinit. & affinit. ideo possint coniungi consaguinei mariti, & vxoris.

Prætereà hic non agitur de publicè honestatis iustitia, quæ oritur ex sponsalibus. c. sponsam. de sponsal. c. 1. illo tit. lib. vj. sed hic agitur de uera affinitate, quæ contracta fuit inter te, & consanguineos vxoris, igitur cùm filia sit uxoris consanguinea, in primo uidelicet gradu, quomodo eam habere poteris non uideo, miror aliquem potuisse, ut asseris, contrarium consulere, unde duos Doct. tua causa, vt res facilior esset, requisiui: qui gratanter huic consilio subscribere, ut uides, non dubitarunt.

Quòd ad dispensationem attinet, Romani Pontificis erit concedere, si santificati suæ uisum fuerit,
5 quod tamen facilè non solet † concedere in prohibitis à iure diuino, sicut est hic. ut patet Leuit. 18. cap. ibi turpitudinem vxoris tuæ, & filiæ eius non releuabis, & si animæ tuæ consulere uelis, cùm plures inueniantur vxores, ab illa abstineas, alioqui, & crimen incestus incurres, quod corporis notam, & bonorum publicationem parit. authent. incestas. & per totum. C. de incest. nupt.

RESPON. CXIX.

De diuortio duplici de causa interponendo.

SVMMARIVM.

1 *Separatio quoad torum, ob sæuitiam mariti, an fieri possit.*

2 *Diuortium ob lepram, an fieri possit.*

3 *Vincula duo sunt uno fortiora.*

SVPER quæstione proposita uidetur si mulier nolit sequi uirum suum leprosum, sed ab eo separari petat, quoad torum, & reddendum debitum, allegans & probans, tãtam esse uiri sæuitiam, ut mulieri trepidanti sufficiens
1 securitas dari non posit, quòd † posit separari quoad torum, nec erit restituenda in hoc casu uiro petenti eam sibi restitui. ut est casus singularis in c. literas. in fin. de resti. spoliat. & iudex debet de ista sæuitia arbitrari, an sit talis propter quam separatio fieri possit. vt scribit ibi Panorm. & alii. sed in casu mihi proposito, cùm duplex uinculum adsit, poterit iudex ecclesiasticus istam separationem quoad torum, facere. cap. quemadmodum. vbi etiam Doct. de iureiur.

2 † Item si sola esset lepra, cùm de consuetudine generali sanus non sequatur leprosum, potest tamen moneri ut reddat debitum, quòd si nolit non est cogendus, præsertim cùm citra horrorem, & mortem non posset eidem reddere debitum. c. 1. ubi Doct. de coniug. leprosi. quia charitas bene ordinata, a seipso incipit c. non satis. 80. dist. c. nisi. de usu & auth. pallij. & hoc ẽt firmat Syluester de Prierio in sua summa in uerb. debitum. q. 1. & in uerb. lepra. in hoc reprehendens Angel. de Clauas. contrarium dicentem.

Igitur

Igitur cùm duplex cauſa hic ſit tam ſæuitia mariti, quæ ſola ſeparationem probet, & lepræ morbus, qui per ſe etiam ſufficit, non debet iudex, ſi hoc inueniat, timere ſeparationem quoad torum facere, cum duo
3 † uincula uno ſint fortiora. c. 1. de treu. & pac. & ex una cauſa ſeparatio fieri poſſet, ergo & multò magis ex utraque.

Si uerò ſeparatio quoad bona, forte quia maritus ea diſſipat petatur, tunc iudex ſecularis cognoſcet gloſ. in c. de prudentia. de donat. inter uir. & uxor. & ita iudicauit ſenatus Pariſienſis in anno 1532. die 22. Aprilis.

RESPON. CXX.

De matrimonio.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium in ſecundo genere affinitatis, hodie non eſt prohibitum.*

2 *Affinis meus cognoſcens aliquam, illa mihi affinis eſt in ſecundo genere, ſecus eſt ſi conſanguineus cognoſcat, ut ibi.*

3 *Prohibitio matrimonij tanquam odioſa, eſt reſtringenda.*

V*Eu le faict le que deſſus, il ſemble que Iean Rouſſel à peu cõtracter mariage auecque Ieanne Noudart, femme relaißee de feu Iean Villet, pource qu'il n'y auoit, ne conſanguinite' ne affinite' qui empeſca ladict mariage: car.* [Viſo facto præmiſſo, uidetur Ioan. Rouſſellũ potuiſſe matrimoniũ cõtrahere cum Ioanna Noudart, uxore quondam derelicta à Ioanne Villet, eò quod neque conſanguinitas neque affinitas dictum matrimonium impediret: nam] affinitas oritur tantùm inter conſanguineos mulieris, & uirum, & inter conſanguineos uiri, & mulierem. *Et par ainſi entre Rouſſel, & les conſanguiniers Gillete* [Atq; ita inter Rouſſellum, & conſanguineos Gillete] erat affinitas prohibẽs matrimonium, uſque ad quartum gradum, *& ledict Rouſſel ne pouuoit pendre aucune parente d'icelle,* [& dictus Rouſſellus non poterat aliquam in uxorem ducere eidem conſanguinitate iunctam,] vſque ad quartum gradum incluſiuè, ſed quia inter conſanguineos uiri, & conſanguineos mulieris, non procedit affinitas, *ladicte Ieanne Noudart,* [d. Ioanna Noudart,] dicto Rouſ-
1 ſello non erat † affinis niſi in ſecundo affinitatis genere, quod non habet hodie prohibitionem. teſt. Ioan. Andr. in declarat. arb. conſangui. poſito in cap. debet de conſang.

Nec obſtat quòd Noudart, & Gillete, una caro effecti ſint, & ſic affines, quia non ſequitur cùm inter cõſanguineos uiri, & mulieris nulla (ut dictum eſt) orta
2 ſit affinitas, imò † quando affinis meus cognoſcit aliquam, illa eſt mihi in ſecundo genere. *Comme au cas qui s'offre: car ledict Rouſſel eſtoit.* [Vt in caſu præſenti. Nam dictus Rouſſellus erat.] affinis de Villet, *s'il cognoiſt Iehanne Nodart elle ſera,* [Si cognoſcat Iohannam Nodart illa erit] in ſecundo genere, *& par ainſi n'y à probibition de droict.* [Atque ita prohibitio iuris non eſt.] Item, *ne faict à dire que ſi mon couſin cognoiſt une femme, elle eſt affine,* [Item non aduerſatur quòd ſi meus cognatus cognoſcat mulierem, illa eſt affinis] & in primo genere. *Car cela eſt uerite',* [Nam hoc uerum eſt,] quando conſanguineus cognoſcit mulierem, illa eſt in eo gradu mihi affinis quo gradu conſanguineus: Sed ſi mihi affinis cognoſcat mulierem, illa erit mihi affinis in ſecundo affinitatis genere, ut prædictum eſt.

Item la probibition de faire mariage eſt odieuſe.

3 [Item † prohibitio matrimonij eſt odioſa.] nota. Hoſtien in ſumma de ſponſal. & Doct. in cap. non debet. *& par ainſi,* [Atque ita,] debet reſtringi ad perſonas tantum à iure prohibitas, & non debet ad alias pſonas extendi. *Or nous ne voyons point la probibition.* [Sed prohibitionem non uidemus.] inter iſtos, ergo erit pmiſſum matrimoniũ. *Et par conſequant les enfans de ce mariagee's procree's ſont legitimes, & ne leur faut diſpenſe, ne legitimation du Pape ne d'autre: & peuuent ſucceder* ex teſtamento, uel ab inteſtato, *ainſi que les autres legitimes deſquelz n'y a doubte ne peut auſſi eſtre accuse' ledict mariage, ne calomnie'; car eſt faict ſelon droict, & raiſon, & à ce me ſuis ſoubſcript. Donne' à Paris l'an 1542. & le 19. de Nouembre.* [Et per conſequens liberi ex illo matrimonio procreati ſunt legitimi, neque diſpenſationem, aut Papæ, uel alterius legitimationem opus habent, & poſſunt ex teſtamento, uel ab inteſtato ſuccedere, ut alii legitimi, de quibus non dubitatur. Neque etiam prædictum matrimonium accuſari, uel calumniari poteſt, nam ſecundum iuris formam atque equitatis eſt ſtabilitum. Huic me ſubſcripſi. Datum Pariſiis, anno 1542. 19. Nouembris die.]

RESPON. CXXI.

De matrimonio, an deferatur pro eo iuramentum.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum in cauſa beneficiali non defertur.*

2 *Iuramentum non defertur niſi adſit unus teſtis omni exceptione maior, quod committat. num. 7.*

3 *Iuramentum cauſa ardua non defertur declarat. nu. 8.*

4 *Teſtes poſt publicationem non producantur, quod limitat. num. 8. in fine.*

5 *Iuramentum in matrimonijs deferri poteſt.*

6 *Iuramentum licet in cauſa beneficiali non deferatur, ſecus tamẽ eſt in cauſa matrimoniali, & ratio ſubditur.*

DEvs labia mea aperiat, & ſpiritus ſanctus meum illuminet intellectum, hæc cauſa matrimonialis eſt plenè diſcutienda. Et quod non ſit probatum matrimonium pa-
1 tet, quia in † cauſa beneficiali, non defertur iuramentũ. Bal. in l. in bonæfidei, C. de iureiur. Doct. in l. admonendi. ff. illo tit. ſed matrimonium carnale, & ſpirituale æquiparantur. c. inter corporalia. de tranſ. epiſcopi. Ergo ſicut in matrimonio ſpirituali non defertur iuramentum, ita nec in matrimonio carnali.

2 Item, non † defertur iuramentum niſi adſit vnus teſtis, omni exceptione maior, aut ei qui non eſt omni exceptione maior. Bart. & alij in d. l. admonendi. & canoniſtæ & in c. fi. de iureiurand. ſic nec hoc caſu.

Item, pro hoc eſt caſus formalis. in cap. mulieri. ff. de iureiurand.

3 Item, in † cauſa ardua, non defertur iuramentum, ſed cauſa matrimonialis eſt ardua, & grauis, quia inſtar habet ſeruitutis. l. 2. ff. de liber. homine exhibend.

Item uidetur quod iudex qui ſecundò iudicauit, malè proceſſerit, quia poſt publicationem teſtes non debent admitti. cap. cum ueniſſent ac c. ſeries,

 c. cum

c.cum causam.de testib. Et sicut in causa principali,& in prima instantia non debet audiri, ita nec in causa apppellationis. clem. fin. de testib.

5 † Contrarium de iure uidetur, quod debeat iudicari pro matrimonio. Et hoc probabo, respondebo ad iura pro contrario allegata.

6 Et primò non obstat in causa †beneficiali,quod nõ defertur hoc iuramentum necessarium, quia fateor, sed secus in causa matrimoniali,& de instantia.c sicut vrgeri.1.q.1.quia in causa beneficiali tractatur de præiudicio tertii, id est ecclesiæ, quæ fortè regeretur per intrusum, si posset esse locus delationi iuramenti, secus in casu nostro, cùm pars consentiendo iuramento, & per consequens illis quæ dicerentur consentiret: & sic si iuratur pro matrimonio, pars uidetur de nouo contrahere, secus in causa beneficiali. Iason in l.3.ff.de iureiur. gloss. & Doct.in c.super eo, de eo qui cogn.consan.vxor. suæ,nec est bonum argumentum in omnibus,præcipuè in præiudicium matrimonii spiritualis: ut patet ex gloss.not.in uerb.mulier. confess. in cap.cùm causa. de raptor.

Item non obstat, quia non defertur iuramentum

7 nisi testis sit omni exceptione maior,quod † fateor nisi haberet aliàs præsumptiones reus: nam una probatio aliam supplebit.l.si quis ex argentariis. §. 1.ff. de edend. Ita hic cum aliqui testes adminiculentur illi testi, dico deferendum iuramentum. Et ita intelligo glo.in c. uidua.de regular. & maximè dicit glo. quando esset honesta persona, & essent æqualis conditionis. Ias. & alii in d. l. 3. & esset pro uno plusquam semiplena probatio.

Item non obstat quod in causa ardua non deferatur,

8 quia † uerum esset contra matrimonium,sed pro eo, sic Bart.& alii in d.l.3.nec aliquis tex.dicit in causa ardua non deferri. Aufrer q.171.

Minusq; obstat c. mulieri, ubi nullo iure probatur iuramentum non posse deferri actori, pro matrimonio,quando alteri matrimonio non fieret præiudiciũ. Et hoc est relinquendum arbitrio iudicis, consideratis qualitatibus, & circunstantiis personarum, & causæ, Panorm. & alii in d c. mulieri. de iureiur. Aufrer. q.171. Deci.consi. 133.& consi.310.& 368. Alex. consil.152. in 5. uolum.

Non obstat quod post publicationem non producantur testes, quia illud fallit in matrimonio. tex. fin gul.in c.series.ubi glo.& doc.de testib.& maximè quãdo stat pro matrimonio ut hic, quia, si potest semper produci cum sententia non transeat in rem iudicatã, ergo, & post publicationem. c.lator.& c.tenor. de re judic.glo.in c.sicut.in fin. de sponsal. & idem in omni casu ubi uerteretur periculum animæ. glo. in c. inter monasterium. de re iudicat. Bart. & alii in clemen. fin. de testib.

RESPON. CXXII.
De legitimatione.

SVMMARIVM.

1 *Natura,ante leges latas,omnes liberos,& legitimos fecit.*
2 *Legitimandi tres modi.*
3 *Spurios, & nefarios, ac ex damnato coitu natos exosos habet ius ciuile.*
4 *Alimenta,quando spurijs relinqui possint.*
5 *Legitimatio naturalium est fauorabilis, spuriorum uero detestabilis.*
6 *Actus humani, ex uoluntate, & potestate constant.*
7 *Rescriptum an sit subreptitium.*
8 *Pupillaris ætas inconsulta, & ad uitium pœna.*
9 *Adolescentis uia in iuuentute sua Salamoni penitus ignota.*
Bastardus præsumitur similis patri.
Legitimationis causa cessante,cessat legitimatio. ibidem.
10 *Paria sunt mulieri non habere uirũ,uel habere inutilẽ.*
11 *Legitimationi, pater debet consentire.*
12 *Legitimatio spurij, duplici spurietate, non ualet, non expressis spurietatis qualitatibus.*
13 *Bastardi in feudis succedere non possunt.*
14 *Legitimatio exigit consensum hæredum.*
15 *Institutio, legitimat, inualidè, si ut legitimus hæres instituatur, an valeat.*
16 *Legitimatio cum clausula non obstante.§. fin. quib. mod. natur. effici. legi.*



1 AD huius materiæ enucleationem præmitto, † quòd ante leges latas natura omnes liberos, & legitimos fecit, bella verò,lites, atque libidines,& concupiscentiæ causam imposuerunt.§.1.& §. si quis ergo filios. in auth. quib. mod.natur. filii efficiantur sui. coll.6.

Secundò, præmitto ꝙ multos modos legitimandi

2 iura ciuilia † (tres potissimum) inuenerunt, uidelicet, per matrimonii contractum,per oblationem curiæ, & per rescriptum.d.§.1.& §.fin.instit.de nupt.& §. quibus de hæred.quę ab intest.defer.§.illud.in authen. quib.mod.natur.effici.sui,collat. 6. quia quoties uitiũ ex una lege nascitur,necesse est ut eadẽ lege tollatur.l. si libertã.C.de icest.nupt.gl.in c.fraternitatis.de testib.

3 Tertiò, quod ius † ciuile adeò exosos habuit spurios,& nefarios,ac ex damnato coitu natos,vt eos nec quidem alere, nec aliquid de bonis patris capere permiserit, sed omni prorsus beneficio excluserit. auth. ex complexu.C.de incest.nupt.authen.licet. in fin. de natural.liber.licet benignitas canonica circa alimenta eos fauorabilius prosequuta fuerit, nil tamen de successionibus immutauit.c.cùm haberet. de eo qui duxit in matrimon.Doct. in c. per uenerabilem. qui filii sint legit.

4 Quartò, licet † alimenta possint eisdem spuriis relinqui,tamen quando quantitas excessiua relinquitur pro alimentis,tunc præsumitur in fraudem legis relictum, quo casu (inquantum excedit) per hęredes reuocari potest. Bart. in l.fi.col.2.ff.de his quib. ut indig. Imò deficientibus hæredibus, uel negligentibus petere id quod excedit in subsidium applicatur fisco.l.1.C. de natural.lib.& hoc expresè scribit Bened. in repet. cap.Raynutius.in uerb.& uxorem.nu.680. de testam.

5 Quintò, quamuis † legitimatio naturalium sit fauorabilis, tamen legitimatio spuriorum est detestabilis, & odiosa.Bal.in l.eam quam.num.31. C. de fideicom. & sic potius dicetur dispensatio quàm legitimatio.& ita intelligenda strictè,& interpretanda.cap.1.& seq.de fili.presbyter.in sexto. Anch.consi.241.ex tenore.col.1.& consi.308.in fin.Dec.consi.338.in casu.col. 2. & naturales uel spurii prouenientes ex clarissimis personis, & nobilibus sunt magis exosi legibus, & honestati, quàm alii, cùm per clarissimos, & nobiles sartat lecta debeat custodiri honestas. per not. in l. ex facto §.si quis rogatus.ff. ad Trebell. l. generaliter. C. de iustit. l.si qua illustris, & ad Orfic.

6 Vltimò, duo sunt ex quibus † humanorũ actuũ cõstat effectus,scilicet uoluntas,& potestas, quorum alterum si desit,nil est quod explicari queat.Philo. Arist. testante

testante quem refert Barbatias consil. 123. scripsit in 4. uolum.

7 Ad speciem descendendo hoc † legitimationis rescriptum uidetur subreptitium, & nullum multis modis, primò ex falsa causa expressa in narratione, ubi sic dicitur. *Comme aux personnes armees de vertu, & honesteté de uie, ne doiue estre improperenc reproche uice de nature, leurs bonnes meurs suppleent tous defauts & macules de geniture, & soit ainsi, &c.* [Vt personis uirtute, & honestate uitæ munitis, non debet uitium naturæ in opprobrium obiici: sed eorum boni mores omnes defectus, & maculas genituræ supplent, & sit ita, &c.] hoc procemium probatur in c.nunquam. 56. distinct. & esset ualde elegans si esset uerum in persona istorum, sed cùm
8 ipsi impetrantes sint † impuberes nil posse aut scire intelliguntur. l. fin. ff. de iur. & fact. ignor. & sic multū abest ut uirtutibus sint armati, cùm adolescentia sit ad malum prona, non ad uirtutes, nec uirtutibus regulariter decoretur. c. omnis ætas. 12. q. 1. & quidquid uidet ignorat. l. 1. C. de fals. monet. quoniam anima eorum est tanquam tabula rasa, in qua nihil aut parum depictum est, ideo uirtutibus non sunt decorati nec armati.

Itē Rex mouetur ex bonis moribus eorum, tantū abest prædicta esse uera, uidelicet ut bonis moribus sint, uel præsumantur prædititi, tùm quòd iuuenes. & Salomon Prouerb. 30. c. dicit tria esse sibi incognita,
9 & quartum quod penitus † ignorat, uidelicet, uiam adolescentis in adolescentia sua: tùm quod bastardus præsumitur similis patri. l. quod si nolit. §. qui mancipia. ff. de ædilit. edic. & sic incontinentiæ paternæ imitator. c. literas. de filiis præsbyter. & dicit text. in cap. si gens Anglorum. 56. distinct. æstimandum est bastardos degeneros populos, & ignobiles, & furentes libidine, & ad deteriora vergentes: nec in fide stabiles, nec honorabiles hominibus, nec Deo amabiles. Ecce quomodo ij non possunt dici uirtutibus armati, prout in narratiua rescripti dicitur: ergo cessante causa, cessabit effectus legitimationis, & cùm causa qua mouetur Rex sit falsa, corruit legitimatio, imò uerius dispensatio. per not. in c. quod circa. de cōsang. & affi. & Rex præsumitur circunuentus. Bal. in c. cùm olim. (de Rege Franciæ loquens) de re iudic. Anch. consi. 241. ex tenore. col. 1. dicit quod quælibet suppressio uitiat istas odiosas concessiones.

Præterea ex alio est d. legitimatio subreptitia, & obreptitia: nam narratur maritum mulieris fore absentem uel mortuum, quæ est causa quæ facilius potuit mouere Regem ad concedendum, cùm mors, & absentia æquiparentur. c. si delegatus. de offic. deleg. in 6. &
10 † paria sunt mulieri non habere uirū, uel habere inutilem, & sic absentem. l. si plagii. ff. ad leg. Flauiam. de plag. sed si dixissent impetrantes quòd maritus non audebat metu mortis uenire, & quòd inuito marito tenebatur uxor ab isto Abbate ut uerū erat sicut prætenditur, non habuisset legitimationem, uel non ita leuiter, ergo ualere non debet.

Item non est facta mentio de prohibitione facta patri impetrātium, tam per sententiam quàm arestum curiæ supremæ Tholosæ, & quando non habetur mētio litis vel sententiæ, rescriptum est nullum. c. inter monasterium de re iudic.

11 Adhæc † pater non consensit huic legitimationi q̄ ex necessitate requiritur. §. si uerò is. in aut. quib. mod. natural. efficiant. legitim. collat. 6. Dec. consil. 338. in casu. col. ult. vel saltem non apparet in ista legitimatione de consensu illius: ergo, &c.

12 Deinde † qualitates spurietatis non sunt expressæ, ideo ex hoc uidetur inutilis. nam dicit Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. qui fal. sint. legit. uersic. quæro, si natus: quod si impetrans legitimationes sit spurius duplicatus, non ualet legitimatio. argu. c. non potest. de præben. in 6. & l. uim passam. §. præscriptione. ff. de adult. & Ant. Kossel. in suo tract. de legi. in 2. lib. nu. 2. de caussa formali hoc sequitur, sed isti impetrantes erant ex duplici qualitate damnati, ergò debebat exprimi: nam quod essent in sacerdotio geniti, & à patre sacerdote, hoc omitti non debebat, per ea quæ dicit Bald. in l. eam quam. nu. 36. C. de fideicom. & not. in c. inter cæteras. de rescrip. facilè enim non dispensatur cum natis ex sacerdotibus, cum sacerdotes castitate decorati esse debeant, ut consuluit Alex. consi. 37. in causa mota. col. vlt. in 1. vol. ubi ex hoc solo legitimationem non ualere consuluit.

Nec refragatur si dicatur in legitimatione esse expressum patrem fuisse protonotarium & Abbatem, quia per hoc non sequitur quod fuerit presbyter, cū non teneatur esse tempore prouisionis presbyter. c. cum in cunctis. §. inferiora. de elect. & poterat esse Abbas dispensatus de non promouendo, & sic ex parte patris non esset adeò damnatus coitus, sicut si esset presbyter: ergo debebat exprimi, nam beneficium habens de iure ciuili, si concubinam habebat, poterat contrahere postea matrimonium cum ea, & eos sic legitimare, ut pulchrè tradit Ioan. Andr. in regu. sine culpa. de regu. iu. quòd non permittitur constituto in sacris c. fin. 33. distin. c. 1. cum seq. de coha. cler. Item
13 quamuis † bastardi non possint succedere in feudis. §. naturales. si de feud. conten. sit inter dom. & agnatos, uassalli tamen quando ad feuda sunt legitimati possunt, ut tenet glo. & Doct. ibi. quod non procedit, quando ab initio feudum erat datum Titio & filiis, ac descendentibus legitimis, tum cum bastardi non sint legitimi non succedent, & cum ius sit per illam inuestituram quæsitum legitimis. sic decidit Bald. in l. 1. C. de his qui veni ætat impetran. nec uidentur primi contrahentes de istis cogitasse, ut in emphyteosi concludit Anch. consi. 241. col. vlt. cum ergo hoc feudum ortum habuerit à progenitoribus, per illam legitimationem, non poterunt legitimi priuari, ut expressim consuluit Ancha. consi. 308. Prima facie, quod probatur in §. si vassallus culpam. si de feud. defunct. contentio sit, hoc etiam ex verbis legitimationis patet, dum dicit, *qu'ils pourroyent ci apres auoir* [quòd possent post hac habere,] ergo de feudis iam à rege uel alio habitis non sunt legitimati, sed ad illa quæ deinceps habebunt, per nouam inuestituram: nam si patri succedere in feudis possent, non dicerentur de nouo habere, cùm dicantur filii domini quodammodo in uita patris. l. in suis. ff. de libe. & posth. nec dicuntur adire, id est ad aliud ire, sed se immiscere. glo in rub. ff. de acquir. hæred. l. necessariis illo titu. ideo hæc legitimatio in aliis bonis, ut succedat patri, potest fortè intelligi, & non de feudalibus: ac etiam non extantibus consangui. Alex. consi. 60. visa legitimatione. col. 1. vol. 2.

14 Item permittit eos posse succedere prouiso, quòd fit de consensu & uoluntate hæredum, sed hæredes non consenserunt, nec consentiunt, ergo non prodest eis legitimatio, quia deficit conditio. l. 4. §. 1. ff. quibus mod. pig. vel hypoth. solui. l. una. §. 1. C. de cad. tollen.

Insuper in legitimatione dicitur, *pourueu que ne soit à autres ia droict acquis*, [modò non sit aliis iam iuribus acquisitum.] si ergo sit acquisitum ius non intendit præiudicare, etiam si non fuisset expressum. c. quamuis. de rescri. l. 2. §. si quis à principe. ff. ne quid in loc. publi. sed proximioribus erat iam acquisitum ius, tam ex

prima

prima inuestitura, quàm ex donatione inter viuos facta, per patrem istorum impetrantium, ergo per legitimationem illis non præiudicabitur: nam etiam in fine reseruatur ius alterius, his uerbis: *sauf en autres choses nostre droict & l'autruy en toutes*. [saluo in alijs rebus nostro iure, & alterius in omnibus.] quasi uelit dicere saluo iure alterius tertij in omnibus. de quo verbo est glo. in l. item. ff. fami. ercisc. & Doct. in l. 1. ad leg. falc. & facit quod not. Dec. consi. 338.

Item ex aliis verbis legitimationis apparet uoluntas Principis nolentis legitimare nisi ad uitium expressum & defectum, ut dicit, *si non qu'il y eust autre defaut que de ladicte geniture*. [nisi alius defectus quàm dictæ genituræ esset.] & sic noluit nisi super defectu genituræ expresso legitimare: unde eo quòd voluntas Principis in alio deficit, corruit legitimatio, ut supra in præfat. dictum extitit.

15 Item si quis fecerit legitimare filium bastardum, & postea ipsum tanquam legitimum heredem instituit, si legitimatio sit inualida non valebit institutio propter errorem testatoris, quia erat defectus in causa finali institutionis. arg. l. fi. ff. de hæred. insti. nam verisimile est, quod si pater inualidam legitimationem sciuisset illum bastardum non instituisset. Dec. consil. 288. quæritur col. 2. allegat. l. nequam. §. si seruum. ff. de milit. testa. idem in ista dicam: nam si pater eam inualidam sciuisset, eos non instituisset, & sic hæredes poterunt succedere ab intestato.

16 Vltimò, quando † Princeps legitimat aliquem natum ex damnato coitu, ut sunt impetrantes requiritur quod specialiter exprimat non obstante. §. fi. quib. mod. natural. effici. sui. coll. 7. vbi glo. & Ang. hoc expressim firmant. & glo. & Doct. in authen. ex complexu. C. de incest. nupt. tum quia isti sunt iuri ualde exosi, tum quod Princeps remouerit sibi potestatem, in d. §. fi. ergo opus est habere clausulam derogatoriam illius potestatis. l. si quis in princ. ff. de leg. 3. Bald. in l. eã quàm. nu. 38. C. de fideicom. vbi dicit quod si clausula non obstantium esset in nube, & ille qui legitimatur esset plurimum odiosus, ut quia ex sacrilegio, ut in casu nostro, non sufficerent uerba generalia quæ tam odibiles non comprehendunt. arg. l. Lucius. §. Lucius Titius Damam. ff. de leg. 2. & cap. 1. de filiis presb. in 6. cùm c. seq. sic consuluit Barb. consi. 9. illud in medium. col. 2. in 4. uol. & Oldr. consi. 247. factum tale. in fi. & sic cõcludendo apparet legitimationẽ esse nullã.

RESPON. CXXIII.

De legitimatione nobilis ex utroque parente.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatio eius, qui extra matrimonium, ex utroque parente nobili natus est, an proficiat ad sumendum gradum intra triennium, prout alij nobiles.*

2 *Illegitimi non sunt nobiles, quod declarat. num. 8.*

3 *Illegitimi non possunt dici nobiles ex antiquo genere.*

4 *Legitimatio est quædam dispensatio, quæ est stricti iuris, & strictè debet intelligi, quod declarat. nu. 8.*

5 *Legatum si sit alicui factum, cum erit doctor, vel sacerdos, si ex dispensatione fiet doctor, vel sacerdos, legatum non consequetur.*

6 *Legitimati in nullo distant à legitimis.*

7 *Legitimati utuntur priuilegijs nobilium.*

9 *Legitimatus succedit in omnibus iuribus legitimorum.*

1 VIDI dubitari de quoddam † illegitimo nato ex utroque parente nobili, legitimato tamen, an possit sumere gradum post triennium & priuilegio huius tex. gaudere, si

2 triennium studuerit, uidetur quod non: quia † illegitimi non sunt nobiles. c. si gens Anglorum. Ibi æstimãdum est degeneres populos & ignobiles, &c. 56. dist. & l. una. C. de mulier. quæ seru. propr. se iniunxerint, se nobiles tantum habent hoc priuilegium, ergo ij non habebunt.

3 Secundò, non possunt dici nobiles ex antiquo genere, quod requiritur, ut habetur in pragma. sanct. §. uidelicet. rub. de collat. & in ordina. Regi. rubr. *des gradue's simples*. art. 10.

4 Tertiò, † legitimatio est quædam dispensatio, quæ est stricti iuris; & strictè debet intelligi. c. quod dilectio. & c. quia circa. de consang. c. 1. & 2. de fili. presbyt. c. ordinarii. & ibi glo. in verb. dispensationes. de offic. ordinar. in 7. & legitimatus ad beneficia non censebitur legitimatus ad prærogatiuas nobilium.

Quartò, facit dictum. Ang. in l. fi. C. de his qui ueni.

5 ętat. impetrant. ubi dicit quòd † si factum sit legatum Petro cum efficierur doctor, uel sacerdos, si efficietur Doctor, uel sacerdos ex dispensatione, non consequetur legatum, per illum tex. & facit quod dicit. Archid. in c. nemo. de elect. in 6. ubi intelligit commendam non posse fieri, nisi existenti in ætate legitima naturali, non de ætate dispensata. allegat. l. 2. C. de his qui ueni. ætat. sic ista prærogatiua nobilium debet intelligi de his qui sunt nobiles de iure communi. domi. Ioan. le Cirier. in tractat. de iure primogenituræ q. 13. ubi cõcludit legitimatos nõ habere iura primogenituræ.

6 In contrarium faciunt sequentia: primò, † quia legitimati nihil dissimiles sunt à legitimis. text. in §. & quoniam variæ. in auth. quib. mod. nat. effic. sui. & §. illud. ibi nihil à legitimis filiis differentes. ibid.

Secundò, de iure gentium nulla erat differentia naturalium & legitimorum: sed antiquis parentibus mox vt procedebant, fiebant legitimi, &c. In authen. quib. mod. natur. effici. sui. §. oportet. ergo. coll. 7. ibi. natura siquidem ab initio, dum de filiorum procreatione sanciret scriptis nondum positis legibus, omnes similiter liberos, similiter autem produxit ingenuos, primis namque parentibus primi filii similiter quidem liberi, similiter autem legitimi, à creatore fiebant: bella verò lites, atque libidines & concupiscentiæ causam deposuerunt, ad aliud schema seruitutis: namque bellum inuenit naturalis castitatis casus, &c. lex ergo positiua remouit ius legitimationis filius: ergo potest restituere. l. eas. ff. de capit. dimi. quia princeps est lex viua, in authent. de consul. colla. 4. notat glo. in verb. participium. in §. si vero effusa in authent. quib. mod. natur. effici. sui. Igitur sublata lege positiua remanet iste legitimatus legitimus ergo gaudebit hac prerogatiua.

Tertiò ista legitimatio reducit rem ad ius commune, quod vult nobiles ignobilibus preferri. l. maiorẽ. ff. de pact. l. 3. de testib. & quando res reducitur ad ius commune, venit actus ampliandus. glo. singul. in c. statutum. de rescrip. in 6.

Quartò, facit dictum Bald. in l. fin. ff. de his qui veni. ætat. impetr. vbi tradit quæstionem de priore alicuius ecclesiæ, qui pro tempore erat relictus executor, vt etiam intelligatur de illo, qui factus est prior ex dispẽsatione dum esset inhabilis, quia priorem esse non procedit naturaliter, & ideo verba non possunt, nisi ciuiliter intelligi.

Quintò, hoc in propriis terminis tenuit Petr. de Vbal.

Vbal.in tract.de succeff.ab inteſt.in vltimo legitiman-
7 di modo, ubi concludit † legitimatum poſſe uti indultis, & priuilegiis nobilium, & ſic priuilegio regulæ cancellariæ præferente nobiles ignobilibus.

Sextò, probatur in l.2.C. de iure aur. annullor. ubi libertus reſtitutus natalibus, dicitur verè ingenuus, ſic & nobilis legitimatus, uerè nobilis. l. Imperialis. ibi omni macula. C.de nupt.

8 † Non refragatur primum, quod non ſunt nobiles, quia uerum eſt inſpecto iure poſitiuo, cui derogatur per legitimationem & natalium reſtitutionem, minus facit quod dicitur non eſſe ex antiqua progenie, quia etiam non requiritur in Concordatis, ut dixi. in §.cum uero.in gl.ex utroque parente. de collationib.

Non obſtat tertium, quia fateor, quod diſpenſatio quæ non eſt integralis, quoad quædam, ſed legitimatio ſimpliciter facta eſt fauorabilis. c. fin. & ibi Ioan. Andr. de Simo. c. dudum. in verbo beneficia de præbeud.in 6. Paul.in l. ſed ſi hac. §. patronum.ff.de in ius
9 vocan. vbi dicit † quod legitimatus ſuccedit in omnibus iuribus legitimorum, & in his quæ ſunt iuris paria eſſe talem, & haberi pro tali. Bar.in l.ſi maritus 2.§. legis.ff. de adulter. Plenè Cur. Senior conſi.74. ſuper memorata.colla. 2. quia etſi cauſa mediata poſſit eſſe odioſa, eo quod iura communia uulnerantur prohibentia ſpurios legitimari, tamen cauſa immediata, ſcilicet liberalitas principis eſt fauorabilis, & cauſa immediata communiũs attenditur. l. ſocium. qui, in eo.ff. pro ſoc.l. ſed ſi plures.§.in arrogato, & ibi. Bart. ff. de vulga. & hanc opinionem ſequutus eſt Deci. conſi. 258. in caſu.

Vide plenè Albertus Bonum in tract.de ſtatuto excluden. fœminas.q.4.art.12.

R E S P O N. CXXIIII.

De decima Papali ſeu Regali, & de quibus non ſit ſoluenda.

S V M M A R I V M.

1 *Eccleſiæ primitiuæ ſtatus optimæ deſcribitur.*
2 *Decimæ Papalis origo.*
3 *Communitates ſacerdotum, an decimam papalem ſoluere teneantur.*
4 *Subrogatus ſapere debet naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.*
5 *Capellæ ſimplices, & presbyteri non beneficiati, non tenentur ad decimas papales.*
6 *Monaſteria monialium, quorum fructus ſunt exiles, non tenentur ad decimas.*
7 *Decima papalis ex quibus non eſt ſoluenda, ibidem. & per totum.*
8 *Odioſa ſunt reſtringenda.*
9 *Libri uel calices vendi non debent ad ſolutionem decimæ papalis.*
10 *Mandati fines ſunt diligenter obſeruandi, & quod ſit vltra mandatum eſt nullum.*
11 *Subuenire quis alijs non tenetur, quando ſibi ipſi non ſufficit.*
12 *Libertatem quis facere debet, de eo, quod ſupereſt, quod ſi nihil habet non tenetur.*
13 *Alimenta denegans, necare videtur.*
14 *Fructuum ſub nomine non cadunt illa, ſine quibus deterioratur proprietas.*
15 *Decima fructuum de quibus non ſoluitur, nec beneficialis, quod argumentum negatiuè, non autem affirmatiuè procedit.*
16 *Beneficiato congrua portio ſeruari debet, vt viuere poſſit.*

1 Stae communitates ortum à tempore Apoſtolorum habuerunt. † Imprimis.n. quicunque de congregatione Apoſtolorum eſſe uolebat poſſeſsiones, & ſubſtantias vendebat, & diuidebat illa omnibus, prout cuique opus erat, & habebant omnia communia. Act. 2. c. in fin. multitudinis autem credentium erat cor unum, & anima vna, nec quiſquam eorum quæ poſſidebat aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia. Actuum.4. c. in fin.

Item à tempore diui Syluestri, homines incęperunt prędia, & agros, quos uendere tempore eccleſię primitiuæ ſolebant matricibus eccleſiis dare, & ex ſũptibus earum uiuere. uerum quod commune eſt ſolet negligi, exinde authoritati epiſcopi bona relicta ſunt, uel curatorum, uel priorum, ut nemo egens inueniretur.c.uidente.12.q.1.& quos uidit Papa Dionyſius reditus ſufficere eccleſiis, illas eccleſias approbauit, quaſdam in parrochiales erigendo, quaſdam in collegiatas. c.paſtoralis. de his quæ fiunt à præl. ſine conſenſ.capit.& diſpenſationem bonorum eccleſiæ Papa quibuſdam commiſit.c. præcipimus. 12.q.1. alii ſæculo renuntiantes bona communia retinuerũt diſpenſationi proprietatis tacitè, uel expreſsè renuntiantes, ut ſunt religioſi.c. non dicatis.12.q.1.

Item alii clerici noluerunt diſpoſitioni bonorum renuntiare, ſed in communi uiuere uoluerunt, ſequentes adhuc illam ſanctorum Apoſtolorum, uitã habentes victum, & veſtitum his contenti fuerunt. iuxta doctrinam diui Paul. 1. ad Timot. 6. c.& c. epiſcopus.12. q. 1. vt ſunt iſtę cõmunitates ſacerdotum, de quibus agitur, hi clerici ſucceſſores ſunt eorum de quibus dicitur, multitudinis credentium erat cor unum, & anima una, non ergo ſibi aliquid proprium uendicant, ſed ſunt eis omnia communia. Actuum. 4.c.in fin. & c. illi autem. 12.q.1. poſtquam ergo Papa non laborauit, in erigendo in beneficium, ergo non poteſt grauare, nec intendit, & hoc exprimit dicendo beneficia, & dicitur quòd plenaria beneficiorum diſpoſitio ad Papam pertinet.c.2.de præbend. in 6. non bonorum ſacerdotum, quia de illis non diſponit nec imponendo decimam, nec aliquo modo grauando.

Item deuoti uiri iſti congregationi, & communicati ſacerdotum, aliqua bona dare cœperunt, ut peccata eorum eleemoſynis redimerent, ſicut tempore Apoſtolorum fiebat.

Et ut ipſi ſacerdotes corporis uitã tueri poſſent. d. cap.quia.& primum ſibi neceſſeria percipiant. c. nulli 12.q.1.uerum quia Papa, & epiſcopi uiderunt hæc bona non ſufficere ad erectionem eccleſiarum collegiatarũ, ea ſic dimiſerunt ſtatuentes, ut nullus modernis aut futuris temporibus, bo a ab iſtis ſacerdotibus auellerent, & qui hæc ab eis remouere niteretur damnatione feriatur. c. uidentes. in fin. 12. q. 1.

2 † Item poſtquam Dominus Deus præceperit Leuitis dari decimas à filiis Iſrael uoluit etiam vt Leuitę, & ſacerdotes decimam illarum decimarum partẽ ſũmo ſacerdoti darent. Numeri.18.c. in fin. & cap. ſeq. & in locum illius Papa ex cauſa imponit decimam, de qua hic eſt quęſtio, ut quia pro oĩbus laborat ab oĩbus ſuſtentetur.arg.l.2.§ penu.ff. de orig. iuris Boni fac. in Cle.ult.col.1.de decim. Doct.in c.1.de decim.
3 Item, certum eſt quod iſti † ſacerdotes harum cõmu-

munitatum, non tenentur decimam soluere ex his bonis quæ habent. primò, quia decimæ beneficiorũ debent solui. Clem.vlt.de deci.sed isti nullum habent beneficium, ergo nullam decimam soluent, quia si carent nomine & effectu. l. à nullo. C. de fer. sic consuluit Dom.consi.85. sup.1.col.3.

Item hæc decima successit in locum decimæ, quæ soluebatur summo sacerdoti, ut supra dixi, sed illa nõ soluebatur, nisi ex decimis decimæ, ergo nec ista, ut
4 † subrogatus sapiat naturam eius in cuius locum, subrogatur. l.si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. sed isti sacerdotes nullas recipiunt decimas. Ergo nullam etiam decimam persoluere tenentur.

Item, in consilio generali fuit statutum, quod si quando fortè episcopus, simul cum clericis, tantam necessitatem & utilitatem prospexerint ut absque ulla coactione, ad reuelandas utilitates, uel necessitates communes, ubi laicorum non suppetunt facultates, subsidia duxerint per ecclesias conferenda, laici humiliter & diuote recipiant, cum gratiarum actione.c. non minus. &c. aduersus. de immu.ecclesiarum, sed hoc subsidium per ecclesias intelligitur fieri, Ergo illi qui non habent ecclesiam, non debent conferre, sed communitas nullam propriam habet ecclesiam, ergo non conferret.

Prætereà hoc fuit declaratum, à Papa in expostu-
5 lasti, de præben. in communibus. ubi † Papa expresse declarat decimas beneficiorum, non extendi ad vicarias seu capellanias, à decedentibus institutas, admissas, pro ipsis decedentibus celebrandas, certis constitutis redibitus presbytero inibi celebranti, sed ista omnia quæ habent isti sacerdotes sunt data promissis celebrandis, ergo diminui non possunt.

Item, in d.extrauag. declarat de vicarijs seu cappellaniis fundatis, dummodo non excedant viginti libras, quod non teneantur ad decimam, sed in hac communitate, non sunt vicariæ nec capellaniæ fundatæ, sed quædam tantum oblationes, ergo pro illis nil debetur.

Item, congrua portio dimitti debet etiam in beneficijs fundatis, ut in d. extrauag. postulastis: sed isti sacerdotes non habent ex his eleemosynis & oblationibus congruam portionem, ergo non debet minui, & uictus auferri, ne tenuis vitæ homines unico lumine priuentur.l.illicitas.§.ne tenuis.ff.de offic.præsid.

6 Item, Bonifacius Octauus declarauit † monasteria monialium & aliorum regularium, quorum fructus sunt adeò exiles, & tenues, ut vix uiuere possint, non teneri ad aliquam decimam, & idem in secularibus habentibus etiam modicos fructus. in extrauagã. una de decim. in communibus, Et dicit glo. in extrauag. suscepti. in uerb.soluere.in fi. de elect. & in extrauag. Ioan. 22. quod omnes illi fructus qui spectant ad locum, vel personas, quæ non cadunt in nomen beneficii sunt liberi à solutione decimæ Papalis, quia in usus quotidianos personarum miserabilium habent expẽdi. Domi. consi. 85. super 1. dubio vbi expressè dicit, quod si portio aliqua assignetur cuilibet ex monialibus vt vniant, non potest illud decimam pati, sic nec illud quod datur isti communitati sacerdotum.

7 † Item non debet hæc decima dari de titulo sacerdotali super quo promouetur, quia victus loco est nec est beneficium, nec computatur in legitimam teste Ioan.Fab.in §.fi.de inoffi.testam.in insti. non datur de distributionibus quotidianis, quæ ad manum præsentibus diuino officio dantur, secùs in aliis quæ dantur præsentibus in ciuitate, licet non sint in ecclesia. glo.& Doct.in d.Clem. vlt. glo. in extrauag. suscepti. de elect.& in extrauag.Ioan.22.& in extrauag.ne sed. vacan.in uerb.in totum. & in verb.consueuit.

Similiter de his quæ à Christi fidelibus relinquuntur ecclesiis, vt ex eis perpetui emantur redditus decima non soluetur. d. extr. vna de decim. in cõmunib.

Similiter, nec de illis oblationibus quę colliguntur interdum per laicos, quæ consortiales dicuntur, interdum per clericos, quæ ad opus consortii reducuntur, & quæ offeruntur vt luminaria in ecclesia, cruces, & calices fiant, & reparentur etiam, ut ex illis pauperibus subueniatur, & sepeliantur corpora pauperum defunctorum, non soluetur decima. d. extra u. de decim.in fi. in communibus.

8 Item, † odiosa sunt restringenda.c.odia.de reg.iur. in 6.& l.cum quidam.ff.de libe. & posthu. sed hæc decima est odiosa & extraordinaria, ut firmant Doct.in d.Clem.1. ergo est restringenda.

9 Item non † debent vendi ad solutionem huius decimæ libri nec calices, nec alia ecclesię ornamenta d. Clem.vlt.de deci. ne perturbetur & impediatur diuinum officium, multò fortius non debent capi legata pia, & reditus istius communitatis, quia impediretur officium diuinum, nullus enim celebrare vellet quando sciret alium suscipere debere pecuniam, quã pro vita recolligit, & sic cessaret diuinum officium, quod non est permittendum.

10 † Itẽ, fines mandati sunt diligenter obseruandi, & quod fit ultra mandatum est nullum. l. diligenter.ff. man.c.cum dilecta.de rescr.sed episcopus Claromon. non habebat mandatum imponendi nisi super beneficiis, ergo non poterat imponere super hac communitate quæ nullum habet beneficium, quippè qui mãdabatur episcopo vt secundum taxationem præcedẽtem taxaret, & nunquam fuerant taxati, igitur nolebat vt nunc taxarentur, quare excessit fines mandati.

Item, episcopus simul cum clericis hoc debet statuere d.c.aduersus de immuni.ecclesiarum, sed isti sacerdotes communitatum non fuerunt vocati, ergo non potuit episcopus illis non vocatis statuere, ut soluerent. Nempè debet semper vocari, is cuius interest. l.de vnoquoque.ff.de re iudicib.

Nec refragatur quod vocetur subsidium, vel donũ gratuitum, quia idem est, quocunque nomine censeatur c.clericos.de immunit. ecclesiarum. in 6. si voces
11 subsidium non † tenetur quis alijs subuenire, quãdo sibi ipsi non sufficit. c.ad audientiam de ecclesijs ædificand.sed ista legata & oblationes non sufficiunt ad vitam sacerdotum, ergo subuenire non tenentur.

Prætereà, donum si vocetis, donatio est, mera libe
12 ralitas.l.donari.ff.de don. & de regul.iur. † sed liberalitatem quis facere debet de eo quod superest, & hospitalitatem tenere, quod si nihil habeat nõ tenetur. c.de monachis.vbi Doct.de præbend. & ideò conclu dit Guido Papa.in decis.Delphin.q.381.de clericis.has decimas non posse exigi sine adiutorij nomine, siue doni gratuiti, vbi est coactio, siue charitatiui subsidij, vbi non est charitas.

13 Postremò, qui vellet eis subtrahere ista alimenta necaret eos, nempè necare videtur, qui alimenta denegat.l.necare. ff.de lib.agnoscen. & in d.extrauag. de decim.sic dicit qui habent fructus adeò tenues, quod de illis sustentari non possunt, sed qui pro habendæ vitæ suæ substentationẽ necesse habent publicè mendicare, dictam decimã non persoluent, sed isti presbyteri sunt, tales, ergo non tenẽtur ad aliquam decimam.

Ista decima non soluitur de pecunia relicta à testatore, pro anniuersarijs capellanijs, seu presbyterorũ communitate.arg.c.tua.& c.de his.de testa.gl.in extra ua-

uagan.vna.in verb.consueuit. ne sed.vacan. in cōibus.

Nec de beneficiis non excedentibus uiginti libras extrauag.postulastis.de præbend.in communibus.facit.c.1.de cleric.ægrotan.

Item,nec de agricultura, nec de lucro seruorum, vel de his quæ scribunt monachi, licet totum sit monasterii. in glos. in d. extrauagan.in uerb. consueuit. ne sed. vacant.

Item de legatis quæ religiosis, maximè offeruntur. arg.Clemen.1.de statu monacho.& Clemen.1. de excessib. præl.

Item nec de oblationibus fidelium, & aliis quotidianis oblationibus.gl.in d.extrau. ne sed.uacan.

Item, nec de horto contiguo ecclesiæ, nec de uinea uel agricultura quam propriis manibus excolit. glo.in d.extrau. ne sed.uacan.in uerb.in illis.

Item, non possunt scindere arbores fructiferas seu
14 uacuare stagna, quia † illa sine quibus deterioratur proprietas non cadunt sub nomine fructuum.l.arboribus.cum seq.ff.de usufruct.glo.in d.extr. ne sed. uacan.in uerb.collectores.

Item, nec de aliis de quibus non soluitur decima
15 alia de fructibus, & ualet † argumentum negatiuè, de quibus non soluitur decima fructuum, nec beneficialis, sed affirmatiuè non, quia hæc odiosa.glo.in d. extrau.ne sed.vacan.in uerb. consueuit.

Item vbi omnia sunt communia quæ dantur præsentibus, vt communitati sacerdotum, uel canonicorum, non soluitur decima, quia sunt non beneficia ecclesiastica, sed potius quædam salaria quæ dantur seruitoribus pro labore diuino, sicut stipēdia militibus, uel diuini denarii. glos. in uerb. in totum. d. extrau. ne sed. uacan.

Item, nec de commissione missarum d. extrau. postulastis. de præbend. Nec de uictu quotidiano. glos. in d.uerb.in totum. in fin. Nec in altaris uiginti libras Turonen. non exceden.

16 Item, congrua portio est reseruanda beneficiato, vt uiuere possit extrauag. postulastis. de præbend. in communibus. quamuis hodie non fiat: sed ad destructionem animarum tam episcoporum, quàm exigentium, & tales sunt excommunicati. Etiam cum dæmonibus partem habent, quia à pauperibus auferunt cum illis dare deberent.

RESPON. CXXV.
De decima Papali, seu Regali secundò.

SVMMARIVM.

1 *Pensionarius Episcopatus, vel alterius beneficij an teneatur ad decimas.*

Vnus pro alio de iure diuino non tenetur.

Molestari alios, pro alienis debitis graue est, & æquitati naturali contrarium. ibid.

2 *Decimæ de cunctis prouentibus sunt reddendæ.*

3 *Pensio à Papa imposita dicitur onus reale.*

4 *Emolumentum qui sentit, & onus sentire debet.*

5 *Episcopatu diuiso vnusquique tenetur soluere onus proportione ad se obuenienti.*

6 *Beneficium, si beneficio sit annexum, decima soluetur, tam pro vno beneficio, quàm etiam pro illo quod ei est annexum.*

7 *Expensæ factæ gratia colligendorum fructuum, vt in decima deducuntur, ita & expensæ pensionis.*

8 *Ecclesia ad decimam papalem non tenetur, pro illa quarta parte, quam Episcopus recipit.*

9 *Vsufructuarius, & pensionarius æquiparantur.*

10 *Pensiones habentes ex mera gratia, vel in beneficium, tenentur ad decimas.*

11 *Pensiones tributorum diminuuntur, diminuta parte prædij tributarij.*

12 *Decima respicit totum beneficium.*

13 *Beneficiū tanti esse dicitur, quanti est deductis oneribus.*

14 *Pensionarius tenetur ad onera pro rata pensionis, quando onus respicit ecclesiā, secus si personas.*

15 *Argumentum ab absurdo, de iure ciuili, & canonico valet.*

16 *Opinio, quæ naturali æquitate fundatur, est tenenda.*

17 *Pensionarius non soluit decimas ipsemet, sed is à quo habet pensionem nomine illius, qui illud sibi computabit in soluendo pensione.*

18 *Pensionarius in omni casu tenetur ad onera pro rata.*

19 *Text.in l. 1. C. de anno. & tribut. lib. 10. declaratur.*



1 DIVINO inuocato adiutorio, quia coram doctissimis loquor. Paucis agam ad dissolutionem primæ quæstionis ueniendo, videlicet an pensionarius episcopatus, vel alterius beneficij, teneatur pro rata decimas Papales, vel alia subsidia episcopatui, seu alteri beneficio imposita soluere. Et puto eum qui ex beneficio pensionem recipit teneri ad onera pro virili, & ad decimam. Primò, probatur iure diuino vnus pro alio non tenetur: nam filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filii: sed anima quæ peccauerit ipsa morietur. c.18. Ezechiel. 4. Reg. 14. c. non morientur patres pro filijs, neque filii pro patribus de quo canonic. in c. non imputantur & per totum. 1.q.4. De iure ciuili est rub. C.ne fil.pro patre. Et rub. ne uxor pro marito. Et alibi dicit Imperator, graue est, non solum legibus, verum æquitati naturali contrarium, pro alienis debitis alios molestari. l.vnic.C.ut null. ex vicariis. lib. 11. Bar. in l.1.§.si cohæredem. ff.ad leg. Falcid. Ergo non debet molestari rector beneficii pro debito pensionarii, nec illud debitum pro eo soluere tenebitur.

Tertiò, probatur per tex.in c.tua nobis. de decim.
2 ibi & cum de † cunctis omnino prouentibus decimæ sint reddendæ sicut colonus de parte fructuum, quæ sibi remanet ratione culturæ, sic dominus de portione quam percepit ratione terræ & proprietatis decimam reddere sine diminutione tenetur. &c. ibi est tex. quod colonus pro rata tenetur soluere decimā, ergo & is qui pensionem habet.

3 Quartò, † pensio à Papa imposita dicitur onus reale.c.nisi de præb.& Clem. 2.ibi si beneficiorum decima de decim. vbi dicit decimam beneficiorum, & non personarum. Et onus reale adeo est ei affixum, vt sequatur rem habet tenetur ad onera ratione totius rei. Et sic tenetur successor in beneficio ad decimam Papalem, quamuis fuerit imposita tempore prædecessoris, cum sit debitum ecclesiasticum.c.1.de solut. Domi.consil. 19. quia diffusè vbi concludit transire beneficium, cum illo onere, etiam ad Cardinalem priuilegiatum, ad non soluendum, & posse agi hypothecaria, contra recipientem fructus, concludit Rom. consi. 388. in casu.

4 Quinto, qui sentit † emolumentum, onus sentire debet.l. secundum naturam.ff.de reg.iur. Et est naturæ consonum illos non recusare onera, qui rerum commoda complectuntur. Clem.1.de censib. Et qui succes-

successionis emolumentum sentit tutelæ onus habere debet. § si de legit. patro. tutel. in instit. sed pensionarius sentit emolumentum, ergo onus pro rata suæ pensionis subire debet.

5 Sextò, si † episcopatus diuideretur, vel beneficium, vnusquisque teneretur soluere onus proportione ad se obueniente. c. vacante. vbi not. & in c. exposuisti. de præb. Doct. in c. cum M. de constit. sic etiam tenebitur pensionarius pro rata illius pecuniæ quàm recipit, quia fructus & emolumenta beneficij, quoad hoc diuiduntur.

6 Septimò, † si beneficium sit beneficio annexum soluetur decima, & alia onera tam pro uno beneficio, quàm etiam pro illo quod ei annexum est. not. in c. vnio. 10. q. 3. sic consuluit Bald. consi. 205. in causa. vol. 3. Ideo illa duo æstimantur tanquam vnum totum, ex partibus collectum, non autem singulæ partes æstimabuntur, nec habito respectu ad partes, quãtum quælibet pars per considerata valeret. l. j. C. communi. diuidund. l. Mæuius §. fi. ff. familiæ heriscund. Sic consuluit Oldr. consil. 235. factum est. sic etiam beneficium totum æstimabitur cum pensione, & de vtroque decima persoluetur.

7 Octauo, in † decima Papali debent deduci expensæ factæ gratia colligendorum fructum, & percipiendorum, & aliæ Clem. 2. de decim. c. tua nobis. & c. pastoralis. illo titul. Ergo & multò fortius expensa pensionis quę est vera expensa. Et de his expen. scribit Domi. consil. 85. super. 1. Et pro hoc est tex. in c. præsenti. §. porro de offic. ordinar. in 6. quia nulla est ratio, nullusque casus, qui genus deductionis expensarum impediat tex. in l. fundus. ff famil. hercifcund. Et bona dicuntur ære alieno deducto. l. subsignatum. §. 1. ff de verb. signific. l. mulier bona de iure doti. nec aliàs beneficium diceretur beneuola actio tribuens gaudium capienti, cum plus incommodi quàm commodi afferret teste Calcan. cõsil. 120. in nomine Domini, &c, super eo.

Nonò, expresse consuluit Domi. consil. 85. super.
8 1. col. 2. quod † ecclesia non tenetur ad decimam Papalem, pro illa quarta parte quàm episcopus recipit. c. conquerente, de offic. ordinar. sed episcopus tenebitur, ergo idem dicemus in isto casu, si is qui pensionem habet, recipiat pensionem tertiæ vel quartæ partis, etiam in pecunia vt non teneatur, is qui habet beneficium pro pensionario soluere, sed poterit detrahere de pensione onus decimæ vel aliud.

Decimò, facit text. in c. vobis 12. q. 2. ubi sic dicitur omnem pensionis summam ex omnibus prædiis collectam ad antistitem deferendam, ex qua tamen collectione habeatur ratio, quid ad causas, uel expẽsas accedẽtium necessitatum opus esse perspicitur, vt de medio sequestretur. Ecce ergo tex. per quem apparet expensas, etiam aduocatorum deducendas. Et sic intellexit Dom. consi. 85. super. 1. sic & pensionis expensa deducetur, & decima, pro virili, soluetur.

9 Vndecimò, † vsufructuarius & pensionarius æquiparantur. Io. Baptista Cacialup. in tract. de pensio. q. 1. allegat clem. vnam de supplend. negli. prælat. quæ parum facit sed vsufructuarius pro rata teneretur soluere. l. hactenus. & l. si pendentes. §. 1. ff. de vsufr. ergo & pensionarius, sic concludit Cacialup. q. 17. in princip.

Duodecimò, pro hoc est gl. ordinaria in d. Clem. 2.
10 de decim. quæ dicit esse expeditum, quod † si habentes prædictas pensiones habeant illas, vel ex mera gratia, vel in beneficium, quod ipsi tunc tenentur ad decimam. sed, in regno Franciæ maximè, habent omnes pensionarii ex gratia pensionem, ergo pro rata tenebuntur ad soluendum decimam. Et huius sententiæ est Ioannes Baptista. in d. tract. de pensione. q. 17. vbi in fine dicit, contulisse cum domino Nicolao de Castello aduocato consistoriali & fiscali, quem huius sentẽtiæ inuenit, & gaudet se habere contestem, etiam in regno habent pensionem in titulum, quia sunt clerici, quibus datur, sicut beneficium, & non laici, igitur pro rata ad onera tenebuntur.

11 Decimotertiò, † diminuta parte prædij tributarii, diminuuntur pensiones tributorum, pro ea parte. l. forma §. 1. ff. de censib. & not. in l. si uno. ff. locati. & quod not. Bart. in l. cotem. §. fin. ff. de publican. sed quãdo soluitur pecunia pensionario diminuitur beneficium pro illa parte, ergo pro illa parte diminuetur decima Papalis, & sic non soluet, Curatus decimam pro rata pensionis, & fructus consideratur detracto onere pensionis Bald. in l. 1. col. 2. versic. pone impetraui. C. de fructibus. & litium expens.

Decimoquartò, sicut æs alienum respicit totum defuncti patrimonium l. si fideicommissum. §. 1. ff. de
12 iudic. l. 1. §. si hæres. ad Trebell. ita † decima respicit totum beneficium. Ideo ex toto beneficio adimi debet, & sic tam ex pensione, quæ ex beneficio est, quàm ex alio toto, nec maior est ratio quod eximatur ab vno, quàm ab alio, ob id à toto eximetur.

Decimoquintò, si canonici debeant dare dimidiam partem fructuum primi anni communi dictæ ecclesiæ, sicut est in ecclesia Placentiæ, tunc si imposita fuerit decima debebitur medietas fructuum restantium soluta decima, & non fructuum totius beneficii, sic per multa consuluit. Deci. consil. 156. statutum. etiam si fructus debeantur fabricę per curatum, adhuc de omnibus fructibus soluetur decima. arg. l. fundi. ff. de usufr. leg. Bonifac. de vital. in d. Clem. 2. num. 46 in 4. conclus.

13 Decimosextò, † tanti dicitur esse beneficium, quanti est deductis oneribus, & non plus. Ideo si beneficium ualet trecentis, & deductis oneribus non valet nisi centum, non dicetur verus valor nisi ad centum. arg. l. Illud. C. de coll. vbi Ias. Bar. in l. quoties. ff. ad leg. Falcid. scripsi in tract. nominatio. q. 19. num. 32. Et tantum debent æstimari reditus ecclesię, quantum valent deductis oneribus. Bald. in l. sed si hoc. §. quidam. in fin. ff. de cõdit. & demonstr. per illum text.

Decimoseptimò, rector qui soluit pensionem non tenetur soluere charitatiuum subsidium, seu decimã Papalem pro omnibus fructibus beneficii, sed solum pro rata. Et sic detracto onere pensionis, sic concludit Deci. consil. 156. statum. col. 2. vbi dicit secus esse si ageretur de expensis procurationis, quę fit ratione personarum magis, quàm rerum. ideò rector ad integram procurationem tenetur, secus ad decimam vel charitatiuum subsidium. Et per hoc patet nobis di-
14 stinctio, quòd semper † pensionarius tenetur ad onera pro rata pensionis, quando onus respicit ecclesiam, secus si personas quod est notandum.

15 Decimooctauò, † valet argumentum ab absurdo, tam de iure ciuili, ut in l. siue hæreditaria. in fi. ff. de negot. gest. l. nam absurdum de bonis libert. quam de iure canonico. c. uenerabilem. & c. in Genesi de elect. c. solitæ ubi Panorum. in 4. not. de maiorit. & obedien. & c. cum satis sit absurdum. de offi. Archidiaco. c. quærimoniam. cum aliis similib. de iure patro. Et lex debet restringi ne sequatur absurditas, uel etiam extendi, ut uitetur glos. in Clem. fi. de rescript. plenè Nicol. Enerar. in locis legal. in argu. ab absurdo. sed absurdum est unum commoda capere, & alium onera

ra habere.l.is qui in potestate. §. fi.ff. de leg. præstand. quod esset si pensionarius non solueret pro rata, quia ipse commodum reciperet, & rector onus haberet, quod non est dicendum.

16 Decimononò, illa † opinio est tenenda quæ æqui tate fundatur, maxime naturali. l. placuit.ff. de iudic. vbi doc. & glo. in regul. cancell. 13. Neuisa. in sylua nuptiali limita. 4. an communis opinio sit tenenda. Quæ ergo ratio patitur, quod prælatus soluat Papæ decimam omnium fructuũ, qui habet multa onere & pensionarius habens pensionem nitidam, titulo lucratiuo, sit immunis, ab omni onere decimæ, vtique non video, sunt verba Cacialup. in de tract. q. 17.

Vltimò, etiam curatus tenebitur soluere totam decimam, vel aliud onus reale, quia beneficium est integrum penes eum, cum onere præstãdo. Cum ipse omnes etiam recipiat fructus, detracta tamen portione pro rata quam exoluere debet pensionario. Vnde pensionarius non tam dicitur illa soluere, quàm eam non capere l. pe. §. vtrum. ff. si quid in fraud. patro. l. dotis. quidem petitio. C. de collat. sicut aliquando quis dicitur non quærere, sed non perdere l. vlt. in princi. & l. qui autem. ff. quæ in fraud. credit. Et sic consuluit, Oldrad. Consil. 168. ad primam quæstionem in fine per tex. in l. id autem. in fi. ff. ad leg. falcid. & l. non dubium. & l. seq. & l. ex asse. ibid. l. vna. §. si verò. non omnes C. de cadu. tollen. possunt tamen distributores colligere vtrunq; in vnũ possunt, etiam diuidere dummodo ad tantum ascẽdat coniunctum quantum ambo inuicem separata. Bal. consil. 205. in

17 caus. in fi. vol. 3. sed tutius est qđ † rector vel prelatus totum soluat, ne iterum cogatur soluere, pro pensionario, fortè qui nihil habet. Et quia non possidet beneficium, non cogeretur. Ideo interest curatum totum soluere & postea pensionario pro sua parte computare.

Non refragatur quod secundum aliquos si quotam fructuum reciperet pensionarius, quod tunc teneretur, secus si pecuniam cum super fructibus beneficij reparationes, & alia onera imponantur. Respõ

18 deo, siue † imposita fuerit in pecunia siue in fructu oĩ casu tenetur pensionarius ad onera pro rata, quia ista pensio, in pecunia succedit loco fructuum, & in locum illorum subrogatur, & largè dicitur fructus. Bald. in l. si traditio. in fi. & in l. fructus. C. actio. de empt. Calca. d. consil. 120. col. 2. sed subrogatum debet sapere naturam eius in cuius locum subrogatur. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cauti, & quia per pecuniam omnes aliæ res æstimãtur. l. si ita fideiuss. ff. de fideiuss. & omnia taxantur per pecuniam. d. Clem. 2. ob id debemus idem iudicare, siue in pecunia pensio recipiatur, siue in parte fructuum.

19 † Nec obest. text. in l. 1. C. de anno. & tribut. lib. 10. vbi annonas debet, is tantum soluere, qui fructus recipit non qui pensiones habet, vt dicit ibi gl. Respon. quòd ille text. loquitur in solutione annonæ quæ ex fructibus fieri debebat. vt in rubr. illius tituli patet, ob id qui pensionem recipit non soluit annonam ex fructibus, cum illos non habeat, secus est in decima Papali quæ soluitur in pecunia. Et pensionarius pecuniã recipit, ergo de pecunia soluat. c. 2. de decim. Ex quibus concludo pensionarium teneri pro rata, tam ad decimam quàm ad reparationes ecclesiarum, & ad alia subsidia quæ non recipiunt personas. Et his subscripsi.

RESPON. CXXVI.

De prouiso an sit curatus, an vicarius perpetuus.

SVMMARIVM.

1 *Prouisus, quod sit curatus, ex sua prouisione patet, & ex eo quod longo tempore, ut curatus habitus fuerit.*

Beneficij qualitas, per tempus quadraginta annorum, immutari potest. ibidem.

2 *Institutus, & prouisus de beneficio, in dubio præsumitur curatus.*

Ecclesia una, duorum esse non potest. ibidem.

3 *Curatum ultra prouisum, qui se dicit, illud probare debet.*

4 *Capella, quando alicui est data, vel altare, tunc, est & cura data censetur.*

5 *Ecclesiæ status, an immutetur, per vocationem hic ab Episcopo factam.*

6 *Transactio curati prædecessoris, non ligat successorem.*

TRes, ex hoc processu inuenio dubitationes prima est, an magister Iacobus de Marguetel, prouisus de cura seu uicaria de Montehugonis sit curatus, uel perpetuus vicarius.

Secunda, si sit vicarius, an noualium decimas petere possit, non obstante transactione per predecessorem facta? & an transactio ad noualia extendatur.

Tertiò, si extendatur ad noualia, an saltem curatus congruam portionem petere possit in subsidium.

Veu le proces entre les Cantre, & chapitre de Constances, demãdeurs en cas de saysine, & nouuellete' contre maistre Iacques de Marguetel cure' de Nontuchon defendeur, semble que ledict Cure' defendeur, comme cure' se peult defendre contre lesdicts dẽmandeurs, touchant les nouales, ueu qu'il est en possession de ladicte cure dudict lieu, & que la transaction faicte par son predecesseur est personnelle, que ne oblige le successeur, à ceste cause les noualles luy doibuent appartenir. Attendu mesmement la modicite' de la cure, & qu'il est fonde' de droict commun. Delibere' à Paris ce 12. Decembre. [Viso processu inter Cantorem & capitulum Constantiæ, petitiones in materia interturbatæ possessionis contra magistrum de Marguetel Curatum de Nontuchon defensorem, uidetur dictum curatum defensorem, ut curatum se posse defendere contra dictos petitores, quantum ad nouales attinet, quandoquidem in possessione est dictæ curæ prædicti loci, & quòd transactio per suum prædecessorem facta, sit personalis, quæ successorem non obligat. Quare nouales ad eum pertinere debent. Cõsiderando imprimis exiguitatem curę, & quòd de iure communi fundata sit. Deliberatum Parisiis. hoc 12. Decembris die.]

Præcipuum dubium est, quia capitulum Constantien. dicit se curatum, prouisus d. Iacobus Marguetel contrarium asserit. Quæritur quid iuris. Et quod

1 dictus Iacobus de Marguetel, † prouisus sit curatus: patet ex sua prouisione, ubi dicitur quòd fuit prouisus de cura Montehugonis. Etiam quia sic longo tempore fuit habitus, & reputatus curatus, & per tempus quadraginta annorum potest immutari qualitas beneficii c. cum de beneficio. ubi etiam glo. & doct. de præben. in 6. Et quia in transactione etiam fuit habitus ab ipsis cantore, & capitulo Constantien. pro curato. & sic nominatus fuit; & ideò illa nominatio illis

lis præiudicat per tex. in c.ex ore. de his quæ fiunt à maior. parte capitul. & ibi Panorm. in 4. not. & in c. cum ad nostram.in 1.not.de elec.saltem ex illa nominatione transfertur onus probandi in aduersarios, ut dicit gl.in c.Michael. de filiis presbyter. Calcan.consi. 36.visis. num. 21.

2 Item regulariter † institutus, & prouisus de beneficio in dubio præsumitur curatus,quòd simul atque prouisus est de beneficio, & illud acceptauit, ius in re habet, illud beneficium obtinere dicitur. c. penul. & fin.de concess.præbend.in 6.Archidia.in c. si gratiosè. col.1.de rescrip. illo lib. Et ratione illius prouisionis omnes fructus illius beneficii, ad eum spectant,& dominus est fructuum. c.uno.ubi doct.de cleric. non residen. in 6. ideò non possunt ad alium spectare. Cum una ecclesia duorum esse non possit.c.cum non igno-
3 res.de præbend.& ideò is qui dicit se † curatum ultra prouisum oportet quod probet, quia sufficit prouiso ostendere se prouisum, siue per institutionem,collationem, uel alio modo.c.cum in illis. de præbend. in 6.§.1.& seq.

4 Præterea, ubi † data fuisset capella uel altare ecclesiæ Constantien. uel alteri,tunc cura data censeretur. c.altaria.ubi doc.1.q.3.c.cum &plantare.§.in ecclesiis. de priuileg. Sed in donatione facta ecclesię Constantien.non data fuit. ergo ipsis non censetur cura data.

Adhæc, si unita esset ecclesia, & fructus ecclesiæ Constantien.tunc censeretur cura spectare ad illos qui habent ecclesiam, & fructus.c.exposuisti.ubi glo. & doct. de præbend. sed non sic est in isto casu ubi episcopus dedit duas gerbas, ut uerbis eius utar. Ergo non censentur curati.

Insuper, oporteret etiã probare quod capitulum Constantien. uel aliquis celebrauerit in dicta ecclesia de Montehugonis, tanquam curatus, & hora qua solebat uicarius celebrare. Et sic quod exercuerit curã, alias non prodest.c. extirpandæ.§. qui uerò. ubi doct. de præb. sed capitulum numquam exercuit aliquod ius in cura prædicta. Ergo curati dici non possunt.

5 Postremò, non refragatur quòd † Episcopus uocet uicariam in donatione decimarum facta ecclesiæ. Respondeo non facit illa uocatio uicariam, nec immutat statum ecclesiæ.arg. clemen.fin. de senten. excommunicati. Lapus alleg. 7. disceptat.imò non potest mutari status ecclesiæ ex causa.c.cum omnes,ubi Doct.de constit.c.pastoralis.de priuileg. Et in hac mutatione requiritur quòd hoc exprimatur, ut Petrus de Perus. uult in suo tract.demutat. status ecclesiæ quæ uoluntas hic non apparet. Et ideo patet quod dictus de Marguetel debet dici, & nominari uerus curatus, prout est. Et ob id decimæ nouales ei debentur, non obstante † transactione quæ non obligat suc-
6 cessorem.c. ueniens.de transact.alia ob breuitatem tẽpori scribere non potui repentinum nuntii discessum. Sed his subscripsi. Parisiis. Anno 1547. die 13. Decembris.

RESPON. CXXVII.

De decima decimæ.

SVMMARIVM.

1 *Decimam decimæ concederis, quid concedere uideatur. Experto artis credendum est, ibidem.*
2 *Decima differt à decennali, uel decennio.*
3 *Decimaria, quid sit.*
4 *Communis usus loquendi est attendendus.*

1 IN casu proposito,quidam † concessit decimam decimæ: quæritur, quid videatur concessisse. Et in ista quæstione quia agitur de declaratione vocabulorum, & regula iuris est, quòd vnicuique in sua arte credendum est. Primò rusticis, quando agitur de arte illorum. tex.in l.si chorus.cum similibus. ff.de lega.3. glo.in §. præterea.in ver.longiori.inst.de reo.diuis. Et illam ad hoc ponderant Ange.& Porc.Item,an aliqua sit prægnans, vel corrupta statuo iudicio obstetricũ & mulierum expertarum.l.1.& ibi Bart. ff.de ventro inspiciend.Item iudicio Medicorum,&Chirurgorum debet stari quoad uulneratum, an uulnus sit lætale, uel non l.semel. C.de re.militar. lib.12. c.significasti.in 2. de homicid. Etiam creditur tabellioni de sua scriptura,quando habet debitam formam, uidelicet testes, & alia requisita. text.in l. si decurionibus. in fin. C.ad leg.Cornel.de fals.declarat.Alex.consi.147.nu.6.in 6. uol.Item seruienti, in his quæ ab officio dependent, ut citasse.Barto.in extrauag.ad reprimendam in uerb. per nuntium quomod.in læsę maiest.crimi.procedat Luc.in l.1. de curios.lib.10.Item mensori, de offi.suo. l.si irruptione. §.1. ff.fini.regund. Item Fabro, & Architectori de fabrica.in authen. de non alienand. §.qđ autem dictum, magistro militum, de milite. l.1.C.de offic.magistri milit. Doctor. de discipulo. l.medicos, & ibi Docto. & l.si quis. C.de professo.& medi.lib.10. Et generaliter unicuique in sua arte credendum est. c.ut constitueretur.50.dist.Ergo cum hic de uocabulorum disceptatione tractetur, primò referam opiniones grammaticorum, secundò legistarum, tertiò canonistarũ, & his uisis credo quòd casus noster erit lucidus. Primò, dicit Symp. in uerb. decima, quòd
2 † decima differt à decennali, uel decennio: nam decennium est spatium decem annorum, decima est pars una, ex decem. allegat Plautum, ut decimam solueret Herculi,inde decimare,id est decimam partem detrahere,ut in Euangel.uæ uobis qui mẽtam,& omne olus decimatis,& sequitur Calep. in uerb.decima, & nunc uenio ad legistas. Et primò habemus dictionem dena quæ significat decem,ut habetur in procemio digestor.§.hæc autem tria, & ibi glos.in authent. causa,quæ sit in titul.de episc.& cleri.& hoc propriè: impropriè pro decem.l.si ita.stipulatus fuero à Titio, & ibi glo.ff.de uerbor.obligat. l.si quis testamento.in prin.ff.de leg.1.& ibi Alber. & Ias. (qui hoc limitant) licet uidere, ideo non scribo, sed non est sic in nostro casu, in quo sit mentio decimariæ, quæ significat locum ex quo percipitur decima. Et non decima decimæ, sicut dicebatur. Et probatur iure ciuili per tex.in l.auibus.ff.de leg.3.& glo.in uerb.auiaria.declarat dici
3 debere locum in quo aues remanent,ita &† decimaria locus dicitur in quo decima percipitur. Item columbaria, siue columbarium, dicitur locus ubi inhabitant columbi, ut declarat Cæpol.in tract. de seruit. urban.prædio.c.77. sic & decimaria locus dicitur. In quo percipitur decima declarat.Io. Sanxon.in cõsuet. Turon.in rubr. *des droicts de Chastelins, art premier.* Ibi declarat de Piscaria, quæ dicitur locus in quo pisces reponuntur. Item leprosaria dicitur locus, ubi leprosi nutriuntur. Clement. quia contingit de religios. domib. Sic & decimaria locus in quo decima percipitur. Item probatur per text.in capit. conquerente. de offic. ordin. ubi episcopus olim percipiebat quartam decimæ: sed hodie, plenè quartam. not. in cap.de quarta.de præscript.Panormit.in capit.1.& capit.cùm contingat. de decim. Item uinarium locus in quo bestiæ feræ includuntur. l. usumfructuarium. §.si in

§.si in vinarijs,& ibi glo.ff.de vsufruct. sic ergo est differentia inter decimam decimæ, & decimam decimariæ, per d.c.conqueren.

4 † Item probo à communi vsu loquendi, qui est attendendus. l.Labeo. §.1.in fi. ff de supellect.leg. Imò aliquando præfertur proprio significato. Bar.in l.non dubium.C.de legib & d.l.Labeo. & sic probatur: nã appellatione fratrum soli mendicantes veniunt, propter communem vsum loquendi, secundum Pan.in c.causam.in 1.de iudic.in 2.col. Item licet vidua dicatur quæ nunquam fuit nupta.l.malum. §.vidua. ff. de verb.sign. Tamen communis vsus sic habet, quòd intelligatur de ea cuius maritus est mortuus, inde etiã Bar.in l.1.in prin.ff.de suis & legit. dicit quòd licet appellatione bestiarum veniant ferç, vt Leones & Vrsi. l.1.§.bestias.ff de postul. Tamen ex communi vsu loquendi, bestiæ appellantur etiam domesticæ: sed cõmunis vsus se habet, quòd dicitur in decimaria sancti Ioannis, id est, in parrochia. Et sic stabimus illi communi vsu loquendi, ex quibus concludo hanc quæstionem esse sine dubio, in qua dicitur reliquisse, vel donasse dimidiam partem decimariæ: nam debebitur decima pars fructuũ dimidiæ partis illius decimariæ, id est illius loci. Et sic salua correctione cõcludo.

RESPON. CXXVIII.

De decimis tempore indulti.

SVMMARIVM.

1 *Probatio temporis immemorialis habet vim tituli, ibid. & infra.*

2 *Qualitas iuxta verbo, quando intelligi debeat, secundum tempus verbi.*



SVPER declaratione c.statut.de decim.lib. 6. Dico Abbatem nõ debere probare possedisse decimas tempore indulti, & hoc
1 propter tempus † immemoriale probatũ, quia satis est probatum præsumptiuè, per ea quæ no. Barb.consi 35.sapienter.in 2.vol.Fel. & alii. in c.cum nobis.&.c.si diligenti.de præscrip. Cum illa probatio habeat vim tituli l.hoc iure.§.ductus aquæ.ff.de aqua quotid. c.super §. præterea. de verb sign. Io.Francisc. Bal.in tract.præscr.in 2.parte. 3.partis principalis.

2 Nec obstat ꝙ † qualitas iuncta verbo debet intelligi secundum tempus verbi.l.si in delictis §.si de tracta.ff.de noxal.actio quia hoc verum, nisi sit probata præscriptio tanti tẽporis, vt in casu nostro latius dicã, quando per otium licebit: sed pro nũc me subscripsi.

RESPON. CXXIX.

De decimarum præscriptione.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia contra ecclesiam præscribit spatio quadraginta annorum.*

2 *Capit. primum de præscriptionibus. lib. 6. declaratur.*

3 *Præscriptio temporis immemorialis habet vim tituli.*

4 *Præscriptione antiquarum decimarum, non sequitur præscriptio futurarum.*

5 *Præscriptione immemoriali probata præsumitur titulus, & bona fides.*

VISO facto mihi proposito, dico abbatem ius percipiendi decimas acquisiuisse, ex il
1 la præscriptione probata nam † ecclesia cõtra ecclesiam præscribit spatio quadraginta annorum.c.de quarta.de præscript.

2 Nec obstat † c.primum.de præscrip.lib.6. vbi quãdo ius commune est contra præscribentem requiritur titulus, sicut in præscriptione decimarum in altera parrochia, quia habet locum in prescriptione quadragenaria. Secus si sit præscriptio immemorialis, quæ idem est quòd præscriptio tanti temporis cuius memoria in contrarium non existit, & dicitur centũ annorum. Cepol.in tract.de seruitutib. vrba.prædior. c.19.in prin. Licèt contrarium teneat Felin.in c.ad audientiam.col.vlt.in 5.limit. de præscript.sicut in casu
3 nostro.in quo est probata præscriptio † immemorialis, ergo non requiritur allegatio tituli.tex.in c.1.in fi. Cardinal.consi.114.dico Petrum.&c.in fi. Fel.in cap. si diligenti. col. 7. in noua restrict. de præscript. Quia spatium tanti temporis, loco tituli legitimè constituti habetur. l. hoc iure. §. ductus aquæ. & ibi glo.ff.de aqua quotidia.& habet vim priuilegii. cap.super quibusdam.§.præterea.de verb.sign. Bald. in c.1.quæ sint regal. Alex.consi.6.viso themate.col.1.in 1.volum.& consil.74. videtur.col.2. in 4.volum. Panor.in c.cum nobis olim. de præscript. & c.per venerabilem. col.3. qui filii sint legitimi.Ias.in l de quibus.col.13. ff.de legib. Et ideo indultum potest operari quantum ad noualia, de quibus loquitur. Nam licet decimæ noualium
4 sint eiusdẽ iuris cuius sunt antiquæ. Tamen † ad prescriptionem antiquarum nõ sequitur præscriptio futurarum. c. cum contingat.de decim. & ibi Panor. in vlt. notab.assignat rationem, quia in præscriptione debet fieri stricta interpretatio, cum ueniat ad detractionem iuris alterius: nam tantum censetur præscriptũ, quãtum possessum.l.j.§.Iulianus.in 1.ff.de itiner actuque priuat.& ibi Bar.& Bal. in l.cum de in rem uerso. col.fi.ff.de usur.& authen.qui rem.col.ult.C.de sacrosanct eccles.Panorm.in c.auditis col.2.de præscrip.& ibi plenè Feli.& Panor.in c.cùm olim.& c.cum contingat. de decimis.

Nec curo, an possideret tempore indulti, uel non,
5 quia cum sit † probata præscriptio immemorialis, præsumitur titulus & bona fides, etiamsi non allegetur, quia tanto tempore præsumitur ab authoribus suis iuste possessum. Innocen.& Bald.in c si diligenti. de præscrip.& hæc præsumptio est iuris, & de iure, quæ non recepit probationem in contrarium, licet admittatur probatio, quod non sit lapsum tantum tempus. Felin.in c.cum uobis.col.3.de præscrip.

RESPON. CXXX.

De decima & eius sequela.

SVMMARIVM.

1 *Verba legis vbi conueniunt, ibi & eius dispositio conuenit.*

2 *Verbis legis recedendum non est, nisi aliter de mente appareat.*

3 *Consuetudo generaliter loquens comprehendit etiam personas priuilegiatas.*

4 *Dispositio generalis omnes casus includit, licèt maior ratio videatur in vno, quam in alio.*

5 *Renuntiatio beneficij non extenditur ad casum, si conferatur de nouo.*

Actus ad incogitata non debet extendi. ibid.

6 *Exemptus delinquens in loco non exempto, potest puniri per ordinarium loci.*

7 *Opinio faciens religioni, & ecclesiasticis personis, & in dubijs sequenda.*

SVPER facto præmisso, à nobili, & genere, & literis, & uirtutibus Consultus. Licet ut adagio dicitur frustra Herculi. Attamen ut ei, quàm summopere mortem geram, summam capiam, ut medium habeam, breuique opinionem subscribam, uidelicet locum esse sequelæ per uenerabiles canonicos sancti Cirici de Issolluno,
1 quod sic probatur. Vbi conueniunt † uerba legis, uel consuetudinis, ibi conuenit eius dispositio, &ècontra tex. solennis. in c. indemnitatibus. §. supradicta. ibi, cum in ipsis hoc locum sibi uendicare nequeat. de elect. lib. vj. Bart. & alii in l. 4. §. prætor. in fin. de damno, infect. ff. in uersic. totiens Felin. in c. nonnulli colum. 31. uersic. ubi uerba de rescrip. Barba. consil. 73. magnanimus. col. 1. in 4. vol. Ias. in l. si is qui. colum. 2. ff. ad Trebell. Sed uerba consuetudinis conueniunt, & adaptantur ad casum hunc, ergo & eius dispositio locum habebit, quòd adaptentur uerba consuetudinis probatur in rub. *Des coustumes prediales* arti. Item *suyte de disme a lieu.* &c. cum artic. sequen. ubi formaliter deciditur casus noster.

2 Secundò probatur: Non est † recedendum à uerbis legis, uel consuetudinis, nisi aliter appareat de mẽte legis. l. nõ aliter. ff. de leg. 3. sed hic non apparet consuetudinem aliter censisse, imo pro casu, ergo illi stabimus, nec obstat, quòd dominus possit sequi suum laborarorem. in aliena parrochia animalibus alibi pastis colentem: sed hic non est suus laborator, ut potè quia domini S. Tirici nil recipiunt, cum sit, exemptus, ergo non poterunt eum sequi. Primò, dico quòd cõsuetudo non loquitur de suo laboratore unius decimariæ ad aliam transeunte.

Item nec obstat, quod sit exemptus & priuilegia-
3 tus, quia † consuetudo generaliter loquens comprehendit etiam personas priuilegiatas, l. in fraudem. §. fi. ff. de test. milita. & ibi Bal. not. Dec in l. 1. ff. de reg. iur. l. si certis annis. C. de pac. Ergo ille articulus quòd sit locus sequelæ, habebit locum in casu mihi proposito.

4 Præterea, † dispositio generalis omnes casus includit, licet maior ratio uideatur in uno casu, quàm in alio. l. 1. §. quod autem. ff. de aleæ lusu. l. fin. §. 1. de aur. & arg. leg. Dec. consil. 5. in causa dominę. Consequẽs igitur est ut dispositio generalis consuetudinis, licet maior sit ratio, in non exempto, quàm in exempto, habebat etiam locum, in exempto. Adhęc facit, quia uenerabiles sancti Cirici eximendo, uidentur eum eximere in eorum parrochia, non extra, sicut locum tenens banniendo, seu relegando, uidetur relegare à sua terra. not. in l. fin. ff. de iurisd. omn. iudic. & c. fin. de constit. lib. vj. l. nec auus. C. de emancipat. liber.

Nec obstat quod postquam uenerabiles canonici exemerũt illum laboratorem, ergo nil ab eo debent petere, siue in parrochia eorum, & multòminus in aliena, dico quòd exemplum eorum non comprehẽdit illum casum, in consuetudine comprehensum
5 arg. c. 2. de renuntiat. ubi † renunciatio beneficii, non extenditur, ad casum si conferatur de nouo, nec renũciatio filiæ facta de bonis paternis, extenditur ad casum, quando instituitur per patrem, & ei de nouo obuenit hæreditas. Bar. Alexan. & alii in l. stipulatio. hoc modo. ff. de uerbor. oblig. dixi. in repet. c. postulastis. in materia nominationum, in ult. q. num. 328. de cleric. excomm. ministrand. sic & eximendo non uidentur eximere à causa de nouo contingente, quia ad incogitata non debet extendi actus. l. mater. ff. de inofficios. testamen.

Facit quòd hic laborator est exemptus in illo loco de Maurande tantum & non extra, in dubio ista concessio debet præsumi realis. c. cum uenisset. de instit. Bart. & alij. in l. quia tale. ff. solut. matrimo. l. fi. de seruit. leg. Et sic extra illum locum non debet extendi, nam † exemptus delinquens in loco nõ exempto,
6 potest puniri per ordinarium loci. c. authoritate. de priuileg. lib. 6. Cum illa exemptio extra locum non extendatur, sic nec hoc casu, extra uillam de Maurande. probatur in c. ex parte. & c. licet. de decim. ubi priuilegium concessum super decimis laborum non soluendis, non extenditur ad terras alias propriis laboribus non cultas, nec priuilegium, concessum uenientibus ad habitandum in tali ciuitate, non extendetur ad ciues alibi habitantes. Bart. in l. cum emancipatis. §. fi. ff. de bon. possess. contra tabul. & doct. in l. 1. de constit. princip. Sic nec ista exemptio extendetur, quando alibi laborat quàm in loco de Maurande.

7 Vltimò, illa † opinio est in dubiis sequenda, quæ fauet ecclesiæ & ecclesiasticis personis. l. sunt personæ. in fi. ff. de religios. & sumpt. funer. gl. in c. fi. de testam. not. in l. id quod pauperibus. C. de episcopis, & cleric. Roma. in repet. authen similiter. col. 11. ad leg. Falcid. quo circa, ut locus sit sequelæ ecclesiæ sancti Cirici, potest sequi laboratorem in parrochia aliena laborãtem, & ab eo obtinere dimidiam partem decimæ, à dominis uerò de Choday, alteram dimidiam, pręmissè tamen, submitto correctioni melius sentientis, in quorum fidem me subscripsi.

RESPON. CXXXI.

De decima porcorum & succulorum.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ porcorum an pertineant ad rectorem curæ, an ad religiosos.*

Transactio inter rectorem, & religiosos de decimis fieri potest. ibid.

2 *Decima porcorum & aliorum animalium non censetur remissa, licet esset renuntiatum omni iuri decimarum in illis terris, ibid. & infra.*

3 *Consuetudo est attendenda.*

4 *Præsumimus ex his, quæ subsequuta sunt, quid à principio contractus sit gestum.*

5 *Ab exordio tituli posterior formatur euentus.*

IN proposita quęstione, breuiter agẽdo, non uidetur dubium quin ipse laicus teneatur ad solutionem decimæ porcorum, cũ & ipsi sint in fructu, ut est text. in c. peruenit.
1 & in c. non est. de decim. in antiq. Sed dubium est † ad quem pertineant dictæ decimæ, an ad rectorem curæ, an ad religiosos. Et clarum est de iure communi spectare ad ipsum rectorem: sed in proposita questione prima fronte suadetur oppositum propter uerba permutationis initæ ex causa trãsactionis inter rectorem & religiosos, quæ transactio ualet, & fieri potuit de ipsis decimis. capit. ex multiplici. extra de decim. nec potest reuocari in dubium, an iste sit rector, uel uicarius, cum ipsi religiosi contraxerint cum eo, tanquam cum rectore ipsius curæ, non autem tanquam cum uicario, ut ex lectura transactionis apparet, unde satis confiteri uidentur esse rectorem,

l. opti-

l.optimam.C.de contrahend.& committend.stipul. & attendenda est semper qualitas secundum quàm contractum fuit.l.si pater.§.qui duos.ff.de adoptio. Angel.in l.si vt proponis.ff.de inoffi.testa.omnis igi-
2 tur difficultas oritur ex verbis transactionis, † & pro religiosis facit, quia rector in parte ipsis à se tradita renuntiauit omni iuri decimæ, bladi & uini quod in dictis terris haberet, vigore curæ suæ, subiecitque clausulam generalem, & cuilibet alii iuri decimarum, qđ dicto rectori occasione curæ suæ competit, vel competere posset, intra dictos fines, quæ verba, cũ generalia sint, debẽt generaliter intelligi. l.de pretio.ff.de public.in rem actio, & ẽt consequẽter ad istud ius trahi.

In contrarium facit, quia illa uerba intra dictos fines arguunt de decimis tantum prędialibus actũ esse, quia illæ intra fines propriè continentur, non autem de personalibus, vel mixtis, quæ ex lucro animalium, seu mouentium proueniunt.l. Gaius.ff.de leg. 2.l.si fideicommissum. §. 1. ff.de iudicib.l.fi. C.de præscrip. long.tempor.dato enim quod pro animalibus debeat solui decima in eo loco in quo pascuntur, secũdum glos.in c.ad apostolicæ ex de decim. Tamen cum iste locus sit etiã de parrochia licet assignatus religiosis, ius parrochiale saluum est, exceptis decimis de dictis terris. At istæ non sunt de terris, sed de animalibus. d. l.Gaius. & l.stipulatio hoc modo in fi. ff.de verbor. oblig.Bal.cõsil.232.in fin.in 2.uol.vnde in dubio pronuntiandum est pro dicto rectore cui ius commune assistit, vt est gl.in l.omnis.de reg.iur.Bar.in l.quotiens ff.si quis cautio.& per Dec.in l. 1.ff.de regul.iur. fortius me mouet consuetudo ex post subsequuta, ex qua apparet quo dictus rector semper ab illa transactione citra, percepit dictas decimas animalium, per
3 quindecim annos cõtinuos, † quæ consuetudo maximè in istis decimis est attendenda. d.c.ad apostolicæ. & c.cum sint eod.titul.nec est dubium per talè tempus consuetudinem censeri approbatam. Cum etiã ex solis decem annis inducatur vt est communis opinio, post Bart.in l.de quibus. col. 3.ff. de legib. & l.1. C.quæ sit long.temp.consuetud.cum igitur talis consuetudo sit subsequuta declaratur retro quid ipsi contrahentes senserint.

Pro qua conclusione, facit regul. l. sed Iulianus. §.
4 proinde. ff.ad Macedo. † vbi ex his quæ deinde subsequuta sunt pręsumimus, quid à principio contractus gestum sit, quòd decidit Bar.in l.cętera.§.fi.ff.de leg.1. Et Ludouic.Rom.consil.353.
5 Facit etiam quod solet dici, † ab exordio tituli, posterior formatur euentus. l.vna. in fi. C.de imponend.lucrat.descrip.lib.10.& quod habetur in l.quædam mulier. ff.de rei uend. vbi possessio præsumitur ex præambula forma perseuerandi.l.pen.ff.de usucap. pro leg.l.si à te.ubi Bal.ff.si seruit.uendicet.& actus sequens, in executionem eius quod à principio tractatum est, intelligitur factus.l.3.§.unde quæro. ff.de manumiss.l.qui in aliena.§.si is qui putabat.ff.de acq.hęredit.p Ias.in l.post dotem. in lectura.diui.ff.solut.matri.

Facit etiam alia regula quod in is qui habent se, ut finis ad initiũ, tunc per modum declarationis ex post facto præsumitur in pręteritum. d.§.proinde.& l.litibus.C.de agrico.& censib.lib.11.ubi si colonus respõne meo, & ibi glos.in uerb.colonorum quæ hoc intelligit, dummodo responderit per decennium, seu longum tempus.facit.l.si filius C.de petitio.hæredit. & not.in l.1.C.qui admit.& Petrus de Anch.in regul. semel malus.de reg.iur.in 6.ubi conclu dit id produci per modum declarationis, non autem pręscriptionis. ergo non requiruntur necessario tempora quę præscriptioni sufficiant, & ita mihi uidetur saluo semper meliori iudicio. Alciatus.

RESPON. CXXXII.

De eadem decima contra Alciatum.

SVMMARIVM.

1 *Decima succulorum per renuntiationem cum clausula generali hic posita, an remissa censeatur.*
2 *Transactio generalis, generaliter est intelligenda.*
Transactio extenditur ad incogitata, quando verba transigentium hoc important. ibidem.
3 *Verba in dubio debent aliquid operari.*
4 *Aequalitas in dubio esse debet.*
5 *Mixtum regulari debet sicut prædiale.*
6 *Contra transactionem iuratam, quis uenire non potest, & si venerit incurrit pœnam.*
7 *Decimas, qui sine monitione non obtulit, peccat.*
8 *Actus sequens, quando transactionem declaret.*

1 NON possum non mirari, cum collega appellet permutationem transactionem factam, inter rectorem & monachos, nam † rector renũtiauit omni iuri decimæ bladi, & vini, quòd in terris religiosorum haberet, subiecitque clausulam generalem, & cuilibet alii iuri decimandi, quòd dicto rectori occasione suæ curæ competit, uel competere posset, intra dictos fines & etiã concludat, nunc rector petit decimas succulorum, ꝙ possit, conclusit collega. Attamen ego cum in consilio essem, dum causa agitabatur contrarium tenui, & omnes sequuti fuerunt consilium meum, & secundum meam opinionem fuit iudicatum, tum quia
2 † transactio est generalis, ergo generaliter intelligi debet l.sub pretextu.C.de transactio. Alexan.consil.42. in uol.1.sed in transactione sunt illa uerba, & integrè concessit omne, & quodlibet ius, ergo & de iure decimandi succulos intelligetur. Nam etiam transactio extenditur ad incogitata, quando uerba transigentiũ hoc importarent.d.l.sub prætextu.2.& l.fi.§.idem quę siit.ff.de conditio.indeb.Bar.in l. Aurelio.§.Gaius.col. ult.de liber.legat.dixit in l.una.in 1.nota.ult.limi.C.de sentent.quæ pro eo quod inter profer.
3 Item verba in dubio debent aliquid operari.l.si quãdo.ff.de leg.1.c.super his de priuile.sed hic nil operarẽtur illa uerba generalia, nam per illa uerba bladi & vini intelligebatur de prædialibus. Ergo, & per illa uerba generalia, & quodlibet ius intelligetur, etiam de omnibus aliis, alioqui generalitas nil operaretur.
4 † Item æqualitas in dubio esse debet.in authent. ęqualitas. C.de pact.conuent.sed monachi remiserunt ius decimandi succulos rectori. Ergo rector uidetur eisdem remisisse, intra eorum fines, nec obstant in cõtrarium adducta. Primò, quia illa uerba intra dictos fines, arguunt de decimis prædialibus, non de personalibus uel mixtis, dico contrarium. Primo, per text. in l.1.& ibi Bart.ff.de offic.præfect.urb. ubi præfectus, põt punire crimina facta intra urbem, siue sint personalia, siue realia, dummodo intra urbem facta sint, sic & hic rector uidetur remittere omne ius decimandi, quod intra fines monachorum potuisse recipere. d.l. Gaius.de l. 2. facit contra eum si rectè inducatur.
5 † Item mixtum debet regulari sicut prædiale.l.pecoris.ff.de seruit.rustic. prædior.l.2.C. de verb. signifi.

itaque sicut remisit prædiales, secundum collegam, ergo, & mixtas, & sic ius succulorum.

6 Item non † potest uenire qui contra transactionẽ, & si uenerit incurrit pœnam.l.si quis maior.C. de trãsactio.& id præcipuè quando fuit iurata.

Nec obstat: quod postea, per 15. annos rector percepit, quia non inuenietur. Et esto, tamen illa, (quã uocat) consuetudo, non ducitur præscripta. Et sic non ualet.c.cum homines de decim.glo.in c.fi.de cõsuetud.lib.vj.no.in c.de quarta de præscript.

7 † Imo peccat qui non obtulit decimas, sine monitione.c.peruenit.in 1.de decim. Et ibi Panorm.expressè decidit.de præbend.

Non obstat.l.Iulia §.prouide,ff.ad Maced.ubi ex sequẽtibus præsumimus quòd à principio gestum fuit, hic non oportet præsumere quia clarum est, quod actum est. Nam remisit rector omne quolibet ius decimandi, & sic nihil sibi retinuit imputetur, ergo sibi cur non retinuit ius decimandi succulos, si postea uolebat illud ius exigere.

Item, posterior formatur euentus ab exordio tituli.l.vna.C.de impo.lucrat.descrip.lib.10. quod facit ꝓ nobis. Nam ab exordio transactionis posterior euentus scilicet, quod succuli debeãt recipi per monachos intra eorum fines formatur,& declaratur per transactionem.

8 Nec obstat quod † actus sequens declaret transactionem, quia uerum esset, quando esse dubia: sed hic non est dubia, quia generaliter omne ius remisit. Ergo finis ad initium referetur, scilicet ad generaliter intelligendum dictam transactionem, sicut est confecta. Alia multa adduxi.quorum non sum memor, & sic concludo rectorem intra fines religiosorũ non posse decimam succulorum percipere, & in testimonium premissorum me subscripsi. Et ita fuit apud Bituriges iudicatum.

RESPON. CXXXIII.

De decimis, quarum incapaces sunt laici.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum uti possidetis non datur detentori.*

2 *Laicus decimas possidere non potest, nec pro his iudiciũ possessorium intentare.*

Possessio eiusdem est naturæ, cuius est proprietas, ibidem.

3 *Laicus petens restitutionem decimarum, uel aliorum iurium spiritualium non auditur.*

Possessio euidenter iniusta non causat possessorium, ibidem.

4 *Laicus, ut non est capax super proprietate decimarum, ita nec super possessione.*

5 *Text. in l. 11. ff. uti possid. declaratur.*

6 *Detentori, quando competat remedium possessorium.*

7 *Possessio decimæ unius fundi, non extenditur ad alium fundum.*

8 *Decimarum concessio non extenditur ad nouales.*

9 *Transactio de decimis facta inter rectorem, & laicum, non ualet absque authoritate superioris.*

10 *Venire contra factum proprium quis potest, quando est contra legem, & est nullum.*

11 *Litteræ rescissoriæ impetratæ à curato, super transactione à se facta annullanda.*

12 *Alienans bona ecclesiæ ea repetit.*

13 *Subtrahere se ab onere publico per iuramentum quis non potest.*

Iuramentum, contra utilitatem ecclesiæ præstitutum, non tenet. ibidem.

14 *Decimarum acquisitio, post consilium Lateranense non valet.*

15 *Possessio ex contractu inutili in rebus prophanis transfertur.*

16 *Parrochiani interest non soluere decimas alteri, quam suo curato.*

17 *Factum publicum cuilibet de popolo competit.*

18 *Laicus contra laicum, quomodo intelligatur posse decimas præscribere.*

DVbiis mihi propositis, breui pro uirili respondens, dico d.de Boys le Roy malè intentasse possessorium retinendæ, super decimis sitis extra territorium, & districtum suum. Primò, † quia interdictum uti possidetis non datur detentori.l.1.§.1.ff.vti possid. vbi dicit possessori dari & §.interdictum ibidem dicit prædij possessorem tueri, non detentorem, ut est laicus super decimis, vt infra dicetur.

2 Item, † laicus non potest possidere decimas, ergo nec iudicium possessorium intentare, probatur in c. causam. de præscript. ubi laicus non potest possidere decimas, quas obtinuit post consilium Lateranens. sic nec iudicio possessorio se iuuare: nam sicut laicus non potest habere proprietatem iuris decimãdi, ita nec possessionem quia possessio est eiusdem naturæ cuius est proprietas. Barba. in c.2. col.6. de iuram. calum.per d.c causam, & est quid iuris. l.per ægrè. ff.de acq.possess.no.in l.1.illo tit.& in rub.de caus.posses.& d.de Boys le Roy, confitetur se habuisse anno millesimo, quingentesimo, vicesimo, uigore transactionis, quæ non ualuit, ut dicetur.

3 Item, † laicus non auditur petens restitutionem decimarum, uel aliorum iurium spiritualium, quorũ est incapax.c.ad decimas.de restit.spolia. quia talis possessio est euidenter iniusta, quæ non causat possessorium.no.Inn.in c.bonæ.in 2.de postulat. prælat. refert Panorm.in c.ex parte. col.4. & seq.de restit.spoliat.& quod non debeat manuteneri laicus in decimis habitis post consilium Lateranens. nec iudicium possessorium intentare, expressè consuluit d.Chass. consil.34. vbi videre licet.

Facit vltra eum quod si agatur petitorio super beneficio, non habet locum missio in possessionem, ita nec in possessorio. Arch. & docto.in c.eum qui, de eo qui mittit in possess.in 6. Ergo sicut † laicus non est capax super proprietate decimarũ, ita nec super possessione, non potuit igitur iure possessorium intentare. (4)

5 Nec refragatur tex.† in l.2.ff vti possidet.vbi in hoc interdicto possessorio manutenentiæ nil refert, an iusta sit possessio, an iniusta. Respõdeo loqui in prophanis, & in illis qui iustè possiderent aduersus alios, vtpotè, clam à me quis habuit possessionem, super qua eum turbas, potest iudicio possessorio aduersus te uti, secus quando ius resistit, quod quis habeat possessionem, ut in decimis maximè, & aliis spiritualibus, quæ in laicum non cadunt. c. Massana. de elect. quia tunc benè attenditur an possessio sit iusta, uel sit aliqua.

6 Nec obstat quod † detentori competat actio, quia fateor competere officium iudicis, quando cum uitio amisit detentionem utpotè si commodatario, uel depositario res sit subtracta furto.glo.in l.& ideo §.fi. ff. de

ff.de condict.furt. Bart.in l. Aquilius,in fi.de donatio. & l.rem.quæ nobis.de acquir.possess.& l.fi.§.sed cum secunda.C.de furt.hìc d.de Boys le Roy,perdidit possessionem, quam nunquam habuit, ergo in ea non potest petere se manuteneri.

Nec etiam obest si d.de Boys le Roy,probet in uicinis prædiis possessionem & decimas recepisse, quia
7 & si tamen † possessio non extenditur de fundo ad fundum, licet de parte ad partem eiusdem fundi, sic & qui in uno fundo habet possessionem, non tamen habet in uicino prędio.l.naturaliter.§.nit. commune. ff.de acquiren.possess.& ibi not.do.quia separatorum separata est possessio. ar.l.fi.ff de calumniat. Et quamuis non oporteat obambulare omnes glebas fundi ad acquirendam possessionem illius.l.3. ff.de acquir. possess.tamen bene oportet adipisci possessionem in fundo contiguo antequam eam possim acquirere, vt ibidem dicitur.& Bart.in l. 1. §. si quis in hoc interdicto.ff de itiner. actuque priuat. Imo possidens ius percipiendi decimas, in uno fundo, non intelligitur possidere respectu alterius fundi qui non colebatur vt super hoc consuluit. Panor. consil. 71. casus talis. in 2.vol.& sequitur Felin.in d cap.causam in fi.refert Claud. Aquen.in d.l.3.in princ. sicut in casu proposito licet d. de Boys le Roy, haberet decimas in suo districtu, & eas possidebat, non tamen in iurisdictione alterius, nec interest probari prædia esse in parrochia de Vaux, vel de Bois le Roy, dummodo non probetur esse intra fines dictionis, d.de Bois le Roy, cũ tantũ intra illos fines habeat decimas infeudatas.

Item maximè probatur, quia priuilegium datum, d.de Boys le Roy erat limitatum,vtpotè quod reciperet decimas quatenus extẽdebantur vltra fines suæ ditionis, suæ iurisdictionis. Ergo isti priuilegio sic limitato,nil potuit addi. nec acquir.ar.l.in agris.ff. de acquir.rer. domi. & feudum in dubio præsumitur limitatè concessum. per illum tex.in § si quis de Manso. si de inuesti. feud. controuer.fuer. Et sic tantum potuit beneficium possessorium intentari quatenus extenduntur fines iurisdictionis d.de Boys le Roy, & non ultra, quia priuilegium recipiendi decimas, maximè datum laico est strictè intelligendum. l.1.in fi.ff.de constit.princip.§.sed & quod in princip. instit. de iur.natur.

Item, posito,& non concesso quod vinea nouiter culta esset intra fines, d.de Boys le Roy: adhuc ei non deberentur occasione decimationis,antiquæ, licet in feudum essent, eidem concessæ in dicta iurisdictione de Boys le Roy, tamen ob hoc decimæ noualium, non sunt vsurpandæ,cum in talibus non sit extendenda licentia,sed potius restringẽda.c.tua.§.fi.de decim.
8 † & priuilegium vel transactio concedens alicui decimas non extenditur ad decimas,noualium.c. cum cõtingat.de decim.c.quid per nouale.de uerbor.signific.
9 Nec potest iuuare quædam prætensa † transactio facta inter Curatum de Vaulx, & d. de Boys le Roy, quia super spirituali re facta, utpote super decimis, quæ ob id non ualet, nec compositio etiam facta cũ laico super decimis.c.2.de transactio.maximè sine authoritate superioris.c ad hæc.c.ex multiplici.& c.à nobis.& ibi Doct.de decim. Et sic cum non valeat transactio,poterit Curatus qui transegit uenire contra transactionem tum quia sapit alienationem, & is idem qui alienauit potest contrauenire.c.si quis presbyterorum de reb. ecclesiæ non alienand. tum etiam quia
10 quis † potest uenire contra factum proprium, quando est cõtra legem,& est nullum.ut in hoc casu.Bart. plenè in l.post mortem. ff.de adoptio. Alex. consil. 103.col.4.uersic.nec obstat. in 2.uol.Et sic tam in possessorio,quam in petitorio, poterit idem Curatus de Vaulx nomine ecclesiæ prosequi decimas, super uinea nouiter ad culturam redacta,tum ut dixi,quia nõ ualet transactio, tum etiam quia super noualibus non transegit, nec dicta transactio, ad nouaha potuit extendi, ut supra probaui.
11 Et per hoc remanet soluta altera quęstio, † quod curatus potuit impetrare literas, super transactione annullanda, quatenus de facto processit. Et iudices his literis obtemperare debent.c.si quãdo.de rescript. tum quia iuri conformes sunt, tum quia transactio est nulla. Ideò iuuantibus illis literis nulla declarabitur prætensa transactio. Nec potest obstare iuramentum isti curato, quominus ueniat contra transactionem, per eundem factam, quia iuramentum non obest curato, qui alienauit rem ecclesiæ.c.intellecto. & ibi doct.de iureiurand. Et quando prælatus uel curatus ecclesiæ iurat non reuocare alienata, uel uenire contra, tamen si damnum inferatur ecclesię debet restitui ecclesia non obstante iuramento. glos.in c.1. in uerb.contractum.de in integ.restitutio.lib.6. & ibi glos.non requirit.dispensationem, ergo non requiritur. Panor.in c.2.in fin.de iureiur.
12 Item probatur. Nam † præcipitur prælato & alii alienanti bona ecclesiæ ut ea repetat. cap.si quis presbyterorum, de rebus ecclesiæ non alienand. Ergo istud iuramentum curati de Vaulx, non debet impedire quominus repetat illa malè alienata, per transactionem factam cum domino de Boys le Roy, ultra suã iurisdictionem,alioqui iuramentum esset iniquitatis uinculum, contra.c.quanto.de iureiurand.
13 Item per † iuramentum non potest quis se subtrahere ab onere publico. c.si diligenti.de foro conpetẽ. quod bonum publicum concernit defensionem ecclesiæ.d.c.si quis.& c.si rector.43.distin.Imo iuramentum contra utilitatem ecclesiæ præstitum non tenet. c.sicut nostris.de iureiur.

Prętere a, curatus de Vaulx,primo iurauerat se seruaturum bona ecclesiæ, sicut quilibet curatus debet facere.c.prohibemus.& c.mouemus.cum similib.de censib.Ideo iuramentum postea interpositum super transactione non ualuit, quia contra primum sacramentum.gl.not.in c.licet de iureiur.in 6.c.intellecto illo titul. Et sic curatus debet seruare primum, & nõ secũdum. Et si ad cautelam uelit curatus etiam nunc post litem incoatam petere dispensationem à suo prelato poterit. ut in c. 2. probatur. de iureiur. Cum posset etiam, ut dixi, agere sine dispensatione nomine ecclesię,imo si iudex uellet repellere curatũ tenetur dare curatorem ecclesiæ qui prosequeretur hanc causam.ut not.in c.fin.5.q.3.c.edoceri.de rescrip. Do. & Philip.in c.1.de in integ.restit.

Et sic per prędicta patet d.de Boys le Roy male impetrasse literas super possessoria de decimis, quas dicit acquisiuisse uigore transactionis,factæ post consi-
14 lium Lateranens.nam † nullo modo potest laicus post illud consilium decimas acquirere,nec possessionem super illis. Panor. in cap cum apostolica, de his quæ fiunt à prælat.
15 Nec obest si dicatur quod ex † contractu inutili transfertur possessio.l.1.§.si vir. ff.de acquir. possessio. quia hoc intelligitur in profanis. Et quãdo is qui contrahit nõ esset prohibitus possidere,secus quãdo esset prohibitus,ut in d.c.causam.ideo ex contractu inutili non trasfertur possessio,quia eadem ratio est in dominio sicut in possessione declarat Areti.& Vincẽt.in d. §.si uir.per ea quæ no.Geminia.in c.si.col.2.ut lit.pẽd.

Et sic ex hac transactione inutili non potuit transferri possessio in d. de Bois le Roy, quare vt verbis practicantium vtar, debet deponi à literis nouitatis siue manutenētiæ. Vltima quæstio resoluenda venit, per quā quæritur an d. de Vaulx tanquam parochianus iure se opposuerit literis super possessorio intentatis, pro iure decimandi, illam vineam de nouo cultam, & breui
16 respondeo quod sic, † quia sua interest non soluere decimas alteri quam suo curato, tum quia solueret alteri, quàm deberet, & sic non esset liberatus. l. cum maritum, & l. sequen. C. de solut. tùm quia si amitterentur decimæ, & parum emolumenti resultaret curato, non inuenirentur literis prædicti qui ibidem vellent curam exercere. c. extirpādæ. de præben. & cap. 1. illo tit in 6.

Et dicit glo. in l. iubemus. nulli in §. prædia. C. de sacrosanct. ecclesi. quod in subsidium, cuilibet permittitur, quasi publicum factum vt parrochianis, vel patronis: en ergo quòd parrochianis competit defendere
17 res ecclesiæ. Cum enim sit † factum publicum cuilibet de populo competit l. 1. ff. de instit. & iur. hoc expressè tenet Barb. in d. c. si quis presbyterorum. col. penult. de rebus ecclesiæ non alienan. facit quod ad alienationem rei ecclesiæ reuocandam, quilibet admittitur. tex. & ibi gl. in c. non liceat Papæ. 12. q. 2. tum in fauorem ecclesiæ, tum in odium illius, qui rem ecclesiæ minus legitimè recepit. glo. & docto. in c. diuersis fallatijs. de cleric. coniug. & ibi plenè Anto. & sic d. de Vaulx iuste se opposuit ne solueret d. de Boys le Roy cui non tenebatur.

Dicet quis, laicus potest contra laicum præscribere decimas, & sic possidere. Cardin. consi. 146. notum sit in fi. citat Fel. in d. c. causam. dicens hoc esse singul. sic etiam consuluit. Cum consi. 83. quia causa decimalis. in fi. Io. Frāc. in tract. de pręscr. in quinta parte. q. 7. in fi. Ergo potuit d. de Boys le Roy, possidere decimas contra d. de Vaulx, & sic d. de Vaulx iustè se opposuit.
18 Respondeo † laicus potest præscribere decimas, aduersus laicum. quas laicus iustè possidebat, vtpotè, quia erant ei infeudatæ ante consilium Lateranens. sed si vnus laicus non iustè possidet, sed detinet, vt in casu mihi proposito, non potest alter laicus contra eum præscribere, nec possidere cum vnus, nec alter sit capax. d. c. causam. Et sic concludo, super his d. de Boys le Roy, non potuisse se dicere possessorem, super iure decimarum extra limites iurisdictionis suæ, & sic iudex non debet eum manutenere super hoc iure decimandi, quia eum conseruaret in suo peccato, quod non est faciendum. c. prohibemus. de decim. sed debet eum deponere de effectu suarum literarum, & pronuntiare tam curatum, quàm d. de Vaulx iure se opposuisse. Et sic salua correctione melius sentientis concludo.

RESPON. CXXXIIII.
De præbendarum fructibus.

SVMMARIVM.

1 *Canonicis, qui sine fraude in episcopi sunt seruitio, ex grossis fructibus quidquam subtrahi non debet.*
2 *Distributiones canonici isti non habent, quæ tantum præsentibus debentur.*
3 *Fructus, qui vocantur, portio Priuilegiata, qui in Episcopi seruitio sunt habere debent.*
4 *Distributiones quotidianæ istis canonicis non debentur.*
5 *Consuetudo ecclesiæ in distributionibus quotidianis attendi debet.*
6 *Derogatio generalis priuilegiorum, non comprehendit priuilegia, in corpore iuris clausa.*
7 *Iura edita in concilijs generalibus, facile non possunt tolli.*
8 *Ecclesia non tenetur probare priuilegia, in corpore iuris inserta.*

VISIS statutis ecclesiæ Albiensis, quibus ita cautum est, vt canonici pro grossis fructibus præbendæ suæ habeant & percipiāt omni anno 50. libras Turonens. omnibus
1 æqua lance soluendas, &c. Videtur dicendum, † à canonicis, qui sine fraude in seruitio sunt Episcopi quidquam ex grossis fructibus subtrahi non debere, nec auferri, quod sibi de cōmunitatis beneficio debetur, nisi fortè sint victualia, quæ non consueuerunt absentibus exhiberi. c. de cætero, & c. ad audientiam de cleric. non resident. Debent ergo canonici residentes offerre his qui in seruitio Episcopi sunt, duo tantum esse possunt, vt ibi not. quinquaginta libras pro grossis fructibus, cum grossi fructus taxati sint ad has quinquagintas libras à Papa Benedicto duodecimo, qui statuta illorum condidit. Igitur istos fructus debent hi, qui in episcopi remanent seruitio habere, quia fingun tur præsentes, in d. c. ad audientiam. Ita quidquid communitatis nomine habetur, id est commune est omnibus canonicis tam pręsentibus, quàm absentibus, hoc debent igitur habere canonici isti per d. c. de cætero.
2 † Distributiones tamen isti non habebunt, quæ tantum præsentibus debentur, vt cultus diuinus præsentibus augeatur. c. licet. de prębend. & in c. unico. de cleric. non resid. in 6. Etiam statuta eiusdem ecclesiæ Albiensis, & in rubr. de distributionibus canonicorum, dicunt, quod quilibet canonicus præsens in choro distributiones habeat, &c. Ergo absentes eas habere non debent, etiam si sint in seruitio Episcopi, & ideo non debent victualia habere, id est quæ ad uiuendum singulis diebus in pane, & vino dantur. d. c. de cætero. Et nec anniuersaria habebunt, quę distributionibus æquiparantur in d. c. vno. de cleric. non resident. in 6. Lappus allega. 43. an residens.

Et sic quidam sunt fructus in ecclesia qui singulis annis percipiuntur nomine capituli, & in communi ponuntur, & in fine anni singulis distribuuntur cano
3 nicis, & hi † fructus inter grossos computantur, & uocantur portio priuilegiata gl. & Dec. in c. vno. in uerb. receperint. de cleric. non residen. in 6. gl. in §. Item cēsuit in verbo numerus. de col. in prag. tex. in extrau. cum nonnulli de præben. in communibus. & hi qui in seruitio Episcopi sunt hos fructus habere debent, teste Federic. consil. 246. de iure. quia passim omnibus canonicis distribui solent.

Alii sunt fructus qui communiter recipiuntur, & in fine anni diuiduntur, vt frumentum, tamen habita ratione residentiæ & temporis quo canonici inter
4 fuerunt in diuinis, & isti † fructus vocātur distributiones quotidianæ. d. c. vno. & de his nihil habebunt isti canonici absentes. Nam si singulis diebus distribueretur, absentes nihil perciperent, ergo nec hoc casu, quia mora & dilatio non debet esse nocumento canonicis, qui pręsentes fuerunt, qui singulis diebus nō perceperunt. Docto. in c. licet. de præbend. glo. in §. iubet. in titul. quo tēpore quisque debeat esse in cho. in pragmat. Panor. in d. c. de cętero. de cleric. non resid.
5 † Etiam in his distributionibus consuetudo ecclesiarum

fiarū attendi dēt.c.uno de cler.non residen.in 6.unde si frumentum in fine anni est solitum distribui,etiam absentibus, certè absentes in seruitio Episcopi illud habebunt. d. extra. cum nonnulli. de prębend. in extrau. Ioan.22.& consuluit Dec.consi.280.in casu.col. 1.secus est, si non est solitum distribui absentibus, licet in ueris distributionibus quæ præsentibus dantur non ualeret consuetudo ut absentibus darentur, ut decidunt Doct.per illum text. in d.c.uno. & in d. c.licet de præbend.quia minueretur cultus diuinus.c.ex parte. de constit. Ideo nullus uellet diuinis interesse. Do.in c.1. de consue.& sic concludo, hos canonicos duos, tantum in seruitio Episcopi existentes, posse in absentia grossos fructus recipere, vt etiam scripsi de aliis priuilegiatis: in §. 1. in uerb. distributionem. de colla. in Concord.

Item, si mandetur per Papam uel Regem, vt omnes tam exempti quàm non exempti soluere decimas, uel alia onera an comprehendantur clerici, uel ecclesiæ? breui respondeo non comprehendi, quia isti sunt de iure cōmuni exempti.l.neminē.cum.l.seq. & auth. Cassa.C. de sacrosanct.eccles. c. non minus.
6 de immunit. ecclesia.& † derogatio generalis priuilegiorum, non comprehendit priuilegia in corpore iuris clausa. Authen. qua in prouincia.C.ubi de crimin. agi oport. ubi Bart. & alii & glo.& Doctor.in l.2.§.legatis.& in l.hæres absens. in prin.de iud.ff. Bart. extra. ad reprimendum. in uerbo non obstantibus,quomodo in læsæ maiest.crim. procedat.

Quia princeps non uidetur uno uerbo, tot uigiliis promulgata iura tollere uelle.l.si quando. C. de inoffic. testam.c.eccles.2.de elect.

7 Maximè cum hęc † iura edita sint,in concilijs generalibus, quæ sic non possunt facilè tolli.c. 1. & per totum de immunit. ecclesia. lib. 6. Imo nec quidem à Papa si non faciat expressam illorum mentionem. Archid. in c.1.de constit. in 6. Felin. in c. nonnulli de rescrpit.& Ripa. in rub. de iudi. text. in cap. ex parte. de capel. monach.

8 † Nec ista priuilegia tenentur ecclesiæ, uel clerici probare, quia in corpore iuris inserta sunt, ob id notoria censentur quæ non sunt probanda. c.euidentia. de accusatio.Clemen.appellanti.de appel. Et sic patet non comprehendi ecclesias, uel priuilegia per hanc clausulam exempti, uel non exempti, quia intelligitur de exemptis à Rege, vt potè de Secretariis, aut aliis, qui à Rege habent priuilegium in iuris corpore non clausum. Ita subscripsi Parisiis hoc anno 1554. in mense Maio.

RESPON. CXXXV.

De ecclesiarum reparationibus.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdotes, & alii ecclesiastici uiri, an de iure cogi possint à iudicibus laicis, uel ab Episcopo tantum, ad reparationes, ecclesiarum.*

2 *Episcopus uisitando ecclesiam, refectione indigentem, iubere debet, ut sarciatur, alioquin iudex secularis hoc supplere poterit.*

3 *Sacerdotes quod non ualent efficere per doctrinæ sermonem, potestas impetrat per disciplinæ terrorem.*

4 *Basilicæ omnes in eius episcopi sunt potestate, in cuius sunt territorio positæ.*

5 *Iudex secularis poterit cogere clericos ad reparationes ecclesiarum, non facta prouisione ab Episcopo.*

6 *Hæredes licet stricto iure non teneantur ad monumentum faciendum, principali tamen, uel pontificali authoritate ad hoc compelluntur.*

7 *Causa, de legato pio, tractari potest tam coram iudice ecclesiastico quàm laico.*

8 *Publicæ, interest, vt ecclesias habeamus, in quibus sacra audiamus & ueniam peccatorum postulemus.*

9 *Reparatio ecclesiarum ad quem spectet.*

INVOCATO Dei opt. max. præsidio quęsi-
1 tum fuit an † sacerdotes & alii ecclesiastici viri, cogi possunt de iure è iudicibus laicis uel ab Episcopo tantum, ad reparationes ecclesiarum faciendas: sunt qui dicant ad laicos tantū cognitionem spectare, alii uerò ad episcopos & magno se quisque iudice tuetur. Ego uerò arbitrarer co-
2 gnitionem ad utrumque spectare. Primò, † ad episcopum pertinet iubere in uisitando ecclesiam, uel alias, quando eidem constat, indigere reparatione, ut sarciatur, qui si negligens fuerit iudex secularis hoc poterit supplere, quod probatur iure diuino, canonico, ciuili, & rationibus sequentibus.

Iure enim diuino patet. 2. Paralipo. ca.24. ibi egredimini ad ciuitates Iuda, & colligite de uniuerso Israel pecuniam ad sarta tecta templi Dei uestri, per singulos annos, festinatoque hoc facite. Porrò Leuitæ egere negligentius, uocauit Rex Iuda principem & dixit ei, &c. Et idem habetur quarto Reg. 12. Ibi igitur usque ad uicesimum tertium annum Regis Ioas, non instaurauerūt sacerdotes sarta tecta templi, vocauitq; Rex Ioas, Ioadem Pontificem & sacerdotes dicens eis quare sarta tecta non instauratis templi, &c. Et sic quia negligentes erāt tam episcopi quàm sacerdotes ideo rex Ioas illis præcepit ut templum reficerent.

Nam intra ecclesiam potestates necessariæ non es-
3 sent, nisi ut quod non † præualent sacerdotes efficere, per doctrinæ sermonem potestas hoc impetret per disciplinæ terrorem. c.principes.23.q. 5. & sic ad principes seculares, & rectores seculi spectat quando episcopi negligunt.

4 De iure canonico, † omnes Basilicæ, quæ per diuersa loca constructæ sunt, in episcopi potestate consistunt, in cuius territorio positæ sunt.c.omnes.16.q. 7. Ergo ad ipsum maximè pertinet, ut cogat ad sarciēdas ecclesias destructas, nempè in Concilio Cabilon. decretum fuit ut omnes ecclesię cum dotibus suis,& decimis, & omnibus suis iuribus in episcopi potestate consistāt,atque ad ordinationem suam semper pertineant,& in Concilio Antiocheno,sic scribitur quæcunque res ecclesiasticæ sunt, conuenit cum omni diligentia & bona fide, quæ Deo debetur, qui omnia præuidet, & cuncta iudicat gubernari, & dispensari cum iudicio & potestate episcopi, cui totius plebis animæ uidentur esse commisisse. c. decretum. & cap. quæcunque. 10.q.1.

Etiam in Concilio Tarraconen.ita scribitur,decreuimus ut antiquæ consuetudinis ordo seruetur, & annuis vicibus diœceses ab episcopo uisitentur,& si qua forte basilica fuerit reperta destituta, ordinatori eius reparari pręcipiatur.c.decreuimus.16.q.1.& ex Conc. Tholet. habetur,unio nostræ cōgregationis decreuit atque instituit,ut tertias, quas antiqui canones,de parochiis suis habere ep̄os censuerūt, si eas exigēdas crediderint ab episcopis ipsis dirutę ecclesię reparentur. Si uerò eas maluerint cedere, ab earū cultoribus sub cura & solicitudine sui Pontificis reparatio eidem est

adhibenda basilicis,c.placuit.& c.vnio.10.q.3.in canonibus præterea inuenitur, vt si fundatores, filij, vel eorum nepotes sacerdotem aliquid ex collatis rebus defraudere præuiderint, aut honesta conuentione compescant, aut episcopo, vel iudici corrigenda denuntient,& sic ab ordine literę prius episcopo,quàm iudici,laico denuntiare oportet.c.filijs,16.q.7. & gl.Ibi dicit cũ iudex ecclesiasticus deses est, potest adiri iudex secularis alias non.c.ex transmissa.& cap.licet.de foro compet.vel quando curatus episcopi nominationem contemnit.c.petimus.11.q.1.& c.nec licuit.17.dist.

Negligens cẽsetur episcopus qui singulis annis visitare debet.c.conquerente.de offi.ordinar.c.relata,10.q.1.si illã ecclesiam dirutam sic relinquat. Ideo tunc
5 poterit † iudex secularis cogere clericos ad reparationes post quã ab episcopo non est prouisum,vt legitur in Concilio Toleta. Ita episcoporum per cũctas diœceses parrochiasque suas per singulos annos ire oportet,vt exquirat, qua, vnaquæque basilica, reparatione indigeat.cap.episcopum.10.qoæst.1.

De iure ciuili probatur,in l.hæreditas. in fi.ff.de pe-
6 titio.hæred. Ibi enim quamuis † stricto iure nulla teneantur actiones hæredes ad monumentum faciendum,tamen principali, vel pontificali authoritate cõpelluntur,ad obsequium supremæ voluntatis, & illũ tex.allegauit ad hoc Benedict. in repetitio. c. Raynutius in verbo si absque.2.de fideicom.substitut. num. 35.cum seq.de testam. dicens esse mixti fori.

Item Vlpian. ait expectandum iussum pontificalem seu iussionem principis, alioqui iniuriarum fore actionem aduersus eum qui ossa ex ecclesia eiecerit, vel eruerit.l.ossa.ff.de religios.& sic iussus episcopi pręcedere debet,si diligens sit.

7 Etiam quando agitur † de legato pio,causa est mixti fori, & potest tractari tam coram iudice ecclesiastico,quam laico.c.relatum.1.vbi gl.& docto. de testa.§. sin autem hæres.in auth.de eccl.tit.collat.9.sic Consuluit Alex.consil.170. circa primum. col.1.vol.2.Barba. consi.42.clementissimum.col.9.nu.5. in 2.dubit. vol. 4.multò fortius & reparationes ecclesiarum.

Imperator Iustin.in §.si quis.auth.de eccles.tit. col. 9.sic ait,si verò semel quis cœperit aut nouam ædificare Basilicam aut veterem renouare modis omnibus compellatur à beatissimo locorũ Episcopo, & œconomis eius & ciuili iudice eam explere.l.nulli.in fi.C. de episc.& cleric. Adeò quod si quis iussum Episcopi contemnat,ciuilis iudex compellet, ut ibi dicitur.

Res autem omnes aliter tutæ esse non possunt,nisi quæ ad diuinam confessionem pertinent,& Regia & sacerdotalis defendat authoritas.c.res.23.q.5.

Adhæc si iura nobis deficerent rationes ad sunt,
8 prima est quia † publicè interest, vt ecclesias habeamus in quibus sacra audiamus, & veniam peccatorũ postulemus.§.quia uerum.vltimo in authen.ut liceat matri & auię.colla.8.glo.in l.j.§.huius studij.ff.de iusti. & iure.& quãdo ecclesiæ læsę sunt,quilibet parrochianorum agere potest,quia sua interest.l.2.§.interdicta. ff.de interd. & potest etiam quilibet petere ne quid deformitatis uel incommodi in loco sacro fiat. l.1.& per totum.ff.ne quid in loco sacro fiat.& pro his actio popularis datur.l.1. & per totum. ff de popu. actio. & maximè spectat ad procuratores Episcoporum, Regũ,Ducis, Principis,vel alterius qui promouet ius publicum, & prosequitur hodie, monente officio.l.2. C.de delator.lib.10.

9 Sed ad quem spectet † reparationem præstare. in d.c.1.dicitur ad populum.Nam ab eo pecunia exigebatur Et quia bona ecclesiarum in quatuor partes distribui debent.c.quatuor.& c.concesso.12.q.2.Ideo curatus debet istam quartam,vel tertiam ad reparationem præbere.c.unio.10.quæst.3.c.si monachus.16.q.1.& hoc intelligitur nisi consuetudo sit ut populus templa reparet, vt est in quibusdam locis Franciæ.

Et sic concludendum puto iudices seculares per præuentionem & in negligentiam iudicum ecclesiasticorum, posse cogere curatos & alios uiros ecclesiasticos, vt reparent ecclesias sibi commissas. Et ita intelligi debet quod scribit Aufred. in tracta.de potesta, secula.Reg.2.uersi.26. fallit.

RESPON. CXXXVI.
De præscriptionibus.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio, an ex multiplici collatione, completa censeatur.*

Bona fides in collatione requiritur, ad probandam præscriptionem, ibidem.

2 *Prioratus in dubio regularis præsumitur.*

3 *Conferens probare debet Prioratum possessum à seculari per quadraginta annos, vt præscriptio probetur.*

4 *Possessio continua & pacifica requiritur ad inducendam præscriptionem, ibid. & num.5.*

6 *Libris Abbatis vel episcopi est standum.*

7 *Episcopus, an possit dicere, se esse in possessione conferendi, ad hoc vt sua collatio valeat.*

8 *Titulum non habere, vel inualidum habere, paria sunt.*

9 *Acta facta inter partes, an faciant fidem, inter alias personas, & in alio iudicio.*

1 SVPER dubitatione, † an præscriptio completa censeatur ex multiplici collatione episcopi Coseracen. qui contulit prioratũ sancti Girontij bis uel ter seculari. Breui respondeo non esse probatum præscriptionem ex processu,Primò, quia debet probari, quod d.episcopus bona fide contulerit, quod hic non probatur.c.uigilanti, de præscriptio. Felin.in capit. in nostra.coll.penul.de rescrip.

Secundò, quod contulerit prioratum tanquam secularem; sed non potest dici bona fides si conferat
2 prioratũ, † qui in dubio pręsumitur regularis, & sub collatione abbatis. Clem.vna. de supplend. negligen. prælator.Clem.ne in agro.§.cæterum.de statu monachor.Ideo bona fides abesse censetur.

3 Tertiò, † requiritur quòd is qui contulerit probauerit per quadraginta annos possessum à seculari per c.cum de beneficio.de præben.in 6.quod non probatur hic,nec probatur quod voluerit immutare statũ beneficii, ut in §.uolumus, in verb. regularia.de colla. in concord.

4 Quartò, requiritur quod possederit continuo.d.c. cum de beneficio. Sed hic non probatur,imo contrariũ patet, ex impetrationibus quæ fuerunt in commẽdam, quę ostendunt beneficium secularibus esse incompatibile, vt doct.not.in cap.nemo de elect. in 6. Nam Papa regularem prioratum, regulari concedit in titulum seculari,in commendam.cap.cum singula.de præben.in 6.

5 Quintò quod pacificè possederit.d.c.cum de beneficio, quod non probatur, imo contrarium ex ista

titulorum

titulorum diuersitate. Nam probantur collationes abbatis,& Papæ prouisiones,de prioratu regulari, & in vim illarum de Senissio obtinuisse,ergo nunquam fuit pacifica possessio, igitur non potuit immutari qualitas beneficii,ex d.episcopi collatione.

Sextò,qui vult obtinere requiritur,quod verè probauerit præscriptionem, sed hic non est probata. Nā postquam probatur beneficium esse ex fundatione regulare, oportet quòd planè probetur præscriptio quadraginta annorum, quæ non est probata ex his collationibus episcopi controuersis. d.c.cū de beneficio. Ergo non est immutata qualitas, nec potest dici ille prioratus solitus Regi per seculares.

Septimò, postquam clarè non probatur quadraginta annorum præscriptio, bene cēsetur iudicatum per Seneschallū Tholosanum, qui adiudicauit prio-
6 ratum prouiso sub abbate, † quia standum est libris abbatis vel episcopi, cap.post cessionem de probatio, sed ex libris abbatis de Clusæ probatur hoc beneficium regulare. Ergo in contrarium debet probari præscriptio,quæ nō probatur, ob id istari debet libris abbatis docentis esse ex sua collatione.

7 Octauò,† nō potest episcopus dicere se esse in possessione conferrendi ad hoc, vt sua valeat collatio, quia nulla fuit scientia & patientia abbatis de Leclusе absentis, quæ requiritur. l.quoties.2.ff. de seruit c. cum ecclesia de caus.possess.Bart.in l.1.§.hoc interdicto.ff.de itine.actuq; priua.Et quia apparet hic de iure ideò præferenda est collatio abbatis, seu eius vicarii.

Nec obest.c.consultationibus.de iure patron.quia ibi euicto iure patronatus dubitabatur an institutus deberet remoueri,& respondeo,tex.non debere.Sed hic agitur uter istorum prouisorum habeat ius nec agitur de possessione episcopi vel abbatis,quia ipsi nō prosequuntur, & non potest quis ius tertij allegare.

Nonò, de Albino qui tres titulos habebat primū ab episcopo,secundum,dubitans suam collationem viribus non subsistere obtinuit à Papa,Tertium obtinuit per resignationem, de Senissio, non censetur cōtinuasse possessionem episcopi,sed inuertisse, quia ex collatione episcopi iam amiserat beneficium per arestum Tholosanum. Ergo illo iure non censetur, posteà illum prioratum possedisse, alioqui fuisset in-
8 trusus, & possedisset, sine titulo valido, † & paria sunt non habere titulum, vel inualidum.l.quotiens. ff. qui satisd.cogant.& l.quarta. §. condemnatum. de re iudica.

Et sic oportuit quod ipse possederit ex titulo de Senissio, qui obtinuerat recredentiam,tanquam impetrans prioratum regularem, vnde non potest dici in aliqua possessione,conferrendi,illum prioratum episcopum fuisse, cum non probetur planè quod ex sua collatione prouisus obtinuerit.vt Doctor. nota.in dicto c.consultationibus. de iure patron.

9 Secūda quæstio,†an facta coram Seneschallo Tholosano faciant fidem nunc inter alias personas, & uidetur respōdendū negatiuè, per rub.C.res inter alios acta aliis nō præiudicat.l.quia.ff.de iureiur.cū similib.

Cōtrarium videtur hoc casu. Nam acta facta inter partes non solum valent inter easdem personas, sed etiam inter eorum hæredes, dum tamen ad idem,& eodem modo agatur. text.in c.Albericus de testib. l. iubemus.cum glos. C. de liberali. caus.Bart.in l.cum lite. indic. solui. Nam hic agitur de collationibus factis ab abbate ad interrumpendum præscriptionem. Ideo facta inter aliquas partes, faciunt fidem in alio iudicio sic factum fuisse.l.gesta.C.de re iudica. c.quoniam. d.proba.doct.in l.2. C.de edend.

Imò, plus dicit Panormit.quod omnia acta respicientia causam, esto quod sententia non sit lata, non solum producentibus prosunt,& eorum hæredibus: sed etiam omnibus quibus res indicata prodesset. l.si à te. §.1.& §. Iulianus.ff.de exceptio.rei iudica.Panor. in c.causam.1.col.2.de testib.Ideo res iudicata hi prodesset partibus,quia si dicatur prioratum regularem, vel secularem hoc proderit vel nocebit partibus, & sic etiam acta facta illis proderunt partibus.

Etiam inter personas, omnino extraneas, acta faciunt saltem præsumptionem. l.si duo patroni. ff. de iureiu.l.is apud quem.C.de eden.Bar.in l.à sententia. ff de appella.Ergo præsumi debet quòd hic prioratus nō fuerit solitus regi à clericis secularibus, & sic pars aduersa probare debet cōtrariū,quod non probatur prędictas collationes,quia nō fuerunt sortitę effectū.

RESPON. CXXXVII.
De donatione intuitu matrimonij facta.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta in pœnam matrimonij non valet, sed est contra bonos mores.*
Matrimonia libera esse debent. ibidem.
2 *Nuptijs nullum debet impedimentum inferri.*
3 *Promissio omnis, extra arrarum promissionem est improbata.*
4 *Pœna adiectio in matrimonio inter partes, etiam cum iuramento non valet.*
5 *Stipulatio per quàm matrimonium intimidatur non valet.*
6 *Beneficium alicui datum non est auferrendum.*
7 *Oratio affirmatiua qualibet, includit in se negatiuam.*
8 *Inuitari spe præmii an ad nuptias quis posit,ibidem, & infra.*
9 *Donatio, vel promissio magni lucri in matrimoniis non valet, & ratio subditur.*
10 *Donatio mutua si ex una parte non ualet, in totum corruit.*
11 *Regula quod per me non stat, mihi non est imputandum, quando procedat.*
12 *Donatio facta ratione matrimonii, matrimonio cessante non valet.*
13 *Prohibitus contrahere matrimonium, & sponsalia contrahere prohibetur.*
14 *Arrarum datio in matrimonijs, qualis esse debeat.*
15 *Arrarum promissio in matrimonio non sufficit, sed traditio requiritur.*

DONATIO fuit his verbis, *Item ont donné & donnent lesdicts seigneurs de Montlor & de Mauber, assauoir le dict seigneur de Mauber audit Seigneur de Chenaye, si à luy ou aux siens ne tient que ledict mariage ne soit accomply, & ne sortisse son effet, quatre cent liures de reuenu sur tous & chascun leurs biens. Et semblablement ledict sieur de la Chappelle à donné & donne à dicte Damoyselle Florie. si à elle ou aux siens ne tient que ledict mariage sortiße son effect, quatre cent liures de reuenu sur tous & vn chascuns ses biens.* [Item dederūt & dant dicti domini de Montlor & de Mauber, nempè dicto dominus de Mauber, dicto domino de Chesnaye, si per eū vel suos nō steterit quominus d. matrimonium perficiatur, quadragintas libras annui reditus super oībus, & quibuslibet eorum bonis. Similiter d. dominus de la Chapelle dedit & dat d. dominæ Florię, si per eam, vel

vel suos non steterit, quò minus d. matrimonium sortiatur effectum quadringentas libras annui reditus super omnibus & quibuslibet suis bonis.] ex quibus verbis nunc dubitatur, quia filia erat octo annorum, quando hæc donatio, & aliæ promissiones & conuentiones matrimonialis fuerunt inter hos parentes factæ, & nũc facta maior non vult cũ isto de Chesnaye cõtrahere, an dictus de Chesnaye possit, quia per eum nõ stat, petere reditum, quadringentarum librarum, sic donatum. Et breui respondeo quod non. per text. in l. Titia. ff. de verbor. oblig. vbi Paul. & Ias. Quod ex sequentibus apparebit.

Primò, ista donatio aut fuit facta in pœnam matrimonii, aut fauore matrimonii contrahendi.

1 Primò casu, † si fuerit facta in pœnam matrimonii, eo caso quo stet per filiam, quòd nolit contrahere, non valet: sed est contra bonos mores, quia inhonestum est uinculo pœnæ matrimonia obstringi. l. Vitia. ff. de verb. oblig. & tex. in c. gemma. de spõsalib. Ait petẽtem compellendum ecclesiastica censura vt desistat ab extorsione pœnæ cum libera matrimonia esse debeant. Et ideo talis stipulatio propter pœnæ interpositionem est meritò improbanda. Etiam si statutum esset illam approbans, adhuc non valeret, ut consuluit Francis. Curtius. consil. 27. magnificus in 1. q.

Nec promissio pœnæ valeret etiam à tutore vel curatore facta. l. fi. C. de spons. & arris. l. hæres meus. ff. de cond. & demon. multo fortiùs à parentibus. ut Doctor. tradunt in d. c. gemma. de sponsal. Bart. consi. 45. Vannes, & Bal. consi. 42. matrimonia, in 4. vol.

2 † Item, ea est legis sententia, ne quod omninò nuptiis impedimentum inferatur. l. cum tale. §. rescriptum. ff. de condit. & demonst. Sed si ista donatio quadringentarum librarum, ualeret, filia cogeretur, saltem timore mittendi illam summam quadringentarum librarum, ad contrahendum, aut potius ne patrẽ illaqueatum dimitteret, & ne ipsa postea succedens patri hanc summam amitteret. Et iustus metus est periculum amissionis bonorum, vel partis. c. vno. de restit. spoliat. in 6. & c abbas. quod met. caus.

3 Prætereà, † omnis promissio ficta, extra promissionem arrarum est improbata. l. fi. C. de sponsal. in fi. ibi. extra definitionem autem huius legis si cautio pœnã stipulationis continens fuerit interposita, ex vtraque parte, nullas vires habebit: cum in cõtrahendis nuptiis libera potestas esse debeat. Ecce ibi tex. annullantem promissionem ex vtraque parte. Et sic ista promissio facta ab utroque parente erit nulla.

Insuper Bart. & alii in d. l. Titia. de verb. oblig. post gl. in c. Gemma. de sponsal. dicunt non valere confessionem arrarum factam etiam ex utraque parte. Imo nec munerationem. ar. l. qui sic soluit. ff. de solut. multo minus ualet hæc donatio hinc inde facta. Sic consulit Socin. consil. 3. circa præsentem. in 1. uolum.

4 Imò, † & pœna adiecta inter partes etiam cum iuramento non ualet. quia nõ est obligatoriũ contra bonos mores præstitum iuramentũ regula non est obligatorium. de reg. iur. in 6. sic expressè decidit Aufrer. in decis. Tholos. q. 291. post Bart. & alios in d. l. Titia.

5 Item non ualet † stipulatio per quam matrimoniũ quodammodo infringi timetur, & quod dicunt intimidatur, unde interesse lucri cessantis non potest etiam peti ne intimidetur matrimonium. glo. in l. si stipulat. ff. de uerbor. oblig. Bart. in d. l. Titia. & expressè decidit Panorm. in c. gemma. in fin. de sponsal. Sed per hanc parentum donationem ualdè intimidaretur matrimonium, ergo non debetur.

6 Adhæc iuris † beneficium alicui datum non est illi auferendum per regulam iuris indultum: sed minor habet hoc beneficium, quòd si ei non placeant sponsalia contracta, vt ea dissoluere possit. c. de illis, & per totum de despons. impub. l. 1. & 2. C. de sponsal. Ergo illud beneficium iuris non debet ei pater auferre, per suam promissionem uel donationem quin alteri liberè nubere possit. Et maximè in hoc casu ubi nulla sponsalia contracta fuerint.

7 Item quòd hæc donatio nomine pœnæ facta sit probatur, quia † quælibet oratio affirmatiua habet inclusam negatiuam. l. Pompo. §. sed & is in fi. ibi. Nam cum iudicatur rem meam esse, simul iudicatur illius non esse. ff. de procurat. Bart. in l. 2. §. uidendum. ff. ad senatusc. Tertulia. ubi si statutum uult ut mater non succedat extantibus agnatis, ergò uult ut agnatis succedant. Ias. in l. seruo legato. §. si testator. ff. de legat. 1. Alber. Brunus. in tra. de statuto excluden. fœmi. artic. 13. q. 1. & Alexan. consil. 114. pro decisione in princip. uolum. 3. Dec. consi. 54. uisa prohibitione. col. 1. unde cum hæc donatio facta sit à patre puellæ sponso de Chesnaye, *si a luy ou aux siens, ne tient que ledict mariage ne soit accomply.* Ergo *si tient a luy* [si per eum uel suos non steterit, quo minus d. matrimonium perficiatur. Ergò si per eum stet,] non habebit locum, & sic donatio non sortietur effectũ. Vel, si quis uelit intelligere, ego dono de Chesnaye, si per eum non stet, sed per filiam meam, nonne idem est dicere, dono quadringentas libras tali, si per eum non stet, quod matrimoniũ non consummatur, ac si diceret, & casu quo per filium stet, vt non perficiatur dono quadringentas libras, & sic concipiendo, in pœnam matrimonij esset, ergo non est valida, quia vt pater puellæ non amitteret illas quadringentas redituum libras matrimoniũ coactum facerent partes, quod ius reprobat, cum paria sint affirmatiuè cõcipere, vel negatiuè, vt quilibet rectè intuens iudicare poterit idem esse. Ego dono tibi si per te non steterit decem, uel eo casu in quem stet per me. Ergo si per me steterit ego dono, & sic est in pœnam: nam certum esset non valere si dixissent eo casu in quẽ per filiam vel suos stet, quod matrimonium non perficiatur, dono quadringintas libras, sed voluerunt concipere affirmatiuè & subtiliter, quæ subtilitas est iuris inimica. l. penult. C. ad Trebell. cap. dilecti. de iudicib. Et breui dicendum est, id quod in fraudem legis, ad impediendas nuptias scriptum est, nullam vim prorsus habere. l. hæres meus. in fin. ff. de condit. & demonstrat. sed hanc donationem factam esse in fraudem legis nemo est qui nesciat, l. nemo. ff. de duob. reis. ergo non valet.

8 Non refragatur. l. Titio. §. 1. ff. de condit. & demonstratio. vbi † spe præmii quis ad nuptias inuitari potest, vt hic inuitatur, ergo valere debet. Respondeo per illum tex. putarem donationem valuisse si matrimonium fuisset contractum, quia inuitabat ad matrimonium. Ideo si fuisset contractum vtriusque donatio valuisset, & quia non est perfectum matrimoniũ, neutrius valebit donatio, quia ibi etiam deciditur nõ valere donationem si matrimonium non fuerit contractum, sic etiam non valebit hic, nec vnus, vel alter poterit compelli ad dictam donationem, nempè dicit Imperator. Neque ab initio matrimonium contrahere, neque dissociatum reconciliare quisquam cogi potest, vnde intelligis liberam facultatem contrahendi atque distrahendi matrimonii transferri ad necessitatem non oportere. l. neque. 2. C. de nupt. Et sic potest quis inuitari ad nuptias contrahendas, spe pręmij, & sic non contrahantur non debetur lucrum, sic non debebitur in isto casu.

Imò,

9 Imò,non valeret † promissio, vel donatio, magni lucri, quia tunc amissio illius induceret iustum metum, vt scribit Cyn. in l. interpositas. C. de transf. quem sequitur Ancha. in c. Abbas. quod met. cauf. & refert. Iaf. in d. l. Titia. col. 4. limita. 2. ff. de verb. oblig. Et hic agebatur de amissione magni lucri, uidelicet quadringentarum librarum reditus, ergo non valet, quia ob magnum lucrum cogeretur quis ad matrimonium, & sic non esset liberum.

10 Prætereà ista erat † mutua donatio facta à parentibus filij & filiæ, quæ si ex altera parte non valeat corruit in totum. Doct. in c. j. de mutuis petitioni. l. quod autem. §. idem ait. ff. de donat. int. vir. & vxor. plenè scribit Ioan. Lup. in repet. c. per vestras. in limit. 2. §. 5. de donat. inter vir. & vxor. Sed donatio non valet respectu puellæ, quia per ipsa tenuit, ergo ex parte etiã alt erius non ualebit.

Nõ obest regula in iure ciuili. ff. de reg. iur. & regu.
11 † quod per me non stat mihi non est imputandum. non stat per Chesnaye, ergo illi non debet imputari. Respondeo hoc non procedere in actu in quo quis iure impediri potest, ut in cursu, ludo, vel alio actu, tunc si pars impediat non debebitur alteri lucrum, ut glo. dicit in l. in executione. §. fin. ff. de verb. oblig. Dec. & alij in d. l. in iure ciuili. sed istum matrimonio filia minor iustè poterat impedire, non consentiendo illi post ætatẽ legitimam, quando erat maior ergo illi imputari nõ potest, postquã iure potuit nõ cõsentire.

Secundò casu si dicatur factam donationem, ratione matrimonii contrahendi, & sic vt alliceretur vterque ad contrahendum, dico etiam hoc casu non uale
12 re, quia, † aut est facta propter matrimonium, & cessante matrimonio, non valet. l. si mulier. ff. de cõdict. cauf. dat. videtur uterque donare quadringẽtas libras redituum, si non staret per alterum, ergo partes uolebant quod matrimonium contraheretur. Et eo casu quo matrimonium contraheretur donatio ualuisset, ut probatur in cõfirmatione pactorum matrimonialium, vbi dicitur in ea, *leur à donné lesdicts fruicts & lotz, ledict mariage sortant son effect, & apres le mariage consommé.* [dedit eis d. fructus & obuentiones matrimonio effectum sortiente, & post matrimonium consummatum.] Ecce igitur semper respici matrimonii consummationem. Etiam ibi dicitur, *& afin que ledict Boyer soit mieux enclin à faire solemniser ledict mariage.* [Et ut d. Boyer ad d. matrimonium solemnizandum pronsior sit.] Et sic hæc donatio uidetur facta ratione matrimonii, quo cessante non ualet.

Itẽ dicitur donatũ, *si ne tient que le mariage soit accomply.* Ergo, *si tient que le mariage ne soit accomply,* [Si per eum non stet quominus matrimonium perficiatur. Ergo si per eum steterit quominus matrimonium compleatur,] nil debetur sumendo argumentum à contrario sensu, quòd est in iure ualidum. l. 1. ff. de offic. eius. cui est mand. Et quia cessante causa cessat effectus. l. quod dictum. ff. de pact. c. cum cessante. de appel. sed cessat causa matrimonii ergo nil debetur, quia ista donatio fauore matrimonii facta est, quod si illud matrimonium non fiat, donatio per consequens nulla erit.

Insuper quæstio est nostra, an donatio ista ualeat? & non ualere arbitramur. Nempè si annulletur promissio ea ratione vt libera sint matrimonia, illa ratio habet locum in donatione, & multò fortius quam in promissione, quia ne pater meus perderet quadringentas libras redituum, ego cogerer contrahere matrimonium. Et sic libertas matrimonii cessaret, quod reprobatur, in d. l. Titia. & d. c. Gemma.

Vnde dicit Bart. in d. l. Titia. ff. de verbor. obligatio. quod si fundus datus fuerit pro arris non valet quia eadem ratio videtur & fortior.

Nec obstat. l. fin. C. de sponsal. quæ loquitur in promissione & non in donatione, sed respondeo, si promissio quæ est antecedens non valet, ergo nec dona-
13 tio. per l. oratio. ff. de sponsal. Nam qui † prohibetur contrahere matrimonium, & sponsalia, quia per spõsalia venimus ad matrimonia, quicquid dicat Imo. relinquens tamen cogitãdum, in l. Titia. col. 3. ff. de verbor. oblig. Si igitur promissio prohibeatur in d. l. fi. fortius prohibetur donatio, quia per promissionem venimus ad donationem. l. Aristo. ff. de donat.

14 Nec me mouet, quod † datio arrarum tradita valeat. d. l. fi. Respondeo, etiam traditio arræ magnæ nõ valeret. vt Doctor. in d. l. Titia. loquuntur, etiam si essent datæ: sed hic agitur de donatione magna, videlicet quadringentarum librarum reditus, ergo nec ista valebit.

Item datio tantum arrarum sustinetur à iure in d. l. fin. Clauaf. in sua summa, in verb. sponsalia. Speciale est in arris, vt datio arrarum valeat. Ergo in contrariũ est ius commune. l. ius singulare. ff. de legib. l. j. ad municipal. Et sic non valebit ista donatio, si matrimoniũ non sit contractum, quia non est facta pro arris.

Item quando sponsalia contrahuntur est permissum promittere arras, sed si nulla sponsalia contracta sint, tunc non licet promittere, nec donare. arg. d. l. fi. C. de sponsal. & arris.

15 Præterea nunquam † valet donatio, vel promissio nisi traditio interuenerit. d. l. fi. nec etiam valeret si esset constitutio præcarii. Bar. & alii in d. l. Titia. præposit. & alii in d. Gemma. sed in hac donatione non interuenit traditio, nec fuit facta nomine arrarum. Ergo sustineri non potest, & sic ex prædictis patet dictã donationem nullo iure valere. Ideò petentem meritò repellendum. Quo circa subscripsi.

RESPON. CXXXVIII.
De testamento non solemni.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum in quo nullus est hæres institutus non valet.*
2 *Testamentum manu priuata scriptum, & non publicatum coram iudice est inualidum.*
3 *Citari debent omnes, quorum interest in testamenti publicatione.*
4 *Testium subscriptio in testamento esse debet.*
5 *Testamentum non valet, in quo locus, vbi factum est, appositum non est.*
6 *Testes in testamento rogati esse debent.*
7 *Hæreditas directo in codicillis non datur.*
8 *Viuere quilibet præsumitur vsque ad centum annos.*

SVPER prætẽso testamento per Forsinum Hermon dubitatur. Primò, an valeat. Secũdò, an matrimonium prætensum valuerit, ad primum dico testameutũ nullum, quia
1 † testamentũ in quo non est institutus hęres non valet. §. ante hæred. instit. de le. l. fi. ff. de iure codicill. Et sine hæredis institutione nil in testamento scriptum valet. l. 1. in fin. ff. de vulg. Etiam si testamentum fiat ad pias causas. l. 1. & ibi Bar. & Bal. C. de sacrosanct. eccles. Doct. in c. cum tibi. de testam.

Nec

Nec obstat quod reliquerit omnia bona Iohāne le Roy, quia hoc fecit donando non instituendo. Et ad usum videlicet, *pour en iouir, vser & poßeder.*

2 Item quod non † valeat testamentum, patet, quia est manu priuata scriptum, nec est publicatum corā iudice, vt decet. l. publicati. C. de testamenti. Specul. in titu. de instrumen. edit. §. ostenso. versic. & quoniam. Nam vbicunque testamentum est scriptum priuata manu, videlicet testatoris, vel alterius priuati non facit fidem, sicut nec scriptura priuata. l. instrumenta. C. de probatio. Ideo inuenta est practica vt fiat eius publicatio, quò ille cuius interest, vtpotè hæres, compareat coram iudice, & petat testes cogi ad recognoscēdum signa, & subscriptiones eorum. Quo facto iudex pronuntiabit illam scripturam esse publicam, & plenam fidem deinceps eis adhibendam. Faciendo dictam scripturam in publicam formam per notarium scribi, & redigi, sic no. in d. l. publicati, sed quia non fuit publicatum, non potest peti possessio ex instrumento, & testamento nullo. l. fi. C. de edict. diui Adria. tollend. Imò vigore consuetudinis proximiores sunt saisiti.

3 Item, in dicta † publicatione requiritur quod illi quos prima successionis causa tangit, si certi sint, nominatim citentur, & alii prætendentes interesse per edictum generale. c. fi. de elect. in 6. l. nam ita diuus. ff. de adopt. l. 1. §. denuntiari. de uentr. inspiciēdi alioqui dicta publicatio non faceret fidem. Spec. in d. §. ostenso. uers. fiet ergo à iudice. Bart. in l. 1. in princ. ff. quemadmod. test. aper. Ias. in l. eius. col. 2. si cert. pet. & c. Albericus. de testib. quæ publicatio non fuit factæ, & si fuisset facta, etiam non facta citatione, non faceret fidem, aduersus magistros Franciscum, & Andream Focault non citatos, ut no. in d. l. publicati.

4 † Item testes debent esse subscripti. in §. subscriptiones. instit. de testam. quod non reperitur in isto testamento, ergo non ualet. l. hac consultissima. C. de testamen. ibi non subscriptum autem à testibus, ac non signatum testamentum, pro infecto haberi conuenit, & sic consanguinei poterunt succedere ab intestato, ac si testamentum non esset factum.

5 † Nec est appositus locus in quo testamentum fuit factum, & potest esse quod ibi non poterat fieri testamentum uigore consuetudinis, uel alterius impedimenti. Ideo non ualet. no. in cap. quoniam. contra. de probat. l. libellorum. ff. de accusat.

6 Præterea † testes non sunt rogati, ideo non ualet, quia testes rogati esse debēt. l. hæredes palam. §. penul. ff. de testam. auth. rogati. C. de testib. quare ex omnibus prædictis concludo testamentum non ualere, & sic dicta le Roy, non potest dicere se saisitam ex testamento nullo, sed consanguinei proximi sic, uidelicet magister Franciscus & Andreas Focault.

7 Item non potest ualere iure codicillorum, † quia hæreditas directo in codicillis non datur. l. hæreditatē. C. de codicil. Et etiam quando quis credit facere testamentum, & non codicillos, non ualebit iure codicillorum, nisi dixerit si non ualet iure testamenti, ualeat iure codicillorum. l. fi. ff. de iure codicill. & l. non codicillum. C. de testam. sed hic uoluit testari, ut patet, ergo non ualebit tanquam testamentum, nec tanquam codicilli, quia noluit, & sic quòd potuit noluit, ꝙ uoluit implere nequiuit. l. multū. C. si quis alter, uel sib.

Insuper iste testator Fouosi reliquit adulteræ non uxori: nam ipsa cōtraxerat cum quodam alio, qui postea uidens uxorem suam cum isto Fouosi, & aliis coire discessit, & postea hic Fouosi uxore sua mortua uiuente adhuc marito Iohanne, le Roy, habuit plures filios, postea non expectata morte mariti, cum dicta le Roy, contraxit, sed iuris regul. extat. in authent. hodiè. C. de repud. quod hodie quantiscumque annis maritus steterit in expeditione mulier sustinere debet. licet neque literas neque responsum ab eo receperit, quòd si præter hæc nupserit tam ipsa, quàm qui eam duxerit velut adulteri puniantur. At hic mulier ignorabat maritum suum mortuum, ergo non debebat nubere, quia † quilibet prę̄sumitur viuere vsque ad
8 centum annos. l. fi. C. de sacrosan. ecclesiis. Igitur hoc matrimonium non valuit, & sic nec donatio quæ etiam vxori non potest fieri. l. 1. ff. de donat. in vir. & vxor.

RESPON. CXXXIX.

De testamento.

SVMMARIVM.

1 *Testator suam neptem institueris sub prohibitioue, ne illa bona acquirantur eius marito, an dicta bona nihilominus possint pertinere, ad dictum maritum, quia postea fuit hæres institutus.*

2 *Iurans non habere tale beneficium, si ei conferatur, non obstante iuramento illud consequi potest.*

3 *Creditor succedens debitori extinguitur debitum.*

4 *Hæres, & legatarius quis esse non potest, ut hic.*

5 *Legatum conditionale, vel in diem incertam non transmittitur.*

6 *Voluntas testatoris est seruanda.*

7 *Pactum de non petendo prodest etiam hæredi.*

8 *Res semel extincta, non reuiuiscit.*

9 *Testamentum nullum tunc censetur, quando compulsus quis illud fecit.*

10 *Testatorem prouocans blando sermone ad eum instituendum, in crimen non incidit, quando minæ non interueniunt.*

11 *Constitutus in extremis, an testari possit.*



IOANNES Bardoul, duos habens nepotes ex filio, Claudio iam mortuo, videlicet Claudium Bardoul, & Iohannam Bardoul, qui condidit testamentum, in quo disposuit sic: *que les terres de Longiacesnes & Hamel soyent, competent & appartiennent à Antoyne Bardoul, comme s'il me succedoit de ligne directe & non point comme legataire, mais comme heritier esdictes terres, &c.* [Quod terræ de Longaicesnes & Hamel sint, competant & pertineant ad Antonium Bardoul, tanquam mihi succederet ex linea recta & non vt legatarius, sed vt hæres in d. terris. &c.] voluit tamen quod istis bonis vteretur Ioanna neptis sua quousque dictus Antonius attigisset vicesimum annum, sed quod teneretur nutrire & alere, *& entretenir ledict. Antoyne, tant es estudes qu'allieurs, iusques audict aage,* [Et dictum Antonium tam in studijs, quàm in alijs vsque ad d. ætatem fouere.]

Item residua bona reliquit Iohanne de Bardoul, non vult, tamen quod Claudius le Bachellier eius maritus acquirat in istis bonis aliquid, sed ad filios d. Iohannæ perueniant. Vult tamen quod dicta Iohanna, det Claudio fratri suo, postquam peruenerit ad ætatem viginti annorum, vel si ante moriatur relictis hæredibus, alioqui si moriatur sine hærede antequā attigerit illam viginti annorum ætatem vult vt illa quinque millia remaneant pœnes dictam, moritur Iohanna intestata ante Antonium, & sic successit eidem Antonius, posteà Antonius moritur relicto hærede

rede Claudio Bachellier sororio suo, & reliquit ei quinque mille libras quæ ad eum venire debebant.

Quæritur, an potuerit? magnum dubium facit, quod testator prohibuit ne Claudius acquireret illa bona. Ergo non potuit ea acquirere. Sed respondeo, quod illa prohibitio censetur facta, ut ratione conquæstuum non acquirantur d. Claudio, sed uoluit dicta bona esse propria Iohannæ. At non uidetur prohibuisse quod aliundè non acquirerentur, quàm ratio-
2 ne conquæstuum facit c.2. de renunt.† Vbi si quis iurauit non habere tale beneficium si ei conferatur, potest illud non obstante iuramento consequi. Et qui renuntiauit bonis paternis si pater eum instituat poterit illa obtinere. Bart. & alij in l. stipulatio hoc modo. ff. de verb. oblig. sic & dictus Claudius potuit acquirere illa bona ex institutione Claudii Bardoul. Et pro hoc est text. ad hoc proprius. in l. si is qui ex bonis testatoris. ff. de vul. vbi prohibitus acquirere bona testatoris, non prohibetur postea acquirere bona filii, licet inter illa bona sint ibi bona testatoris, sic non cēsetur prohibitus, d. Claudius ut acquirat ab Antonio Bardoul, vel ab vxore d. Claudii, cum authoritate consuetudinis hoc fiat disponentis, vt decedente marito, vel vxore sine liberis, succedat ei superstes ut supra dictum est in facto descripto.

Tertiò, non valuit illud legatum, nempè confusum fuit, cum bona peruenissent ad dictum Antoniū legatariū. l. debitori. C. de pact.† nō potuit is esse debi-
3 tor & creditor, nam succedēdo filię Ioannæ Bardoul debitrici extinctum fuit debitum, ergo d. Antonius nō potuit illud legare. l. Stichum. §. aditio. ff. de solut.
4 †Quartò, nō potuit is Antonius esse, etiam de consuetudine generali, regni, hæres & legatarius, quia à seipso legatum non poterat accipere, nec consequi. §. an seru. de leg. in instit. Boer. in §. 1. de testament. in consuet. Biturig. & §. 6. ibidem.

5 Præterea, quia † legatum conditionale, vel in diem incertā non transmittitur, antequam debeatur. l. vnica. §. finautē sub conditione. C. de caduc. tollē. Sic cōsuluit Ludouic. Rom. consil. 480. in casu. Sed hic fuit legatum in diem incertam, ergo non fuit debitum.

Deinde testator sic cauit, ut legatū remaneret penes Iohannam si Claudius decederet ante uicesimū
6 annum, quòd accidit. Igitur † voluntas testatoris seruanda est. l. in conditionibus. ff. de condit. & demon. Et sic tam de iure, quàm ex prouisione hominis, legatum nunquam ualuit, nec fuit debitum, ideo peti nō potest, etiam si Antonius Bardoul non legasset, nec id legare poterat, quod non habebat, nec sibi debebatur. l. si uniuersę. C. de leg. & ibi Bart. & alij.

Quintò, & si debitum fuisset quod non tamen adhuc peti posset, quia est remissum & donatum ab Antonio Baldoul. Nec extenditur ordinatio Regia prohibens & annullans dispositiones factas in fauorē administratorum, tutorum videlicet & aliorū istius Claudij Bachellier, nempè qui nec tutor nec administrator dicti Antonij erat. Et quāuis ministraret, dictas pecunias ratione oneris sibi iniuncti in testamēto, ut ali deberet dictus Antonius, à Iohāna sorore & Claudio eius marito, tamen nō ob hoc fuit deputatus administrator. Imo eo ipso qđ dati sunt tutores d. Antonio paterq; d. Claudio est remota administratio. p tex. in l. maritus. C. de procurat. Et si cū nō essent ad Claudium administrātem iure potuit ei legare & donare dictus Antonius, etiam inspecta ratione affinitatis ad quam uidetur potius affectionem habuisse, quam ad suggestionem quam quidem partes prætendunt.

Ex quibus omnibus patet legatum peti non posse à dicto Bachellier minus prouisionem adiudicari debere parti. Et testamentum d. Antonii ualidum, & ideò cum prædictis subscripsi.

Item ponderanda sunt verba, *luy ayant attainct l'aage de vingt ans.* [Cùm attigerit uicesimum annum.] nam istud uebum. *ayant*, est gerūdiuum habendo quod exponitur, id est, si habuerit. Et sic per conditionem tex. in l. si tu ex parte. ff. de acquir. hæred. ubi glos. exponit adeundo, id est, si adieris. Idem exponunt Doct. in rub. de actio. in institutio.

Et ideo uoluit istud legatum deberi si annum uicesimum attingeret, sed non attigit, ergo non debetur.

Nec moueri quis debet. ext. d. l. ex his uerbis. C. quando dies leg. ced. nec d. l. Seius Saturnius. ff. ad Trebellianum. Nam licet possem respondere multis modis: ut supradictum est tamē sufficiet mihi peremptoria responsio Ioannis disponētis: quod si d. Antonius non peruenerit ad d. ætatem uiginti annorum, & qđ moriatur sine filio legitimo, tunc remaneat Iohanna libera & absoluta, & quitta à d. summa. Postquam ergo testator disposuit & ita uenit ut disposuit sua uoluntas seruanda est, quia in certis non opus est coniecturis. l. continuus. §. cum ita. ff. de uerbor. obliga. Certū est per testamentum testatorem ita uoluisse. Ergo seruari debet, nec opus est coniectare uoluntatem ubi certa est.

Nec obest quod uidetur testator prouidisse Iohannæ tantum: nam hoc falsum, quia plerumq; tam hæredibus nostris, quàm nobismetipsis cauemus. l. si pa-
7 ctum. ff. de prob. ubi † pactum de non petendo prodest etiam hæredi. Et sic remissio facta per Ioannem etiam proderit suis successoribus: nam pactum, siue dispositio facta est in rem, ergo transit ad successores. l. si tibi. §. pactum. ff. de pact.

Nec fuit hic omissus aliquis casus, sicut in l. commodissimè. ff. de lib. & posth. si uiuo me natus fuerit, sed hic uoluit testator quod si ante ætatem, & sine hęrede, filio, uidelicet legitimo decederet d. Antonius tunc remitteretur legatū Iohannæ, postquam Iohannæ remisit, noluit quod suscitaretur post morte Io-
8 hannæ: nam † res semel extincta non reuiuiscit. l. qui res. §. aream. ff. de solut. Nec minorem affectionem habuit d. Iohannæ ad hæredes d. Antonii quam Iohānæ. Imò maiorē habuisse censetur erga hæredes Iohānæ, quia noluit ut illæ pecuniæ deberentur, si Antonius moreretur ante ætatem uiginti annorum. Ergo non debebuntur: nam duobus tantum casibus uoluit pecuniam deberi, uidelicet si excessisset ætatem, uel si ante habuisset filios: sed neutrum horum euenit, ergo non debentur illa quinque millia, nil facit. l. Seius. ff. ad Trebellia. quia ibi erat institutus extraneus, rogatus restituere filio, quādo esset ætatis sexdecim annorum. Secundò: filius nil habebat de bonis paternis. Tertiò, mortuo auunculo debet fieri restitutio, sed diuersum est in hoc casu, nempè Antonius Bardoul erat institutus in terris Longainesimes, & de illis terris non est quæstio: nam si de illis terris ageretur, fortè ille text. posset ad hoc induci, si nil aliud haberet Antonius. Secundò, ibi erat rogatus hæres restituere, hic filia est grauata dare. Tertiò, ibi de bonis restituendis agitur, hic de pecunia danda. Quartò, bona restituuntur in d. l. Seius, hic agitur de legato non de bonis nec fructibus. Quare est maxima differentia inter illum casum & istum, & sufficit dare instantiam. c. sicut urgeri. 1. q. 1. non obest l. ex his uerbis quia ibi de præsenti legauit dicendo. Lego Seuerinę: hic autem non legat de præsenti, sed grauat Iohannam cum Antonius attigerit, & sic est ualde diuersus

uersus casus ab hoc, ibi etiam dicit quæ legata accipere debebunt &c. Hic nil legat, sed vult grauari Iohannam quando Antonius erat viginti annorum.

9 † Item testamentum nõ debuit nullum declarari: nam tunc testamentum nullũ censetur, quãdo compulsus quis, illud fecit, non sua sponte. l. 1. C. si quis aliq. testam. prohibuer. sed hic non fuit cõpulsus, nec notarij illud recepissent, ergo testamentum ualet.

10 Item, in † crimen non incidit qui blando sermone placet testatorẽ, & prouocat ad eum instituendũ dũmodo minę non interueniãt. l. fi. ff. & C. si quis aliq. test. prohibuer. ubi Bald. Itaque quamuis d. Claudius incitauerit d. Antonium, hoc nõ erit criminosum vt Bald. & alii not. in d. l. fi. & plenè Benedic. in repet. c. Raynutius. in verb. condidit. 2. de testam. Et ideo testamentum non est propter hoc nullum.

11 Non obstat quòd iste Antonius esset in † extremis & sic testari non poterat: nam contrarium est verum, per text. in c. Raynutius in extremis positus condidit testamentum. de testam. & in c. fi. ibi in extremis agente. de success. ab intesta. facit c. nos quidem. ibi de hac luce migrante. de testamen. & tex. in l. quoniam indignum, quę fortè semiuiuus & balbutiens lingua profudit. C. eod. vbi Paul. Alex. & Ias. dicunt quod semimortuus licet non loquatur articulatè, si tamen intelligatur, potest testamentum facere, etiam consuluit Alex. consi. 33. in 3. vol. & Ias. consi. 124. in fin. vol. primi facit tex. in l. Claudius. ibi moriens eam hæredem reliquit. ff. de his quib. vt indig.

Non potest etiam vitiare testamentum, si quædã scriptura fuerit lecta d. Antonio, imo valebit, & fortius, quòd testator potest scribere testamentum, & postea illam scripturam in æde sacra vel alibi deponere, & deinde coram notario disponere, prout continetur in schedula deposita, in tali loco & valebit ut testamentum, quia quicquid continetur in illa scriptura, ad quam est facta relatio, in illa contineri censetur. l. asse toto. ff. de hæred. instit. dummodo post mortem testatoris, illa scriptura recognoscatur esse testatoris. Bar. in l. si ita scripsero. ff. de condit. & demonst. Alex. consi. 4. attentis. & consi. 114. visa. in 7. vol. Soc. consil. 173. reuerende. col. 2. & 3. Et sic non debuit declarari testamentum nullum, si alia non supersint.

Tertiò, prouisio super legato adiudicari nõ debet: nam prouisio non debet fieri nisi de debito appareat ex instrumento non raso nec cancellato. Et quòd exceptio iusta non appareat ex instrumento patet ex l. fi. C. de edict. diui Adri. tollen. Sed ex hoc testamento apparet iusta exceptio, vt non debeantur illa quinque millia ante vicesimum annum. Et iudici non constat quod Antonius peruenerit ad vicesimum annum, imo ei apparet de contrario, ergo non potest in hoc prouidere. Et si condemnaret per modũ prouisionis malè iudicaret facit. l. ait prætor. ff. de iure deliber.

Item apparet etiam iudici quòd dicta summa fuit legata Claudio, ergo non debita. Igitur prouisio non succedit, imo dolo facit pars petendo quòd statim restitutura esset. l. dolo. ff. de dol. exceptio. Adhæc, iusta causa vel periculum imminens esse debet antequam prouisio fieri debeat. l. ait prætor. §. in causæ. ff. de iure delib. l. de pupillo. §. si quis viuos. ff. de nou. oper. nuntiat. l. fina. de appellat. recipiend. Sed in hoc casu neutrum est, ergo prouisio fieri non debet, etiam quia materia principalis decidi ex his potest.

RESPON. CXL.

De testamento continente donationem anti doralem.

SUMMARIUM.

1 *Residui nomine veniunt omnia.*

2 *Testator prælegans omnia immobilia, quæ Tholosæ acquisierat, de quibus immobilibus acquisitis intelligatur.*

3 *Testator non potest decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus.*

4 *Institutio pauperum est maximè fauorabilis.*

IN quæstione quæ prætenditur, quod cũ pater multa exposuisset pro filio, is mortuo patre donationem fecit fratri suo, ratione habita expensarum, in qua donauit ei omnia bona immobilia, demum eidem fratri in testamento prælegauit immobilia, quæ Tholosæ acquisierat.

Item prælegauit eidem fratri omnia vasa argentea. Prętereà instituit in reliquis bonis, auro, argento, uasis, tapetis, & aliis quibuscũque simul, & in iuribus & actionibus ad ipsum testãtem spectantibus, eundẽ fratrem in duabus partibus instituit & in tertia parte, totum faciente, pauperes diœcesis, eligendos per dictum fratrem, & executores post testamentum. Dictus testator superuixit, & acquisiuit multa bona immobilia, dubitatur, hæc ad quem spectent. Respondeo tertiam bonorum partem spectare ad pauperes, & duas partes ad fratrem, tùm quod testator in residuis bonis instituerit, † & residui nomine ueniunt omnia. l. 1. C. de hæred. instituend. Tum etiam quia oportet inspicere tempus mortis testatoris in institutione. l. cum quæritur. C. de inofficios. testam.

Item, certum est quod in prima donatione in qua testator donauit immobilia intelligebatur de præsentibus. l. fin. C. de pact.

2 Item, in testamẽto † prælegauit omnia immobilia quę Tholosæ acquisierat, & tunc intelligitur de his quæ acquisierat tempore testamenti, in illa ciuitate Tholosana, non alibi per. l. fin. §. 1. ff. de leg. 2. Bart. in l. si ita col. 3. ff. de aur. & arg. lega. & hoc prælegatum est limitatum. Ideo illi nil potest accedere. l. in agris. C. de acquir. rer. dom.

Vnde bona quæ posteà acquisiuit, debent distribui pro duabus partibus fratri, & tertia pauperibus, iuxta testamentum, alioqui testator esset pro parte testatus, & pro parte intestatus quod † ius à principio non

3 patitur. l. ius nostrum. ff. de regu. iur. iuncta l. si pars. in fi. de inofficios. testam. quod sit siue acquisierit bona mobilia, siue immobilia, quia testator vnus est bonorum appellatione in institutione, & in residuo omnia ista verba sunt generalia, quæ comprehendunt et futura. l. quotiens. §. fi. ff. de usufru. quia bona pro substantia ibi accipit, & in l. nam quod. §. fin. ff. ad Trebell.

Imò, in institutione repetit uasa, nam alia uasa ultra argentea relinquere uoluit pauperibus, & fratri

4 pro partibus scriptis, † maximè quia hæc institutio est fauorabilis. l. id quod pauperibus. C. de episc. & cleric. glo. in l. si quis cum Titio. ff. de legat. 2.

Non refragatur dispositio facta de immobilibus in fauorem fratris. Respondeo, quod testator non disposuit in testamẽto in fauorem fratris, nisi de immobilibus Tholosæ acquisitis. Ergo quæ sunt alibi sita non venient, tanquam prælegatum sit limitatum, & intel-

intelligitur de his quæ tempore testamenti habebat, postquam testator de aliis non expresserit. l. Iulianus in fin. ff. de lega. 3. & l. uxor. §. 1. ibidem.

Item non obest, quod non habebat alia bona immobilia tempore testamenti, nisi ea de quibus disposuerat, & sic disponebat in fauorem pauperum de mobilibus. Respondeo quia licet id temporis nulla immobilia haberet, quia de omnibus bonis disponebat, & testamenta respiciunt tempus mortis. l. 1. ff. de testam. ob id uidetur de bonis omnibus disposuisse quæ tempore testamẽti habebat. Alioqui diceremus eũ decessisse pro parte testatũ, & pro parte intestatũ.

RESPON. CXLI.

De' nobili ingresso religionem.

SVMMARIVM.

1 *Religiosus de iure succedere potest in omni substantia, quod limitat. ibid.*

Monachi de iure suis parentibus succedunt, & monasterium habebit illa bona. ibid. in fine.

2 *Religiosi de consuetudine generali regni non succedũt parentibus, nec consanguineis, & ratio subditur.*

3 *Religiosi habentes bona, & illa per monasterij ingressum amittant.*

4 *Religiosus an saltem bonorum vsumfructum habere possit, & sibi retinere.*

5 *Multa facta tenent, quæ fieri prohibentur.*

6 *Religiosi, quoad alimenta bona habere possunt, ibid. & supra num. 4.*

7 *Constitutiones factæ contra religiosos, non comprehendunt hospitalerios, maxime, sancti Ioannis Hierosolimitani.*

8 *Hierosolimitani non vouent paupertatem, sed vouent sine proprio viuere.*

9 *Hierosolimitani non prohibentur bona in vita habere, sed in testamento disponere non possunt.*

Nobilis de Astic decessit, multis filiis relictis, unus ingressus est religionem sancti Ioannis Hierosolimitani, qui post ingressum transegit cum fratre, ut de bonis sibi per mortem patris acquisitis usumfructum tantum castri haberet uita durante. Tunc frater impetrauit literas rescissionis, dicens transactionem metu & ui factam & d. religiosum incapacem, etiam ad usum fructum, ex hoc facto, primo quæritur, an hic religiosus sancti Ioannis Hierosolimitani parentibus & consanguineis succedere possit? Secundò, si profitendo amittat bona quæ iam habebat? Tertiò an dictæ transactionis prætextu usumfructum saltem retinere possit.

Inuocato Dei optimi maximi præsidio, certum
1 est de iure † religiosum succedere posse in omni substantia, ut explicat Iustinian. in l. Deo nobis. C. de episcopis & clericis nisi esset regnum, uel ducatus. glos. in capitulo scripsit. 27. quæst. 2. plenè Doctor. in c. in præsentia. de probationi. & c. statutum. 18. quæst. 1. & non licet parentibus liberos repellere ab hæreditate monachos factos. c. ult. 19. quæst. 3. ne deterioris sit cõditionis religiosus, quàm laicus, ut dicitur in d. l. Deo nobis. unde Bald. & alii dicunt in l. fi. C. de epis. & cler. monachos perinde patri succedere posse, ac si monasteria non fuissent ingressi, & professi in illis. Idem dicũt Doctor. in authen. si qua mulier. C. de sacros. eccl. & in l. apud hostes. de suis & legit. hære. Et sic de iure monachi suis parentibus succedunt, & monasterium habebit illa bona, ut plenè docet Panorm. consil. 27. dubium. in 2. uol. & Barba. consil. 50. illud in 3. uol.

2 Sed quamuis ista de iure uera sint, tamen † de generali cõsuetudine regni religiosi non succedunt parentibus, nec consanguineis, ut docet Masuer. in sua praxi. titu. de success. §. Item per consuetudinem, quę etiam consuetudo multis est confirmata Arestis, quæ quidem Aresta recitat Aufrerius in stylo Parlamẽti. Aresto. 56. eamque iuri, & rationi conformem docet Benedict. in repetitione c. Raynutius. in uerbo & uxorem. num. 220. cum sequent. de testa. & Chassa. in consuetud. Burgund. in titul. *des successions* §. ult.

Ratio est, quia religiosi pro mortuis habentur. d. l. Deo nobis. Et licet sint mundo mortui, uiuunt autẽ Deo. c. placuit. 1. & c. sunt nonnulli. 16. quæst. & sicut mortuus nõ succedit, nec is qui pro mortuo habetur, uidelicet religiosus. Bened. in uerb. in eod. testament. 1. num. 126. de testam. Et sic de consuetudine regni religiosi non possunt suis succedere parentibus, nec consanguineis, quia non possunt habere proprium.

3 Secunda quęstio est, qđ † si religiosi bona habeant, an illa per monasterij ingressum amittant? Respondeo, in monasterii ingressu se & sua Deo dedicant. auth. ingress. C. de sacr. sanct. eccle. quia postquam paupertatem profitentur, ergo bona habere nõ possunt, quia paupertas tolleretur, & potius Papa faceret de monacho secularem, quam ut monachus proprium haberet. c. cum ad monasterium. de statu monac. Sed in hoc regno monasterium per professionem non succedit monacho, sed consanguinei ipsius religiosi, ut dicit idem Masuer. in d. titul. de success. & in titul. de loc. uersicul. Item per ingre. Bened. ubi supra nu. 295. 732. Et sic ista tacita dedicatio non seruatur in hoc regno. Itaque per professionẽ expressam religiosus amittit bona, quę habebat, & acquirũtur de iure ipsi monasterio, sed de cõsuetudine consanguineis proximioribus, quia paupertatem uouẽdo illa bona amittit, alioqui pauper non esset, quod tamen nõ procedit in militibus Hierosolymitanis qui non comprehenduntur in hac consuetudine, ut inferius dicetur, & hoc sępè à curia iudicatum fuit ut docet Imbertus in Enchirid. in uerbo monachos. Ideo eos posidere ista bona quasi usufructuarios, nec ob id dicitur paupertas tolli, sed mẽdicitas bene tolleretur, per Cle. exmi. de uerb. signific. quam tamen seruare isti Hierosolimitani non tenentur, cum non sint mendicantes nec de illo ordine nec quidem paupertatem uouent, sed ne proprium quid habeant.

4 Tertia quęstio est, an religiosus saltem possit habere bonorum usumfructum, & sibi retinere cum ad monasterium. de statu monach. dicit non posse habere etiam usumfuctum, & id est in mendicantibus statutum. cle. exim. de uerbor. signific. Alioqui tolleretur mendicitas, quę est de natura religionis nisi fuisset ususfuctus ad uiuendum & ad studendum, ut patet in regul. S. Benedict.

Vnde per plura aresta fuit facta prouisio religiosis, & monialibus, super bonis & hæreditatibus paternis ut uiuerent ipsi religiosi, quando in monasterio non erant sufficientes facultates ad uiuẽdum, quod etiam fratribus mendicantibus adiudicari posset ut decidit idem Bened. in uerbo & uxorem. num. 262. de testa. ad similitudinem seruorum, qui licet sint bonorum incapaces, tamen de alimentis prouidetur eis, per iudicem. l. si quando. C. de ord. cognot.

Nec refragatur, si quis dixerit hunc do. de Ludoui. d'Astic esse diuitem, utpotè quia est Marescallus religionis

gionis Hierosolimitanæ. Respondeo, si peteret nũc usumfructum ratione paupertatis, fortè nõ sibi adiudicaretur, sed postquã habebat bonorum, & proprietatem & usumfructum & tantum sibi retinuit usumfructum, non debet illo quandiu uiuet priuari. Nam
5 † multa tenent facta quæ fieri prohibentur. l. patre. ff. de his qui sunt sui uel alie. iur. l. cæcus. de iudici. Ideò transactio per quam tantum sibi retinet usumfructũ rescindi non debet.

Itaque, quantum attinet ad quæstionem arbitror transactionem, ut ille Ludouic. Hierosolimitanus re
6 tineat vsumfructum bonorum ualere. † Nam (ut dixi) quoad alimenta, religiosi bona habere possunt, sicut dicitur de seruis, & de bastardis etiam. cap. cum haberet. in fin. & ibi Docto. de eo qui duxit in matrimo. quàm polluit per adult. Et id, eò quod naturales actus facere possunt, uidelicet, comedere, bibere, & alios actus ad quos mortui esse non censentur. gl. in auth. idem. C. de bonis maternis. Ideò non finiri usũfructum bonorum per ingressum monasterij firmet. idem Benedict. in uerbo mortuo. primo. numer. 298. de testa. Etiam monachus uendendo, sibi retinere potest vsumfructum, vt uiuat teste Panorm. in cap. 2. nu. 7. de statu monacho, & ualet statutum abbatis, ut quilibet monachus aliquid habeat pro suo usu, quòd docet Ioann. Andr. in reg. non est obligat. in fin. de reg. iur. in 6. & Panorm. consil. 18. uidetur in 1. uol. Car. consil. 17. circa in fin. Dicens nullam esse professionem, quę ad se usum necessariæ sustentationis excludat. Et sic nec excludet istum vsumfructum à domino Ludouico d'Astic milite Hierosolimitano, maximè, quia ex Papæ & Regis dispensatione, possunt in hoc regno, Hierosolimitani suis & consanguineis, & parentibus succedere, contra tamen generalem regni consuetudinem, & alimenta ex illis bonis percipient in uita, & post mortem consanguinei proximiores illis succedent. Ita cautum est in magno consuetud. Rubr. de successionib. §. Item *religieux*, ubi sunt uerba formalia.

Item, *religieux quelconques ne succedent point, soit par dispence du Pape, ou autrement, excepte les hospitaliers qui aucunement en furent dispensez du Roy & du Pape, & par ainsi peuuent aussi bien succeder, comme ceux qui sont au siecle, & apres leurs decez tout s'en ua leurs amys*. [Item, religiosos quicunque non succedant, siue per Papæ dispensationẽ siue alio modo exceptis hospitalariis, qui aliquo modo per Regem & Papam dispensati fuerunt, atque ita possunt etiam bene succedere, quasi illi qui uiuunt in sæculo, & post mortem eorum omnia ad eorum amicos deuoluuntur.]

Ecce consuetudinem generalem non succedẽdi, introductam contra religiosos, non comprehendere Hierosolimitanos quia sunt laici, & quasi religiosi viuunt in sæculo, & ideo iustè tenent ecclesias. teste Panormita. in cap quamuis. de decim.
7 † Item constitutiones factæ contra religiosos non comprehendunt hospitalarios. maximè, sancti Ioannis Hierosolimitani. Clem. ult. §. penult. de religios. domi. quia ij pluribus sunt donati priuilegiis, quàm alii religiosi, & hoc decidit expressè Panor. in rubr. de regul. nisi dicatur quicunque religiosi. glo. 2. in Cle. 1. de dec. Cũ igitur sint laici, nõ prohibentur succedere, maximè qa nõ viuunt in monasterio Hierosolimitano, sed oportet vt bella gerãt & fidẽ tueãtur aduersus Turcã, & inimicos fidei, & in his oportet bona habere quæ illis à monasterio non suppeditantur, & ideo in communi bona habere non prohibentur. Vt plenè docet Panor. consi. 27. dubium in secundo uolum.

8 Imo, (quidquid scribant Doctores) † Hierosolimitani non uouent paupertatem, sed uouent sine proprio uiuere, quod uidi in statutis illorum in 1. parte, de regu. quod quidem uotum sic explicatur in 3. par. titul. de fratrib. artic. 7. his uerbis. Votum quidem paupertatis id exigit, vt bonorum dispositio liberæ uoluntati non subiaceat, nec licet igitur, nec quoquo modo permittitur, baiuliuis, prioribus, præceproribus, aut aliis ordinis nostri fratribus testamentum cõdere, uel hæredem instituere, seu legata facere, atque etiã seruitoribus, seu aliis aliquid elargiri, nisi tantum eorum stipendia: possunt tamen fratres nostri depropriamentum facere, hoc est in scriptis bonorum suorum, ac debitorum, & creditorum declarationem redigere, & cum licentia magistr. de eorum moderata portione disponere.

Et sic patet, quod uotum illud paupertatis, siue ui
9 uere sine proprio, intelligitur vt non † prohibeantur fratres habere bona, vt de illis uiuere possint, sed de illis disponere non poterunt, sicut nec olim poterunt libertini latini, quibus æquiparari videntur, qui poterunt bona acquirere, sed de illis non disponere, ut in C. Theod. patet in titul. de petitio. hæred. l. 1. & in §. libertin. Iustin. de liberti. sic & isti Hierosolimitani non prohibentur habere bona in vita, sed in testamento disponere non possunt.

Nec obest, si dicatur transactionẽ factam sine causa: nam contrarium verum est quippè erat ante transactionem litis, & postquam est lis mota, hoc ipsum, quòd à lite disceditur causa uidetur esse, Paulus Iurisc. in l. in summa. ff. de cond. indeb. imò etiam sufficit si speretur lis moueri. l. 2. C. de transf. Nec potest dicere actor causam non fuisse, nam d. Gulielmus d'Astic habebat proprietatem castri, quam non reliquisset, nisi transactionis prętextu, per quam fuit ualidè lęsus, viso quòd poterat illam in vita sua retinere, & per trãsactionem fuit contentus vsufructu tantum. Ideò illum vsumfructum quandiu viuet retinere poterint, saltem dictæ transactionis prætextu.

Item, quantum attinet ad vim & metum non probatur, & si probaretur purgatus esset per nouem annos recipiendo uoluntariè solutionem sexcentum librarum, quæ d. Ludouicus præstitit d. fratri post transactionem. vt not. in l. 2. C. de his quę vi scripsi abundè in tractatu de rescissio. contract. artic. 1. glo. 12. & seq.

Ex præmissis concludo, vt hic Hierosolimitanus retineat usumfructum castri, & bonorum in uita sua, non esse contra ius nec consuetudinem Franciæ, nec contra aresta arriarum supremarum quæ sunt probata contra alios religiosos, non contra hos hospitalarios Hierosolimitanos, qui etiam habent legem ab aliis diuersam, ut cõstat. Et quia prouisio facta est aliis religiosis ut uiuant, maximè his fieri debet, ut scripsi.

RESPON. CXLII.

Variæ iuris allegationes, pro capitulo ecclesiæ de Romanis, in Delphinatu.

SVMMARIVM.

1 *Actus primus in iudicio esse debet, iudicis legitimatio, vel in eum oppositio.*
2 *Ecclesia sancti Bernardi de Romanis exempta à suo ordinario.*
3 *Exemptio ecclesiarum unde sit profecta per totum.*
4 *Exemptio sancti Bernardi de Romanis multiplici ex causa concessa.*

Exemptio

5 *Exemptio ecclesiæ facta in compensationem.*
6 *Exemptio ecclesiarum multis modis fit ad instar emancipationis.*
7 *Ecclesia exempta, & eius ministri sunt exempti.*
8 *Abbas personam, actoris, & iudicis fungi non debet.*
9 *Iudex in causa propria nullus esse debet.*
10 *Recusato ordinario, & eius vicarius censetur esse recusatus.*
11 *Molestari quis super eadem re, in duabus curijs non debet.*
12 *Causa possessorij pendente, super petitorio agi non debet, sed petitorium suspenditur.*
13 *Possessione sua quis priuari, uel spoliari non debet.*
14 *Actor forum rei sequi debet.*
15 *Causam ad suam iurisdictionem non pertinentem, quis delegare non potest.*
16 *Delegatus esse debet de iurisdictione delegantis.*
17 *Conuentus ultra unam dietam, citatus non tenetur comparere, nec priuilegium allegare.*
18 *Consuetudo tanti temporis, cuius non est memoria in contrarium iurisdictionem tribuere potest.*
19 *Priuilegium speciale datum ecclesiæ de Romanis.*
20 *Causæ incidens non ampliat iurisdictionem, ad speciem iurisdictionis omnino diuersam.*
21 *Actione criminali intentata, ciuiliter agi non potest.*
22 *Causa semel sopita restaurari non potest.*
23 *Prorogatio iurisdictionis, de re ad rem fieri non potest.*
24 *Iurisdictio sua unicuique est seruanda.*
25 *Causa singulorum alia est, & alia uniuersitatis, & capituli.*
26 *Pœna duplici quis conteri non debet.*
27 *Sententia diffinitiua contra omnes ius facit.*


APOSTOLVS 2. ad Corinth. 4. cap. ait, persecutionem patimur, sed non derelinquimur, humiliamur, sed non confundimur. Deijcimur, sed non perimus: ut ista uobis nota sint iudices, & ad fines declinandi, protestamur, quod per aliquem actum quem faciemus coram uobis, non intendimus in uos consentire, nisi quatenus de iure tenemur. Et has protestationes in omnibus & singulis pro repetitos habere uolumus.

1 † Et quia primus actus debet esse legitimatio iudicis. Et prius in eum debet opponi, teste Haberto de Bonacurso in practic. sua rub. de recus. uersic. & quãquã ibi in additio. ad eũ. Philip. Francus. in c. si contra vnũ, & c. si iudex de offic. deleg. in 6. Fel. in c. inter. col. 2. & seq. de re iudic. ob id deducemus rationes ex quibus liquido uobis constabit uos non esse competentes iudices, & sic debere pronuntiari.

2 Certum est autem, quod † ecclesia sancti Bernardi de Romanis est exẽpta à iurisdictione ordinarii, & hẽt suos iudices datos à sede sancta Apostolica qui iustitiam administrant, tam canonicis, quàm ciuilibus, & incolis oppidi de Romanis, ob id, potest dici, uos habetis iudices uestros, ut dicitur, in l. proximè. ff. de his quæ in testam. delent. Ideò uos dicere debetis nobis, ite & inter uos causas uestras disponite quod solebat dicere Costantinus imperator: ut in c. sacerdotibus. 11. quæst. 1.

3 † Et quamuis multi iuris profundi interpretes, ecclesiarum exemptiones asserant ordinariorum oppressionem esse: quia archiepiscopi & episcopi solebant opprimere monasteria, capitula ecclesiarum, & alias ecclesias sibi subditas, tam propter potẽtias, quã propter honores, & nummos, plus quærentes præesse, quàm prodesse, lac & lanam capiendo. Ob id Papa exemit ecclesias, testis est Bald. de Periglis. in trac. exempt. §. 1. quàm causam cogitauit ille bonus, & sanctus vir præfatus Bernardus dum suam, de Romanis fundauerat ecclesiam.

4 † Tamen puto ecclesiæ sancti Bernardi de Romanis exemptionem fuisse multiplici ex causa concessam. Primò ratione quietis, vt canonici illius ecclesiæ in quiete uiuerent, c. luminoso. 18. q. 2. vbi sic dicitur. Plurimis in monasteriis multa præsulibus præiudicia atque grauamina monachos pertulisse cognouimus. Oportet ergo de futura quiete eorum salubri ordinatione disponere, quatenus conuersantes in illis, in Dei seruitio, gratia illis suffragante, mente libera perseuerent. Et posteà dicit, ut remotis vexationibus à cunctis grauaminibus diuinum opus, cum summa animi deuotione perficiant: nam non bene colitur author pacis, nisi tempore pacis. clemen. dudum de sepult. Igitur vt in pace d. canonici uiuerẽt, & Deo seruirent eos eximere uoluit etiam ab abbatis iurisdictione, quia uidebat ille sanctus uir quod archiepiscopus, cui hæc abbatia prætenditur annexa, potius defenderet suam archiepiscopalem, quam abbatialem dignitatem. Quamobrem ab utriusque iurisdictione exemit, & illis iudices dari uoluit.

Secundò, exempta est ecclesia de Romanis in fauorem sanctæ sedis Apostolicæ cui multum debetur. Fauor enim illius ecclesiæ Romanæ est multos immediatos subiectos, & ligios diuersi generis habere. clemen. Pastoralis, de re iudic. Sanctus enim Bernardus, tunc temporis archiepiscopus Viẽnensis, de suo proprio à quadam nobili fœmina uillam emit. Ibique ecclesiam in honorem duodecim Apostolorũ, atque sanctorum martyrum Seuerini, Exuperii, & Feliciani fundauit, & consecrauit. Ipsamque ecclesiam ac uillam totam beato Petro, & ecclesiæ Romanæ, eiusque pontificibus, (propter quod & Romanis dicta est) in perpetuum donauit, & concessit: prout uidi in libris antiquis dictæ ecclesiæ de Romanis, ubi etiam sic habebatur, quàm donationem Papa cum uniuerso clero benignè suscipiens, tam ipse, quàm eiusdem ordinis multi post ipsum, ecclesiam & uillã, habitantesque in illa, eorumque possessiones, & bona intus & foris, ab omni humana infestatione, sub defensione Romana statuerunt, suorum authoritate priuilegiorum uniuersa firmantes. Nam clericos illius ecclesiæ intantum esse liberos uoluerũt, sub Romana positos libertate, ita scilicet, ut quicunque (nemine excepto) molestiam illi aut iniuriam aliquam fecerit. Anathemati sciat se obnoxium.

Tota abbatia ista, ab omni malignantium incursu libera & quieta, ecclesiæ Romanæ nullo prorsus me-
5 diante, subiecta. &c. Etiam † d. ecclesia de Romanis fuit exempta in compensationem. Nam sibi retinuit sedes apostolica pro censu annuo sextarium amigdalarum, quod multis annis solutum fuit, prout uidi acceptilationes factas, à summis Pontificibus. Maximè ab Innocen. Papa III. ut plenius in d. libro continetur. Et fuit facta censualis ecclesiæ Romanæ ab anno 1180. Et ab eo tempore semper fuit in possessione libertatis, ut patet in processu penden. coram senatu Gratianopolitano.

6 † Item, sicut pater aliquando ex gratia, aliquando ex compensatione manumittit filium suum, ut potè quia recepit legatum, ut illum manumitteret. glos.

in §.fin. quib. mod.ius patr.potest. soluit. in instituti. Ita & Papa ex gratia aliquas ecclesias exemit, aliquando ex compensatione, quia ordinarii compensationem receperunt. Et aliquando patres coguntur emancipare filias, dum eas coegit peccare. l.si lenones.C. de episcopali audien. Ita & Papa eximit ecclesias quando ordinarii eas vexant, & peccare faciunt, eas multis modis molestando. Imò sicut dominus sæcularis, quando frequenter grauat subditos priuatur iurisdictione, in illos.l.2.C.de offic. proconsul. & leg. Et uenerabilis Curia parlamenti, si dominus frequenter soleat grauare subditum, & ter requisitus, iustititiam facere deneget, eximit subditum ab ipsius iurisdictione perpetuò.Bal.in tract. de exempt. facit c.ita nos.25.q.2.qui dicit de ciuitate quæ bis& geminato occidit episcopos,vt perpetuo episcopatu priuata sit. Sic episcopus priuari meretur sua iurisdictione, quando frequenter grauat suos subditos, quod summè debet considerare. d. actor, ut aliquando discutietur, post processum, possessorium.

7 † Item cum dicta ecclesia S. Bernardi sit exempta. Ergo & eius ministri.c. per exemptionem. de priuilig. in 6. & maximè quia hoc in ipsa exemptione expressum est, igitur cum ecclesia & uilla de Romanis, sit exempta, habeatque suos iudices non potestis vos iudices contra hos exemptos cognoscere, & contrarium faciendo esset uiolare illorum priuilegia, quod esset seueritate ecclesiastica coercēdum. c. quantò de preuileg. Et Papa solet uiolantibus exemptionē priuilegia decurtare.c.dilecti.de priuileg.quia ipse vult libertatem, quam indulsit, integram obseruari, & ut alii non infringant.c.1.de priuileg.in 6.

Item, maximè abbas modernus, infringere ea priuilegia non debet quia in ingressu iurauit antiquas cōsuetudines & approbatas ecclesiæ de Romanis,& ville fideliter obseruare & priuilegia & libertates ecclesiæ, ob id timendum est illi de periurio. Iuxta notata in c.clericus de iureiur. imò ipse totis uiribus cogere deberet alios ad obseruandum,cum capituli sit caput cap.nouit.de his quæ fiunt à prælat. Et capite languescente dubitandum est, ne cætera corporis membra inficiantur,ut dicit text.in c.ex meritò.6.q.1.

Igitur, cum capitulum de Romanis sit exemptū tam à iurisdictione archiepiscopi, quàm abbatis, habeatque suos iudices non potuit coram uobis citari, & citatus non debet molestari:sed ad suos iudices per uos remittēdus est,ut ecclesia dicere possit quod scribitur Thobiæ 3. cap. Non delectaris domine in perditionibus nostris, quia post tempestatem tranquillū facis,& post lachrymas & fletū,exultationē infundis.

Etiam posito quod ecclesia de Romanis non fuisset exempta, quòd tamen falsum est. Adhuc non pos

8 set † d.abbas fungi duplici persona, uidelicet actoris, quia ipse agit contra capitulum, & persona iudicis. Nam certum est quod in iudicio quatuor personę esse debent.c.forus.de uerb.signific.quæ hic non essent. Nam d.actor esset, & actor & iudex,quod non est tolerandum, nec uos iudices pati hoc debetis, quia nullus unquam debet accusator simul esse & iudex. c. 1. 4.q.4.quod tamen præsumit d. actor.

9 † Itē nullus in propria causa iudex esse debet.rubr. C.ne quis in sua caus.iudicet.vbi dicit iniquum admodum esse in re propria alicui tribuere licentiam sniæ & alibi dicit text. Iniquum est aliquē suæ rei iudicem fieri.l. Iulianus.2.ff. de iudic. Et quia hoc est iniquum non debebat attentare actor, quia uidi eos qui operātur iniquitatem, & seminant dolores, metunt eos flante Deo periisse, & spiritu iræ eius esse consumptos. Iob. 4. cap.

Item, postquam tanquam pars non potest esse iu-

10 dex, nec uos vicarii creati per ipsum, quia † quando iudex ordinarius potest recusari, & ius officialis & uicarius. c. 1. de iudic. ubi etiam concludit Felin. quod quando recusari potest ordinarius, etiam & eius vicarius.per tex.in c.insinuante.de officio.deleg.vbi Imol. & Felin.per text.in c.visis.16.q. 2. quia censetur idem tribunal.cap.2.de consuetud.in 6.

Item uos non estis iudices competentes, ratione litis pendentis super possessorio, de ead.re, coram senatu Gratianopolitano, ut apparet per litteras à gu-

11 bernarore Delphinali emanatas,† ergo lite pendente in una curia,non debet quis in alia molestari,super eadem re.Rub.C.ut lite penden.& in Decretal.

Imò etiā si causa possessoria non penderet liceret possessorium intentare, quia licitum est suspendere petitorium, & agere super possessorio.c.pastoralis.de caus.possess.& clem.una. illo tit.quod facerent.d.rei siiā processus super possessorio nō esset in limine sniæ.

Itē hoc prohibet, maximè ordinatio regia, nouissimè publicata artic.49. quæ etiam est iuri conformis. vt patet ex clem.una.de caus.possess. & ibi notat Lan-

12 franc. quod † pendente causa possessorii non debet agi super petitorio, sed suspenditur donec plenè fuerit de eo decisum,& executioni demandatum, sed actor facit contrarium & sic non debet audiri,quia causa possessoria pendet in senatu, ut dictum est, Gratianopolitano. & tamen nunc vult istam causam inducere coram uobis iudicibus, delegatis per eum, quod non potest, nec debet fieri.

Item si uelletis interim pendente illorum possessione cognoscere,esset illos spoliare eorum possessione, & libertate,quæ est quadringentorum & ultra annorum,ut patet per bullas, & probationes factas in d.

13 processu Gratiónopolis. Sed † quis sua possessione non est priuandus, nec spoliandus, etiam pendente appellatione in qua condemnatus fuit.c.si constiterit de accus. Multo minus debet nunc priuari eorū possessione in qua sunt per quadringētos annos & ultra.

Item, quia nullus debet trahi extra suam iuridictionem,maxime clerici.c.si diligenti c.significasti.de for.

14 compet.& † actor forum rei sequi debet.c.si clericus & c. cum sit generale. de for. compet. Igitur dictus actor debet conuenire reos coram suis iudicibus, & non molestare eos coram uobis.

Item, prohibitum est abbati de Romanis sub pœna Anathematis, ut probatum fuit, in processu corā senatu pendenᵗne super familia ecclesiæ,& omnium clericorum, etiam si grauiter deliquerint iudicandi ius habeant aut potestatem, nisi cum communi capitulo. At hic cum uelit agere contra capitulum, oportet quod agat coram iudicibus à Papa datis,igitur uos non potestis cognoscere, imò anathema à Papa promulgatum timere debetis, sed is qui nos uobis tradidit maius peccatum habet.

15 † Item, is causam non potest delegare quæ ad suā nō pertinet iurisdictionem.l.unica. C.qui pro sua iurisd. sed istæ causæ non pertinent ad abbatem de Romanis, nec ullo modo potest cognoscere, ut suprà dictum est, ergò non potuit eam uobis delegare.

Et quamuis de facto delegauerit, non potuit plus iurisdictionis uobis dare quam habebat. l. traditio. ff. de acquir.rer.domin.Et regul. iuris.nemo plus iuris, sed ipse domin. Abbas nil iuris habebat, ergo nec uos commissi, & delegati ab eo. Potestis tamen uos pronuntiare iudices incompetentes,& actorem condemnare ad expensas, damna, & interesse.

Item

Item, quamuis iurisdictionem haberet, adhuc eã
16 delegare uobis non poterat, quia ille cui † delegatur causa debet esse de iurisdictione delegantis. d. l. unica. C. qui pro sua iurisd. sed uos non estis, ergo iudices in his causis esse non potestis.

Item, & si iudices habiles delegari possetis, debebat uos in partibus committere, tam de iure communi, quàm de iure singulari: de iure communi ultra duas dietas olim quis trahi non poterat, & hodie ultra unam. c. nonnulli. & c. statutum. §. 1. de rescript. in 6. Et aliàs in contradictorio iudicio fuit arestum latum contra dictum actorem in senatu Delphinali, quo fuit inhibitum dicto agenti, ne traheret dictos canonicos, uel alios de Romanis. ultra unam dietam. Et hoc fuit actum Anno 1531. & protestamur de pœnis ob hoc incursus in contemptum dicti aresti, & senatus.

17 † Imò si ultra unam dietam quis conuentus fuerit non tenetur citatus comparere, nec allegare priuilegium cum sit notorium, teste Felin. in cap. cum ordinem. colum. 7. uersic. ad allegandum. de rescrip. Tamen dicti canonici uoluerunt coram uobis comparere, & has notorias exceptiones, & declinatorias allegare.

Item, in rub. de causis in concordatis sunt hæc verba statuimus quoque, & ordinamus quod in Regno Delphinatu, & Comitatu prædictis omnes & singulæ causæ, exceptis maioribus, in iure expresse denominatis, apud illos iudices in partibus, qui de iure aut cõsuetudine præscripta, aut priuilegio illarum cognitionem habent terminari & finiri debeant. Sed de iure satis superque probatum extitit cognitionem nõ pertinere ad dictum abbatem, ergo nec ad uos.

18 † Item de consuetudine tanti temporis, cui memoria non est in contrarium, quæ tribuere potest iurisdictionem. cap. cum contingat, de foro compet. soliti sunt habere iudices, qui cognouerunt de causis ipsorum, igitur etiam consuetudo resistit uobis, ut non possitis cognoscere.

Prætereà, priuilegium tam generale, quàm singulare est. Primò priuilegium generale datum patriæ Delphinatus, tam per Imbertum Delphinum, quàm per alios, ac per regem Christianissimum fœlicis memoriæ Franciscum tunc Delphinum confirmatum, per quod apparet etiam, si posset uos iudices dare, quod in partibus cognoscere deberetis.

Etiam ex priuilegio dato à Papa, & Rege per concordata inter illos inita, in d. rubric. de causis. Cuius concordati fautor ipse actor esse debebat, ne tam in pęnas periurii indignitationis quàm in alias incidat, quas congessit. in tract. nominatio. q. 19. in eos qui uenirent contra sancta concordata.

19 Insuper, † ex priuilegio speciali dato expresśim ecclesiæ de Romanis tam à summis Põtificibus, quàm à Delphinis, de quibus plena extitit facta fides, in processu pendente, in senatu, est maximè prohibitum vobis, sub pęna anathematis ne de personis, nec de causis clericorum, maxime ecclesiæ de Romanis, cognoscere habeatis, quis igitur non uidet, uos incompetentes esse, & sic debere pronuntiari?

Item, de hac causa nullo modo cognoscere potestis. Primò principaliter, non quia non estis ordinarii. Nam nobis dati sunt iudices ordinarii à sancta sede, nec estis delegati, vt suprà probatum extitit, ergo principaliter contra dictos reos cognoscere ex defectu iurisdictionis non potestis. pro hoc facit. tex. in l. prætor edixit. §. 1. ff. de iniur.

20 Item nec incidenter, quia † incidens causæ non ampliat iurisdictionem ad speciem iurisdictionis omnino diuersam, & separatæ naturæ & amplioris gradus. Ista est noua decis. Panor. in c. tuam. col. 3. num. 19. de ord. cognition. & dicit glo. ibi. quia hoc esset intricare diuersos processus simul, & sine utilitate, & uirtus incidẽtis siue accessorii à principali descendit, & principale dicitur causa, & origo. Bal. in c. cum inter col. 2. de re iudic. igitur si incidenter cognoscere uelitis, non potestis per prædicta.

21 Item, † intentata criminali actione non potest agi ciuiliter. l. 2. §. 1. ff. ui bon. rapt. l. 4. de publ. iudic. sed hic erat intentata criminalis contra aliquos canonicos sancti Romani. Ergo non potuit Archiepiscopus intentare ciuilem, uidelicet causam exẽptionis, quæ nihil tangit criminalem coram uobis, sed debet adire iudices iam datos.

Item, sacrum magnum consilium, noluit de his alienationibus uel exemptionibus cognoscere, nec potuit, quia articulus excessus factus, quoad reformationem cordigerorum erat illis commissus tantũ & super illis excessibus pronũtiarunt, & condemnarunt aliquos canonicos de Romanis, ratione dictorum excessuum, & per condemnationem finitũ erat iudicium, ob id non potest postea restaurari: quia
22 † causa semel sopita restaurari non potest. l. qui res §. aream. ff de solutio.

Item dicti consiliarij magni consilij erant iudices dati à rege ad illum articulum delicti decidendum, & sic non poterant extendere iurisdictionem ad alienationes pænitus diuersas, à delicto reformationis,
23 cordigerorum: quia † prorogatio iurisdictionis de re ad rem fieri non potest. l. 2. ff. de iudic. nec de persona ad personam. c. P. & G. de offic. delega. sed tantum erat causa commissa per regem inter procuratorem regis, & nominatos in rescripto, vbi actor nõ erat nominatus. Ergo iurisdictio ad eum extendi non potuit & maximè ad res diuersas.

Item, & quando ad indebitam actoris petitionem consilium pronuntiauit, quod dictus actor crearet uicarios, non intelligebat processum pendere super exemptione in senatu Grationopolitano, nec exemptionem, vel alia supra expressa, quæ si intellexisset, nunquam pronuntiasset, & per istam pronuntiationem noluit, nec potuit præiudicare, capitulo absenti non audito, nec voluit immittere falcem in messem alienam. Iuxt. c. nouit. de iudic. & intelligebat consilium quod d. actor crearet vicarios in partibus, non hic. nam voluntas consilii est præsumenda esset vt de iure. l. si duo. ff. de acq. hæred. quem tex. no. Ias. consi. 84. uol. 1.

Item, quando res esset connexa solet consilium vel parlamentum iudicare de crimine priuilegiato, & super communi crimine remittere ad ordinariũ, uel cogere ordinarium ad creandum vicarios, sed hic iam actum est de crimine, & delinquentes sunt condẽnati, nec consiliũ aliquid sibi, nec uobis retinuit, igitur nihil est apud magnũ consiliũ, ideo nõ potuit, nec voluit uobis vicariis aliq̃ tribuere iurisdictionẽ.

Item, quia si hoc per vias has obliquas esset permissum confunderentur, & destruerentur omnes
24 iurisdictiones ordinariæ. Et tamen † unicuique debet sua iurisdictio seruari. capit. peruenit. 11. quæst. 1. quod non esset, nam si unus iudex semel cognosceret de una re, de omnibus aliis posset per has subtiles occasiones cognoscere, quod non est sustinendum, nec sustinere debetis.

Item, quamuis potuerit consilium cognoscere cõtra hos delinquentes, tamen non contra capitulum, 25 quia contra capitulum causa, non erat delegata. † Et alia est causa singulorum, alia causa uniuersitatis, & capituli, l. 2. & l. sicut ff. quod cuiusque uniuer. nom. c. edoceri de rescrip. & quia multi sunt in capitulo qui non fecerunt has pretensas alienationes ob id uexari non debent nec molestari, & tamen contrarium fit, unde possunt ipsi. d. canonici dicere persecutionem patimur, sed non derelinquimur, humiliamur, sed non confundimur, deiicimur sed non perimus, vt suprà dictum extitit.

Item, contra de Plastro & aliis etiam non potestis cognoscere: quia iam lata est sententia contra eos, per magnum consilium, non debetis iudicare bis in 26 idipso, † quia non debet quis duplici pœna conteri, cap. at si clerici. de iudic. & bona fides non patitur ut bis ab eod. exigatur, ut est regul. iuris.

Item, sicut Naboth proprio cruore defendit suam vineam 3. Reg. cap. 21. sic & canonici ecclesiæ de Romanis multò fortius libertatem ecclesiasticam defendere intendunt. Si ergo ille non tradidit vineam suã, trademus ecclesiam Christi? Absit à nobis, ut tradamus Christi hereditatem, ut in simili dicit text. in c. conuenior, paulò post medium. 23. q. 8.

27 Item, quod est notandum, sententia definitiua super hac exemptione lata est, ut apparet etiam in processu introducto in curia suprema parlamenti Delphinalis, quæ facit ius contra omnes. l. ingenuum. ff. de stat. hom. & transiuit, in rem iudicatam à qua non licet discedere. l. 1. ff de re iudic. quia pro ueritate habetur. l. res iudicata. ff. de regul. iuris. Et sic patet uos non posse de hac materia cognoscere, tam ratione exemptionis, quàm rei iudicatæ ac litis pendentis super possessorio: & quia ab eo, qui iurisdictionem non habet, delegati, & in sua causa propria, & ultra decem dietas, & quia in partibus deberent committi, & quia alii sunt iudices dati, & aliis rationibus supradictis. Restat igitur ut pronuntietis uos, super his incompetentes, & ita petimus protestantes de abusu ueniendo contra concordata, & de appellando, nullitatis iure semper saluo.

RESPON. CXLIII.

De cura S. Germani.

SVMMARIVM.

1 *Commonfactio data per magist. Cochery Vicarium perpetuum de cura S. Germani Lauxerrensis, ibidem usque in finem.*
2 *Officium Prioris, & Procuratoris, an sit unum.*
3 *Diuersitas nominum inducit diuersitatem rerum.*
Officium prioris in quo consistat, & in quo procuratoris. ibidem.
4 *Statuta qui dicit sublata, illud probare debet.*
5 *Lex non recepta non ligat, sed bene decretum.*
6 *Decretum collegij cum clausula irritante, necessitatem importat, & ratio subijcitur.*
7 *Potestati qui resistit, dei ordinationi resistit.*
8 *Statuta per superiorem confirmata, sine superioris consensu reuocari non possunt.*
9 *Statutum quando est prohibitorium, totum illi contrarium, est inualidum.*
10 *Lex cum alicui actui resistit, quæ gesta sunt, uel tolerata nullo modo vallent.*
11 *Præscriptio, an possit esse contra statuta.*
12 *Statutum, quando annullat actũ ipso iure, si aliter fiat tunc formam apponere uidetur.*
13 *Forma non seruata, actus est nullus.*
14 *Fundationes non uariantur, licet leges, & statuta hominum uarientur.*
Fundationes sine authoritate Papæ, uariare quis non potest. ibidem.
15 *Fundatores retrahi à fundationibus, iura, summopere abhorrent.*
16 *Symonia commissa in resignatione primiceriatus collegij Narbonensis.*
17 *Resignatio qualis esse debeat.*
18 *Resignans, & resignatarius, ut hic, inhabiles sunt ad obtinenda beneficia, & si quæ habent priuantur.*
19 *Dispensatio statutorum, à statutis prohibita.*
20 *Culpa ex delicto, & ignorantia administratorum commissa, in præiudicium collegij redundare non debet, ibidem per totum.*

POur vous mouuoir & aduertir, Messeigneurs, tenans les requestes du palais, Conseilliers du Roy nostre Sire, en sa Court de Parlement à Paris, & commissaires en ceste partie pour maistre Geruays Cochery prebstre, Curé ou Vicaire perpetuel de la cure & Eglise parochiale de S. Germain de Lauxerrois en ladicte ville de Paris defendeur, à l'interinement de certaines lettres Royaux datees du cinquiesme iour de Iuillet 1547. d'une part, contre maistre Michel de Voyer prebstre, requerant l'interinement desdictes lettres d'autre. Et monstrer par ledict defendeur que lesdites lettres sont inciuiles, obreptises & desraisonnables & par faulx donné à entendre obtenues. Et partant sera ledict demandeur debouté de l'interinement d'icelles fins & conclusions. & condamné aux despens dommages & interests, & ledict defendeur absoulz: Non obstant chose proposee au contraire, par ledict demandeur à ces fins, ledict defendeur propose ce qui ensuit. Et premierement faule presupposer, le donner entendre desdictes lettres Royaux, Où ledict demandeur dict, que pour raison de ladicte vicaire perpetuelle de sainct Germain, de Lauxerrois, auroit esté mis en procés par deuant le Preuost de Paris, ou son lieutenant, par le dit Cochery defendeur en cas de saisine & de nouuelleté.

Item, que pendant ledist proce's par deuant ledict Preuost de Paris, ou son Lieutenant, le 18. iour de Mars. 1544. fut passé certain accord, entre lesdictes parties, present & interuenant maistre Francois Guerin prebstr, du quel ledict demandeur dict auoir le droict, & ce sur le bon plaisir de nostre sainct Pere le Pape.

Item, dict & exposé, que par ledict accord, entre autres coses, fut conuenu & accordé, que ledict demandeur resigneroit audict Cochery defendeur le droict qu'il

qu'il pretendoit en ladicte vicairie de S. Germain de Lauxerrois, & que à ce moyen ledict defendeur bailleroit audict demandeur, & audict Guerin benefices paisibles iusques à la somme contenue audict accord, & sans charge de pension, ny aussi autres charges contenues & declarees audict accord.

Item, par le recit desdictes lettres du 28. Iuin 1545. sur le mesme different, qui estoit pour raison de ladite cure, lesdites parties auroyent passé vn autre accord, aussi, soubs le bon plaisir de nostre S. Pere le Pape, ledit Guerin aussi present & interuenant.

Item, que par ledit accord auroit esté dit, que ledit Cochery defendeur seroit tenu bailler audit demandeur & le faire pourueoir par effect de la Cure de sainct Aubin du Tillant, diœcese de Lizieux, n'estant chargee d'aucune pension, vallant la somme de quatre uinges liures tournois, & ce dedans vn an apres l'emologation d'iceluy.

Item, que lesdits concordats auroyent esté emologuez par nostre sainct Pere le Pape, Et que ledit demandeur auroit baillé procuration audit defendeur pour resigner sadite vicairie de sainct Germain de Lauxerrois, & consentir que par ledit Preuost ou son Lieutenant la recreance luy en fut adiugee. Ce que auroit esté fait par ledit Preuost de Paris ou sondit Lieutenant le dernier Iuin 1545.

Item, dit & expose ledit demandeur, qu'il à entierement fourny & accompli le contenu esdits concordats, Ce que n'a point esté fait par ledit Cochery defendeur, par ce que ladite Cure de sainct Aubin se trouue litigieuse, n'ayant accompli les autres choses contenues esdits concordats, & que le temps de ladite clause resolutiue, long temps a, est passé.

Item, donne à entendre ledit demandeur, qu'il a offert rendre ladite Cure de S. Aubin audit defendeur, & qu'il eust à le laisser en tel estat, possession, & iouissance qu'il estoit l'hors & auparauant lesdits concordats, resignation, & recreance. Ce que n'a esté accordé par ledit defendeur, ains l'en a empesché.

Item, que pour raison de ladite uicairie de sainct Germain de Lauxerrois, autre procez estoit pendent par deuant vous (nosdits Seigneurs) entre Maistre Simon Gyrost, & ledit demandeur, & que par uostre sentence, confirmee par arrest, le procez pendant par deuant ledit Preuost, entre ledit Cochery, & ledit demandeur auroit esté euocqué.

Item, dit que au moyen de ce que ledit Gyrost, & ledit Cochery defendeur, & ledit Voyer demandeur sont en proces par deuant vous, Recit faict de ce que dessus, vous seroit mandé declarer lesdits contracts, & tout ce que s'en est ensuyui resolutif, & comme chose non aduenue.

Item, requiert ledit demaudeur, par lesdites lettres estre remis en tout tel droit, estat, possession, & iouyssance qu'il estoit l'hors, & au temp desdits concordats. Et requiert aussi, par lesdites lettres, estre receu à poursuyure à l'encontre dudit defendeur & autres qu'il appartiendra, pour ses domages & interests, la restitution des fruits, & autres telles demandes, requestes, & conclusions que da raison.

Et sur l'interinement desquelles lettres parties ouyes le 2. Iuillet 1547. les auez appointees en droit, à escrire par aduertissement, & produire dedans huitaine. Pour à quoy fournir, & obeyr baille ledict Cochery defendeur ces presentes, & dit qu'il doibt obtenir en ses fins & conclusions.

TRANSLATIO.

De Cura Sancti Germani.

1 AD † vos excitandos & commonefaciẽdos, Domini libellorum palatii præfecti, Regis consiliarii in sua parlamenti Parisiensis curia, & hac in re commissarii pro magistro Seruatio Cochery, præsbytero curato, vel vicario Ecclesiæ sancti Germani Lauxerrensis in Parisiensi ciuitate perpetuo, reo in comprobatione quarũdam Regis constitutionum concessarum 5. Iulii die, anno MDXLVII. ab una parte: Contra magistrum Michaelem le Voyer, presbyterum, earundem approbationem petentem, ab altera: Et ad mostrandum per d. reum, quod d literæ Regis sint inciuiles, obreptitiæ, & iniquæ, atque ex falsa causa imperratæ, quare actor à comprobatione earundem cum suis conclusionibus repelletur, & in expensis damnis & interesse cõdemnabitur, reus uero absoluetur, non obstante allegatione in contrarium per d. actorem proposita ad has conclusiones: d. reus sequentia proponit.

Primò præsupponendum est quam ob causam literæ Regię fuerunt concessæ, in quibus d. actor dicit quòd ratione d. vicariæ perpetuæ sancti Germani Lauxerrensis litem coram præfecto Parisiensi, uel suas uices gerente habuerit intentatam per do. Cochery reum in materiam interturbatæ possessionis.

Item quòd pendente lite coram d. præfecto Parisiensi, uel suum locum tenente 18. Martii die M. D. XLIIII. certum fuerit pactum à prædictis partibus præsente & interueniente magistro Francisco Guerino presbytero, initum à quo predictus actor ius habere prætendit, & hoc super beneplacito sanctiss. patris nostri Papæ.

Item declarat quòd per d. pactum inter alia conuẽtum fuit, ut actor ius quod in vicaria sancti Germani Lauxerrensis prætendebat, reo Cochery resignaret: Et hac de causa reus actori & d. Guerino beneficia pacificè possidenda daret, ad summam usque pacto cõprehensam, nulla pensionis, uel aliorum onerum in pacto relatorum mentione habita.

Item ex relationem dictarum literarum 28. Iunii die, M. D. XLV. super eadem controuersia, quæ ratione d. Curiæ oriebatur, prædictæ partes aliud quoddam pactum inierant, etiam sub beneplacito sanctiss. nostri patris Papæ, præsente & in terueniente similiter Guerino.

Item prædicto pacto comprehensum fuerat, ut d. Cochery reus actori in effectu de cura sancti Aubini du Tillant, diœcesis de Lizeux, prouidere teneretur, quæ ab omni onere libera 80. librarum summam cõficeret &c. Et hoc intra annum post eiusdem comprobationem.

Item, quòd concordata fuerat comprobata per sanctiss. patrem nostrum Papam, quodque d. actor procurationem reo dederat ad suam Curam sancti Germani Lauxerrensis resignandam, & ad consentiendum, vt fiduciaria possessio ipsi adiudicata sit per d. præfectum uel uices suas gerentem. Quod & d. præfectus Parisiensis, uel locum eius tenens ultimo Iunii die, anno M D X L V. est executus.

Ad hæc d.actor declarat, quod omnimodò in concordatis contenta adimpleuit, quod nullatenus à d. Cochery reo factum inuenitur, eo quod d. Cura sancti Aubini litigiosa maneat, postquam in cōcordatis requisita non perficit, & quia tempus resolutiuæ clausulæ iamdudum expirauit.

Item d.actor notum facit, quòd d. Curam sancti Aubini reo obtulerit, ita tamen vt ea in tali statu, possessione ac fruitione relinquere deberet, qualis & eo tempore, & ante concordata, resignationem, & fiduciariam possessionem fuerat. Quod nequaquam reus admisit, sed quantum potuit impediuit.

Item quòd ratione d.Vicariæ sancti Germani Lauxerrensis alia lis coram vobis (nostri d.Domini) penderet inter Simonem Gynost, & d.actorem, quodque vestra sententia, aresto confirmata, lis coram d.præfato pendens, inter d. Cochery reum & d. actorem iam euocata esset.

Item, prætendit quòd respectu eius quod d. Gynost & d.Couchery reus, & d. le Voyer actor coram vobis lites agant, recitatione eorum quæ superius dicta sunt facta, vobis declarare mandetur d. contractus, & omne quod inde consecutum sit, resolutiuum esse, & tanquam rem, quæ in rerum natura nunquam extitit.

Item petit d actor per d.literas, vt in iure tali statu, possessione & fruitione restituatur, quali fuerat tunc temporis, & tempore concordatorum. Et vt admittatur ad prosequendum contra d.reum, & alios sibi obligatos, pro damnis & interesse, restitutione fructuū, & similibus petitionibus, libellis & conclusionibus secundùm æquitatem.

Partibus super dictarum literarum approbatione auditis, secundo Iulij die, anno M. CCCCC. XLVII. eas in iure cōstituistis concludere, vt allegationes suas scriptis admonitoriis designent, & intra viij. dies producant. Quod vt exequatur d.Cochery reus, subministrat quæ sequuntur, prætendens quod in prætensis rationibus & conclusionibus obtinere debeat.

Pour respondre à telles quelles defenses par maistre Iean Bertrand proposées, disent les boursiers du college de Narbonne, à ce que ledit Bertrād dict, que auiourd'huy l'office de Prieur & procureur, c'est tout vn, à cela respondent que si le fondateur eust voulu & entendu que ce ne fust qu'vn office, n'eust nommé le prieur & procureur. Car l'vn [Vt defensionibus satis friuolis per magistrum Ioannem Bertrandum propositis respondeatur, bursarii collegii Narbonensis dicto
2 d.Bertrandi, quòd hodie † officium prioris & procuratoris sit vnum, respondent, quòd si fundator voluisset & intellexisset vnum tantum fuisse officium, non nominasset Priorem & procuratorem. Nam vnum] est nomen honoris, *l'autre* [aliud] oneris. *Et par ainsi n'ha voulu qu'il fust tout vn, ne que vn occupasse tous les deux offices. Et cela est assez conforme au droit, disant.* [Noluit itaque quòd vnum tantùm fuisset, vel quòd vnus duo occupasset officia. Quod iuri satis consonum est dicē-
3 ti,] † quòd diuersitas nominum inducit diuersitatem rerum, & frustra inuenta essent plura nomina, si unū aliud esset. l.si idem codicilli. C.de codicil. gl.in c.olim. 95 dist. *Et aussi* [Præterea] officium prioris alio tendit quàm officium procuratoris. Officium enim prioris est in disputationibus interesse, & præsidere, & discolos corrigere, & controuersias sedare. Debet & reliqua pro officio exequi; vt in statutis continetur. *Mais l'office de procureur est*, [Officium verò procuratoris est] reditus & debita domus tam in iudicio, quàm extra procurare, & exigere, &c. Ergò *sont deux diuers offices.* [Officia duo diuersa sunt.]

Item à ce que ledit defendeur dict que [Hinc itaque quòd d.reus profert, quòd] sublata fuerint statuta, respondent *que cela ne se prouuera* [quod hoc nō probabitur.]
4 † Et dicenti, Sublata statuta, incumbit onus probandi. l.ei qui. ff. de probationib. *Et aussi seroit impossible. Car* [impossibile etiam esset. Nam] sunt pacta apposita in fundatione, quæ non possunt tolli consuetudine, nec derogatione Papali, ne fundatores retrahantur à fundationibus. c.cum dilectus. de consuetud.

Item à ce que ledit Bertrand dict que [Item huic quod d. Bertrandus dicit, quòd] statuta non fuerunt recepta, nec obseruata, ideò nullas habent uires, per c. deniq; §.& si legibus. 4. distinct. respondet *la verité estre* [uerū
5 esse] quod † leges non receptę non ligant: quia leges non ligant alia ratione quàm quod iudicio populi receptę sunt, l. de quibus. ff. de legib. Et sic loquitur d. §.& si legibus, sed ibidē posteà dicitur in text. Decretū uerò necessitatem facit. Et illum text. singu. dicit Barbat. in clem. 2. colum. 21. de rescrip. quasi uelit dicere: Quòd licèt lex non recepta non liget, tamen decretū facit necessitatem recipiendi, & obseruandi.

Item, & pource que ausdictz statutz y à clause de decret ir-
6 *ritant*, [Item † eò quod in d.statutis habeatur clausula decreti irritantis] in fine ibi. Nos enim ex nunc irritum decernimus, & inane, si secus super præmissis à quoquam quauis authoritate, scienter uel ignoranter contingeret attentari. &c. Igitur istud decretum necessitatem importat, *ainsi, qu'a esté dessus dict*, [ut supra dictum est.] Ita quòd consensus partium in contrarium non ualeat, *ainsi que sera plus deduict cy desoubs.* [ut infrà amplius declarabitur.]

Item, & cela y a bonne raison, car quand le superieur, comme le Pape a commandé quelque chose, [Item; & huic ratio reddi potest, nam quando superior, ueluti Papa, aliquid iussit,] tunc non obediens præcepto principis, morte debet mori, & sic peccat mortaliter. c.2. de maior. & obed. glo. in c.2. de constitut. in 6. quia uenit cō-
7 tra iustum præceptum legislatoris: & † qui resistit potestati, ordinationi Dei resistit. c. qui resisti. 11. q. 3. Ergo obseruantur contra istud præceptum non ualet, nec aliquam inducit præscriptionem, quia tanto grauiora sunt peccata, quantò infelicius animam detinent obligatam. c fin. de consuetud. *Mais ainsi qu'il appert, le Pape en ensuiuant la fondation de sa ne, ce qu'il a ordonné en donnant la malediction de Dieu de sainct Pierre, et sainct Paul, qui uiendroit au cōtraire, & c.* [Vt cōstat per Papā, q sequēs fundationē, solitā ordinauit maledictioni Dei sancti Petri, & sancti Pauli illum committendo, qui contrarium attentauerit.] ergò. &c. Quæ uerba importtant excommunicationem contra eos, ut per Iaf. in l. 1. ff. si quis ius dicent non obtemper.

8 *Item, & aussi* [insuper quoque] quando † statuta sunt confirmata per superiorem, ut in nostro casu, tunc non possunt statuentes reuocare ista statuta, etiā si contineant utilitatem, text. iuncta gl. in uerbo. clausula. in c. dilecto. de præbend. quàm sequuntur ibi doct. & Felin. in c. cum accessissent. num. 7. uers. tertia declaratio. de constitut. *Et nous sommes en propre cas: car les statuts sont estes confirmes par le Pape.* [Et in proprio uersamur casu, nam statuta per Papam confirmata sunt,] cū clausula decreti, Ergo, *les Archeuesques de Narbonne, ne boursiers n'autres n'ont peu uenir à l'encontre, ne rien immuer desdicts statuts sinon du consentement du Pape.* [Archiepiscopi Narbonenses, neque bursarii, neque alii potuerunt contrauenire, neque aliquid ex d.statutis immutare, nisi consensu Papæ] Eius enim est soluere, cuius est ligare. l. si puellę. ff. de sponsal.

Item

Item aussi est troune' aux statutz prohibitions de ne faire le contraire. [Item statutis quoque prohibitum est, ut
9 non contraueniatur, & † quando statutum uel constitutio est prohibitoria, *tout ce qu'est faict au contraire ne uault rien.* [Quicquid illi contrarium est non ualet.] glos. est singul. in l. à diuo Pio. ff. de rit. nuptiar. Bal. & Ias. in l. non dubium. C. de legib. & Bal. per illum text. in l. quos prohibet. ff. de postulat. *Et par ainsi ne pouuoyent uenir à l'encôtre des statutz prohibitifs les parties.* [Quare nec partes contrauenire statutis prohibitiuis poterant,] nec cum lege uel statuto prohibetur, non posset etiam renuntiare iuramento, per rubr. ne fide-
10 iuss. dot. dent. Ita quod † cum lex resistit alicui actui, nullo modo ualent quæ gesta sunt uel tollerata. l. cû lex. ff. de fideiuss. l. ubi. l. ff. de usucap. *Et mesmement,* [atque adeò] quando lex est introducta bono fauore publico, *yomme au cas de present,* [ut in præsenti casu] sunt leges locales, *pour la conseruation du college, & boursier d'iceluy.* [Propter conseruationem Collegii, & bursariorum eiusdem.] *Et ne purroient estre plus sainctes, ne plus iustes, & quasi en tous les Colleges de Paris sont obseruees,* [Et non possent sanctiores, uel iustores esse, & in omnibus penè Collegiis Parisiorum sunt obseruatæ,] quia consulunt bono publico pro pauperibus scholaribus ut reditus, *desdits escholiers ne soyent dissipez & uenduz par les adimistrateurs quand ils seroient tenuz & subiectz à rendre compte.* [d. scholarium per administratores non dissipentur & uendantur, quando ad reddendas rationes compellerentur.]

Combien que partie aduerse à ses defences aye uoulu dire que [quamuis pars aduersa in suis defensionibus uoluerit dicere, quòd] statuta, quamuis sint prohibitoria, adhuc possunt de consensu partium tolli, glo. c. 1. in verbo. statuta. de constit. in 6. *Car se ne trouuera glose audit chapitre premier, qui ne se cômence statuta, & par ainsi ne faut auoir regard à ladicte allegation.* [Non enim reperitur gl. in c. 1. quæ non ita incipit, statuta, quare dicta allegatio non est consideranda.]

Item aussi de ce qu'il dict que par temps immemorial en à esté use au contraire, lesdicts boursiers nient. Et quand ainsi seroit, que non, dient que, [Item illud etiam, quod allegat, nẽpè quòd per tempus immemoriale contrarius usus fuerit, d. bursarii negant.] *Et quand ainsi seroit, que non, dient, que* [& quamuis ita esset, quod secus est, dicunt quòd] propter clausulam decreti in statutis appositam, nunquàm potuit currere aliqua prescriptio, nec statutorum immutatio per notata per Archid. & Domi. in c. cum de beneficio, de præbend. in 6. Vbi dicût quòd si Papa concessit monachis, ut Abbas non possit conferre certum beneficium clericis secularibus, alias annullat actum, quòd licet Abbas per longissimum tempus posteà conferat illud beneficium clericis secularibus, quòd propter hoc non orietur consuetudo, uel præscriptio sequitur Barba. in Clem. 2. coll. 20. de præscript. glos. in §. 1. de firm. & irreuocab. concordat. stabilit. in Concord. in addit.

Item, par ainsi n'a peu estre uenu au contraire des statutz. Et si par malice, ou autrement, cela ne peut preiudicier aux boursiers de present. [Itaque statutis non potuit contraueniri. Sed si malitia, uel alia ratione contrauentum sit,
12 hoc bursariis hodiernis nocere non potest,] qa † quoties statutum annullat actum ipso iure, si aliter fiat, tunc uidetur apponere formam. Bald. in c. 1. qui success. teneant. quẽ sequitur Barbat. in Cle. 1. coll. 11. de elect. Plenè per Fel. i c. cû dilecta de rescri. *qu'est propre à nostre cas: car la clause irritante annulle ce qu'est faict au contraire Doncques cecy est donne'* pro forma *que' Collegé ayent un prieur, & un procureur, & qu'ilz soyent des boursiers dudict College.* [Quod nostræ materiæ conuenit. Nam clausula irritans annullat quicquid in contrarium actum fuerit. Istud igitur pro forma statuendum est priorem unum, & procuratorem debere esse in collegio, qui sint eiusdem colegij bursarij.

Item quand une chose est donnee, [Item quando res aliqua côceditur] pro forma, factum in contrarium nõ
13 ualet, quia † forma non seruata actus est nullus. l. prima. ff. de liber. & posthum. l. cùm ij. §. si prætor. de transact. *Ce doncques qu'a este' faict, est totalement contre les statutz. Parquoy ne peut auoir induict aucune prescription, ne nuyre aucunement aux boursiers.* [Igitur quod factum est, omnimodò est contrarium statutis. Quare nullã potest inducere præscriptionem, neque aliquo modo nocere bursariis.]

14 *Item, & encores que* [Item licet] † uariantibus temporibus uarientur statuta humana, & leges, tamẽ fundationes non debent uariari, nec mutari. c. significatum. de præben. c. Eleutherius. 18. q. 2.

Item, *& quand l'on voudroit immuer les fondations, cela ne se peut faire sans l'auctorite' du Pape.* [Item quamuis fundationes quis uariare uellet, hoc tamen sine authoritate Papæ fieri nõ potest,] Clem quia contingit ibi salua sedis Apostolicæ authoritate, de religio. domib. Docto. in c. nos quidem de testamen. *Et par ainsi les Archeuesques de Narbonne n'ont peu immuer la fondation du premier fondateur du college, lequel uouloit les prieur et procureur estre tous les ans remuez.* [Quare Archipiscopi Narbonenses non potuerunt uariare fundationem primi fundatoris collegii, qui priorem & procuratorem uoluit omnibus annis esse uariandos.]

Item aussi [præterea] requiritur causa, *laquelle n'appert, ne aussi l'authorite' du Pape, & par ainsi l'abus faict au contraire,* [quæ non constat, neque etiam Papæ authoritas, quare abusus in contrarium] nõ potuit inducere consuetudinem, nec præscriptionem aliquam, etiam per cẽtum annos, & tempus immemoriale: *ainsi que* [ut] notat Felin. in c. in nostra. coll. penult. de rescript. & Ioannes de Selua in tract. de benefic. in 3. parte. q. 11. num. 49. *Autrement les fondations se remueroient tous les iours, & l'on de voudroit plus rien fonder.* [Alioquin fundationes quotidie uariarentur: & nemo amplius quid fun-
15 dare uellet] & sic † fundatores retraherentur à fundationibus, quod summopere abhorrent iura: imo alliciunt ad fundandum. c. decernimus 17. quæst. 3. cap. de iure patronat.

Item aussi à ce que ledit defendeur dict, qu'il à par renonciation, & par ainsi est pourueu comme boursier, ou principal: à ce, dient que ledict resignant n'y auoit droict, ainsi qu'a este' prouue' dessus: car contre les stautz & fondation. [Ad id insuper quòd d. reus profert: quod per resignationem habeat atque ita tanquam bursario uel principali, ei prouisum est, respondent, resignantem nullum ius habuisse, vt suprà probatum est. Nam contra statuta, & fundationem] non poterat acquirere ius: & sic non potuit plus iuris transferre quàm haberet. l. traditio. ff. de acquir. rer. dom.

Item, & quand ledict resignant eusse eu droict du commencement, ce que non, il en estoit priue' par sa maluersation, de ladaption & destruction du College, qu'il à faict luy estant au College, & de laquelle est tout notoire. [Item quamuis d. resignans ius in principio habuisset, quòd secus est, co priuatus erat, tempore quo egit in collegio, tum propter uitæ dissolutionem, tum bonorum dilapidationem collegiique subuersionem, cuius fama constans est.]

Item aussi encores seroit ledict resignant & resignataire priuez, s'il sy auoyent droict, ce que non, [Item etiamsi

d.resignans, & resignatarius ius haberent, quòd se-
16 cus est, eo adhuc priuarentur.] Nam † resignatio est symonialis: & tunc resignans & resignatarius ipso iure sunt priuati c.cum essent,& c,insinuatum. de sim. & deponendi sunt c.de hoc.ibidem.

17 *Item, car la resignation* [nam † resignatio] debet esse pura, libera, &sine aliqua retẽsione.c,ex par, 1.de offic, del egat *Mais la resignation faicte audict demãdeur n'est pure, ains le resignant auoit faict pacte & conuention de le resigner en faueur dudict resignataire. Et s'est retenu une chambre, & autres choses, parquoy ladicte resignation est symoniale. Car* [Sed resignatio d.actori facta non fuit pura, verum resignans pactum, & conuentionem fecerat de resignãdo illũ in fauorem d. resignatarii. Et sibi cubiculum, aliasque res reseruauit. Quare d. resignatio est symonialis. Nam] retentio inducit symoniam. cap.ueniens, 1, de testib. *Parquoy ledict resignant, & resignataire sont inhabiles à auoir benefices principaultez, ne autres choses*
18 *spirituelles*. [Quapropter † d.resignans,& resignatarius sunt inhabiles ad obtinenda beneficia, principatus, uel alias res spirituales.] per extra, cum sit detestabile, de symo.in communib. Imò, *sont priuez des benefices qu'ilz ont*, [beneficiis, si quæ habent, priuantur.]

Item, aussi d'autant qu'il n'a la qualité requise, car il n'est boursier, & encores que le resignant euist droit ce que non: falloit qu'il le resignasse à un de la mesme qualité, ainsi qu'est tout notoire. [Item hac etiam de causa: quòd ritè non sit qualificatus: quia bursarius non est, & licet resignãs ius haberet, quod secus est: necesse esset ut uni eiusdem conditionis resignaret, quod manifestum est.]

Item, à ce qu'il dit, qu'au default du principal n'y a point d'exercice, ce respondent, qu'ilz en sont bien doulans, marris, & desplaisans, Mais ç'a esté la cause du dernier principal dudit College, son resignant, qui destruysist presque tout le college, & ledit demandeur le ueut acheuer, & fault que par faulte d'exercice, qui debuoit estre fait là dedans, ils s'addreßent aux autres Colleges, comme außi font plusieurs autres Colleges de Paris, qui ont laissé perdre par leur negligence leur tant louable exercice. Et neantmoins ne seroit raisonnable, que encores qu'ils ont perdu exercice, ilz perdissent les biens desdits Colleges, donnez pour faire estudier les pauures escholiers [Huic insuper ne quod defectum principalis exercitium non habeatur: respondent, quod hoc iniquo animo ferant. Sed hoc factum est per ultimum principalem d.Collegii, suum resignatorem, qui totum penè collegium subuertit, quod d.actor perficere statuit. Necesse itaq; est ut propter defectum exercitii, quod ibi fieri debuit, se se aliis collegis insinuent, vt & plurima collegia alia ciuitatis Parisiorum faciunt, quę sua culpa ab adeò laudabili exercitio iam frustrantur. Alienum tamẽ à ratione foret, quamuis exercitium perdiderint, ut d. collegii bonis frustrarẽtur, quæ studiorum causa pro pauperibus scholasticis sunt elargita.]

Item à bonne raison les statuts ont laissé institution & destitution ausdicts boursiers, & non à l'Archeuesque, lequel est absent: & ne peut cognistre ceux là qui ne meritent, comme lesdictz boursiers. Et pource que lesdicts boursiers uoyent tous les iours ceux là qui le meritent, & qui font leur debuoir enuers le College, Parainsi pourront choysir plus tost, que ledict Archeuesque ou procureur dudict College. [Item iusta de causa statuta institutionem, & destitutionem d. bursariis reliquerunt, non uerò Archiepiscopo, qui absens est, & dignos non potest cognoscere, tanquam bursarii. Verum, quia bursarii quotidie uident eos qui id mereantur, officioque suo in Collegio fungãtur. Idcirco potius eligere poterunt, quàm d.Archiepiscopus uel d. collegii prouisor.]

Item, aussi par lesdicts statuts est prohibee la dispence des sta
19 *tuts*, [Item per d. † statuta etiam prohibita est dispensatio statutorum, [ibi, absque tamen dispensatione aliqua. *Et pource ne l'Archeuesque, ne les boursiers pouuoient aucunement faire à l'encontre de la fondation, & desdicts statutz puis que la dispence est prohibee*. Quare neque Archiepiscopus, neque bursarij possent ullo modo facere quòd contrarium fundationi, & d.statutis esset, postquam dispensatio sit prohibit.

Item, & de ce s'ensuyt, qu'il ne faut que regarder lesdicts statutz, & voir si la prouision dudict demandeur y est conforme: pareillement s'il à les qualités que les statutz requierent. [Ex hoc etiam sequitur quod d. statuta tantũ consideranda ueniant, & an prouisio d. actoris illi conueniat. Similiter an ita sit qualificatus, ut statuta requirunt.] Et ex his solis *se doibt iuger la presente instance sans qu'il soit besoing de disputer, n'yentrer en differen*. [Præsens instantia debet iudicari, ut nulla disputaione opus sit, uel discrimine aliquo, [quid obseruatũ fuerit, & conclusũ *à telz statutz ou prouisions contraires à ladicte fondation, & statutz premiers: attendu mesmement qu'ils ne se trouuera qu'il ayent esté receuz, n'y approuuez par l'Vniuersité, ne lesdicts premiers statutz de ladicte fondation. Et le conseil peut considerer que la faulte, qu'en est aduenue esté*. [huiusmodi statutis uel prouisionibus contrars d.fundationi, & statutis primis: eo magis quod non reperiantur recepta uel approbata per uniuersitatem, neque etiam prima d. fundationis statuta. Consiliũ quoq; considerare po
20 terit, quod † culpa quę, inde consequuta est, uenit] ex delicto administratorum, & ignorantia *desdicts boursiers, qui changent* [d. bursariorum, qui ea mutant] post tempus studii finitum, *à l'occasion que lesdits statutz n'ont esté leutz & publiez au College tous les ans, comme il deburoit estre*, [eò quòd d.statuta singulis annis in collegio, ut æquum fuerat, lecta & publicata non fuerint] dolo tamen *desdicts administrateurs, craignant de rendre compte, & d'estre desposez*. [d.administratorũ, qui timent ne rationes reddere teneantur: & ne deponantur.] Quod delictum personarum cum ignorantia *des boursiers* [bursariorum] non debet redundare in præiudicium *dudict college*, [dicti collegii,] *ne causer perte ausdicts escholiers*, [neque damni occasionem d. scholasticis præbere,] per regulam, delictum personæ, in 6.c. uenerabilis de except. *Parquoy lesdicts defendeurs persistent en leurs dictes conclusions de ladicte opposition*. [Quocircà dicti rei persistunt in suis conclusionibus dictæ oppositionis.]

RESPON. CXLIIII.

De tutelis.

SVMMARIVM.

1 *Tutor ex ui nominis tuitor esse debet, qui si bona alienet, & consumat dicitur tollitur.*
Tutor an bona defuncti sine solemnitatibus alienare posit. ibidem.
2 *Alienatio rerum minoris, quæ requirat, ibidem & infra.*
3 *Malæfidei possessor is esse intelligitur, qui aliquid contra legum præcepta mercatur.*
4 *Alienatio rerum minoris est inualida, non seruatis omnibus solemnitatibus à iure requisitis.*
5 *Tutor, quando in rem pupilli loco domini habeatur.*
6 *Tutor subrogatus, in locum domini, in bene administrando eius naturam sapere debet.*
7 *Tutor, quod alienare posit, intelligi debet cum solemnitatibus.*

L.&

8 *L. & si sine §. cæterum pro de minoribus declaratur.*
9 *Minor contractũ cassans, an precium restituere teneatur.*
10 *Minor secundum communem opinionem rescindens cõtractum precium non restituit, nisi in casibus inferius positis.*

1 SCIENDVM est † tutores ex vi nominis tuitores, & defensores pupilli esse debere. §. tutores. tutel. in institut. qui si pupillum non defendant, sed bona eius alienent, & consumant tollitores potiùs quàm tutores dicuntur, teste Alber. in l. 1. ff. de tutel. Quòd facto nostro satis commodè applicari potest, nempè hic tutor alienauit prędium minoris sui pupilli, non seruatis iuris solemnitatibus: ob id dubitatum est an valeat, videtur quòd sic: quia tutor in re pupilli loco domini habetur. l. qui fundum. §. si tutor. ff. pro emptore. Sed dominus potuisset alienare sine solemnitate rem suam, ergo & tutor qui in eius locum succedit.

Item subrogatus debet sapere naturam eius in cuius locum subrogatur. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. Sed hic tutor est subrogatus in locum domini: ergo naturam domini subire debet, qui potuisset suam rem alienare, quia quilibet est moderator rei suæ. l. in re mandata. C. man. etiam abutendo. l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de petitio. hære.

Prætereà minor potest alienare rem pupilli, per totum titul. ff. de rebus eor. qui sub tutel. & in rub. ff. de authorit. tutor. & C. de præb. minor. siuè decreto. ergo cum decreto potest.

Imò etiã tenetur vendere si plus exponeret in refectione, quàm ex reditibus domus sumeret. Bart. in l. mediterraneæ. per illum tex. C. de ann. & trib. lib. 10. Sed hic non apparet an fuerit inutile pupillo vendere: ergo videtur quod venditio valeat. adhæc dicit tex. in l. & si sine. §. cæterum. ff. de minori. non esse minori aduersus emptorem succurrendum, nisi aut sordes aut euidens gratia tutorum siue curatorum doceatur, sed in isto processu non docetur, ergo minor non potest contra tutorem agere. In contrarium me trahit veritas, quod non valeat alienatio quod probabo ex
2 requisitis. † Primò requiritur causa antequam possit tutor rem minoris immobilem alienare, vtpotè quod vrgeat ęs alienum. l. magis puto. §. si æs alienum. ff. de reb. eorum. ibi prætori enim non liberum arbitrium est datum distrahendi res pupillares, sed ita demum si æs alienum immineat, proinde & si permiserit ære alieno non allegato, consequenter dicemus nullam esse venditionem, nullumque decretum, non enim passim distrahi iubere prætori tributum est, sed ita demũ si vrgeat æs alienum. l. ob æs. C. de prædijs minor. Sed hic non apparet quod vrgeret æs alienum, ergo alienatio nulla quia etiam si immineret æs alienum, oportet quod urgeat. Nam si debitum esset consanguineis, qui uellent pupillum expectare ad soluendum, uendi eius bona non deberent.

Secundò, requiritur quod debitum pupilli, ex bonis mobilibus, uel fructibus solui non possit. unde iurisconf. ait, in d. l. magis puto. §. non passim. tutoribus sub obtentu ęris alieni permitti debuit uenditio: namque non esse uiam eis distractionis tributam. Et ideo prætori arbitrium huius rei senatus dedit, cuius officio imprimis cõuenit hoc excutere, an aliunde pecunia possit ad extenuandum æs alienum expediri, quærere ergo debet an pecuniam pupillus habeat uel in numerato, uel in nominibus quæ conueniri possunt, uel in fructibus conditis, uel etiam in redituum spe, atque obuentionum: sed non fuit hoc factum, ergò nulla est ista alienatio.

Tertiò, requiritur quod appareat iudici non posse aliunde solui quam ex distractione rei. probat. tex. in d. l. magis, ibi. Item requirat num alię res sint pręter prędia quæ distrahi possunt, ex quorum pretio æri alieno satisfieri possit: si igitur deprehenderit non posse aliunde exsolui quam ex prædiorum distractione, tunc permittet distrahi, si modò urgeat creditor, aut usurarum modus parendum æri alieno suadeat.

Quartò, quod uendatur res minùs utilis pupillo, & minus damnosa.

Quintò, quod pro paruo debito non uendatur res magna, utrumque probatur, in l. magis puto. Ibi aut si distrahendum arbitrabitur, ne propter æs modicum alienum possessio magna distrahatur, sed si sit alia possessio minor uel minus utilis pupillo, magis eam iubere distrahit, quàm maiorem & utiliorem, sic consuluit Bald. consil. 75. quidam tutor. uol. 1. cum distinctione, si alia res sit æqualis debito, alioqui contra ut per eum.

Sextò, requiritur tutoris authoritas. l. 1. & per totum. ff. de authorita. tutor. l. neque. & l. eum qui. C. illo titul.

Septimò, requiritur decretum iudicis, quod debet sequi omnia ista, aliàs non ualet decretum sine cognitione interpositum. d. l. magis. §. Item prætor. & l. 1. de reb. eor. & C. de præd. minor. siue decret. non alienan. Socin. consil. 235. in 2. uol. & Ias. in l. 2. C. de edend. quod etiam declaratur glos. concord. in rub. de conclus. Lateranensis consilii. in uerbo, decretis.

Addunt etiam aliqui octauum, quod licitationes & subhastationes fiant tex. in l. si siue. §. 1. ff. de minorib. & ibi Barth. & Spec. in titul. de empt. & uend. §. nunc dicendum. uersic. si igitur tutor. & in decis. Neapolit. quæstio. 249. sint in consilio.

Igitur cum ista non interuenerint concludo istam uenditionem nullam per supradicta, & sic minorem agere posse, & literas uerificandas & interinandas.

Sed posset quis dicere nunquid præsumitur bonæ fidei emptor, & sic ei restitui debet pretium, & lucrabitur fructus. Respondeo text. in l. quemadmodum.
3 in fi. C. de agric. & censib. lib. 11. ibi † fide mala namq; possessorem esse nullus ambiget, qui aliquid contra legum interdicta mercatur, sed hic emit contra interdicta legum, prohibet enim l. 1. & totus titu. ff. de reb. eor. ne distrahantur bona minoris nisi cum solemnitatibus requisitis. Ergò is qui emit dicitur malæfidei emptor, & glo. dicit ibidem quod præsumitur sciens, & ideo dicit tex. in l. & si siue. §. cęterum. ff. de minorib. nemo accedat ad emptionem rerum pupillarium nec si bona fide distrahantur.

Replicabitur fortè, quòd hic interuenerint aliquæ solemnitates, ut patet, ergò uidetur valere: sed re-
4 spondeo † nullo modo valere alienationem, nisi seruatis omnibus solemnitatibus à iure requisitis, quòd probat. l. 1. C. de fide instru. & iure hastæ fisca. lib. 10. vbi dicit omni ordine peracto: ergo si unum ex requisitis defuerit non ualebit contractus & dicitur contractus mala fide factus. eò ipso quòd non est seruatus ordo, ut ibi asserit glo. quam singu. not. Ias. in §. Item si quis in fraud nu. 45. de actio. in instit. Idem tenet Alex. consi. 58. num. 18. in 3. uol. & Barb. consi. 41. col. 5. in 4. uol. & consi. ult. col. 4. in 4. uol.

Itaque dicit tex in d. l. 1. in fi. C. de fid instrum. lib. 10. rescissa uẽditione mala fide facta, easdem res recipies cum fructibus, quos ad emptorem mala fide peruenisse, uel peruenire debere constiterit. Et sic postquã est

est malefidei emptor, debet amittere pretium nisi in casibus prædictis, & fructus restituere. facit. l. fi. C. de fund. rei priuatæ. lib. 11. ibi nec expensarum exactioni compensationem opponere. Ex his ergo concludo literas esse interinandas & contractum rescindẽdum quatenus de facto processit. ut dicit text. in cap. si quis presbyterorum. de reb. ecclesiæ non alienand. non restituto etiam pretio, nisi quatenus fuerit minor locupletior, nec lucrari debere fructus postquam est malę fidei possessor, sed tenebitur computare illos in sortem inquantum minores restituere tenetur.

Non refragantur in contrariam partem adducta,
6 primum quod † tutor in re pupilli habetur loco domini: hoc verum (dicit tex. in d. l. qui fundum. §. si tutor) cum tutelam administrat, non cum pupillum expoliat. Sed uendendo bona pupilli ipsum spoliat, ergo non est loco domini.

Secundum, non obstat quia licet tutor sit subrogatus in locum domini, hoc est, vt bene administret, non potest liberè, ut superius dixi de re pupilli disponere, nec ea abuti, sicut dominus, quia hoc iurat in assumptione tutelæ, videlicet conseruare res pupilli. l. si. §. omnium. C. de administr. tutor.

7 Tertium non obest quod † possit alienare, ut in rubr. de præb. minor. siue decret. non alienan. ergo cum decreto potest, quia hoc uerum est cum solemnitatibus à iure requisitis, quas superius enumeraui, vnde imperatoris Seueri oratione prohibiti sunt tutores & curatores prædia rustica uel suburbana distrahere. l. 1. ff de reb. eor.

Quartum non me mouet quòd teneatur alienare: nam Bart. hoc non dicit, sed bene non imputari tutori, si non refecit domum in qua plus expendisset, quã ualeret. sed facit. c. terrulas. 12. q. 2. cui potest responde re, quod de istis prius debet constare, quòd non est hic, ergo non ualuit alienatio.

Vltimum, quod potissimę vrget etiam non obest,
8 quia text. † dicit. in d. §. & si siuè. versic. & districtè pro bãdum est in rebus quæ fortius casibus subiectę sunt non esse minori aduersus emptorem succurrendum, nisi aut sordes, aut euidens gratia tutorum, aut curatorum doceatur: nam illum text. intelligit gl. & doct. in fructibus & aliis rebus quæ seruando seruari non possunt, in quibus si tutor disposuerit, non potest agere minor, nisi gratiam aut sordes docuerit, secus in rebus immobilibus, in quibus uersatur maior utilitas. l. rem mobilem. ff. de acquir. possess. ubi dicitur possessionem rei mobilis uilem. Ergo in illis poterit agere. unde iuriscons. in d. l. magis. in fi. ait manet actio pupillo si postea poterit probari obreptũ esse prætori, sed uidẽdum est utrum in rem an in personam dabimus actionem & magis est ut in rem detur, non tantum in personam aduersus tutores siue curatores, & sic patet per illum tex. quod rectè potest pupillus agere cõtra tutores, & si non esset soluendo agere posset in rem, & hoc permittit ei iurisconsult. & dat ei facultatem agendi, contra quem uelit.

9 Secundò, an hic † minor petens cassationem contractus debeat restituere pretium emptori? & facit tex. in l. mater. C. de rei uendic. ubi si mater uendidit fundum filiæ quem iure uendere non poterat, uendicare illum fundum alienatum filia poterit, etiam nõ oblato pretio sic & iste uidetur.

Secundò, facit c. ad audientiam. de rebus ecclesiæ non alienand. ubi eadem prædia aliter reuocari non poterunt, nisi suscepta pecunia tunc restituatur utpotè quò id fiat sine scandalo, ut ibidem dicit Io. Andr.

Tertiò, facit tex. in l. 2. C. de furt. ubi sic dicitur in ciuilem rem desideratis, ut agnitas res furtiuas nõ prius reddatis, quàm pretium fuerit solutum à dominis, & alibi iurisconsl. ait neque enim bonæfidei contractus hanc patitur conuentionem, ut emptor rem amitteret, & pretium uenditor retineret. l. emptorem. §. fin. ff. de actio. emptio.

In contrarium uidetur text. in l. emptor. ff. de rei uẽdic. ubi sic dicitur emptor. prædium quòd à non domino emit exceptione doli opposita non aliter restituere domino cogetur, quàm si pecuniam creditori eius solutam qui pignori datum prædium habuerit.

Secundò, facit l. ultima. in fi. C. communia. de lega. ubi pretium reseruatur emptori.

Tertiò, hoc expressè decidit tex. in l. si præ. C. de p̃d.
10 minor. Reperio primam † opinionem communem, ut asserit Barb. consil. 40. præclarè col. 11. in 1. uolum. & in creditore quod non teneatur restituere pretium si pignus uendidit. docet. l. emptorem. §. denique. ff. de actionib. empt. & l. ult. C. de fund. rei priuat. lib. 11. sic dicens si quis ad interdictum contractum accesserit, eum uolumus pretia perdere perpetuò. & l. unic. C. ne liceat habita. metroco. libro 11. Nisi in sequentibus casibus.

Primus quando immineret scandalum, ut in d. c. ad audientiam. de rebus ecclesiæ non alienandis.

Secundò, quando fuit emptor malæfidei. cap. uulteranæ. 12. q. 2. glos. in d. cap. ad audientiam. glo. l. Iulianus. §. sane. uel autem res quæ in ver. acquiratur. vbi Bart. C. de sacro. sanct. eccles.

Tertiò, quando minor factus esset locupletior ex illo pretio, vel esset conuersum ad suam utilitatem: ita intelligitur. d. l. si prædium. C. de præd. minor.

Quartò quando alienatio fuit facta ex causa necessaria, & iusta tunc retinetur res donec pretium solu tum fuerit. l. cum hi. §. eam. vbi Bart. ff. de transact. Ba. in d. l. si prędium. vbi dicit, quod si abbas cum capitulo alienant rem ecclesiæ immobilem pro soluenda decima papali licet non interuenerit decretum superioris, non restituetur res, nisi pretio soluto.

Quintò, quando minor adiuit hæreditatem patris tunc illam alienationem approbare uidetur: & postea non poterit illam alienationem retractare. l. cum à matre. C. de rei uendi. l. uenditrici. de rebus ecclesiæ non alienan. l. 1. de excep. rei uend. quia postquam sunt hæredes approbare uidentur factum defuncti, & ipsi ad euictionẽ tenentur, & contra factum illius non possunt uenire. l. si à patre. C. de restitut. mili. l. uendicantem. ff. de euict. Sic consuluit, Ias. consil. 238. in præmissa. col. 2. in 2. uol. ubi ponit quatuor rationes.

Sextò, quando consentiit illi alienationi postquã maior factus erit, ut in rubr. ff. si maior factus. text. in §. Titius. si de feudo defuncti contentio fuerit inter domi. & agnat. vassal. & sic concludit decisio Neapolitan. quæst. 278. pater meus in fi. quod si contractus rescindatur ratione solennitatis omissæ debet restitui pretium, secus quando rescinditur ex defectu causæ: sed hic annullari debet, ex utroque defectu, ergo pretium restitui non debet.

Septimò, nisi nominatim cautũ sit de pretio restituendo, & per stipulationem. d. l. fin. in fi. communia de leg. quia conuentiones & pacta seruari uult prætor. l. iurisgentium. §. prætor ait. ff. de pact. glo. in l. si familiæ. C. famil. herciscund. quam not. Iaso. singul. consil. 211. præsens. col. 5. uol. 2. l. si fundum. de euictio. C.

RE-

RESPON. CXLV.

De testimonio famuli.

SVMMARIVM.

1 *Testimonium famuli contra filium sui domini, an censeatur approbatum per d. filium, qui mortuo patre recepit dictum famulum.*
2 *Partes possunt remittere iuramentum testi.*
3 *Famulus non habens salarium à domino, dicere testimonium tunc potest, nec ob id reprobari potest, quod limitat nu. 10.*
4 *Testis aliàs inhabiles, quando est à partibus approbatus, contra eum nil opponi potest.*
5 *Testis domesticus quando approbetur.*
Testi testamentario de inhabilitate opponi non potest. ibidem.
6 *Seruus non potest esse testis pro domino, nec contra dominum.*
7 *Tempus iuramenti, & depositionis testiũ est attendendũ.*
8 *Partes, licet consentiant in persona testis, contra dicta tamen opponere possunt.*
9 *Partes ignorantes testis conditionem, eum non uidentur habilitare.*
11 *Testis quando ab utraque parte approbatus dicatur.*

1 FAMVLVS † patris mei id temporis quo residebat cum patre deposuit cõtra me, postea mortuo patre meo, ego retineo illum famulum, nunc mouetur controuersia, an possum obiicere personam, & dicta huius famuli de his quę deposuit contra me tempore quo degebat cum patre. Dubium facit, quod filius uidetur approbasse personam illius famuli, eum post mortẽ patris recipiendo in suum seruitium, ergo non poterit aliquid obiicere. per tex. in l. Theopompus. ff. de dot. præleg. ubi dicit Bar. quod quando persona testis est approbata non potest opponi contra eius dictum nec contra iuramentum, ergo nec contra istum.

2 Item † partes possunt remittere testi iuramentum c. tuis. de testib. glo. in l. 1. ff. de ser. quia agitur fauore partium cui possunt partes renuntia. l. si quis in conscribendo. C. de pact. c. si diligenti. de foro compet. Et à fortiori possunt approbare, istum famulum ut eidem credatur.

3 Tertiò, † quando famulus non habet salarium à domino, tunc potest dicere testimonium, nec potest ob id reprobari. Spec. in titu. de teste. §. 1. uersi. sed de quo mercenario. refer. Roma. consi. 420. in proposita. Hypol. in l. 1. §. ad quæstionem. & §. idem munio. ff. de quæst.

4 Quartò, quando † testis aliàs inhabilis est rogatus à partibus & approbatus nil potest opponi contra eũ, quia persona eius uidetur approbata. gio. singu. in §. & licet in uerb. & supplicijs. in auth. de testib. coll. 7. quam not. ibi Bar. & Bal. in l. parentes. & l. si quis testi. C. de testib. Ias. in l. admonendi. in repet. nu. 200. ff. de iureiur. Iste uidetur approbatus cum fuerit famulus patris & filij, ergo non poterit obiici contra eum.

5 Quinto, facit: nam † testis domesticus admittitur quando ab utraque parte est approbatus. Bald. in l. 2. C. de testib. Hypp. in l. 1. §. Item Munius. ff. de quæst.

Sextò facit, contra testes testamentarios non potest opponi de inhabilitate, quia eorum fides uidetur à testatore approbata. Alexand. consi. 54. ponderatis. in 3. uol.

Contrarium est verius per tex. in l. seruos. C. de te-
6 stib. Vbi sicut † seruus non potest interrogari contra dominum, ita nec pro domino. Et maximè in criminalibus: nam dicitur ad quæstionem non esse prouocandos eos, quos accusator de domo sua produxerit nec eis facilè credendum. l. 1. §. ad qõnem. ff. de quæst.

7 Item, † attendi debet tempus iuramenti & depositionis. Bald. in c. quoniam. contra. coll. 3. de probatio. probatur in l. ad testium. §. conditionem. ff. de testa. l. quoniam liber. C. de testib. Bar. in l. 1. §. si seruus. ff. de quæst.

Sed tempore depositionis & iuramenti fuit ille famulus inhabilis, ergo postea non potuit habilitari.

8 Præterea, & si † partes consentiant in persona testis adhuc tamen poterunt opponere contra dicta. Ita tenet Bald. in l. in bonæ fidei. col. penul. uersi. sed dubitatur de uno. C. de reb. cred. sequitur Fel. in c. ueniens. in 1. col. penul. de testib. & Hyppo. singu. 92. licet testis. Ideò licet iste filius consensisset, quod non fecit, ut infra dicam, in persona huius famuli, adhuc poterit obiicere contra illam depositionem, quam fecit contra eum in uita patris.

Nec obstat quod contra testem qui est approbatus non potest quidquam opponi, uerum est, sed hic non fuit approbatus, nisi ut famulus: Ideò non fuit approbatus quoad testimonium, quapropter meritò poterit reprobari. Nam in uno approbatus in alio potest reprobari, quia separatorum separata est ratio. l. fin. ff. de calumniat.

Nec obest quod partes remittere possunt testi iuramentum, ergo & approbare famulum, fateor sed hic
9 non fuit approbatus: nam quando † partes ignorant conditionem testis, non uidentur eum habilitare. Angel. in l. 1. C. de testam. Cœpol. cautel. 217. licet regulariter Imol. in l. ad testium. §. conditionem. ff. de testa. Sed hic filius ignorabat famulum deposuisse contra eum, quia alioqui numquam eum recepisset, ergo illa ignorantia facit ut non uideatur approbasse.

10 † Nec obstat aliud quod si famulus non habeat salarium à domino non possit reprobari. Respondeo hoc esse uerum quando esset honesta persona, & fide & testimonio digna, secùs quando est uilis. Doct. in l. 2. C. de testib.

Nec refragatur quartum & quintum ac ultimum in quibus is qui est approbatus non solet reprobari, quia quod approbaui reprobare non possum. l. arenã. C. de inoffi. testa. sed hic non fuit approbatus d. famulus ad testimonium, sed ad seruiendum, tantum, ergo potest reprobari tam persona quàm dicta.

11 Notandum est autem quod tunc dicitur † approbari persona quando est ab utraque parte producta. Cyn. in l. si quis testib. C. de testib. & cano. in c. præsentium. de testib refert Lanfranc. in repetitione c. quoniam. contra. col. 17. de probat. in uerb. testium depositiones. Sed iste famulus non est per filium productus, ergo per eum non est approbatus. Igitur poterit reprobari & obiici contra istum famulum.

Imò quando aliquid de nouo ueniat ad notitiam contra aliquem, uel de nouo emergit poterit opponi etiam post publicationem. tex. in c. præsentium. & ibi latè. Doct. de testib. & quod de nouo peruenerit stabitur iuramento proponentis. not. in d. c. præsentium. & c. pastoralis. de excep. & cap. ut circa. de elect. in 6. Igitur concludo filium posse obiicere contra istum famulum, licet eum post mortem patris locauerit & longo tempore tenuerit. Et ita dico iuris esse.

Quæ-

Quæstio alia super facto prius declarato proposita.

SVMMARIVM.

1 Portio canonica non præscribitur, etiam per tempus immemoriale.
2 Congrua portio an peti possit.
3 Præscriptio, maxime immemorialis, currit in decimis.
4 Solemnitas ex lapsu temporis præsumitur.

Eu lefaict dessus posé, le Conseil souscript est d'aduis que la portion Canonique ne se peut prescripte. [Visa facti narratione, suprà declarati, Con
1 silio infra scripto videtur,† portionem Canonicam non posse præscribi.] Etiam per tempus immemoriale. *Ce non obstant le Curé de Cize ne peut demander Canonique portion a monsieur l'Abbé d'Asmieres, n'y au Couuent.* [Nihilominus Curatus de Cize non potest petere canonicam portionem à dño abbate d'Asmieres, neq; a conuentu,] nequaquã obstante prescriptione. *Mais pource que ledict curé de Cize ad'ultres certains biẽs, qu'il prend de sadicte Cure, tant les quinze sestiers de froment, & quinze de metail, qu'aussi par ce qu'il prenoit des autres dismes en ladicte paroisse, iusques à six vingt liures.* [Verùm cũ d. curatus de Cize alios adhuc reditus ex sua cura recipiat, non solum 15. frumenti & totidem terraginis sextarios, sed & alias in d. parrochia decimas, quæ centum & uiginti librarum summam conficiant.] Ex quibus potest iura episcopalia soluere, & commodè uiuere. *Par quoy ne peut demander autre portion congrue,* [Qua
2 re aliam † portionem congruam petere non potest,] cùm iam habeat: dummodò ex certis rebus habeat, secus si ex obligationibus, & rebus incertis, quæ non sunt in consideratione.

Touchãt de ladite prescription, lesdits Abbé & Conuent sont bien fondez à retenir les dixmes, veu que la prescription y est. [Quantum ad d. præscriptionem spectat, d. Abbas, & Conuentus, de iure decimas retinere possent, quia in
3 ijs † præscriptio cucurrit,] maximè immemorialis. Et Ecclesia contra Ecclesiam non potest præscribere per quadraginta annos. *Et ne fait rien si lon veult dire la solemnité obmise. Car* [Neque obstat si dicatur solem-
4 nitatem esse omissam. Nam] ex † lapsu tanti temporis omnia presumũtur solemniter acta. *Encores bienque.* [Quamuis etiam] nõ probetur authoritas episcopi: *veu que c'est dixme, & possedé par gens d'Eglise, est prescript contre le Curé de Cize, qui ne peult demande lesdicts dixmes:* [quia cùm decimæ sint. & ab Ecclesiasticis possessæ, sunt contra curatum de Cize præscriptæ, qui eas petere non potest.]

Quant à produire les adueuz, ne feroit point grand profit, Car [Consiliorum uerò productio parum commodi adferret. Nam] etiam si decimæ uenerint à laico, tenetur quis ad Canonicam portionem: Et laicus ipse, si curatus eam non habeat, *comme au cas present*, [ut in presenti casu.]

RESPON. CXLVI.

De reunione prædiorum nobilium in prouincia à rege facta, quæ tamen per arestum fuit reprobata.

SVMMARIVM.

1 Princeps an possit alienare bona sui Principatus.
2 Alienationis inualididas, propter prohibentia edicta Regis.
3 Alienatio à principe fieri non potest, quæ respiciat commodum, uel incommodum subditorum, nisi ipsis subditis vocatis.
4 Priuilegium transiens in viam contractus, reuocari non potest.
5 Iustitia nulla est maior, illa quæ est ex contractu.
6 Bona fides plus debet exuberare in contractibus initis cum principe, quam in alijs contractibus priuatorum.
Princeps etiam de plenitudine potestatis, contractui suo contrauenire non potest. ibidem.
7 Priuilegium in contractum translatum, ex supplicatione principi porrecta, & eius responsione, ibidem per totum.
8 Princeps an teneatur ad obseruantiam contractus, posteaquam illi se submisit.
9 Princeps licet non subdatur potestati inferioris, si tamen illi libere se submisit obedire tenetur.
10 Legis dispositio deducta in conuentionem à Principe, conuentionem fortem reddit.
11 Alienatio facta cõntra promissionem, de non alienando iuratam, est nulla.
12 Dispositio generalis, seu derogatio nunquam trahitur ad iurata.
13 Iuramentum, licet non transeat ad successorem, tenetur tamen successor exonerare animam defuncti.
14 Subditi non possunt à suo domino alij tradi, eis non citatis.
15 Conuentioni non iuratæ solum, sed nec simplici etiam aut gratuitæ derogatum videtur, nisi de ea specialis facta fuerit mentio.
16 Clausula ex certa scientia derogat his tantum, quæ sunt iuris, non autem his, quæ sunt facti.
17 Rex, quamuis maior de bonis Regni alienare non potest, sine consilio maioris partis suorum baronum.
18 Alienatio, vt hic, quod fuerit facta via permutationis, vel datione in solutum constare debet.
19 Assertioni, contractum à iure improbatum, licitum facienti, nunquam statur, nisi de ea sufficienter constet.
20 Principis conuentio, ut hic, quomodo, sit interpretanda.
21 Vnio, an fuerit inualida tanquam facta à non habente potestatem.
22 Renuntiatio priuilegij, an inducatur ex actu contrario priuilegio, ibid. per totum.
23 Preces tantum superioris de se iustum metum inducunt, & sufficiunt ad rescisionem contractus celebrati.
24 Metus superioris semper præsumitur durasse.
25 Canonici habentes priuilegium, uel statutum de certo numero canonicorum, si mandato Papæ recipiant canonicum supernumerarium, sibi non præiudicant.
26 Compelli qui potest ad faciendum, licet dicat, quod spõte facit, coactæ tamen facere dicitur.
27 Confirmatio priuilegiorum ab eo qui potestatem non habebat.
28 Præscriptio impedita, ibidem usque in finem.

Ex sin-

EX singulari priuilegio concesso Grambodient. anno domini 1394. ab illustrissimo domino Carolo, filio quondā regis Siciliæ, principe Tharenti, d. Regni magno iustitiario, ac regio generali in comitatibus prouinciæ, & Fourcalquerii gubernatore & vice gerente, castrum Grambodii unitum & incorporatum extitit, dictorum comitatuum mensæ & perpetuo domanio, cum promissione iurata de non alienando, expressaque clausula, quod si forte contingeret. extra prædictum Domanium in alienas manus transferri vendi, aut alienari, licitum esset eis se opponere, resistere, & defendere, etiam manu armata, si opus foret. quod subinde anno 1399. approbatum & confirmatum legitur, per inclytum principem Ludouicum Secundum, præfati Caroli, fratrem Siciliæ Regem, & dictorum comitatuum comitem. Verum quia rex Ludouicus Tertius, filius præfati Ludouici Secundi, & Hyrlanda regina eius mater & administr. ambo simul anno postea 1420. dederunt, donauerunt & concesserunt prædictum castrum Grambodii cuidā D. Gulielmo de Fourcalquerio domino de Vienno pro se & successoribus quibuscunque, & hoc insolutum & pagam quorundam bonorum existentium, in Castro Raynardo, & summæ Florenorum auri mille quingentorum octuaginta, eisdem Regi, & reginæ cessorum & remissorum, perd. dominum Gulielmum constantibus litteris patentibus super hoc concessis. Nunc suscitatur in dubium per dictos Grambodien. Iuncto regio procuratore, coram regiis reformatoribus huius patris, vtrum prædicta alienatio sit facta ex causa necessaria, fieri potuerit, & valida sit, nō obstāte suprascripto priuilegio comitatus, & edictis, de non alienando bona domanii, etiam nō refragan.

Omissa igitur alia, longa & satis prolixa facti serie, & rerum contingentium de quibus in dicendis magis opportuna fiet recitatio, videtur primò aspectu respondendum dictam alienationem nō ualuisse, ut factam in præiudicium mensæ comitalis & iurium dictorum Grambodien. quod ex multis satis urgentibus rationibus fundamentum cuique rectè speculanti, demonstrari potest.

Primò quidem, quia de iure communi certum est
1 † principem non posse alienare castra sui principatus in præiudicium suorum successorum. c. intellecto. de iureiurand. c. abbate sanè. de re iud. c. vbi. Papa mandat Regi Vngariæ quod reuocet alienationes factas in regni præiudicium non obstante iuramento de eas non reuocando, quod procedit hac ratione secundū Lucam de pœna. in l. quicunque. col. 3. C. de omni agri deser. lib. xi. nam si princip. nō esset interdicta alienatio. Sicut frustratim lupus comedit agnum, ita etiā paulatim totus perit principatus. Ex quo, n. comes dare posset hodie vnum castrum, & cras aliud indubitanter posset anichilari totus comitatus, ut de regno Franciæ in simili inquit S. D. P. Igne. in sua solemnī repetitione l. donationes quas diuus Imperator. col. 11 de dona. inter uir. & uxor. Et ita contingit in regno Auferre, quod ita paulatim diminutum perdidit nomen regni, referen. Guiaguino in Chronica Franciæ in uita Lotharii in fin. quod non tantum cederet graui damno futurorum principum, sed etiam totius patriæ, cuius maximè interest uiuere sub potenti principe, sub quo populus magis ritè & salubriter regitur & honoratur. dicit Bar. in tract. de Regi. comit. col. penult. allegando Deuter. c. 17. Hinc uulgò existimatur bonum esse à summo principe dominari, ex eo et quia dignitate nominis dominantis, quis honestatur. de quo Lucas de Penna in l. 1. C. de capit. ciuium censib. eximend. lib. 11. C. Melius enim est uiuere in paupertate sub magno principe, quàm abundare diuitiis sub vno nobili, ut de coloniis Romanorum dicitur. quia licet eorum conditio minus libera uideretur, potior tamen & præstantior existimabatur propter amplitudinem & maiestatem populi Romani, cui suberant. Hac igitur duplici ratione creditur introductum fuisse ne princeps alienaret bona principatus, etiam uia testamenti, quantumcunque ceteris fauorabilior existat. l. 1. C. de sacros. ecclesiis, prout etiam concludit Perus. in rubr. de testa. lib. 6. col. 3. uersic. 25. prohibetur testari rex. Et Corce. in tract. de potest. Reg. q. 8.

2 Secundò demonstrari uidetur † inualiditas huius nostræ alienationis ex eo: quia facta contra edicta prohibentia Regis Roberti, reginæ Iohannæ, ac plurium aliorum comitum præteritis patriæ, de quibus si prefatus Rex Ludouicus fuisset certioratus dictam alienationem non fecisset, ut in simili dicit Alex. in consi. 125. viso titu. col. 2. Maximè cum dicantur inserta inter statuta regni in archiuis regiis per ea quæ scribit Fel. in c. 1. col. 8. uersi. unum nota. de constit. quia tali casu sciuisset eam esse nullam. arg. tex. in l. non dubium. C. de legib. & in l. cum lex. ff. de fideiussor. quare postea sciendo ipse Valesius successor illi stare non tenetur, ut in terminis dicit Ias. in cōsi. 227. col. 3. versi. 2. adsunt. & in 2. libro. Et meliùs hoc probat. d. P. Ign. in repe. l. donationes quas diuus Imperator. coll. 11. uersi. 6. quoniam.

3 Tertiò hoc idem magis comprobat: quia † facta fuit dicta alienatio recusantibus & inuitis dictis Grambodien. quod princeps facere non potuit, ut est tex. & ibi communis doctor. resolutio. in c. 1. §. præterea ducatus. de prohib. feud. alien. per Freder. c. 1. §. ex ead. de leg. Corrad. d. Sequitur Spec. in titu. de feud. §. quoniam. uersi. 29. & ibi Ioan. And. Et in c. dilecti filii. ubi Hostien. & cano. de maior. & obedien. Et ratio est secundum Felin. in cap. 1. col. 3. de probat. quia interest subditorum subiici domino inæquali uel inferiori, cum per hoc efficiantur, deterioris conditionis, ut etiam demonstrauimus supr. & ideò dicit Bal. in c. generali. si de feud. fuer. controuer. quod rex Franciæ non posset alienare unam ex ciuitatibus regni inuitis ciuibus, propter quod cautè egit Constantinus Imperator. qui dando urbem Romam Papæ Syluestro habuit consensum populi, ut ualeret donatio, quæ aliàs de iure non ualuisset populo recusante, prout de alienatione Orgonentium facta à comite Valdimontis iunctis ipsis Orgonensibus, concludit D. & præceptor meus de Ripa in 2. lib. respon. c. 2. per decem fundamenta iuris de quibus ibi quę ante eum, pro maiori parte. tradita reperiuntur per cano. in tract. de feud. char. 15. col. 21. in 2. par. q. 1. Et clarius in 2. q. 6. partis, & in proximè seq. Et Iason. in §. item Seruiana col. 2. Instit. de actio. ubi tandem inuehit contra dominos facientes similes alienationes subditis suis inuitis. Et dicit Fabia. in tract. de empt. & uend. in 10. q. 3. quæst. principalis. quod admittenda est contradictio subditorum, etiam eo casu quo permissa esset domino alienatio, ut causa necessitatis. quod sequitur Corcet. in d. tract. de potest. Regia. q. 4. & 62. Et Claud. de aquis in Specu. feud. col. 31. Nicol. Boer. in tract. de custo. clau. portæ ciuit. col. 8. & charta. 17 col. 1. qui subiicit, quod non ualeret consuetudo contraria in regno Franciæ, pro eo quod esset irrationabilis, ut dicit iudicatum fuisse in magno Regio consilio, contra nobiles de Gambarre. Et hoc sentire uidetur S. D. P. Igne. in d. repet. l. donationes quas diuus Imperator. col. 11. dum

dicit

dicit principem nō posse suam potestatem ab se abdicare inscio,& non consentiente populo, qui illam sibi tradidit. Idem tenuit Decis.in c. 1.col.4.de proba. & Parpal.in præludi.feud.chart.17.

Quartò,& longè magis inconuincibili fundamēto detegitur inualiditas alienationis prædictæ quoniam
4 extitit facta contra † priuilegium dictorum Grambodien.de quo in themate,quod ex eius lectura uī transiuisse in conuentionem, siue cōtractum ut infra demonstrabitur,quo casu non potuit reuocari per principem concedentem nec per aliquem ex suis successoribus.l.item eorum.§.quod si actor.& §.ex iis. ff.qđ cuiusque vniuersi.Innocen.in c.nostra,de iureiur.glo. & Bar.in l.quod semel.ff.de decret.ab ord facien.& in l.omnes populi in 4. q. 3. principal. ff.de iust. & iur. dum vult.quod licet aliis inuitis, concessa alicui subdito per priuilegium possit ex causa reuocari, secus tamen est vbi essent concessa per contractum,uel quasi cōtractum: quia debet obseruari nedum in ipsummet principalem cōceden.sed etiam eius successorē, quod sequitur ibi Baptista de sancto Seueri. Iohan. Montefera, & dictus Thom. Parpa. huius decisionis rationes diuersimodè assignantes, quarum, tamen magis præcipua mihi uidetur esse illa quæ dicit quod contractus sunt de iure gentium, & ideo princeps & eius successor illos seruare tenetur.c.1.de natur.feud. c.1.de proba. nam licet Deus principibus subiecerit leges, non tamen contractus.quia fuisset contra eius gentium, & contra illam naturalem iustitiam, quæ oritur ex consensu secundum Bar.Bal.& alios.in l.di-
5 gna vox. de legibus. Nulla † enim maior iustitia est, illa quæ oritur ex pacto, & contractu, ut dicit Bal. in consil.36. lib.3.Et ideo probat Laureo. in l.non amplius.§.j.ad fin.ff.de leg.1. qđ si ipse Deus posset nobiscum contrahere obligaretur ex contractu, pro quo facit. 3.Reg. c.8. Domine Deus Israel qui custodiens pactum. Et multò igitur magis princeps, qui est animal rationale & mortale, & quem nulla rex nullusque senatus posset absoluere à lege,naturæ uel dicta-
6 mine rationis, vel legis æternę.quo fit, ut in † omnibus contractibus initis cum principe plus exuperare debeat bona fides,quàm in aliis contractibus priuatorum.secundum Bald.in titul. de pace constan. §. quia uerò.3.Prępósi.in c.1.natu.Iaso.in §. actionum. col. 1. inst.de actio. & in l.insulam. col. 10.de uerb.oblig.ff. Intantum quod non possit princeps suo contractui contrauenire etiam de plenitudine potestatis, ut latè per Bartol. & doct.d.c.1.col.1.de probat. & in consil. 48.col.3.& consi. 151.in 2.dubio.Socin.in Bononien. consiliis.consilio 87.uisis inuestitura,& col.1.& præfatus D. Igneus. in d.l.donationes col.3.

7 Nec dubium uidetur quod † priuilegium huiusmodi in contractum transierit,simul cum cæteris cōcessionibus, donationibus, & remissionibus, in ipsis literis expressis. nam hęc omnia ab ipso principe emanauerūt,præcedente supplicatione dictorum Grambodien.offerentium tunc se redire ad regiam fidem, & obedientiam sicut ubique demonstrat earundem literarum tenor: diligenter ponderatus.c.porrò.& c. accipimus. de priuileg. maxime ibi.eorum itaque supplicationibus iunctis illis uerbis sequ.scilicet redeuntibus quidem ad sacræ fidei regnum, cultum & illius ad humilem siquidem supplicationem. Et ex quibus clarè constat quod princeps uoluit dictum priuilegium,& cætera in dictis litteris contēta concedere tantum illis, qui redirent ad eius fidem & obedientiam, quos per rebellionem commissam, cum Raymundo de Thriena eorundem Grambodien. dominо commiserant.vnde ex tali supplicatione & responsione principis sequuta, initus est quidam contractus per quem supplicantes tenentur obedire regi, & ad eum redire,& rex tenetur illos non alienare extra manus suas, & ad cętera de quibus in dictis litteris. Ne cuiquam uideatur incōueniens talem contractum fieri per solam supplicationem & responsionem principis,vt in terminis declarat Alex. in consilio 101.colla. 1. versic. sed dictum priuilegium,in volum.1.& consilio 216. colum.3. uers.6. vol.2.& sequuta supplicatio, potest dici huiusmodi priuilegium transiuisse in contractum per decisionem,quam singulariter tradit Bar. in d.l. omnes populi. in 3. q. principali quem communiter ibi doct. sequuntur. dum decidit quod si concedatur priuilegium immunitatis Venien. ad habitandum,statim quod quis venit respectu ipsius tale priuilegium transit in contractum innominatum do ut facias. qui eo casu ex utraque parte perfectus irreuocabilis efficitur, à fortiori igitur priuilegium præcedente supplicatione concesū hominibus Grābodien.quæ redierunt ad Regiæ fidei cultū illorum reditus trāsiuit in perfectum contractum antedictū, & consequenter irreuocabilem. quod itaque probāt manifestissimè uerba illa posita in fine dictarū litterarum ibi: habentem confirmationes, remissiones, donationes, gratias, & concessiones, ac omnia alia supradicta firmiter tenere,ac obseruare promittimus eisdem vniuersali, & hominibus de Grambodio, & ad sancta Dei Euangelia per nos tacta iuramus. quæ uerba adeò clare ostendunt priuilegium prædictum (si priuilegium dici possit) transiuisse in contractum, siue conuentionem irreuocabilem, quòd amplius testibus non egeamus.

Et non obstat huic quarto & principaliori, horum Grambodien. fundamento, si subtilitati insistendo,
8 dicatur † principem non teneri ad obseruantiam dicti contractus, postquam illi se submisit, ea tantum ratione, ut redirent ad Regiam fidem, ad quàm alias redire tenebantur ad libitum, sui veri, legitimi, ac naturalis principis: quia respon. nihilominùs principem teneri ad obseruantiam dicti priuilegij in contractum translati. pro quo alleg. Bal. in l.si cum mihi. ff. de dolo. vbi dicit se consuluisse per illum text. in ciuitate Cenarum, quòd priuilegium, datum quibusdam bannitis vt possint securè morari in ciuitate, eo quod eorum opera occupauerunt quoddam castrū est irreuocabile, licet alias dicti banniti debuissent in pace dimittere tale castrum, sic per eos indebitè occupatum.quod sequitur d. Alex.in d.consi.226.col.2. qui etiam in simili constituit. in consil. 1. uolu. 2. quod Marchio Mantuæ qui de consensu summi pontificis conuenerat cum Ebocier,ut liceret illis impunè fęnerari non potuit postea de iure talem conuentionem reuocare. Et tamen nemini dubium quod ipsi Eboéi ante dictam conuentionem poterant ad libitum principis prohiberi ab usuris fiendis : quinimo eos prohibere debebat, ad id adducitur D.Ias.in consi.1. uolu.3. qui post amplam disputationem arbitratus fuit fore indignum & à iuris ratione procul alienum, quod Marchio Montisferrati non astringatur ad obseruandam conuentionem, per quendam suum prædecessorem factam, cum quodam nobili de sibi infeudando nonnulla castra, si eius opera, sagacitate & industria certi nobiles, rebelles ab illis expellerentur, prout subsequutum fuit. & licet ipse nobilis, ut subditus, & feudatarius, eiusdem domini Marchionis, alias de iure teneretur talem operam & industriam impendere, tamen imputandum est dicto domino Marchioni,qui

ni, qui subdito suo taliter se submisit. Nam ut egregius inquit. S.D.P.Igne.in d.l.donationes.col. 2. quã-
9 uis † princeps nõ subdatur potestati inferioris.si tamẽ illi liberæ se submisit obedire tenetur.per tex. in l.est receptum,ff.de iurisd.omnium iudic. cum similibus. ibi plane per eum allega.vnde constat non esse ita inconueniens,ut dicitur, quod princeps teneri debeat ad obseruationem dicti priuilegii in contractũ translati,quamuis fuerit concessum ea solum ratione, ut dicti Grambodien.sibi rebelles ad regiam fidem redirent:quia per hoc demonstratur magis esse seruandã ipsius principis fidem, ex quo emanauit circa ea quæ sunt de natura sui officii, prout est augere principatum in acquirendo sibi subditos seu rebelles factos. reducendo secundum not. Imol.in consil. 1.col. 13. Paul.de Castro.consil.317.uiso & examinato puncto. col.3.in antiq.Corneus consil.70.in hac consultatione.col.penul.lib.20.& hoc procedit ut facilius homines inuitentur ad se principibus dedicandum quod non esset si scirent tales conuentiones fore reuocabiles.ut dicit in simili Felin.in tracta. quando literę apostolicæ notat.plura Iohan. de Selua.in tract. de benefic.in 3.parte.q.11. Et præfatus. D.Igneus in loco præalleg. col. 7.qui propter hoc infert. capitula pacis per principem facta,cũ ciuitatibus, maximè esse seruãda.

Quintò,& principaliter nullitas huius nostræ alienationis pro eo aggrauatur, quia dicti Grambõdien. ex dispositione legis,ut uisum est, non poterant inui-
10 ti alienari, † quæ legis dispositio sic postea deducta in conuentionem à dicto principe reddere habuit cõuentionẽ ipsam adeò fortè in casu nostro:alias à lege phibito.quinimo ẽt in casu alias promisso,ut qñ fuisset facta ecclesiæ,& in terminis nostris prohibita probat de Opizo in repet.§.Diui.col.87.quẽ refert & sequtur do.meus de Ripa.in d.250.respõso dicens fortius ex tali alienatione nullum trãsferri dñium.Et licet illud dictũ de Opizo uideat fortè aliqualiter dubiũ, tñ ultra D.Corneum illud tenet. & sequitur Iacobus in sua praxi.uersic.& cum pacto, de non alienand. col. 1.Domi.de Curte in suo tract.feud.in 4.parte.§.aggredior.uersi 4 declaratio.Et à ratione dubitandi tradita,per Felin.defendit Deci. in c. quæ in ecclesiarum. col.penult.& est communis opinio. quam etiam tenet Calcan. consil.14.uiso titulo.col.2.maximè quando talis conuentio fit à principe,ut hic cõtingit, quia habet uim legis secundum de Opizo,ubi suprà.

11 Sextò, adhuc magis aggrauatur † nullitas ipsius alienationis, ex eo quod facta extitit contra promissionem,de non alienando iuratam ad sancta Dei euãgelia, ut patet in fine dictarum literarum. quo casu licet alias fuisset reuocabilis,tamen non potuit reuocari.obstan.iuramento, ut dicitur in eo qui prorogauit alienam iurisdictionem cum iuramento, de quo per doct.in l.si conuenerit.ff de iurisd omnium iudic. Et Corcet.in rubr.de iureiur.in uersic.3. Antho. Brunus in tract de uiribus iuramen. q.38. Et Decius in c. 1.col.19.de iudi.& merito, quia talis reuocatio induceret periurium, & consequenter delinquendi occasionem.contra tex.in l.3.ff.de iureiur.& in l.conueni-
12 ret.ff.de pact.propter quod † generalis dispositio seu derogatio,nunquam trahitur ad iurata.c.constitutus, ubi Felin.& doct.de rescript.qui extendunt hoc procedere etiam respectu iurantis.

Et hoc sequitur Bolog.allegando pluros authoritates in noua interpretatione.c.cum contingat sic effectus.de elect.lib.6.unde non obstat.si quis uelit prędicta limitare respectu ipsius principis iurantis; quia ẽt habet locũ respectu eius successoris. Nam licet † iuramentum non transeat ad successorem, nihilominus tenetur successor exonerare animam defuncti. Vt dicit gl.in l.2.ff.de prætor.stipu. per quam dicit Felin.in c.cum sit generaliter,col.7.de foro comper. qđ poterit argui hæres per episcopum ad obseruandum iuramentum defuncti pro eius animę exoneratione. Idem tenet Ro.in authen.similiter.col.6. ad leg. Falc. Georg.Natan in repet. c. quamuis colum.21. & seq. de pact.in 6.Alex.consi 99.videtur.colum.penult.uolum.4.plene Socin.in consil.38. colum.2. in nouiter impressis, ubi dicit quod quamuis iuramentum non liget successores,ligat tamen successorem ad obligationes,& contractus iuratos,quibus princeps nõ potest contrauenire: quia iuramentum est de iure diuino,secundũ Decium in consil.151.in secundo dubio.

Septimò,arguitur, realis & penitus inualida prædicta alienatio ex multiplici defectu solemnitatis, quæ in ea interuenire debebat,supposito etiam quòd pręmissis non obstan fieri potuisset.

14 Primò enim † defectu citationis dictorum Grambodien.qui citari debebant attento eorum graui præiudicio, de quo supra etiam si in ipso contractu princeps apposuisset clausulam supplens eum defectum ex certa scientia & de plenitudine potestatis. cle. pastoralis.§.cæterum.de re iudic. Et Bart.in extrauag. ad reprimendum. in verbo figura, qui mouetur ex eo quod Deus,in quo est omnis potestas, antequam priuaret Adam paradiso,citauit eum dicens, Adam vbi es,secundum Claud.de aquis, qui vltra hoc plura adducit,in l.vt vim.ff.de iust.& iure.

Secundò quidem, quia in litteris dictæ alienationis,nõ legitur principem derogasse comitatibus, edictis vetantibus alienationem rerum domanialium, & minus expressè conuentioni ad hoc adhibitæ per dictos Grambodien. cum suo immediate prædecessore Ludouico secundo.quorum omnium non tantum generalis requirebatur derogatio. quinimo etiã specialis,saltem quoad dictam conuentionem. gl.est ad hoc singul.in l.decurionibus.C.de silentiar. lib.12. per quam ita vult Bal. in l.fin. in vlt.verb.C.si contro. iũs vel vtilit.publ.& constituit Alex.in consi.101.col. 2.vol.1.Bologni. in consil. 6. penult. etiam si dici non
15 possit.† iurata conuentio,sed simplex,& gratuita cõcessio.Nam adhuc illi,per secundum derogatum nõ videtur,nisi de eo fuerit facta specialis mentio. ut dicit Alex.in consi.125.viso titulo.col.2.per not.in c.bonæ.de confir.vtil.uel inutil. & in c.ex litteris. de offic. deleg.cum similib.plenius allegatæ per d Steph.Ber-
16 trandum,in consil.130.nec obstat † clausula ex certa scientia: quia per eam censetur tantum derogatum his quæ sunt iuris, de quibus princeps præsumitur habere notitiam,non autem his quæ sunt facti, vt erant præmissa edicta suorum prædecessorum, & ita concludit Felin.in cap.nonnulli, col.17. in 2.limit.de rescript.& d. Stephan.Bertrand.in consi.169. num.4. & in consi.112.num.30.in secunda parte. Et ideo multò minus per dictam clausulam, ex certa scientia, videri debet derogatum antedictæ conuentioni, tum quia magis verisimile est principem illam ignorasse, tum etiam quia erat iurata. quo casu non ita de facili præsumitur derogatio.secundum Felin. & Dec.in capit. constitutus.colum 6.versic.limita.quadrupliciter.de rescript. Et non dicatur quod in necessariam consequentiam princeps alienando videatur derogasse, quia hoc esset fortè verum si constaret de præmissis regijs edictis,& iurata conuentione,ipsum habuisse notitiam.aliàs secus per supradicta. Et quod in simil. dicit Bolog. in d.consilio 6. columna penult. Et

quod

quod de alienatione illorum de Gardana à comite prouinciæ facta in præiudiciū eorum simplicis priuilegij de non alienando consuluit D. Steph. Bertrand. in consil. 154. in 3. parte.

Tertiò itaque videtur quod dici possit nulla antedicta alienatio ex quo non fuit facta cum consil. & cōsensu maioris partis baronum dicti Regis Ludouici
17 existen. in minore ætate. Nam † rex quamuis maior non potest alienare de bonis Regni, sine consil. maioris partis suorum baronum, etiam in casu alias permisso, vt dicit Innocent. in d. c. intellecto. de iureiur. & consuluit. Cardi. in consi. 138. quem refert Felin. in c. ad audientiam. colum. 2. de præscript. & Barber. in tracta. de potesta. Cardinal. in 2. q. 2. partis.

Tenendo igitur hāc partem, quòd nulla fuerit alienatio dictorum Grambodien. quòd profectò multū æquitati congruum, ex præmissis uidetur, in aliquo refragari & habent aliqua quæ fortasse in contrarium proponi possent. nam quidem si dicatur primò, quod
18 † alienatio ipsa facta fuerit via permutationis, uel saltem in solutum, Et sic titulo vtili & regi necessario, quem propterea nō comprehendit iuris communis dispositio, nec comitis edicta, minusque illa specialis conuentio de non alienando præfatos Grambodien. arg. tex. in c. ut sup. §. fi. de rebus ecclesiis nō alienand. & eorum quæ latè scribit Felin. in c. causam. col. 4. de iudic. quoniam respondetur quod etiam si hoc esset verum, tamen opus esset, quod sufficienter constaret de ipsa permutatione, uel solutione, de qua non potest dici constare per illa uerba narratiua literarum Reginæ Yrlas, quæ nullo modo probant. vulg. c. si Papa. de priuileg. & tradit. Bart. Imol. & cæteri doct. in l. ex hac scriptura. col. ult. de donat & licet alias probarent, ex quo agitur de facto antiquissimo ipsiusmet principis, non tñ in isto casu per text. in l. & si forte. ff. de constit. pecun. & in l. si donationem. C. de coll. vbi certissima & traditur regula (quæ secundum doct.
19 nunquam fallit) quod ubi † assertio facit contractū licitum, qui aliàs esset à iure improbatus, ut hic contingit, nunquam illi statur quinimò præsumitur facta in fraudem legis, donec aliter de ea quis sufficienter constare faciat, ut per doct. ubi supr. & in l. per diuersas. C. mād. & in auth. si quis in aliquo, C. de edend. cum simil. adde plene alleg. per D. Steph. Bertrand. in consil. 118. nu. 10. in 1. parte. Et Dec. in consil. 132. in casu proposito. Si enim standum esset similibus assertionibus principum, quis dubitat paria fuisse non prohibere alienationem, uel permittere in certo casu. Cū de facili semper illum assererent subesse, ut in simili dicit Soc. in consi. 169. circa primum col. 6. & in consi. sed uisis testamento, col. 4. Franc. de cur. consi. 35. statuto, col. 5. in fi. & d. Steph. Bertrand. in consil. 1. num. 63. in d. 1. parte. Et quia per dictam permutationem non constaret de necessitate alienationis prædictæ, sed tantum de utilitate, quæ quamuis fortè sufficeret, ad hoc ut teneat alienatio inquātum concernit uniuersum comitatum, nō tamen sufficere posset quoad præiudicium conuentionis dictis Grambodien. inferendum est igitur quod conuentio omnimodo illibata remanere debet.

20 Non obstat secūdo, si dicatur quod † princeps per dictam conuentionem videri debeat voluisse à se, & successoribus suis abdicare tantum facultatem alienandi dictum castrum, nulla sibi retenta superioritate, per ea quæ dicit Steph. Bertrand. in consi. 1. nu. 60. in 1. parte & Iason. in consi. 227. col. 2. & seq. in 4. vol. quia respondetur principem etiam sensisse de huiusmodi alienatione per quam retinetur superioritas, vt patet in litteris ipsis, dum fit mentio de alienatione olim facta Raymondo de Thurena, iunctis dictis Grambodien. quæ fuit causa eorum rebellionis, qui si non se comperissent, tunc sub domino ipsius de Thurena rebelli, ac ipsius regis capitali inimico non habuissent causam cum eo rebellandi. Vnde omnino credibile est quod princeps promisit eos nō alienare vt illis à cætero submota esset similis causa rebellandi: quod non esset intelligendo, tantum de alienatione totali (vt de se patet) suadetur etiam hoc quia princeps expressè incorporauit dictum castrū comitali domanio, ita quod nusquam possit ab eo alienari. vnde sicut castra existentia penes dominos inferiores non amplius dicuntur esse superioris, ita non diceretur homo eo casu uno comperiret se alienatum, penes aliquem, etiam retenta superioritate, vt nunc contingit, & consequenter iste casus comprehenditur sub prædicta conuentione, si rectè eam interpretari velimus. Et ad d. Bertrand. & Iason. suprà alleg. respondetur, quod ipsi loquitur de interpretatione iuris communis vetantis principibus alienationem rerum principatus. Nos autem non tantum de illa, sed de interpretatione expressè conuentionis super hoc per principem factæ certis bonis respectibus de quibus supra.

Non obstat tertio si pro solido argumento, & sufficiente ad totalem destructionem intentionis eo-
21 rundē Grambodien. dicatur quod prætensa † vnio sit & fuerit nulla tāquam facta per illum dominum Carolum principem Tarente non habētem ad hoc potestatem: quia imo habebat cum esset frater Illustrissimi domini Ludouici Regis Siciliæ & comitis Prouinciæ, ac tunc magnus, pro eo in dicto regno iustitiarius. Et in comitatu prædicto Regius generalis vice gerens. vnde omnia poterat secundum glos. & ibi scriben. in c. penul. de offic. vicar. pro qua ibi allegātur plura iura. Et ideo sicut rex ipse facere poterat talem conuentionem: sic etiam dictus Dominus Carolus princeps Tarenti, qui vices regias gerebat facere potuit, maximè cum tendebat ad reductionem subditorum rebellium, & ad obuiandum in futurum omni rebellioni, per ea quæ dicta sunt in 4. fundamento, & in proxima præcedenti responsione. Item frustra dubitari contingit de validitate dictæ cōuentionis quoad defectum potestatis, ex quo postea superuenit voluntas regis, qui illam simul cum cæteris contentis in dictis litteris ratificauit, & confirmauit, ex sua certa scientia, tenore eraundem literarum expresso, ad magis demonstrandū se illas uidisse, quo, casu etiam si non subiecisset clausulam ex certa scientia, prout subiecit, adhuc sufficeret ne contra dictam confirmationem alquid obiici possit, secundum glo. & omnes doc. in c. penul. in uerbo. tenor compositionis insertus. de confir. util. uel inutil. quod ibi ampliauit procedere etiam si in litteris cōfirmationis esset clausula sine prauitate, quæ arguit de se ignorantiam in principe, & sequitur Felin. in c. cum inter. col. 1. cum tribus sequen. de exceptionibus. & in c. cum nulli in princip. col. 13. in 4. fall. de rescript.

22 Non obstat quartò, † tot & tanti actus ipsorum Grambodien. per quos dicuntur renuntiasse dictæ eorū facultati datæ in prædicta conuentione, de resistendo & contradicēdo casu quo alienarentur. Non quidem primò eorum taciturnitas siue tacitus consensus qui interuenit in non contradicendo, quando Domi. Antonius de Fourcalquerio filius & procurator præfati. M. D. Guilliermi fuit solemniter immissus in possessionem dicti Castri, per domi. Bertrand. Gaufre-

Gaufredum iudicem Aquen. & commissarium ad id expresse deputatum, per Regem Ludouicum & Hyrlandam Reginam eius matrem, quoniam hoc ideo fuit quod nõ contradixerunt. Grambodien. ipsi: quia si contradixissent ipso facto, incurrebant in irreuocabilem indignationem maiestatis dictorum Regis, & Reginæ: quod pro pœna eisdem Grambodien. fuerat impositum, per iam dictum cõmissarium, quando quidem pœnam eo casu ratam, gratam atque firmã, sic irremissibiliter habebant, & gerebant principes prædicti, ut attestantur litteræ dictæ commissionis cum illarum executione. Ex quo satis colligitur qualis & quantus fuerit iustus metus eorundem Grambodien.

23 Nam si tantum † preces superioris de se iustum metum inducant, & sufficiant propterea ad rescisionem contractus celebrati, ut dicit Innocen. in c. petitio. de iureiurand. Eò quia Rogatus domini est præceptum, secund. glo. in l. 1. circa princip. ff. quod quisque iur. Et ex simplici præcepto superioris iustus metus inducatur. arg. c generali. quod ibi not. gloss in uerb. morere. 24. q. 8. & l. fin. C. de his quę vi metus. caus. Quantò igitur fortior cuique uideri debet metus dictorum Grambodien. proueniens ex præcepto irreuocabili indignationis eorum Regis & Reginæ nulli non patet, cum timere sæuitiam siue austeritatem alicuius hominis potentis, metus iustus esse dicatur. ut per Innocen. in c. quod ex his. de sentent. excommunicat. Et Bal. in d. rub. de his quę ui metusue caus. post glo. in c. cum dilectus. in uerb. mortis (quam ad hoc ponderat ibi Panorm.) extra eod. & sic cum dicti Grãbodien. tacuerunt, & non contradixerunt prædictæ missioni in possessionem propter iustum metum, nõ potest inferri ex tali meticulosa taciturnitate aliquis tacitus consensus: eis præiudiciabilis iuribus. & doctorum authoritatibus notissimis, & multum egregiè adiuuatur per d. Steph. Bertrand. in consil. 1. col. 1. cum seq. in 1. parte. Et Deci. in consilio 467. col. 4.

Et si dicatur, quod ultra ipsam taciturnitatem fecerunt dicti Grambodien. infinitos actus reiterare, per quos magis palam recesserunt à dicta eorum facultate, uti in præstando totiens fidelitatem seruitiũ & obedientiam, d. domino Gulliermo & Antonio de Forcalquerio, patri & filio, ac cæteris aliis eorum successoribus, qui plures fuerunt. Ante modernum enim Ioannem de Cruce pronepotem dicti domini Antonij ex nobili domicella, Thomacia eius filia. Respõdetur quod omnes illæ fidelitates, & alii actus supradicti fuerunt pariter meticulosi. De omnibus quidem illis qui fuerunt facti durante uita prædicti Regis Ludouici tertii non est dubium, quia idem

24 † metus, de quo supra, præsumitur semper durasse iuxta not. per Bar. in l. penul. de condict. ob turp. caus. & in l. 2. C. quod met. caus. & per canonist. in c. 1. eod. titul. prout in similib. dicitur de metu illato vxori per maritum, qui nunquam ex interuallo purgatur durãte matrimonio, secundum Bart. ubi supr. & Bal. in d. l. 2. vbi etiam dicit Cyn. quod si semel officialis mihi metum intulerit, adhuc dicor cum timore, licet non sim in eius conspectu, si modo hoc tempore adhuc est in officio. arg. text. in l. si per impressionem. C. eod. quod sequitur Bal. in l. nouissimè. in fi. princip. ff. quod fals. tuto. Et maxime procedere debet in tanto principe qui in comitatu prouincię nullum recognoscit superiorem, ut inquit Oldrad. quem sequitur d. Steph. Bertrand. in consil. 227. in princip. in 3. parte. Et præceptor meus de Ripa in 2. lib. respons. c. 6. num. 14. propter quod eius tam rigorosum præceptum erat quod sicut semper loquitur semper terrebat, vt in simili de statuto metum inferente, dicit Bald. in l. omnis. in fin. C. ad Tertul. De aliis autem actibus, de quibus posset argumentari, factis durante uita regis Rena. fratris, & immediatè successoris præfati Ludouici tertii, idem per omnia dicendum est, quod de supradictis, ex eo quia pariter mãdauit, per suas litteras patentes datas, die 10. Decembris, anno 1435. quod homines præfati de Grambodio, eidem magnifico domino Antonio obedirent, & alia facerent sicut eorum domino si indignationem suam cuperent euitare, citra tamen præiudicium petitorii, quod in dictis litteris expresse reseruatur. Vnde quidquid fecerunt dicti Grambodien. tamdiu quamdiu uixit præfatus rex Renatus satis meticulosum fuit, per supradicta. Et quod in simili consuluit dominus Ias. de quibusdam actibus factis per homines de Sabaud. uiuente illustriss. mo domino Duce Sabaudiæ in consil. 165. uol. 2. & Panor. in consil. 3. in 10. q. partis secundę. quia ex tali donatione concludit iuramentum fidelitatis præstitum per quendam dominum Costanium ad mandatum regis Angliæ pro castro de Lerdea eam non ligare. Et idẽ dicit Decius in d. consil. 468. col. 4. De quadam recognitione facta per dominum Pellaticine, de quibusdam castris, ex pœnali ordinatione ducis Mediolan. allegando ad hoc Cardinalem in consil. 137. & Calder. consil. 1. in titu. quod metus caus. Et breuiter hæc est communis doctor. senten. quod si subditi aliquid faciant in suum præiudicium propter litteras regias, præsumitur factum meticulose, sic quod eis non prę iudicat & minus eorum posteris. Quam opinionem pulchrè comperio approbatam. per Paul de Castr. in consi. 7. quia frustra. in 3. col. lib. 1. & propterea restat proculdubio inferendum in casu nostro, quod per fidelitatem censum, & seruitia cæteraque alia præstita in signum obedientiæ per præfatos Grambodien. Iã dicto domino Gullielmo de Fourcalquier & successoribus suis, durante uita dictorum regum Ludouici & tanquam ex probabili & iustissimo metu, non debeant eisdem Grambodien. obesse.

Quoad uerò alia similia prædictis præstita à tempore mortis Regis Renati. Licet fortè non possint ab illis excusari ratione metus, qui consistebat in dubitando incurrere indignationem eiusdem Regis: quia uidetur cessasse per eius mortem, attamen adhuc possunt excusari, ex eo quod præmissa tenebãtur facere aresto magni cõsilii dicti Regis Renati lato super mero possessorio an. 1430 per quod fuerunt adstricti ipsi Grambodien. cognoscere præfatum Antonium de Fourcalquerio in dominum, saluo tamen & reseruato iure illis competẽti in petitorio, cum propter hoc dictum, magnum consilium in aliquo derogare non intellexerit, constantibus litteris dicti aresti. Vnde postea Grãbodienses ipsi quoquomodo cognoscendo dictum Antonium de Fourcalquerio uel eius successores in dominos, censendi sunt potius hoc fecisse eo animo ut dicto aresto satisfacerẽt, quam quod uel int iamdictæ facultati renuntiare, prout in simili dici-

25 mus de † canonicis habentibus priuilegium, vel statutum de certo numero canonicorum, quia si de mandato Papæ faciant actum contrarium recipiendo canonicum super numerarium sibi non præiudicant, quia potius pręsumuntur hoc facere animo obediendi Papæ quam renuntiandi eorum priuilegio. vt not. in cap. constitutus. de purg. cano. & per Cyn. in l. uoluntariæ. C. de excus. tutor. & per Hostien. Ioannem Andr. & Anton. de Butrio. in c. accedentibus. de priuileg. & in c. super hoc. de renuntiat. quos refert &

Q sequi-

sequitur Alexan.in consil.33.ponderatis,his quæ continentur in priuilegio.col.3.in 5.uol. & domino Stephano Bertrand.in consilio 154.num.14.in tertia parte. Quia propter hoc infert illos de Gardana non censeri renuntiasse eorum priuilegio simili nostræ conuentioni, de non alienando prætextu quorundam actuum, qui poterant interpretari etiam in alium censum, quam renunciationis. Signanter etiam in casu nostro admittendum est quòd isti prætensi actus celebrati fuerunt animo potius parendi dicto aresto, & pluribus Regiis mandatis, de quibus suprà,quàm animo renuntiandi dictæ conuentioni, per illam solemnem protestationem factam, per Syndicos dicti castri nomine totius vniuersitatis, anno domini 1480. die quadam 24. Septembris: per quam protestati fuerunt coram domino Lazaro de Cruce patris præfati domini Iohannis Moderni, quòd per præstationem homagiorum fidelitatis & sacramentorum, eidem prestandorum non intendebant aliquo modo præiudicare dictæ vniuersitati,seu hominibus illius,quominus eius liceret redire ad regnũ domanium ve à quo alienati fuerant toties quoties per Regem reducerentur ad illud: quo casu talia homagia pro non factis habere uolebant, & intendebant: de quo sic expressè protestati fuerunt constante mandamento à dicto processo producto: quæ protestatio, licet prima facie tanquam contraria facto, non uideatur protestantes releuare. per text.in l.cum plures. §. locator. ff. locat. Tamen in ueritate eos releuauit & releuat, in eo quòd per eam conseruatum est ius illis competens ratione dictæ conuentionis,ut de protestatione Tragonensium facta in alienatione castri de Orgono pro cõseruatione priuilegii de non alienando,concludit D. meus de Ripa in 2.lib.responsi.c. 4. & sequent.consuluit Bald.in consil.237. Archiepiscopus.lib.4.

Postremò, itaque præsumendum est, quod eo animo tales actus fecerunt dicti Grambodiensis, ut comitatibus regiis, & prædicto aresto obedirent, & non ut renuntiarent dictæ conuentioni Regis de non alienando, quia si bene legantur producta hinc indè, facilè comperietur quòd à tempore factæ alienationis prædictæ nullum vel modicum fuit spatium temporis, quo non certauerint in possessorio uel petitorio, pro obseruantia iam dictæ conuentionis, in petendo dictum castrum reuniri & incorporari Regio domanio.

Ideò ex his multò magis indubitàter concluditur omnes præmissos actus, qualescunque fuerint dicti Grambodiens. non obesse, etiam si dixissent illos spõ-
26 tè fecisse, quia posteaquam † quis potest compelli dicitur coactè facere, licet dicat spontè facit.ut dicit Petr. de Anch. in consil.154.col.2. Barba. in consil.43. col.3.lib.1.& consil.60.col.4.eod.lib. Et plenè Decius in consil.640.col.fin.

Vnde solum superest respondere,ad hoc quod ipsi Grambodien. obtinuerunt ab eod. domin. Anto. de Fourcalquerio, confirmationem suorum priuilegiorum antiquorum & cõcessionum aliquarum nouarum, quia quãtum attinet ad istum actum, qui dependebat à mera uoluntate ipsorum, nec ad illum poterant compelli, non uidentur præmissa pro responsione suficere. Igitur huic aliter respondendo,
27 dico quod ista † acquisitio de confirmando priuilegia & alia de nouo cõcedendo fuit facta per eosdem assertos Syndicos & consiliarios dicti castri, qui nullam potestatem ad id faciendum habebant, propter quod eorum factum tanquam singularum personarum non potuit præiudicare competenti, ex priuilegio,uel alias dictę vniuersitatis:secun.Bal.in cõsi.237. Archiepiscopus in 4.parte.& si ratificauerint, non tamen per modum congregati consilii,in quo constet interuenisse consensum duarum partium omnium hominum dictæ uniuersitatis, quo casu non ualet ut in terminis uoluit Ias.in consil.140.lib.4. quinimò & si constaret maiorem partem consensisse adhuc non potuisset præiudicare cæteris non consentientibus, ex quo ut probatum est supra contra eorum libertatem agitur secundum eundem Ias.in l.Iurisgentium. §.hodiè autem.col.4.versic.13.limita.ff.de pact. Anch. consil.10. uidetur in regul. peccatum. col. 28. in 5. q. Vbi dicit quod tunc esset licitum minori parti maiorẽ circunuenire, & in foro conscientiæ non teneretur,& ideo est quod quando agitur de damno vniuersitatis,quilibet particularis potest se opponere, & admitti debet secundum Dec.in consil.152. col.3. & Felin.in c.super hiis. in princip.de maiorita. & obedien. qui post Bald.& Anto.de Butr.vbi ampliat hoc procedere etiam respectu illius qui uocatus ad consilium non uoluit accedere, quoniam si sciebat, quod in eo tractaretur se consentiendo alicui subiectioni, ut hic contigit,non tenebatur ire:& posito citra uerum præiudicium quod omnes illi de Grambundio, qui pro tunc erant nedum tacitè, ut prætenditur: sed expressè renuntiassent dictæ Regis conuentioni de non se subiiciendo alteri domino quam Regi, nihilominus dici potest quod ex eo nullum factum fuerit preiudicium modernis Grambodien per eorundem renunciationem, quia tales eorum parentes non potuerũt eis auferre illam prędictam libertatem, quam illis minime tradiderant,sed eorum priores parẽtes,per text. in l.emancipatum: in fi.ff.de senat. quem ad id allegat singularem Paulus de Castr.in d.consil. 7. Et faciunt alia in simili deducta per Iacob.de sanct. Geor. in sua inuestitura: in versic. quæ quidem inuestiti. colum. 18.& plenius per Dec. in consil.468.col.penul.

28 † Non obstat quintò, & principaliter si præfatus dominus Iohannes de Cruce exceptione præscriptionis, se iuuari uoluit contra præfatos Grambodiensis, quoniam argumento à sufficienti partium enumeratione, quod ualidum est, in iure constat nullam subesse præscriptionem,etiam decennalem:nam dominus Gullielmus de Fourcalquerio,in quem facta fuit dicta alienatio morte præuentus possedit dictum castrum minus triennio,cum alienatio ipsa facta fuerit anno domini 1420. & Antonio de Fourcalquerio, uti filius,& hæres dicti castri anno 1423.constante instrumento homagii pro parte ipsius domini de Cruce producto. Item licet præfatus dominus Antonius possederit postea dictum castrum, usque ad annum domini 1465. sic attestante eius cod.cillo, in quo relinquit dictum castrũ nobili domicellæ Thomaciæ eius filiæ, tamen cum bona fide solum potuit possedisse per octo annos, ex quo de anno 1431. fuit eiectus à possessione illius in uim certæ declarationis factæ per quendam Petrum de Bella ualle Regium generalem in hac patria Prouinciæ locumtenentem & gubernatorem super petita obseruatione, dictæ conuentionis pro parte dictorum Grambodien propter cuiusquidem conuentionis notitiam,quam illo modo habuit ipse dominus Antonius sic fuit constitutus in mala fide, ut postea in possessionem reintegratus, per Regem Renatum, citra in præiudicium eiusdem conuentionis, seu priuilegij in conuentionem transacti non potuerit aliquo modo præscribere, obstant. sibi mala fide iuribus notissimis. Item nec etiam potuit perfectè præscribere dicta-

cta domina Thomassia, eius filia infra duodecim annos quibus tantum dictum castrum possedit, computando huiusmodi temporis spatium à tempore codicilli confecti anno domini 1465. in quo fuit vt dictũ est, sibi relictum dictum castrum, vsque ad tempus quo dominus Lazarus de Cruce eius filius (vt hæres) de eodem castro homagium Regi pręstitit quod fuit anno 1477. Quiquidem dominus Lazarus similiter non præscripsit, quia fuit postea constitutus, in conscientia dictæ conuentionis, anno domini 1480. per protestationes quas tunc sibi fecerunt dicti Grambodien. consentientes confirmationi illius, ex qua scientia orta est mala fides sufficiens ad impediendum dictam præscriptionem, prout etiam illam fortius impediuerunt lite contra eundem dominum Lazarum mota per dictos homines iuncto Regio procuratore, vigore dictæ conuentionis. Et hoc anno 1496. Et quia iam dictus dominus Ioannes de Cruce filius & hæres præfati domini Lazari, contra quem nunc agitur, solum & dumtaxat possedit per quadriennium, & nõ ultra sua talis possessio, nec aliorum suorum prædecessorum quantumcunque fuerit continuata à quatuordecim annis nunquam sufficiens fuit ad causandam aliquam præscriptionem, qua meritò nunc possit se iuuare per supradicta.

RESPON. CXLVII.

Contredicts en matiere de reunion pour Messieurs les gens du Roy, contre le seigneur de Courbieres, & de Gramboys.

SVMMARIVM.

1 *Reunio per procuratorem Regium, & subditos loci de Grambundio postulata, qui contra certam vnionis formam per Comites Prouentia factam, fuerat venditus.*

2 *Vnio, seu reuersio feudi ad dominium reducit rem ad suam primam naturam.*

3 *Exceptio dilatoria tollitur per appuntamentum ad defendendum.*

4 *Priuilegiatus non vtitur priuilegio contra concedentem.*

5 *Magistri computorum siue speciali iussu principis non possunt alienare bona Regis.*

6 *Priuilegia concessa ciuitatibus sunt perpetua.*

7 *Princeps fundatus est in suo regno nedum in iurisdictione, & superioritate, sed etiam in directo dominio.*

8 *Feudum rediens ad dominum directum desinit esse feudum.*

9 *Princeps ipsemet qui alienauit bona Regni, potest repetere non obstante iuramento.*

10 *Precium datum etiam in contractu nullo repetitur.*

11 *Euictio non debetur ex contractu nullo.*

12 *Principes non ligant suos successores.*

13 *Hæres an teneatur seruare defuncti dispositionem.*

14 *Præscriptio non est contra fiscum.*

Le Procureur general du Roy, ioinct auec les habitans de Grambyos demandeurs en matiere de reunion, à lencontre de Iean de la Croix, soy disant seigneur dudit lieu de Gramboys, defendeur en ladite matiere: dict (pour l'interest du Roy, & pour respondre à certain aduertissement de nouueau produict par ledit defendeur) ce qui s'ensuit.

Premierement, que le Comte de Fourcalquier & de Prouence au dedans duquel les parties, sont d'accord, ladicte terre & seigneurie de Gramboys estre situee & assisse en lieu hault, & est de sa nature & condition, & par les anciens statuz du pays indiuisible, & inalienable, ensemble le domaine appartenant és dependances d'iceluy.

Mesmement il y a ordonnance & statut faict, interueniente iuramento, *par le Roy Robert de Hierusalem, & de Sicile, Comte de Prouence, & Fourcalquier, de n'aliener le domaine desdict Comtes, & mandement expres de reuocquer ce qui auroit au parauant esté aliené, comme apert par la piece cottee E, en l'inuentaire desdits demandeurs.*

Pareillement y a article expres, extraict de certain traicté ancien de paix, trouué és archiues publicques, le domayne desdits Comtes, auecques promesse de casser les alienations faictes, & reuocquer ce qui auoit esté aliené.

Se trouuent aussi plusieurs anciennes lettres patentes ausdictes archiues publicques, decernees par les Roys & Roynes de Hierusalem & de Sicile, Comtes & Comtesses de Prouence, & Fourcalquier, addressans aux officiers desdicts Comtes, pour reuocquer & reunir ce qui auoit esté aliené du domayne desdicts Comtes.

Qui denote de tout temps & ancienneté, & par les statuts, ordonnance & loy commune dudict pays que lesdicts Comtes auec leurs domayne sont inalienables, & indiuisibles, & que telle est la nature & condition d'iceux Comtes.

TRANSLATIO.

Contradictiones in materia reunionis pro dominis à Rege deputatis, contra dominum de Courbieres, & de Gramboys.

PROCVRATOR regius, adiunctus habitantibus de Grambundio petitores in materia reunionis, contra Ioannem de la Croix, qui se dominum d. loci de Grambundio nominat in d. materia defensorem, dicit (eò quòd Regis interest, & vt respondeatur monitorio de nouo per d. defensorem producto) id quod sequitur.

Primò, quòd comitatus de Fourcalquier & Prouenciæ, intra cuius limites partes, territorium & dominium de Grambundio situm & in eminenti loco collocatũ esse conueniunt, sit sui natura & conditione, ac per antiqua patriæ statuta indiuisibilis, non alienabilis, una cum domaniis, pertinentiis, & dependentiis eiusdem.

Atque amplius, factum est statutum atque ordinatio, interueniente iuramento, per Robertum Regem Hierosolimitanum, & Siciliæ, Comitem Prouencię & Fourcalquier, de domaniis dictorum comitatum nõ vendendis: atque edictum exprèsè promulgatum, de reuocando eò quod prius alienatum

 fuerit,

fuerit, vt apparet per partem litera E signatum, in inuentario petitorum subministratam.

Similiter articulus expresse de quodam antiquo pacis tractatu extractus reperitur, in quo habetur in archiuis publicis domanium d. Comitatuum, nec non promissiones de alienationibus factis rescindendis, atque eo etiam, quod alienatum esset, reuocando.

Adhæc quam plurimæ constitutiones antiquæ in d. archiuis publicis inueniuntur, per Reges & Reginas de Hierusalem atque Siciliæ ordinatas, Comites & Comitissas Prouenciæ & Fourcalquier, ad officiarios d. Comitatuum directas, ad reuocandum & reuniendum quicquid ex domanio d. Comitatuum alienatum fuisset.

Quod significatur, quòd ab omni hominum memoriatam per statuta & constitutiones, quàm Legem patriæ communem, d. Comitatus vnà cum eorum domaniis, neque diuidi, neque alienari possint. Et quòd eorundem natura & conditio talis sit.

Que le chasteau, terre et seigneurie de Gramboys a esté anciennement, et encores est du domayne et vray patrimoine desdicts Comtes de Prouence et Fourcalquier, et ne le peut ledict defendeur nier: car la terre et seigneurie de Gramboys, par son propos mesmes, est enclose au dedans de ladicte Comté de Fourcalquier. Et sic, *ledict Comté, est fondé*; [quod castrum, territorium & dominium de Grambundio ab antiquo fuerit, & adhuc sit domanii & proprii patrimonii d. Comitum Prouenciæ & Fourcalquier: hoc d. defensor negare nō potest. Territorium enim & dominium de Grambundio (vt ipsemet refert) intra limites Comitatus de Fourcalquier continetur. Atque ita Comitatus prædictus est fundatus] non solū in iurisdictione, sed etiam in dominio directo, per tex. in l. ęde sacra. §. fin. ff. de contrah. empt. quem ad hoc citat Bal. in rubr. ff. illo titul.

Et aussi est ledict defendeur d'accord que lors mesmes que ladicte terre n'estoit entre les mains des Comtes de Prouence et Fourcalquier, elle estoit tenue en foy et hommage dudict Comté. Et sic, *est indubitable qu'elle a esté anciennement du vray domayne et patrimoyne dudict Comté.* [Concedit insuper d. defensor quòd eò etiam tempore quod territoriū non tenebatur à comitibus Prouenciæ & Fourcalquier, erat sub fide & fidelitate dicti Comitatus. Quare dubitari non potest, quin ab antiquo fuerit veri domanii & patrimonii d. Comitatus.]

Appert aussi par le procés que ladicte terre & seigneurie de Gramboys, ayant esté autrefois alienee & mise hors des mains de nosdicts Comtes de Prouence et Fourcalquier, [apparet etiā per processum, quòd d. territoriū & dominium de Grābundio postquam alienatum fuisset, & nostris dictis Comitibus Prouenciæ & Fourcalquier substractū,] qđ tamen nō poterat legitimè fieri, *seroit reunie & retournée audict Comté, & reunie à iceluy, mesmement en l'an 1394.* Et sic, *supposé que l'alienation & infeudation qui en auroit esté faicte auparauant eust esté valable, ce que non: toutesfois apres la reuocation ladicte terre auroit esté inalienable, & de mesme nature & condition que ledict Comté*, [reunitum fuerit, & reuersum ad d. Comitatum, reunitum uerò illi, anno nempè 394. Et sic posito, quod alienatio & infeudatio, quæ facta fuerat, prius ualida fuisset, quòd secus est: post reuocationem tamen d. territorium alienari non potuerat, ut potè quod eiusdem naturæ & conditionis erat cuius d. Comitatus.]

Car en terme de droict, [nam in terminis iuris] feudi reuersio seu vnio facit vt res sic reuersa reassumat eandem naturam, & qualitatem pristinam perinde ac si nunquam fuisset separata, per text. iuncta glos. in l. Lucius. in princip. ff. de leg. 2. & per illum tex. ita decidit Bal. in c. 1. de feu. March. in vsi. feud.

Oultre ce que par la nature & condition, & par les statuts, traictez iurez, ordonnance & Loy commune du pays de Prouence & Fourcalquier, lesdicts Comtes auecques tout leur domayne, annexes, vnions, appartenances & dependances sont inalienables, encores y a il speciale prouision & priuilege, par lequel ladicte terre & seigneurie de Gramboys n'a peu estre alienee & mise hors des mains desdicts Comtes de Prouence & Fourcalquier. [Preter id verò quod sui natura & conditione d. Comitatus cum suo toto domanio, annexis, vnionibus, pertinentiis & dependentiis alienari non possint, & hoc propter statuta, tractatus iuratos, ordinationem & patriæ legem communem specialis adhuc quædam superest prouisio & priuilegium, quod territorium & dominium de Grambundio non poterit alienari, & d. Comitibus Prouenciæ & Fourcalquier subtrahi.]

C'est que en l'an 1394. le 18. iour de May, ledit Chasteau, Ville, habitans & seigneurs de Gramboys, furent incorporez & inseparablement vniz au domayne du Comte de Prouence & Fourcalquier, & de ses heretiers & successeurs esdictes Comtés. Et porte le texte de ladicte reunion & incorporation ces mots: [Hoc videlicet quod anno 1394. die 18. Maii d. Castrum, Ciuitas, habitatores & domini de Grambundio, fuerint incorporati & inseparabiliter vniti domanio Comitates Prouenciç & Fourcalquier, & eorundem Comitatum successoribus: Textus vero prædictæ reunionis & incorporationis hæc verba inserit:] ita quòd nunquā extra domaniū in alienas manus transferri ualeat, vendi aut alienari.

Et faut noter que ladicte vnion & perpetuelle incorporation fut faicte tant en faueur & pour le bien du Roy & Comte de Prouence & Fourcalquier, qui pour lors estoit, comme pour consideration & recompence des grands seruices, loyauté & fidelité, que lesdicts habitans de Gramboys auoyent faict & gardé audict Comte. Et mesmes en recognoissance de ce, que lors dudict priuilege, ilz s'estoyent recentement eximez. [Notandum quoque est d. vnionem & perpetuam incorporationem non tantum in fauorem & commodum Regis & Comitis Prouenciæ & Fourcalquier, qui tunc temporis erat factam fuisse, sed & propter magna merita & fidelitatem, quam d. habitatores de Grambundio erga d. Comitem præstiterant: atque in eius etiam recognitionem, quòd à tempore dicti priuilegii se recenter exemerant] à iugo tyrannico, *d'vn nommé Raymon de Turenne, & s'estoyent reduictz & remis en l'obeissance du Roy, Comte de Prouence & Fourcalquier.* Nempe à Raymundo de Turenne, & Regis, Comitis Prouenciæ, & Fourcalquier obsequio se se addixerant.

Tellement que ledict priuilege & promesse de n'aliener iamais, n'y mettre hors des mains & domayne desdicts Comtes de Prouence, & Fourcalquier, lesdicts habitans de Gramboys fut faict, [Ita quòd d. priuilegium & promissio de nunquam alienando, nec in alienas manus transferendo, extra domanium d. Comitum, Prouenciæ & Fourcalquier, sunt d. habitatoribus de Grambundio facta] ob causam & remunerationem, & pro bono pacis. Et est quodāmodò tractatus pacis, *& vne reuersion par eux faicte en l'obeissance & fidelité de leur Prince des mains & iouissance dudict Raymond de Turenne, rebelle audict Comte de Prouence, qui estoit leur seigneur contre leur gré & vouloir, ainsi que le porte la chartre de ladite incorporation,* [& reuersio per eos facta ad obsequium & fidelitatem proprii Principis de manu & possessione d. Raymundi de Turenne, d. Comitis Prouenciæ rebelli, qui illis etiā inuitis imperabat, ut tenor literarū d. incorporationis

declarat

declarat.] Et sic non purum & simplex priuilegiũ, quia non est omninò gratuitum, licet sit beneficium. l.Lucius.ff.de obseq.à libert.præstan.l.j.ff.de donat.

Et auecques ce ledict priuilege estoit, & est conforme aux statutz, ordonnances & Loy commune du pays, [Adhæc d. priuilegium erat, & est conforme statutis ordinationi & patriæ legi communi.] Et sic nõ est purum & simplex priuilegium, *qui seruira pour ce qui sera dict tantost touchant la reuocation du dict priuilege, que ledict defendeur pretend auoir peu estre faicte.* [Quòd seruiet ad hoc quòd infra dicetur de d.priuilegii reuocatione, quam potuisse fieri d.defensor prætendit.]

Et vray que ladicte vnion & incorporation fut faicte audict an 1390. & ledict priuilege octroyé ausdits habitans de Gramboys par Charles Prince de Tarente, frere du Roy Loys de Hierusalem & de Sicile, Lieutenant du Roy & gouuerneur des Comtez de Prouence & Fourcalquier. Mais tout cela fut confirmé par ledit Roy Loys l'an 1399. Et est ledit priuilege inseré de mot à mot, en ladicte chartre de ladite confirmation. [Inficiandum verò non est quin d. vnio & incorporatio anno 1390. facta fuerit, & d.priuilegium habitatoribus de Grambundio per Carolum principem Tarentinum concessum, fratrem Ludouici Regis Hierusalem & Siciliæ vices Regis gerentem, & Comitatuum Prouenciæ & Fourcalquier gubernatorem. Sed hoc omne per d. Ludouicum Regem anno 1399. confirmatum priuilegium authoritate de verbo ad verbum in prædictis confirmationis literis relatum est.]

Despuis fut executee ladite reunion par vn nommé de Bella - Valle Lieutenant & gouuerneur desdits Contez, & le Conseil dudit Roy de Sicile, en vertu des lettres patentes dudit seigneur. Et y est gardee la forme requise de droict ès vnions & incorporations. Ce que toutes - fois n'estoit besoing, [Postea d. reunio per quendam de Bella - valle d.Comitatuum gubernatorem, necnon Cõsilium d.Regis Siciliæ, virtute cuiusdam rescripti à d.domino concessi, executioni mandata est. Atque forma iuris in vnionibus & incorporationibus necessaria, ibidem est obseruata, quod tamen non erat necesse,] quia quando vtile dominium reuertitur ad directum dominum, non est opus noua aut alia forma vnionis, seu incorporationis, *du fief mouuant au fief dominant*: [feudi vtilis ad directum:] sed ex iure vnitur & incorporatur vtile directo, secundùm Bald.in consil. 9.incipiente, factum tale est.in 1.vol. per tex.quem allegat in l.si hæres instructus.ff.ad Trebelleia.Idem tenet Bald.in authent.in successione.de suis & legi. hæred.C.eandem sententiam tenuit Aretin. in l. qui absenti.ff.de acquir.poss.Andr.de Yser.in c.1. de feud.sine cul.non amittend.& Lucas de Penna.plenè in l.si. de locat præd.ciuil.lib.12.C.

Qui sert de responce à ce que ledict defendeur pourroit dire, que ladicte execution fut faicte en l'an 431. & que [Quod responsionis loco seruit ad id quòd d. defensor allegare posset, nempe d.executionẽ factam fuisse anno 431.& quòd] medio tempore, puta l'*an 420. & parauant ladicte forme d'incorporation ladicte terre de Gramboys auoite esté alienee, par la Royne Hyrland au predecesseur d'iceluy defendeur,*] anno 420. & prius dicta forma incorporationis territorii de Grambundio vendita fuerat per Reginam Hyrlandam d.defensoris prædecessori.]

Et faut noter que par l'acte d'execution dudict priuilege, reunion & incorporation est nommement porté que ledict chasteau de Gramboys par les statutz du pays, ne pouuoit estre alienè hors la main & domayne du Roy, & si porte ladicte execution ces mots: Notandum itaque est quòd literis executionis d. priuilegij, reunionis atque incorporationis expressè continebatur. d.castrum de Grambundio per statuta patriæ nullatenus potuisse transferri in alienas manus extra domanium Regis. Et d. executio hæc verba complectitur:] Dictum locum de Grambũdio ad proprium Regem & immediatum domanium reducimus, incorporamus & vnimus.

Et par tant appert que ledict chasteau, terre, seigneurie & habitans dudict lieu de Gramboys, ont esté anciennement comme encores sont du vray domayne & patrimoine desdits Comtes de Prouence, & Fourcalquier, & que encores d'abondant despuis ilz ont esté reunis & incorporez perpetuellement & inseparablement audit domaine, auecques interdition, prohibition & promesse iuree de ne les iamais aliener & mettre hors des mains desdits Comtes. Et sic, qu'ils n'ont peu estre alienez. Et partant que ladicte reunion dont à present est question, ledit procureur general est bien fondé, qui est la confirmation de son droit. Reste venir à la refutation, & respondre à ce que dit ledit defendeur. [Ex hoc ergò apparet d. castrum territorium & habitatores loci de Grambundio ab antiquo fuisse (vt adhuc sunt) veri domanij & patrimonij d. Comitum Prouenciæ & Fourcalquier: quòdque ex abundanti postea etiam fuerint vniti & incorporati perpetuò & inseparabiliter d. domanio, cum interdictione, prohibitione & promissione iurata, quòd nunquàm in alienas manus transferri possent extra domanium d. Comitum: & sic quòd nullatenus alienari potuerunt: atque hac de causa quòd in d.reunione, de qua iam versatur quæstio, d. procurator Regius sit bene fundatus, quòd est sui iuris confirmatio. Sequitur vt refutationem aggrediamur, & d.defensoris allegationibus respondeamus.

Primierament, à ce que ledit defendeur a longuement escript, pour decliner la iurisdiction de la Court deceans, & monstrer que la presente cause debuoit estre renuoyee au Parlement de Prouence: vnico verbo *respond ledit procureur general, que tant par ledit Lieutenant general du Roy sur le fait de la reunion & reuocation de son domayne, par lequel la cognoissance de toutes matieres concernans ladite reunion, vous est attribuee, come par lettres patentes dudit seigneur, speciales au cas dont à present est question, donnees à Marseille le 4. iour d'Octobre 1533. par la cause & instance de reunion dudit lieu de Gramboys, auecques toute court, iurisdiction & cognoißance d'icelle est interdicte audit Parlement de Prouence: & est commise & renuoyee en la Court de Parlement à Paris, en la grand chambre des enquestes, ce que le Roy a peut faire. Car luy, qui est la source des iurisdictions & iustice, la peut commettre & distribuer à qui luy plait.* l.præcipimus. C.de appellat. [Primum ad id quòd multis verbis d. defensor scripto comprehendit, vt fori iurisdictionem huius curiæ declinaret, & præsentem causam ad Parlamentum Prouenciæ esse remittendam demonstraret: vnico verbo d.procurator Regius respondet causam & instantiam reunionis d.loci de Grambundio, cum omni curia, iurisdictione & cognitione eiusdem d.Parlamento Prouenciæ esse interdictam, non tantùm per locum tenentem Regis generalem super facto reunionis & reuocationis sui domanij, quo omnium rerum cognitionem d.vnionem concernentium, vobis demandauit, sed etiam constitutionibus d.domini, specialibus in casu, de quo iam agitatur quæstio, datis Marsiliæ 4. Octobris die 1533. Et est curiæ Parlamenti Parisiensis commissa, ad eamque in magna inquisitionum seu informationum camera remissa, quòd per Regem fieri potuit. Nam cum iurisdictionis & iustitiæ fons atque origo sit, eam cuicunque placuerit exercendam delegare potest. l.præcipimus.C.de appellat.]

Et partant veues lesdites lettres patentes dudit 4. d'Octobre 1533. et le bon vouloir du Roy porté par iceiles, et que ledit seigneur deuement aduerty du proces de ladite reunion, pieza commence audit Parlement de Prouence, & de ladite alienation du dit lieu de Gramboys, faicte au parauant que ledit Comte de Prouence & Fourcalquier fut reuni à la couronne de France, a auocqué ladicte cause, & la commise et renuoyee en la grand chambre des enquestes. Ce n'est que papier et langage perdu à insister à ladicte incompetence et remuoy. Imò en seroit ledit defendeur reprehensibile, de uouloir reuoquer en doubte la puissance du Roy, en la distribution et delegation de sa iustice. [Quocircà visis d. constitutionibus 4. Octobris die datis, 1533. & Regis affectione bona per eas declarata, & quòd d. dominus ritè de processu d. vnionis iam pridem coram Parlamento Prouenciæ inchoato commonefactus & de alienatione d. loci de Grambundio prius facta quàm d. Comes Prouēciæ & Fourcalquier regno Franciæ unitus fuisset, d. causam euocauerit, & ad magnam inquisitionum cameram remiserit, inanis tantùm opera est, velle d. incompetentiæ & causæ remissioni insistere. Imò d. defensor reprehendendus esset, quod incertam potentiam Regis in distributione, & iustitiæ delegatione redderet.]

N'y font rien les lettres donnees à Chasteaubriant, par lesquelles le Roy declaire, qu'en le generale reuocation de son domayne il n'entend estre comprinses les alienations faictes par les Comtes de Prouence et Fourcalquier, au parauant que lesdicts Comtes fussent unis à la couronne: car les lettres par lesquelles la cognoissance de ceste matiere particuliere uous est commise, sont despuis, c'est à scauoir de l'an 1533. Et si sont les dernieres, donnees du propre mouuement et authorité Royal et Prouenzal, narration faicte. Et le Roy bien certain que ladite alienation auroit esté faicte long temps au parauant que le dit Comte fut reuni à la couronne, c'est à scauoir que ladicte alienation auoit esté faicte par Hyrland Roine de Hierusalem, et di Sicile. [Non obstant literæ in Chasteaubriant datæ, quibus Rex declarat, quòd in generali reuocatione sui domanij non intelligit comprehensas esse alienationes per Comites Prouenciæ, & Fourcalquier prius factas, quam d. Comites coronæ uniti fuissent: nam literæ quibus materiæ huius particularis cognitio vobis delegata est, sunt postea ordinatæ, nempè anno 1533. Atque postremę motu proprio atque authoritate Regali & Prouenciali, narratione facta concessæ. Constat etiam Regi d. alienationem iam dudum prius factam fuisse, quàm d. Comes coronæ fuisset unitus: Nempè quod d. alienatio per Hyrlandam Reginam Hierusalem, & Siciliæ facta fuerit.]

Et sic non est dubium, *que par lesdictes secondes lettres les primieres donnees à Chasteaubriant, quoy que ce soit la declaration faicte, par icelles a esté reuoquee pour le regard de la reunion de ladicte terre, Chasteau et seigneurie de Gramboys, qui seruira de responce à ce que ledict defendeur à obiice ladicte declaration, non seulement* [quin per secundas constitutiones, primæ in Casteaubriant datæ, qualiscunque declaratio facta fuerit reuocatę sint, & hoc propter vnionem territorij, castri & dominij de Grambūdio, quod responsionis loco seruiet, ad id quòd defensor d. declarationem obiecerit, non tantum] in uim declinatoriæ, sed etiam peremptoriæ, *ioint ce que dit sera cy apres, en respondant audit obiect peremptoirement.* [iuncto eò quòd posteà dicetur peremptoriæ d. obiectioni respondent.]

Aussi ne s'est ledit defendeur tenu, et arresté audit declinatoire et renuoy: car il est entre en defences par deuant uous, et a passé oultre à defendre peremptoirement pour empescher ladicte reunion. Neque etiam d. defensor obligatus fuit sed super d. declinatoria & causæ remissione se fundat: nam 3 † defensiones coram uobis incœpit, & ultrà progressus peremptoriè defendit ut d. unionem impediret.] Et sic tacitè *s'est departy de sadicte exception dilatoire ou declinatoire* [de sua d. exceptione dilatoria vel declinatoria recessit,] per ea quæ notant in c. inter monasteriū, de re iudicat. in c. exhibita. de iudic. & in c. solicitudinem de appellat.

Ne font rien les priuileges du pays alleguez par ledit defendeur: car il est certain que ceste cause est la cause du Roy, & en laquelle il a le principal interest & de droict. [Non obstant priuilegia patrię allegata per d. defensorem. Constat enim hanc causam esse Regis causam, & in qua eius 4 præcipuum versatur commodum, & de iure] † priuilegiatus nonvtitur priuilegio suo contra concedentem, eo inuito, l. si iudex circumuento. ff. de minor. l. amicissimos. §. Lucius. ff. de excusat. tutor Bal. in l. petendæ. C. de tempor. in integ. restit. petend. & Bal. in l. si cui. C. de non numer. pecu. *Ioinct que les causes de reunion du domayne* [iuncto, quod causæ vnionis domanij] sunt de maioribus causis quæ debent tractari in supremo consistorio Principis, *qui est la Court de Parlement de Paris.* [quod est Parlamenti Parisiensis curia.

A ce que ledict defendeur dict, qu'il a bon & loyal tiltre nō lucratif, mais onereux, [Huic verò ꝙ d. defensor dicit, ꝙ habeat iustū titulū non lucratiuū, sed onerosū, & causa pmutationis, annis M.CCCC.XX. in vim, *duquel luy, & ses predecesseurs ont esté seigneurs & possesseurs de ladite terre & seigneurie de Gramboys:* [cuius ipse & successores eius fuerunt domini, & possessores d. territorij & dominij de Grambundio.]

Dit & respond ledit demandeur, que tel tiltre d'eschange n'est produit par ledit defendeur, & n'en appert par sa production. Mais sans fort insister là, & en la dispute de droit, [Respondet d. petitor, quod talis permutationis titulus non fuit per d. defensorem productus, neque de iusdem productione apparet. Verum illi non multum insistendo, neque controuersiæ iuris,] in qua nullus est, *ledit defendeur:* [dictus defensor] *Et quand apperroit dudit tiltre, si seroit il nul fait par la Royne Hyrland de Hierusalem, & de Sicile, en qualité de mere, & ayant la garde & administration du ieune Roy Louys le tiers son filz: car il est certain que une mere,* imo nec *la tuteur ou curateur ne peut aliener le bien d'un mineur,* [etiam si de titulo appareret, nullus fieret, occasione Hyrlande Hierusalem & Siciliæ Reginæ, quę, quia mater esset, Regis Ludouici tertij filii sui custodiam & gubernationem sibi vendicabat, nam certum est quod mater, imò nec tutor uel curator bona minoris possunt alienare,] l. i. ff de reb. eor. & l. lex quæ tutores. C. de aministr. tutor. *Et autres uulgaires,* [& aliis eiusdem generis vulgatis. [

N'y fait rien que telle alienation ait esté faicte par ladite Hirland, & ledit Roy Louys de Sicile son filz. car il est certain que ne luy ny elle ne pouuoient faire ladite alienation. Elle, parce que baillisté, tutrice, ou administraresse ne peut aliener si non es cas de droit, & auecques decret. Luy, pource qu'il estoit mineur & soubz le gouuernement de ladicte Hirland sa mere, comme appert par lesdites lettres. [Neque aduersatur quod talis alienatio facta fuerit per d. Hyrlandam, & d. Ludouicum Regem Siciliæ, suum filium: nam constat illum, uel illam huiusmodi alienationem non potuisse peragere. Illam nempè, quod tutrix uel administratrix alienari non possit nisi in casibus de iure permissis, & cum decreto. Illum uero quod minor esset, & sub regimine Reginæ Hyrlandæ, suæ matris, ut per d. literas apparet.]

Nec obstat *ce que ledit defendeur à uoulu dire, que* [id quod] d. defensor in medium proferre uoluit, quod id agens d. Regina faciebat conditionem d. Regis filij

filij sui meliorē: *& que ce qui estoit baille en contreschange valoit mieux que ladite terre: car cela ne vient en consideration quand il y a defaut de puissance* [& quòd datum in permutationem reciprocam maioris valoris fuisset quam territorium prædictum. Non enim hoc cōsideratur quando defectus potestatis est] ex parte contrahentium Defectus enim potestatis ex parte alterius contrahentium reddit contractum nullum, maximè *si le mineur ou son heritier, ou celuy qui a le droit de luy, le veult* [si minor vel eius hæres, vel qui ius ab eodem habet, hoc velit,] vt in l. contra iuris ciuilis regulas. *Et aussi en telles alienations des heritages de mineurs, il suffit qu'il y ayt à l'endroit du mineur interest d'affection*, etiamsi *ny auoit autre lesion*: puta *que l'heritage soit de plus ancien domayne que ses predecesseurs.* [Atque in huiusmodi alienationibus successionum minorum, sufficit quòd ex parte minoris con constet de interesse affectionis, etiamsi alia læsio non fuerit, nempè quòd hæreditas sit antiquioris domanij quàm prædecessores,] per tex. & Bart. in l. si in emptionem. ff. de minor. & in l. 1. §. sed si rem. ff. ne quid in fraud. patro.

Dit neantmoins ledit procureur general du Roy, que par les lettres de laditte pretendue alienation, il n'appert aucunement que la cōdition dudit Roy & Conte de Prouence fut aucunement faicte meilleure, mais appert clerement du contraire: Car soubz couleur de quelque cession & trasport que le Seigneur de Viens faict par ledict contract de quelques vignes, prez & moulins, lon luy cede & transporte le Chasteau, ville, terre & seigneurie de Gramboys, qui est vne forteresse & place merueilleusement seante & seruant à l'estat du Comtè de Proyence & Fourcalquier, qui est de gros reuenu, tellement que lon voit appertement l'inequalité. [Affirmat nihilominus d. Procurator Regius, quod per literas pretensæ alienationis nullatenus apparet conditionem d. Regis & comitis Prouenciæ factam fuisse aliqua ex parte meliorem, sed magis eius contrarium. Nam sub prætextu cuiusdam cessionis & transporti à domino de Viens de quibusdam uineis, & pratis & molendinis facti, in eum castrum & ciuitas, territorium & dominiū de Grambundio transfertur, quod est fortalitium & locus mirum in modum cōueniens statui Comitatus Prouenciæ & Fourcalquerii, estque magni prouentus, ita quod apertè demonstretur inæqualitas.]

Et à ce que ledit contraict porte outre l'eschange dessusdite cession, & remission de 158. escus, deuz du reste du dot de la femme dudit seigneur de Viens: En solution & payement de laquelle somme estoit en partie baillee ladite terre de Gramboys: Dit ledict Procureur general du Roy, que ladite somme estoit vne debte supposee, [Ad hoc verò quòd d. contractus vltra permutationem d. cessionis, etiam remissionem 158. scutorum contineat, quæ adhuc ex reliquiis dotis causa vxoris d. domini de Viens debebantur: in cuius summæ solutionem ex parte d. territorium de Grambundio concessum erat: Respondet d. Procurator Regius, quòd d. summa erat debitum suppositū] de qua summa debita non constabat, neque constat *par la production dudit defendeur. Et auecques ce quand elle auroit esté deue loyaument audict seigneur de Viens*, non cōstat *qu'elle fut deue par ledit Roy de Sicile, & Comte de Prouence.* Et sic *ladite alienation faite* [per productionem d. defensoris. Et quamuis d. domino de Viens debita fuisset, attamen d. Regi Siciliæ & Comiti Prouenciæ non constat fuisse debitam. Et sic d. alienatio facta] prætextu falsi debiti, *seroit nulle* [non subsisteret.] l. magis puto. §. manet actio. ff. de reb. eor. l. 1. ibi, Non aliter tenebit quam si de debito constiterit. C. Si pignor. conuent. num. pecun. secu. non fuerit.

Que demonstre bien que lesdites lettres de ladite Royne Hyrland & les ratifications pretendues du Roy, René de Sicile, & de la Royne Isabel, Et tout ce que le dit seigneur de Viens, & son filz ont tire desditz Roys & Roynes, ont esté obtenues par obreption, faulx donner à entendre: & par grande importunité de requestes & prieres: Et pource qu'ils estorent en credit & authorité deuers lesdits seigneurs, Roys & Roynes.

[Quo satis demonstratur d. literas Reginę Hyrlandæ, vna cum prætensis ratificationibus Regis Sicilię Renati, & Reginę Isabellę, & omni eo quod d. dominus de Viens & filius eius à d. Regibus & Reginis acceperunt, obreptitiè & ex falsa causa esse impetrata: atque per nimiam libellorum supplicum importunitatem, tum etiam quòd authotitate quadam apud d. dominos Reges atque Reginas valerent.]

Or [Sed] quando Princeps aliqua concedit, per obreptionem atque importunitatem, perinde non valeat, ac si essent obtenta per metum. Ita eleganter dicit & firmat Lucas de Penna in l. fin. de locat. prædior. ciuil. lib. 11. C. post Innoc. quem allegat in c. petitio. de iureiur. vbi æquiparat obtenta per metum, & obtenta per importunitatem. *Qui sert de responce aux confirmations dont ledit defendeur se veult adier.* [Quod responsionis loco seruiet ad confirmationes, quibus d. defensor se iuuare prætendit.]

Dit dauantage ledit Procureur general qu'il n'appert point que ladite alienation, que ledit defendeur dit estre en partie permutation, pour le regard desdits prez, vignes, moulins, & autres heritage de Chasteauregart, ait esté vestue [Dicit insuper Procurator Regius quod non appareat d. alienationem, quam d. defensor ex parte esse permutationem prætēdit, respectu nempe pratorum, vinearum, molendinorum, & aliarum rerum hæreditariarum de Chasteauregart, fuisse vestitam.] ex parte d. domini de Viens, *ne qu'elle ayt sorti aucun effect, ce qui estoit necessaire.*] neque quòd aliquem effectum sortita sit, qui requirebatur.] l. ex placito. l. quoniam asseueras, & l. rebus. ff. de re. permut.

Et de dire qu'il appert que lesdits biens ont esté baillez par ledit Roy René despuis ledit eschange, à vn nommé de Bella ualle, son grand Seneschal, cela n'argue pas que ledict seigneur de Viens ait pourtant executé ledit eschange, & accompli de sa part. Car ledit Roy René pouuoit auoir lesdits biens aliunde, *& acquis à autre tiltre.* [Quamuis verò dicatur quòd appareat d. bona per Regem Renatū post d. permutationem, cuidam nominato de Bella valle, Seneschallo suo magno, donata fuisse: per hoc tamen non demonstratur dominum de Viens d. permutationem executum fuisse, atque ex sua parte adimpleuisse. Nam d. Rex Renatus aliunde potuisset illa bona habere, & alio titulo acquisita.

Dauantage, & qui est vn plus grand obiect lesdits biens & heritages, ainsi que les lettres de ladite Royne Hyrlande portent, auoyent esté baillez & deliurez parla chambre des Comptes à Aix audit seigneur de Viens pour le pris de quatre cens uingts florins, en maniere que esdites terres & heritages ledit seigneur de Viens n'auoit autre droit, ne tiltre que la dation in solutum, *que luy auoit esté faite par la chambre des comptes d'Aix, desdits heritages, pour demeurer quite desdits quatrecens florins, en maneire que cela presuppose que lesdits heritages appartenoient & estoient escheus, aux Comtes de Prouence & Fourcalquier: Et que par leurs officiers & gens de leurs comptes ils auoient esté deliurez pour ladite somme de quatre cens florins à luy deuz, de reste de son dot.* [Ad hæc, quòd maioris obiectionis loco est, d. bona & res hæreditariæ (ut literæ reginæ Hyrlandæ declarant) fuerant d. domino de Viens Donatæ & traditæ per cameram rōnum Aquensem, pro pretio quadringentorū & viginti florenorū, ita quod in d. terris & rebus hæreditariis nullum ius aliud. d. dominus de Viens habuit,

quam dationem in solutum, quæ illi facta fuerat de illis rebus hereditariis per cameram rationum Aquēsem, vt d. quadragentorum florenorum onere eximeretur: adeo quod hoc præsupponat d. res hæreditarias ad Comites Prouinciæ & Fourcalquerii pertinuisse: quodque per suos officiarios & rationum præfectos ab onere quadringentorum florenorum liberati fuerāt, ipsi de reliquiis suæ dotis debitorum.] *Or est il que* [Iam verò] non constat *de ladite deliurance, & dation desdits heritages en payement de ladite somme de quatre cens florins faite, par lesdits gens des comptes: Et n'est faite autre preuue, que par* [de d. liberatione, & datione rerū hereditariarū in solutum d. summæ quadringentorum florenorum, factæ per d. rationum præfectos: Neque probatio alia facta est; quam per] illa verba narratiua, *et par le donné à entendre dudit seigneur de Viens.* & per id quod d. dominus de Viens notum fecit.]

Pareillement [Similiter] non constat *du pouuoir desdi gens des comptes, & officiers, qui ne peuuent* [de potestate
5 d. † præfectorum rationum, & officiariorum, qui non possunt] sine iussu speciali Principis *vendre, aliener ou bailler en payement son heritage.* [vendere, alienare vel dare in solutum suam hæreditatem.] l. apud Iulianum, aliàs incipit, idem Iulianus §. constat. ff. de leg. 2. & in l. 1. ff. de offic. procurato. Cæsar. *Et auecques ce n'appert que ladite somme de quatre cens florins fut deue par ledit Comte de Prouence & Foucalquer.* Neque etiam de hoc apparet an d. quadringētorum floreno rum summa à d. Comitibus Prouenciæ & Fourcalquerij debita fuerit.]

Et sic *ne monstre ledit defendeur, que l'hors dudit pretendu eschange, lesdits heritages luy appartinssent.*

[Et sic d. defensor non demonstrat, quòd tempore prætensæ permutationis, d. res hæreditariæ ad eū pertinuissent,] & quòd illorum verus esset dominus. *Et par consequent* [consequenter] non constat, quòd talis permutatio fuerit vestita ex vtroque latere: Imò *l'on auroit baillé au seigneur Comte de Prouence & Fourcalquier en contrechange ce qui estoit à luy, & ia luy appartenoit: qui seroit & estoit vn vray desguisement, obretion & importunité, & une uraye palliation excogitee, pour donner couleur à ladite alienation prohibee, tant par les dispositions testamentaires anciennes desdits Comtes de Prouence, comme les statuts & ordonnances du pays. Ce que sont ordinairement ceux qui sont de hasle les Princes, & veulent pour leur credit, authorité & importunité auoir le domaine d'iceux.* [Domino Comiti Prouenciæ & Fourcalquerij in reciprocam permutationem datum fuisset, quod eius esset, & iam pridem ad eum pertinebat: quod sanè fuisset, & erat vera abductio, obreptio & importunitas, atque verus fucus, excogitatus ad colorandam d. alienationem, non tantum per antiquas dispositiones testamentarias d. Comitum Prouenciæ prohibitam, sed etiam per statuta & patriæ constitutiones. Quod communiter illi faciunt, qui celeritate quadam principatui sese ingerunt, & propter suam authoritatem & importunitatem eiusdem domanio frui volunt.]

Secundò principaliter, *dit le Procureur general du Roy, que quant du contract original de ladite permutation & dation* in solutum *dudit Chasteau & seingneurie de Gramboys, il apperroit, que consteroit ladite somme de 1580. florins auoir esté loyaument deue par ledit seigneur Roy de Sicile, comte de Prouence, audict seigneur de Viens, que lesdits heritages de Chasteauregard veritablement appartenoyent à iceluy seigneur de Viens, qu'ils eussent esté realement & de fait deliurez, baillez, & delaissez audit Comte de Prouence, que ladite dame Hyrland mere tutrice ou ayant administration de son fils, eust esté personne capable pour aliener l'heritage de son fils si ne l'auoit elle, ny son fils, ny les autres Roys & Roynes peu faire, par leurs ratifications pour autre raison.* [dicit Procurator Regius, quòd etiamsi de contractu originali d. permutationis & dationis in solutum d. castri & dominij de Grambundio appareret, quòd d. summa 1580. florenorum fideliter à d. domino Rege Siciliæ, Comite Prouenciæ d. domino de Viens debitam fuisse constaret, & quod d. res hæreditariæ de Chasteauregard verè ad d. dominum de Viens pertinerent, quod in effectu & de facto fuissent subministratæ & relictę d. Comiti Prouenciæ, quodque d. domina Hyrlanda mater tutrix vel regimen filii habens, fuisset persona idonea ad alienandam hæreditatem sui filij, nō ipsa tamen, vel eius filius, neque alij Reges aut reginæ hoc facere potuerunt, per ratificationes eorundem, alia nempe de causa.]

C'est que long temps auparauant ladite alienation, cōme dit a esté cy dessus, ledit Chasteau, terre, habitans & seigneurie de Grāboys, auoyent esté uniz incorporez inseparablement, & à tousiours au fisque & domaine de ladite Comté de Prouence & Fourcalquier, par priuilege expres octroyé ausdits habitans, auecque prohibition de aliener serment & decret irritant. [Quæ est, quòd lōgo tempore ante d. alienationem, ut suprà dictum est, d. castrum, territorium, habitatores & dominium de Grambundio, vnita & incorporata fuerant inseparabiliter ac perpetuò, fisco & domanio d. Comitatus Prouenciæ & Fourcalquerii cū prohibitione alienādi iuramento & decreto irritāte.]

6 *Or le droit* [Verùm de iure] † priuilegia locis, habitantibus, aut ciuitatibus concessa, sunt perpetua, & debent illis firma manere. l. vectigalia. C. de vectigalib. commiss. vbi dicit tex. in fin. Nullam debere super his supplicantiū molestiam formi dari. Et posset dici quod in talibus priuilegiis consistit uerum patrimonium ciuitatis, & peculium quasi castrense, arg. l. cùm multa priuilegia. C. de bon. quæ liber. *Et à ce propos dit* [Et ad hoc propositum dicit] Bald. in l. 2. C. de iur. & fact. ignor quod priuilegio ciuitati cōcesso, vt ibi sit sedes iurisdictionis, non potest posteà talis sedes transferri. Nam ex quo ius est quæsitum ciuitatibus, absit quod Princeps illud auferat. Idem Bald. in l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iure. idem Bald. in cap. dum guerram hic finitur text. in vsib. feud.

Faict bien à noter que tel priuilege n'estoit, & n'est seulemēt fauorable de la part desdits habitans, mais aussi de la part du fisque, & dudit Comté de Prouence & Fourcalquier.] Notatu verò dignum est quòd tale priuilegium non erat, nec sit tantum fauorabile ex parte d. habitantium, verū etiam respectu fisci & d. Comitatus Prouenciæ, & Fourcalquerii.] Omnis enim reunio feudorum ad coronam seu domanium est fauorabilis: quia flumina facile redeunt ad mare vnde progrediuntur, secundum Inn. in cap. inter dilectos. de excessib. prælat. & Bald. in cap. 1. de feud. March. Hinc dicit glos. constitutionum regni Siciliæ, recitata per Lucam de Penna in d. l. fina. de locat. prædior. ciuil. lib. 11. C. Quòd si feudo dominanti daretur potestas loquendi, peteret membra sua reuniri, & congratularetur reunioni factæ ex ipsis. *Et dict,* [Et dicit] Bald. in d. c. 1. §. 1. de feud. March. quod quando feudum reuertitur ad dominum, & reunitur, censetur fertilior annus, & non noua acquisitio.

Que sera de responce à ce que ledict defendeur a voulu dire que telle vnion n'a esté faicte, si non au profit & vtilité des dictz habitans & non dudict Comte: Car le contraire se verifiera oculairement. Car la reunion des fiefz & heritages, qui sont partis, & ont anciennement esté alienez du vray patrimoine & domayne d'une Principaulte & Comté, & par special

des

des fortes places, villes, forteresses & chasteaux, n'est moins fauorable au prince & à l'estat de sa seigneurie, que aux subiectz & habitans. [Quod responsionis loco dicetur ad id quod d. defensor allegauit talem vnionem solummodò incommodum d. habitantium, & non d. Comitis factam fuisse. Contrarium enim ex oculorum intuitu probabitur. Nam feudorum & rerum hæreditariarum reunio, quæ diuisa, & ab antiquo alienata de vero patrimonio & domanio vnius Principatus & Comitatus fuerunt, specialiter verò de fortalitiis, ciuitatibus & castris, non minus Principi vel statui dominij eius fauorabilis est quàm subditis & habitantibus.] Interest enim Principis habere castrum in confinio hostium vnde melius arcere possit hostes: adeò quòd ea causa satis est rationabilis ad cogendũ aliquem etiamsi esset Ecclesia, ad dimittendum principi huiusmodi castrum, per ea quæ notat Ioan. de Imol. Panor. & alij in c. 1. per illum tex. de rer. permutatio. in l. 3. ad leg. Iul. Maiestat. & in l. 1. de aquæ duct. lib. 10. C.

Et est petit argument de dire par ledit defendeur, que le lieu de Gramboys [Argumentum etiam non multum efficax est, à d. defensore adductum quod locus de Grambundio] ab initio & ante tempus d. priuilegii, vel dictę incorporationis non fuit de dicto domanio, saltem quòd appareat, sed semper fuit per particulares dominos dictus locus possessus. *Car en premier lieu ledit defendeur confesse que au parauant ladite reunion & incorporation portee par ledit priuilege, le dict lieu de Gramboys estoit tenu en fief du Comte de Fourcalquier. Et en appert aßez par le procez.* Ergo *il estoit parti d'iceluy domaine* ante infeudationem: *Il auoit appartenu mesmement ausdits Comtes de Fourcalquier.* Et sic *l'on ne peult nyer qu'il n'aye autrefois esté du plain & entier domaine desdits Comtes.* [Primò etenim d. defensor fatetur d. locum de Grambundio ante d. reunionem & incorporationem per prius dictum priuilegium declaratam fuisse à Comite Fourcalquerii infeudatum. Quod etiam ex processu satis liquido constat. Eius igitur domanium reliquerat ante infeudationem: Adhæc etiam ad d. Comites de Fourcalquier pertinuerat. Et sic negari non potest quin alio tẽpore pleni & absoluti domanii d. Comitũ fuerit.]

7 Et etiam † princeps in toto regno vel territorio suo fundatus est in iurisdictione & superioritate, vt tenet Hostiens. in c. minus. de iureiur. & Panor. in c. si diligenti. de prescript. Ioan. Faber in d. l. 1. C. de summa Trinitat. & fide Cathol. Et non solum in iurisdictione & superioritate, sed etiã in dominio directo, per tex. in l. ęde sacra. §. fin. de emptio. & vendi. ff. quẽ ad hoc notat Bart. in rubr. ff. eo. tit.

8 *Ioinct que de droit* [Iuncto eo, quod de iure,] † si feudum redeat ad dominium vel dominum directũ, desinit esse feudum, vt tenet Andr. de Yser. in c. 1. in quib. caus. feud. amittat. quia communiter feudum designat seruitium. Et res sua nemini seruit. c. 1. in fi. de capit. qui cur. vendit. in vsib. feudor.

Tellement que quand ores ledit lieu, chastel & seigneurie de Gramboys, n'auoit iamais esté de l'anciendomaine ou domaine de ladite Comté de Prouence & Fourcalquier, qui ne se peut dire, puis qu'il en a esté eclipsé & baillé en foy & homage. [Vsque adeò, quod etiam si d. locus, castrũ & dominium de Grambundio, nunquam antiqui domanii fuisset, vel domanii d. Comitatus Prouenciæ & Fourcalquerii, quod dici non potest quia tanquam obscuratum sub fide & iuramento fidelitatis fuit concessum] dominio directo retento, *ou que il en auoit esté distraict & aliené de si long temps qu'il n'est memoire du commencement. Toutesfois par la reuersion il en auroit esté faict, & auroit reprins la nature du fief dominant, parce que dit a esté cy dessus. Et non seulement per ladite reuersion: mais par l'expresse vnion & in corporation iuree contenue audit priuilege.* [Tum etiam: quia tam longo tempore alienatum fuerat, cuius initii memoria non extat. Per reuersionem tamen factum est, quod naturam feudi dominãtis reassumpserit, vt superius declaratum est. Non verò tantum per d. reuersionem, sed etiam per expressam vnionem & incorporationem iuratam, d. priuilegio comprehensam.]

Et doit ledit priuilege tousiors durer, [Priuilegium autem prius dictum semper durare debet,] quia ea quę perpetuo conceduntur, semper & continue durant. *Et dit,* [Dicit etiam] tex. in c. quæ ad perpetuam. 26. q. 1. quod ea quæ ad perpetuam generaliter ordinata sunt vtilitatem, nulla commutatione debent variari. c. perpetuo, de elect. in 6. cum simil. *Et dit la glose.* [Dicit insuper glossa] in d. cap. quæ ad perpetuam, quod ea quæ sic ad communem uel perpetuam utilitatem ordinata sunt, non potest Papa uel alius Princeps immutare.

Or ledit priuilege ne fut seulement octroye ausdits habitans. [Non tantum uero d. priuilegium d. habitatoribus concessum fuit] ad eorum utilitatem sed ad publicã & perpetuam, *pour estre à iamais vni & incorpore au domaine* [Vt domanio semper unitum & incorporatum maneret.] Igitur, &c.

Prætereà *tel priuilege, non personel, mais reel soit pour le regard & consideration des habitans, soit pour le respect dudit chastel, terre & seigneurie. Car quand au regard de ladite terre, lon ne peut dire qu'il ne soit reel. Et au regard desdits habitans encores ne peut lon dire, qu'il soit personel,* [tale priuilegium, non personale, sed reale censendum est, tam respectu habitatorum, quàm ratione castelli, territorii & dominii. Nam respectu d. territorii negari non potest quin sit reale: habitatorum verò consideratione habita, adhuc dici non potest quòd sit personale,] & cum persona extinguibile, eò quòd communitas & populus non moriatur: *Et sont tousiours censez mesmes habitans,* [Et iidem semper habitatores cẽsentur,] per ea quę not. in l. mortuo, & in l. proponebatur. de iudic. ff faciunt dicta per Bald. in l. omnes populi, vbi dicit quod Vniuersitas non est persona.

Si doncques le priuilegie est reel, encores que ce fut un pur & simple priuilege, [Si igitur priuilegium reale est, etiãsi purum & simplex priuilegium esset] semper debet durare. c. 1. & 2. 25. q. 2. Not. in c. Abbate S. Syluani, de verb. signific. & maximè quando concessum est à Principe. c. beneficium. de regul. iuris, cum similib. Et adhuc melius, quando intercessit promissio iuramento firmata. *Et dict.* [dicit etiam] Bald. in cap. 1. in princ. de feudo sine cul. non amittend. quem & sequitur Alexand. & Imol. in consil. 11. in 6. uolum. quod sicut feudum sine causa auferri non potest, ita nec priuilegium.

Et que tels priuileges ne se puissent ne doiuent reuoquer. [Et quod talia priuilegia non possint, nec debeant reuocari.] etiam Imperiali rescripto *allegue le Bald. audict passage le text.* [allegat Bald. in d. loco textum] in l. fin. de diuers. præd. vrba. & rusticis, lib. 11. C. *mesmes* [etiam] quando priuilegium est prohibitorium, *comme au cas de present.* [ut in præsenti casu,] quia tunc prę ualet permissio, ut per eundem Bald.

Qui sort de responce à ce que ledict defendeur a uolu dire, que a tel priuilege les successeurs dudict Louys le tiers ont peu deroguer, & qu'il a peu estre reuoque. Care à ce respond ledict Procureur general, [Quod responsionis loco seruiet ad id quod d. defensor allegauit, tali priuilegio successores Ludouici tertii potuisse derogare, & quòd id ipsum potuit reuocari. Nam illi d. Procurator Regius respondet,]

spondet,] quod priuilegium, quod non pendet ex sola voluntate Principis, sed ex facto alterius, non est simplex priuilegium, sed quidam contractus, veluti do vt facias, vel facio vt des, vt per Alex. in cõsil. 54. in quinto volum. Et sic non est reuocabile. Et maximè, quod per tale priuilegium quæritur ius tertii. Princeps autẽ ius iam alteri quæsitum non potest auferre: Et licet possit de potestatis plenitudine, non tamen uidetur velle vti illa potestate absoluta, seu plenitudine potestatis.

Pareillement un priuilege octroyé. [Similiter priuilegium concessum] in remunerationem, non potest reuocari, etiam propter ingratitudinem, dicit Bald. in l. si cum mihi. ff. de dolo. Alexan. in consi. 216. in 2. volu. & dicit in d. l. Bald. quod donatio uel priuilegiũ ob merita non potest reuocari.

Or par la teneur dudict priuilege il appert clerement qu'il a esté faict, [Per tenorem verò d. priuilegii manifestò apparet, quòd factum fuerit] ob causam & propter benemerita *desdits habitans dudict lieu de Gramboys: & pour ce qu'ils s'estoyent remis en l'obeissance & fidelité dudict Comte de Prouence & Fourcalquier: Et s'estoyent vertueusement retirez de la seruitud d'vn usurpateur, & pour les autres bonnes causes contenues audict priuilege.* [d. habitantiũ d. loci de Grambundio: Et quod se reduxerant sub obsequio & fidelitate d. Comitis Prouenciæ & Fourcalquerii, & fortiter sese ex seruitio unius usurpatoris subtraxerant, & propter alias iustas causas in d. priuilegio comprehensas.] Igitur, &c.

Et suppose que regulierement. [Et concesso quod regulariter] priuilegia quæ à principe conceduntur, innouari, modificari, & in totum tolli & reuocari possint, tamen quia in contractum transeunt, nullo modo possunt reuocari: quia non sine iniuria beneficium sua prouisione quęsitum alicui potest tolli. c. 1. & ibi per Anton. de Butr. de probat. & ibi post eum Panorm. ubi Princeps obligatur ex suo contractu inito cum suo subdito, & Bald. in l. 1. ff. de pact. qui refert Magistrum sententiarum dicentem quod Deus obligatur ex sua promissione. Idem dicit Bald. in cap. 1. de natura. feud.

Hinc dicit Alex. de Imol. in d. consil. 54. quinto uolu. quòd priuilegium concessum bannitis, quòd possint securè morari in aliquo loco, eo quòd eorũ opera occupatus est ille locus, uel castrum, est irreuocabile *Qui semble estre le cas qui s'offre.* [Qui præsens casus videtur.] Idem tenuit ante eum Bald. in l. si cum mihi. de dolo. allegans tex. in l. decurionibus. de silentiar. lib. 12. C. Idem firmat Petrus de Anchara. in consil. 2. quem recitat Alex. in d. passu.

Dict aussi [Dicit insuper] Bald. in d. l. si cum mihi. post Nicol. male vmbi. quos citat Alex. in d. consil. quòd si priuilegium aliquod concedatur iis qui ad aliquem locum uenerunt ad habitandum, non poterit posteà tale priuilegium immutari, in præiudiciũ eorum qui illuc venerunt ad habitandum.

Or ledict chasteau & uille de Gramboys ont esté recouuers & reduicts en la puissance & obeissance dudit Comte de Prouence & Fourcalquier: Et mis hors des mains & tyrannie dudit de Thurenne usurpateur, rebelle & ennemy dudict Comte, opera desdits habitans. Et en contemplation & recompence dequoy leur fut en partie octroyé ledict priuilege. Et au moyen d'iceluy priuilege se sont plusieurs habituez, & sont venuz demeurer audict lieu. Esperans estre tousiours immediatement sul iects dudict seigneur Comte, & non d'autre inferieur. Igitur de leur reuoquer ledict priuilege, ny auroit propos [Castrum uerò prædictum & ciuitas de Grambundio sub potestate & imperio d. Comitis Prouenciæ & Fourcalquierii, fuerunt redacta: atque è manibus & tyrannide d. de Thurenne vsurpatoris, d. Comitis rebellis atque inimici, opera d. habitantium subtracta. In cuius considerationem & remunerationem ex parte prædictũ priuilegium illis cõcessum fuit. Cuius etiam occasione multi illuc habitatum uenerunt: sperantes se immediate d. domino Comiti, non alii inferiori, semper futuros subiectos. Incongruum igitur esset, ab iis d. priuilegium auferri.]

Et encores suppose [Concesso etiam] quod Princeps tale priuilegium potuisset tollere, *ce que non,* [quod secus est,] tamen non potuisset cum honestate, ut in epistola, inter claras. C. de summa Trinitate: ubi nil est quod luce clariore præfulgeat, quàm fides in Principe: *ioinct que* [iuncto eo, quod] id non posse dicimur, quod honestè non possumus. dicit tex. vulgaris in l. Nepos Proculo. ff. de uerb signific.

Præterea *l'alienation de ladicte terre de Gramboys faicte despuis & contre ledict priuilege, encores que iceluy priuilege fut reuocable, & deuoit faire mention auant qu'elle fut vallable,* [alienatio d. territorii de Grambundio post & contra d. priuilegium facta, quamuis priuilegium reuocabile esset, eius tamen mentionem facere debuisset, ut subsistat.] cap. fi. de concess. præbend. lib. 6. l. 2. §. meritò. ff. Ne quid in loco publico fiat. l. totiens, & ibi not. per Bart. ff de pollicita. c. dilecto, de uerborum significationibus, & alibi passim.

Maximè quod in dubio Princeps non uidetur derogare iuri tertii, cum de eo mentionem non faciat. c. super eo, de offic. deleg. c. quamuis. de rescript. in 6. l. nec auus. C. de emancipat. lib. l. impuberi. ff de administrationib. tutorum. *& dict* [dicit etiam] Bart. in l. prędia. C. de locat. præd. ciuil. uel fisca. lib 11. C. quòd si Princeps alicui concesserit rem unam, non potest posteà alii concedere, etiam motu proprio, nisi dicat. Non obstante concessione facta tali.

Or soit, bien ueuë l'alienation pretendue dudict lieu de Gramboys, & les confirmations & tiltres, dont se ueult aider ledict defendeur, il n'est iamais faict mention dudict priuilege, octroye à ladicte place & habitans d'icelle, & n'y a clause derogante, ou de non obstante.

[Visa itaque diligenter alienatione prætensa d loci de Grambundio, confirmationibus & titulis, quibus d. defensor se tueri cupit, nusquam d. priuilegii mentionem fecit, d. loco & eiusdem habitatoribus concessi, neque utitur clausula derogante, uel non obstante.] Igitur, &c.

Et si ledict defendeur uouloit dire, que ce seroit ausdicts habitans à alleguer cela, & non audict Procureur general: Et que c'est l'interest d'iceux habitans. Respond ledict Procureur general, qu'il a interest en ce que ledict chasteau, uille & habitans n'ayent peu estre alienez & mis hors des mains desdicts Comtes: Ains qu'ils soyent tousiours demourez au domaine desdicts Comtes de Prouence & Fourcalquier: Et ledict priuilege & ordonnance de non aliener est faicte, non seulement en faueur d'iceux habitans: mais aussi dudict domaine & fisque, ainsi que plus à plein a esté cydessus remonstre. Au moyen dequoy soit que ledict interest soit considere pour le chef, & regard desdicts habitans, ou autres, ledict Procureur general est receuable à le deduire. Car il y a grand interest.

[Si uerò d. defensor dicere uellet, quod hoc allegare, d. habitatoribus incumberet, non autem Procuratori Regio, & quod ex commodo esset habitantium: Respondet. d. Procurator Regius, quod suum commodum in eo agatur, quod d Castrum, ciuitas & habitatores non potuerunt esse alienata, & in alienas manus translata, extra domanium d. Comitum: Sed quòd semper in domanio d. Comitum Prouenciæ &

ciæ & Fourcalquerii remaneant. Adhæc priuilegium & constitutio de non alienando non tantum in fauorem d.habitantium facta sunt, sed ẽt fauore domanii & fisci, ut supra plenius declaratum est. Cuius occasione siue d.interesse, ut principale, respectu d.habitantium sit consideratum, siue alio modo, dictus Procurator Regius admitti potest, ut id deducat. Nã eius magnopere interest,] lege si communem. ff. quemad. seruit. amittat. *mesmement* [eò magis] quia potest allegari & deduci ius tertii, quando est exclusiuum iuris partis aduersæ, *par les droicts à ce vulgaires*, [iuribus ad hoc uulgatis,]

Il y a plus: C'est que cessant ledict priuilege & interest desdicts habitans, encore ne pouuoit ledict lieu de Gramboys estre aliene, & mis hors des mains & domaine dudict Comte de Fourcalquier. Puour ce que par les anciens statuts & ordonnance du pays, ledict Comtè est inalienable. [Amplius uerò est: nempe, quod cessante etiam dicto priuilegio & interesse dictorum habitantium, ad huc d.locus de Grambundio non posset alienari, & in alienas manus transferri, extra domanium dicti Comitis Fourcalquerii: eò quòd antiquis statutis & patriæ Constitutione dictus Comitatus alienari non potest] tam in toto quàm in partibus & membris. *Et consequement despuis que ladicte terre, chastel uille & seigneurie de Gramboys a este' reunie au domaine dudict Comte, pour y estre perpetuellement & inseparablement incorporee: & faire partie integrale d'iceluy Comtè.*

[Et consequenter posteà quam d. territorium, castrum, ciuitas & dominium de Grambundio fuit domanio d.Comitatus reunitum, ut eidem semper & inseparabiliter incorporatum esset, & pars eiusdẽ Comitatus integralis fieret.] Dato, quod non fuisset de antiquo domanio, non potuit posteà alienari; quia eadem debet esse censura legis circa appendices, quæ circa id à quo dependent. Facit tex. in l.si quis hæres.ff.de acquiren.hæred.Bald.in c. ceterum. De iudic.ubi dicit, quod sicut eadem est cẽsura legis de naui, quæ de scapha, l.scapham.ff.de euict.ita eadẽ debet esse censura in feudis maioribus, quæ in minoribus: quia plus uel minus non faciunt rem à iure considerabilẽ, l.fin.ff.de fund.instruct. faciunt notat. per Bartol. in l. si conuenerit. §. si nuda.ff.de pignor. actio.ubi id quod accedit regulariter secundum legem & naturam eius cui unitur.

A ce que ledict defendeur dict, [Ad id uero quod dictus defensor allegat,] ꝙ esset absurdũ dicere, quod ipse Ludouicus nõ potuisset disponere de aliqbus rebus Regni sui, *dict que*, [dicit quòd] Baldus in capitulo in generali, Si de feud.controuer. fuer.inter domin. & agnat. uasal. in usib. feudorum, *dict.* [dicat] quod Rex Franciæ non potest unam de ciuitatibus suis alienare inuitis ciuibus, & in capit. licet, de probationibus. dicit idem Baldus. Quod quando alicui conceditur territorium aliquod in medio Regni, dicitur quodammodo regnum deuiscerari. *Et pour ces causes sont les prohibitions d'aliener le domaine d'un Royaume, estat ou Principaute' introduicts, tant de droict, que par les statuts & ordonnances des pays fauorables: Et se doiuent obseruer.* [Et his de causis prohibitiones de alienãdo domanium unius Regni, status uel Principatus, tam de iure, quàm per statuta & regionum constitutiones introductæ, sunt fauorabiles. Et debẽt obseruari] etiam in rebus minutis, *mesmement quand il est question de Chasteaux & Villes,* [præcipuè quando controuersia est de castris & ciuitatibus.]

A ce que ledict defendeur dict, que telles prohibitions d'aliener se doiuent entendre, [Ad illud autem quod d. defensor dicit, tales prohibitiones de alienando debere intelligi] de alienatione damnosa, non de utili: *Et que celle dont est question est utile & profitable.*

Respond ledit Procureur general, que lesdites prohibitions s'entendent. [Et quòd illa, de qua quæstio, uertitur, sit utilis.

Respondet Procurator Regius, dictæ prohibitiones intelligi] de omne alienatione siue utili, siue inutili, & damnosa. *Et ne antmoins dict, que celle dont est question, est oculairement inutile & domageable ausdicts Comtes de Prouence & Fourcalquier. Et à ceste fin employe ce qu'il a dict cy deßus.* [Et nihilominus dicit illam, de qua est controuersia, esse oculariter inutilem & damnosam dictis Comitibus Prouenciæ & Fourcalquier. Ad illum itaque finem, id quod ab eo prius dictum est, adducit.

Dict le texte, [Dicit textus] in capitulo intellecto. de iureiurand. Quòd si Princeps iurauerit non alienare bona regni sui, si posteà alienet, & iuret non alienare, non ualet alienatio, nec tenet iuramentum. *Or est il que le priuilege desdicts habitans de Gramboys, & le statuts de Prouence & Fourcalquier, de non aliener, sont iurez.* [Sed priuilegium dictorum habitantium de Grambundio, & statuta Prouenciæ & Fourcalquerij, de non alienando, sunt iuramento firmata.] Igitur, &c.

A ce que dict ledict defendeur, que telles alienations sont prohibees, [Ad id uero quod per dictum defensorem allegatur, tales alienationes esse prohibitas,] quando per illas grauiter læderetur, & difformaretur dignitas Principatus.

Respond que le texte [Respondet textum] in dicto cap. intellecto, *& les Ordonnances & statuts du pays de Prouence ne destinguent point. Et sic en faire ceste distinction, n'y auroit propos:* [necnon Constitutiones & statuta regionis Prouenciæ nil quicquam distinguere. Friuolum itaque esset, istam distinctionem facere:] quia per illa indistinctè & indifferenter prohibentur alienari ea quæ sunt de domanio.

Dict neantmoins, que quant est de droict, & la coustume ou statuz, se deuroyent extendre. [Dicit nihilominus quod quamuis de iure, consuetudine vel statuto, deberent intelligi] sub illa distinctione: *Toutesfois au cas present tel le distinction ne pourroit auoir lieu pour le regard de ladicte terre, uille, & chasteau de Gramboys. Car il y à speciale prouision de non l'aliener, ny mettre hors ledict domaine.* [Attamen in casu præsenti, talis distinctio locum non haberet, propter d.territorium, ciuitatem & castrum de Grambũdio. Est enim ei speciali priuilegio prouisum, quod alienari non possit, nec in alienas manus extra domanium, transferri.] Et sic quòd est formaliter & nominatim prohibitum alienari, non subiacet illi distinctioni. *Et auecques ce fait à considerer que ledict Chasteau, uille, & seigneurie da Gramboys n'est si petite chose, que à uoulu dire ledict defendeur,* [Hoc etiam ad id considerandum est dictum castrum, ciuitatem, & dominium de Grãbundio non adeò rem parui momenti esse, ut dictus defensor asseuerare uoluit,] nec potest dici alienatio eius, modica alienatio, sicut dicit Panormitanus in dicto capitulo intellecto, de iureiurando, per text. in c. terrulas. *Car c'est forteresse.* [Est enim fortalitium.]

D'auantage ce que lon dict. [Præterea, id quod dicitur] in dicto capitulo intellecto, & in capitulo graui, de supplend. neglig. prælat. libro sexto. quòd princeps non obstante iuramento de non alienando res, & iura sui principatus, poterit alienare res modicas, *quand ores l'alienation de Gramboys deburoit estre dicte* [quamuis etiam alienatio d.loci de Grambundio iam dici deberet] modica alienatio *se doibt entendre* [intelligi debet,]

nisi

nisi princeps sic alienans, facere plures alienationes modicas, quæ æquiualeant vni magnæ & notabili alienationi. *Et que* [Et quòd] omnes simul considerate notabiliter grauarent, & velut euiscerarent ipsũ regnum, quia tunc quod de magna & damnosa ac notabili alienatione dicitur, debet habere locum in illis modicis particularibus. Ex quibus insurgit graue damnum ipsi regno, vel principatui, argumen. tex. in l. nec non. §. si quis sæpius. ff. ex quibus caus. maior. Et illa firmat per multa iura, Lucas de Penna in l. quicunque 2. de omni agro desert. lib. 11. C.

Et la raison est, [Ratio verò est] quia sicut plures & modicæ & minutę donationes simul iunctę reuocantur tanquam inofficiosæ, (quæ tamen singulæ inofficiosæ non essent, vt nota. in l. prima. C. de inoffic. donat.) ita fortiùs prohibentur plures minutæ alienationes rerum fiscalium. Nam possent ex his plura incommoda reip. generari. Et verendũ est ne aliquid fisco decrescat, & ne ex minimis simul sumptis respub. ad nihilum redigatur 12. quæstione secunda capitulo monemus. Et ingenti studio cauendum est, ne aliqua ouis domus Israel pereat. ita, verbis expressis dicit Lucas de Penna in d. l. quicunque.

Or est il que ledict Conte de Prouence et Fourcalquier, qui à fait ladite pretendue alienation de Gramboys, et les autres qui depuis l'ont ratifiee, ont fait plusieurs autres alienations des biens et droits de leurs domaines. Toutes lesquelles à les considerer ensemblement, lon ne peut nier qu'elles nayent grandement enerué l'estat desdits Comtes de Prouence et Fourcalquier. Et sic, *elles sont reuocables*, [Atqui dictus Comes Prouenciæ, & Fourcalquier, qui d. alienationem prætensam de Grambundio fecit, & sequentes, qui ratam habuerunt, plures alias bonorum & iurium alienationes ex eorum domaniis fecerunt. Quæ si simul omnes considerentur, negari non potest, quin multum d. Comitum Prouenciæ & Fourcalquerii statum euiscerauerint. Et sic sunt reuocabiles,] nec est maior ratio de vna reuocanda, quam de alia. Igitur omnes reuocari debent.

A ce que ledit defendeur à voulu dire, que à tout le moins ladite alienation de Gramboys [Ad illud autem quod dictus defensor allegare voluit, quòd ad minimum dicta alienatio de Grambũdio] valuit & tenuit in præiudicium alienantis, & quòd idem Rex dictæ Patriæ Prouenciæ & Fourcalquerii Comes, est hæres ex testamento quondam bonæ memoriæ Caroli de Andegauia.

Respond ledit procureur general [Respondet d. procurator Regius] pluribus modis. Primò, quòd alienatio rerum & iurium Regni nec in præiudicium quidem
9 alienantis tenet, adeò quòd ipsemet † Princeps qui alienauit, potest talem alienationem reuocare etiam non obstante iuramento de non reuocando, sicut suprà dictum est, per textum in dicto capitulo intellecto, & ibi scribentes, de iureiurando, vbi dicit Panormitanus quòd Princeps siue Potestatus ecclesiæ potest venire contra alienationem à se factam. c. si quis presbyterorum. de rebus ecclesiæ non alienandis. Et non solum potest, sed debet, vt in dicto capitulo intellecto, & duodecima quæstione secunda, non licet, & trigesima quinta quæstione nona, quod ius commisit. Et rationem addit Panormitanus in dicto passu: quia inquit, bona principatus non sunt propria ipsius Principis, sed dignitatis principalis.

Et dicere quod Princeps sic alienans, teneatur de euictione, *n'y a propos*, [friuolum est,] quia ex contractu nullo nulla debetur euictio, per tex. iuncta glossa, in capitulo primo, de prohibit. feud. alienat. per Federic. in vsibus feudor. facit text. ff. de litigios. Iohan. Faber in l. fundum. C. de euict. faciunt notata per glos. & Angel. in l. familia. C. familiæ herciscund. l. necessario. § fina. de peric. & commo. rei venditæ. in l. si quis domum. §. hic subiungi. ff. loca. & in l. si seruus. de euictionibus. Baldus in lege non dubitatur. C. de euictionibus. Hinc est quod sic reuocanti non potest illud obiici, quem de euictione tenet actio. & c. dicto c. si quis præsbyter. & d. c. intellecto, suprà allegat.

Nec obstat, *si ledit defendeur uouloit dire que* [si dictus
10 defensor vellet dicere quod] etiam † in contractu nullo vel prohibito tenetur venditor, aut aliter alienans ad pretii restitutionem. per textum in lege emptorem. ff. de actionibus emptor. & per notat. per Baldum in dicta lege non dubitatur. C. de euictionibus. *Car à ce respond ledit procureur general, que tout ce que par ledit pretendu contract de permutation, ou dation* in solutum, *ledit defendeur pretend auoir esté cedé par ses predecesseurs ne sont que paroles. Et ne fait apparoir que les sommes luy fussent debues, n'y les heritages luy appartenans, ne que ladite pretendue permutation, ou dation* in solutum *ayt esté uestue, et sortit son effect* hinc inde, *comme à plain à esté cy dessus deduit.* Huic etenim respondet procurator Regius, omne illud quod per dictum contractum permutationis prętensum, vel dationis in solutum, dictus defensor cessum fuisse per suos prędecessores prętendit, nihil præter verba esse. Neque enim probat summas ei esse debitas, neque res hæreditarias ad eum pertinere: neque dictam permutationem pretensam vel dationem in solutum vestitam fuisse: & hinc inde suum effectum sortitam, vt suprà plenè declaratum est.]

A ce que dit ledit defendeur, que le Roy comme heritier par moyen dudit Roy Louys le tiers, de Sicile & Hierusalem, Comte de Prouence, qui fit ladit pretendue alienation, seroit, & est tenu desfaits, promesses & obligations dudit Roy Louys le tiers, & consequemment tenu de la garantie : respond en premier lieu ledit procureur general, que si ledit Louys le tiers n'est tenu d'aucune euiction, comme estant le contract nul, & par le autres raisons dessus alleguees, sic, n'est ont esté & ne sont tenus ses successeurs, [Ad id verò quod dictus defensor dicit, Regem tanquam hæredem, occasione Ludouici tertii, Regis Sicilię & Hierusalem Comitis Prouencię, qui dictam alienationem prętensam fecit, teneri de factis, promissis & obligationibus dicti Regis Ludouici tertii, & consequenter de euictione: respondet
11 primum dictus procurator Regius, quòd sicut † dictus Ludouicus tertius de euictione non tenetur, ex contractu nullo, & aliis ex causis suprà allegatis, ita nec eius successores obligati fuerunt, nec tenetur.]

Dit oultre, que encores que celuy qui a fait ladite alienation, en eust esté tenu, que non si n'en seroient tenuz ses successeurs, ou heritiers. [dicit insuper, quod quamuis ille qui dictam alienationem fecit, ad hoc obligatus fuis-
12 set, quod secus est, † eius tamen successores vel hæredes de eo nõ tenerẽtur.] in d. regno vel Comitatu: quia speciale est in regno vel principatu, quòd Reges vel Principes non possunt priuare nedum filios, sed neque fratres vel alios consanguineos Regno, vel partibus Regni. *& ne peuuent preiudicier à leurs successeurs:* [Et successoribus suis præiudicium adferre non possunt] in dictis Regnis, *directement ou indirectement* [directè vel indirectè.] Ita Innocent. in d. c. grandi. de supplen. neglig. præl. lib. 6. & Panor. in d. c. intellecto. de iu reiu. *& la raison est bonne* [ratio verò eius æqua est,] quia quod vna via prohiberetur, alia permitteretur. *C'est à sauoir que* [nempè quòd] metu euictionis, vel per viam euictionis, puta actione de euictione, vel exceptionis *les alienations du domaine qui sont nulles seroient vallables, &*

tien-

tiendroient, qui est contre ce qui est note' [alienationes domanij nullæ, validę fierent, qđ contrarium est, not.] in c.imperialẽ.de prohi.feu.alie.per Feder. in usib. feud.

Præterea si ille, in cuius fauorem prohibita fuit alienatio, consentiat alienationi, non posset regulariter contrauenire, nisi prohibita esset alienatio, non solum fauore eius sed fauore rei, quia tunc posset etiam ipsemet contrauenire: sed vtroque casu hæres eius poterit impedire ex persona propria: neque impeditur propter consensum defuncti cuius est hæres. Ita Fulgos. Philip. Corn. & moderni Mediol. in l.quotiens. C. de fideicomm. Salyc. in l. venditrici. C. de reb.alien.non aliena. Ita expresse tenuit Raphael Cuman. in consil. 132. & optimè facit textus in l. final.ff. de euictionib.

Dit oultre ledit Procureur general qu'il n'est pas d'accord auecques le defendeur, que le Roy ne ayt autre droict esdits Comte's de Prouence & Fourcalquier, que par l'institution, testamen tou hoirie dudit Charles d'Aniou Roy de Sicile, ne que à ce seul tiltre il treuue ledit pays, sans plus auant y entrer [Amplius dicit procurator Regius, quòd cum d.defensore non consentiat in eo, Regem nempe aliud ius in d. Comitatibus Prouenciæ & Fourcalquerij non habere, quàm per institutionem, testamentum vel successionem d. Caroli Andegauensis, Regis Siciliæ: neque quòd hoc solo titulo d. regionem inuenit, sine vlteriori progressu.]

13 *Or* [Verùm] † quando superuenit ius hæredi aliter quàm per mortem ipsius defuncti, vel successionem, hæres non tenetur seruare dispositionem factam per defunctum, vt est tex. in l.inuitum. §.ex facto. ff. de diuers.& tempor.præscript. in l.rem alienam. ubi Bar. & alii. ff. de pignorat.actio.

D'auantage lon cognoit assez que tous les tiltres dont se veut ayder ledit defendeur, & les executions de sa pretendue acquisition, lettres à luy à ceste fin obtenues, & autres choses par luy faictes, ou ses predecesseurs, en ceste maniere, ont este' faictes par importunites. Et de droict [Adhæc, satis liquidò constat omnes titulos, quibus d. defensor se tueri cupit, executiones prætensæ acquisitionis suæ necnõ literas ab eodem ad illum finem impetratas, & alia p eundem, uel suos prædecessores hoc modo executa, omnia per importunitatem esse facta. Et de iure] quãdo Princeps aliqua concedit per importunitatem, perinde non ualent, nec ex illis debetur euictio, ac si essent obtenta per metum. Ita tenet Lucas de Penna, in l.fi. de locat.prædio.ciuil. lib. 11. C.post Innocen. in c.petitio.de iureiur. ubi æquiparat obtenta per importunitatem, & obtenta per metum.

A ce que ledit defendeur dit, que à ladicte alienation lesdits habitans de Gramboys ont consenty, ont este' presens en la possession, deliurance & iouissance, & ont fait aux predecesseurs dudit defendeur la foy & hommage: dit ledit procureur general. Primò, *que cela a este' fait par crainte & impression du ditac quereur, qui auoit credit & authorite' deuers ledit Roy de Sicile, Comte de Prouence.* Secundò, *telle obeissance & patience* [Ad id uerò quòd d.defensor dicit, ad d.alienationẽ habitatores de Grambundio consensum dedisse in eiusdem possessione traditione & fruitione præsentes fuisse, fidem etiam & iuramentum fidelitatis prædecessoribus d. defensoris præstitisse: respondet d. procurator Regius. Primò, hoc factum fuisse metu & cõpulsione d.acquisitoris, qui fide & authoritate apud d. Regem Siciliæ, Comitem Prouenciæ, ualebat. Secundò, talis obedientia & patientia] etiamsi operaretur tacitum consensum, imo etiam *la prestation de foy & hommage n'a peu valider ladicte alienation, qui estoit & est nulle de sa nature, mesmement au preiudice du Roy.* [præstationem fidei & seruitiis nõ potuit dict. alienationem ualidam reddere, quæ erat & est nulla de sui natura, etiam in Regis præiudicium.]

Nec etiam *auroient les choses susdites peu preiudicier aux habitans dudit lieu de Gramboys, qui sont à present successeurs de ceux qui auroient preste' tel consentement,* [prędicta habitatoribus d. loci de Grambundio nocere potuissent, qui hodie eorum successores sunt, qui huiusmodi consensum dederant,] per ea quæ notant in d. l.quotiens. C. de fideicommiss.

Auecques ce y a vne protestation faite en l'an 1480. par lesdits habitans contre Lazare de la Croix, seigneur de Courbieres, soy disant acquisteur dudit leu de Gramboys contre ladite pretendue alienation, faicte dudit lieu. Et que les hommages desdits habitans particuliers, ne puissent nuyre ne preiudicier à leurs priuileges. [huic adest & una protestatio anno 1480. per d.habitatores facta contra Lazarum de la Croix, dominum de Courbieres, se nominantem conquæstorem d.loci de Grambundio, contra alienationem prætensam de eodem loco factam. Insuper & hoc quod iuramenta fidelitatis particularia d.habitatorum, eorum priuilegiis præiudicium adferre non possent.]

Et en l'an 1497. le feu Roy Charles decerna ses lettres narratiues desdits priuileges, & que ledit lieu de Gramboys estoit de l'ancien domaine de ladite Comte' de Prouence & Fourcalquier: & partant qu'il ne pouuoit estre aliene'. Et par icelles est mande' reunir & remettre lesdits habitans hors les mains d'iceluy, qui les auoit acquis, en r'emboursant deux mille flourains. Et sont par lesdites lettres lesdits habitans releue's du laps de temps, & est fonde' ledit relief sur les guerres & diuisions qui ont eu long temps le cours audit pays. Et sur lesdites lettres à longuement este' procede', & par plusieurs iournees & assignations. [Anno uerò 1497. quondam Rex Carolus suas literas d.priuilegiorum narratiuas decreuit & quod d.locus de Grambundio esset de antiquo domanio d.Comitatus Prouenciæ & Fourcalquerii, per easdem etiam mandatum est, ut d.habitatores reuniãtur, & ex eius manibus retrahantur, qui eos incorporauerat, duos florenorum millia refundendo. Quæ quoque literæ eosdem de lapsu temporis restituunt: & d.restitutio super bellis & discordiis fundata est, quæ dudum eam regionem uexarũt. Et super iisdem literis est longo tempore processus, per multos dies, & assignationum terminos habitus.]

Et sic *n'y auroit propos, si ledit defendour vo'loit, comme ueritablement il a voulu s'ayder de longue iouissance,* tacitè *consentement, ou prescription: car ce que dit est cy dessus, auroit tout cela interrompu, & y satis sfaict.* [Friuolum itaque esset, si d.defensor se vellet tueri, vt uerè uoluit, longa possessione, tacito consensu, uel prescriptione: nam id quod suprà dictum est, omne illud interrumperat, & ibidem satisfecerat.]

A ce que ledit defendeur à uoulu dire, que: [Ad hoc autẽ quod d.defensor allegauit, quod] ex quo d. locus de Grambundio fuit aliquando alienatus, remansit perpetuò inalienabilis: *dit ledit procureur general que cella est faux, (soubs correction) mesmement,* [Respondet d. Procurator Regius hoc falsum esse, (sub correctione præcipuè) quando per reuersionem & incorporationem est mutata rei natura, *& qu'il y a disposition d'homme qui le rend inalienable,* [Et quòd sit dispositio hominis, quæ rem inalienabilem reddat,] ut notat in capit. ut super de reb.eccles.non alienand. in l.si quando. & in l.si vacantia. C. de bonis uacant. & in l.inter stipulantem. §. sacram. ff. de uerbor. obligat.

Item au regard de ce qu'il dit contre le priuilege desdits habitans qui est la vraye incorporation, Itẽ eius respectu, quod con-

contra priuilegium d.habitantium allegat, quòd veræ incorporationis loco venit,] quod est nullum ex defectu potestatis Principis Tarenti, quod non fuit concessum ex syncera & pura voluntate ipsius concedentis, quia Rex ipse potuit illi postea derogare: *employe le dit procureur general pour toute responce ce que dict est cy dessus.* [Responsionis loco d.procurator Regius adducit quod suprà allegatum est.]

N'est pas fort argument de dire, par ledit defendeur que ledit priuilege et incorporation ou reunion, [Argumentum verò non multum efficax est quod d. defensor profert, nempe quod d.priuilegium, & incorporatio vel reunio] non remansit in simplicibus terminis prohibitionis, sed vltrà processit prouidendo de remedio in casu alienationis, scilicet quòd liceat hominibus & Vniuersitati d.loci de facto resistere. Quo casu sic prohibita alienatio non est nulla, sed ope illius remedij annullanda.

Car à ce respond ledit Procureur general en premier lieu, que ledit priuilege ne prohibe seulement ladite terre estre alienee, & mise hors des mains & domayne desdits Comtes de Prouence & Fourcalquier: mais dispose & ordonne ladicte incorporation & reunion d'icelle terre audit domayne, & consequemment par telle reunion & inseparable incorporation, et pour auoir reprins la nature dudit Comté, elle à esté faicte inalienable, sans autre prohibition. [Primò etenim ad id d. procurator Regius respondet, d.priuilegium non tantum prohibere, ne d.territorium alienetur, & in alienas manus, extra domanium d. Comitum Prouenciæ & Fourcalquerii, transferatur: sed etiã d.in corporationem & reunionem illius territorii in d.domanio decernere atque disponere, & ideo consequenter p̃ reunionem & incorporationem inseparabilem, & quia naturam d.Comitatus reassumpsit, factam esse absque alia prohibirione inalienabilem, [per eaquæ superius dicta sunt. Et sic, *ne faut considerer le dit obiect, de dire* [considerandа non est obiectio, quę dicit] quod talis dispositio non remansit in meris terminis prohibitionis. Id tenuit Paulus de Castro in l.non dubium. num.5.C. de legib. dicens post glo. in l.non intelligitur.§.diuus Adrianus.ff.de iure fisci. quod sicut expressa prohibitio importat nullitatem actus, etiamsi non dicatur: ita dispositio de certa solemnitate obseruanda, importat tacitam prohibitionem, & consequenter nullitatem, si id non seruetur.

Secundò, *dit ledit procureur general que quelque chose qu'il plaise dire audit defendeur nous ne sommes au cas de la Theorique, qu'il dit estre mise,* [dictus procurator Regius dicit, quicquid d. defensori placuerit dicere, non sumus in casu Theoriæ, quem dicit esse positum] per Bart.in d.l.non dubium. C. de legib. *Car la Theorique de Bart. & des Docteurs* [Nam Bartoli & Doctorum Theoria est de actu prohibito, cum adiectione pœnę, *ce qui n'est pas au cas de present,* [quod nõ est in casu præsenti,] quia id quod adiicitur, scilicet quòd d.habitatores possint de facto resistere, non adiicitur, nomine pœnæ: sed est quodam remedium quatenus d. alienatio de facto procederet, quod quidem remedium non impedit nullitatem actus, *quelque chose que die ledit defendeur,* [quicquid dictus defensor in medium proferat,] neque id tenuit Bart. & alii.

Mais au contraire dit, [Contrarium verò dicit] Bart. in l.Prætor. ff.de nou.oper.nuncia. quod si quid prohibeatur etiam iure speciali, & pœna imponatur, tamen actus remanet nullus. l.iubemus, & l.nemo martyres. C.de sacrosanct. eccles. *qui est au cas semblable de celuy qui s'offre. Mesmement,* [quod simile est casui præsenti. Præcipuè] quando certum est de mente prohibentis alienationem, puta quando tex. vel dispositio, seu priuilegium disponit quod actus non valeat, & nihilominus imponit pœnam; vt d. l. iubemus. & in l. 1. C.de sepulchro violat. *Or au cas du priuilege dont à present est question il est certain par la teneur mesme d'iceluy que* [Sed in casu priuilegii, cuius nam quæstio vertitur, certum est per tenorem etiam ipsius, quòd] dispositio talis vult alienationem esse nullam: & nihilominus quatenus fieret, vel de facto procederet, apponit facti remedium, quod cum actus nullitate potest se compati & cõcurrere. Et dispositionẽ vltra fines dispositionis, nõ facit quin actus sit nullus, ut ingeniosè & subtiliter declarat Bart.in d.l.prætor. ff.de nou.oper.nunciatio.

Il y a plus. C'est que. [Est etiam amplius. Nempè qđ] quando pœna vel remedium, quod apponitur ultra prohibitionem legis vel dispositionis, respicit nullitatem actus, vel annullationem, non obstante tali pœna vel remedio quod apponitur annullarur actus, vt in d.l.prætor. & in l.si verò non remunerandi.§ rei turpis.ff.mandat. l.iurisgentium.§ pacta quæ contra.ff.de pact. Bart.in d.l.prætor. *Or est il que le remede qui est pourté par ledit priuilege:* [Nunc verò remedium, quod per d. priuilegium apponitur:] puta quod si talis locus de facto alienaretur, ipsi habitantes possent de facto resistere: directo respicit annullationem actus, nõ validitatem: imo validitas ipsius actus in suo intellectu nõ potest concurrere, & se compati cum tali remedio. Si enim actus teneret, & esset validus mero iure, quomodo esset permissum dictis habitantibus resistere de facto. Id enim est absurdum, & implicat. l. 1. ff. de his, quæ pro non script. habent. *Et de ceste matiere il y a plusieurs bonnes decisions des Canonistes.* [Et de ista materia multæ decisiones bonæ Canonistarum habentur] in c.licet canon, & in cap.fina de elect. lib.6.

Aux recognoissance dudit defendeur & ses predecesseurs, par lesdits habitans, ou leurs vrais & naturels seigneurs, prestation de serment de fidelité & reception en foy & hommage, patience & consentement, & autres actes par lesquels iceluy defendeur veut dire lesdits habitans auoir renoncé à leur dit priuilege & l'auoir perdu [Ad recognitiones d. defensoris & eius prædecessorum, per d.habitatores, uel eorũ veros & naturales dominos factas in præstatione iuramẽti fidelitatis, & receptione sub fide & seruitio, patientia & consensu, aliisque actibus, per quos d. defensor vult prætendere d.habitatores suo dicto priuilegio renunciasse, atque id perdidisse] per nõ vsum. *Respond ledit procureur general, que cela ne peut nuyre au Roy, en faueur duquel, & du domayne desdits Comtes fut faicte ladite disposition, vnion inseparable & incorporation.* [Respondet d. procurator Regius, hoc Regi non posse obesse, in cuius & domanii d.Comitum fauorẽ d. dispositio, vnio inseparabilis & incorporatio fuit facta.]

Dit oultre, comme dit à esté cy dessus, que lesdits habitans l'ont faict [Insuper addit, vt supra dictum fuit, quòd d. habitatores hoc fecerunt] per metum & impressionem, *qu'il a eu tousiours protestations au contraire, & interruptions pour empescher la prescription, & que de tout ce ils sont releués. D'auantage quand ladite alienation ne seroit reuocable ex capite desdits habitans elle est ex capite dudit procureur general, qui requiert ladite terre estre reunie au domayne comme alienee, contre la nature du domayne, de Prouence & Fourcalquier, contre les statuts & ordonnance du pays, contre l'expresse prohibition & disposition mentionnee audit priuilege,* [quod semper protestationes in contrarium factæ fuerint, & interruptiones ad impediendam prescriptionem, & quòd de illis omnibus sunt restituti. Pręterea quamuis d. alienatio non posset reuocari ex capite d. habitantium, potest tamen ex capite.

capite d. procuratoris Regii, qui d. territorium reuniri domanio postulat, tanquam alienatum, contra naturam domanij Prouenciæ & Fourcalquerij contra statuta & constitutionem patriæ, contra etiam expressam prohibitionem & dispositionem in d. priuilegio comprehensam,] cui etiam expresse non potuerunt contrauenire dicti habitantes, & consentire d. alienationi in preiudicium ipsius Comitis Prouenciæ & Fourcalquerij, quia post dictam unionem & perpetuam incorporationem, quæ non fiebat solùm in fauorem Principis & fisci, prout sæpius dictum est, certum est quòd dicti habitantes, etiam uolentes & de expresso consensu non potuerunt se eximere à domanio & immediata superioritate dicti Comitis, & alienationi consentire, uel acquiescere in præiudiciũ d. Comitis. *Qui est pour respondre à tous les consentemens tacites & expres desdits habitans, dont ledit defendeur fait une longue histoire* [Quod seruit ad respondendum omnibus consensibus tacitis & expressis d. habitantium, quorum d. defensor longam facit historiam.]

Au regard de la prescription que ledit defendeur allegue contre le fisque [Respectu uerò præscriptionis quam d. defensor contra fiscum allegat] per possessionem pacificam decem, uiginti, & uiginti quatuor annorum, cum titulo & bona fide, *respond le procureur general,*
14 *qu'en la matiere que s'offre qui est*] † Respondet procurator Regius, quòd in materia quæ se offert, quæ est] aduersus fiscum, *& de chose domainiale*, [& de re domanio subiecta] quæ non cadit in commercium hominũ, *regulierement lon tient* [regulariter tenent] quod nulla potest esse præscriptio, *& la raison est*, [& ratio est,] quia nulla illic possessio esse potest: iure resisten te, ergò neque vlla præscriptio, cùm sine possessione præscriptio non procedat.

Et que en la matiere de domayne, il n'y puisse auoir prescription, y a tex. [Et quòd in materia domanij non currat præscriptio, tex. est] in §. res fisci, insti. de usucap. in l. comperit. de præscr. 30. uel 40. annor. Lucas de Pen. latè in l. quicunque 2. de omni agro deserto. lib. 11. C. *& la raison est*, [& ratio est] quia cùm non sint domanialia fiscalia, seu domanialia alienabilia & interdicta sit etiam Principi alienatio rerum fiscalium, ne respon. regni sui per multas, licèt modicas alienationes, tandem ad nihilum redigatur, ut per d. Lucam de Penna in d. l. quicunque. & alienatio & præscriptio æquipolleant. l. alienationis. ff. de verbo. signifi. l. statu liberos. de testa. milit. C. Maximè quando prohibitio alienationis affecit rem potiùs quàm personam, ut sentit glo. in d. l. alienationis. in fi. 1. glo. & no. C. in l fi. in quibus cau. in integ. resti. non est necessa. quem refert & sequitur per multa iura idem Lucas de Penna, in l. 2. de omni agro deserto, incipiente. Si quis emphyteoticario. lib. 11. C.

Præterea si in tributis nullo temporis spatio præscribitur contra fiscum, d. l. comperit. de præscri. 30. uel 40. annor. fortiùs prohibitum est, præscribere res fiscales, ex quibus reipub. prouentus & tributa panduntur, ut per d. Lucam de Penna in d. l. quicunque. 2. de omni agro deserto. & dicit tex. in l. fi. C. ne rei dominic. uel templor. quòd neque diuturna immutatio, neque nouella possessio rei dominicæ proprietatem abolere potest. Et per consequens multo minùs proprietatem rei fiscalis, & dominium Coronæ.

Quand il escherroit aucune prescription e's choses fiscales & domainiales si ne pourroit elle estre moindre que de cent ans, [Quamuis etiam aliqua curreret præscriptio in rebus fiscalibus & domanialibus, non posset tamen minor esse quàm centum annorum,] sicuti aduersus fiscum ecclesiæ, quia ecclesia & fiscus in hoc æquiparantur.

Et encores à telle centenaire iouissance ou quadragenaire, quand elle suffroit, que non, si faudroit il que [Et licèt talis centenaria possessio, uel quadragenaria posset tolerari, quod secùs est, necessarium tamen esset, quòd] tempus possessionis esset continuum. c. illud. c. auditis. de præscript. quia interruptio impedit præscriptionem, iuribus vulgat.

Or par le proces il appert que ledit defendeur, ny ses predecesseurs n'ont iamais iouy paisiblement de ladite terre, & y a eu tant d'interruptions, & discontinuations, que par son propos mesmes il n'a que unze ans de iouissance poisible. Laquelle encores que regulariter *elle fut suffisante à prescription, si ne pourroit elle de rien seruir. Car elle est du temps du Roy, qui auoit faict ladite alienation nulle*, [Per processum uerò apparet quòd d. defensor nec eius prædecessores, unquam pacificam possessionem d. territorij habuerint: Tantæ quoque fuerunt interruptiones & discõtinuationes, quòd secundum ipsiusmet dicta tantùm undecim annorum possessionem pacificam habuerit, quæ quamuis regulariter ad præscriptionem sufficeret, non tamen aliquo modo prodesse posset. Est enim d. tempore Regis, qui d. alienationem reddiderat nullam] per importunitatem, quæ metui æquiparatur *comme dit est y dessus*, [ut suprà dictum est] Igitur &c.

Il y à plus. C'est, que ledit de Fourcalquier premier acquereur de ladite terre ne peut estre censé auoir eu bonne foy, tant par ce que [Superest adhuc ampliùs. Nempe quòd d. Comes Fourcalquerii, d. territorij primus conquæstor bonam fidem habuisse censeri non potest, non solùm ob id quòd] contra iura & statuta patriæ mercabatur, *comme pour l'importunité dont il usa enuers son maistre, & la maniere qu'il contracta auecques luy, qui est portee par le recit des lettres par luy produictes. Car pour ce & au lieu de ladite terre de Gramboys, qui estoit incorporee à iamais au fisque et domayne de son maistre, ce qu'il ne pouuoit ignorer pour estre de sa maison, et de son conseil, baille et permute des choses controuuees simulees, comme il a esté desduit amplement cy dessus, tellement que c'estoit une uraye deception, qu'il faisoit à son maistre.* [Sed etiam propter importunitatem, qua erga dominum suum usus est, & modum contrahendi cum eo, qui literis ab eodem productis est declaratus. Nam uice d. loci de Grambundio, qui semper fisco, & domanio sui domini incorporatus erat, quod ignorare non poterat, quia eius domesticus & consiliarius esset, res fictas & simulatas donat atque permutat, ut suprà amplius deductum est, adeò quod nihil erat quàm uera deceptio, quàm domino suo inflixerat,] uel blanditijs, uel per precum importunitatem, uel per obreptionem, & suggestionem: quæ omnia non possunt ferre bonam fidem.

Et par ces moyens, ioinct ce que vous Messieurs scaurez mieux suppleer, conclud ledit procureur general à ce que ledit Chastel, terre, seigneurie & habitans de Gramboys, soyent declarez estre du uray domayne du Roy à cause de sa Comté de Prouence & Fourcalquier, & que comme tels [Per hos itaque modos, iuncto eo quod vos Domini meliùs supplere poteritis. d. procurator Regius concludit ad hoc, ut d. Castellum, territorium, dominium & habitatores d. loci de Grambundio, declarentur ueri domanij Regis esse, propter Comitatum suum Prouenciæ & Foulcalquerii: & quod ut tales,] quatenùs de facto, *ils ont esté alienez, ils soyent par arrest reunis audit domayne pour y estre à tousiours, & inseparablement incorporez, & les fruicts renduz & restituez* [alienati fuerunt, sint per arestum d. domanio reuniti, & eidem semper & inseparabiliter incorporati, & fructus redditi atque restituti.]

RE-

RESPON. CXLVIII.

De Comitatu Dreux.

SVMMARIVM.

1 *Comitatus de Dreux in controuersiam à procuratore Regio uersus tamquam coronæ existens affectus, & debitus.*
2 *Chronicarum allegatio ad probandum comitatum Deureux esse de domanio Regis.*
3 *Contrahentes, quas uolunt leges, in traditionibus rerum suarum apponere possunt.*
4 *Clausulam impugnans, in illa intentionem fundare non potest.*
5 *Verba narratiua principis an probent.*
6 *Verba enunciatiua quando probent.*
7 *Verba enunciatiua contra intentionem proferentis non operantur.*
8 *Excommunicatum se non fatetur, qui absolutionẽ petit.*
9 *Clausula apposita, in executiuis gratiæ, quid operetur.*
10 *Procurator fisci, & Procurator Cæsaris, in quo differant.*
11 *Requisita ad incorporandum, & uniendum, aliqua bona domanio Regis.*
12 *Domanium Regis alienatum ex causa iusta.*
13 *Alienatio rerum Principis ex causa aliquãdo cõceditur.*
14 *Domanij Regij alienatio quomodo prohiberi censeatur.*
15 *Princeps in modica quantitate donare potest, & eius successor illi alienationi stare tenetur.*
16 *Seruitiorum Regi exhibendorum causa censetur iusta ad alienandum bona domanij Regis.*
17 *Præscriptio centenaria nunquam impediri, aut prorogari potest.*
18 *Possessio ciuilis sufficit ad continuandam præscriptionẽ.*
19 *Interruptio præscriptionis non inducitur ex hostilitate.*
20 *Precario, & iure suo Rex capit castrum in suo regno, ibid. & infra.*

MONSIEVR *le procureur general demandeur en matiere petitoire, pour raison du Comte de Dreux, contre madame de Neuers defenderesse. dit que ledit Comte est du domayne de la Couronne, & par ce n'a peu estre aliene aux predecesseurs de ladite dame: & requiert que comme tel il soit adiuge au Roy.* [Dominus † procurator Regius petitor in materia petitorij, causa Comitatus de Dreux, contra dominam de Neuers defensatricem, dicit dictum Comitatum esse domanio Coronę affectum, atque idcircò à prædecessoribus d. dominæ alienari non potuisse. Postulat itaque, ut tanquam talis, Regi adiudicetur.]

1

Les defences de ladite dame par elle subordinement proposees, sont trois. La premiere, que ledit Comte' n'est & ne fut oncques dudict domayne, mais à tousiours este' [Defensiones d. dominæ, quas subordinatè proposuit, sunt tres. Prima est quòd d. Comitatus non sit, neque unquàm prædicti domanii fuerit, verum semper fuit,] in libero cõmercio hominum. Nam res omnis naturaliter est libera. *Portant c'est à la charge dudit demandeur, monstrer de ladite qualité de domayne & incorporation par luy pretendue.* [Quare ad petitorem spectat. d. qualitatem domanii, & incorporationem per eum prætensam demõstrare:] tum quia ei qui dicit. &c. tum quia habet regulam & naturalem præsumptionem cõtra se, tum etiam quia incorporatio, siue expressa, siue tacita, facti est, facta autem non præsumuntur: tum quia qualitas illa vnionis seu incorporationis est accidentalis, & extrinseca. Et cum in ipsa actor fundet intentionem de ipsa primum constare oportet. Tum quia ab ea parte, quæ dicit aliquid prohibitum, *comme faict ledit demandeur,* [vt d. petitor facit,] qui dicit prohibitã fuisse alienationẽ *dudit Comté,* [d. Comitatus,] exigitur probatio, *par les droits & maximes vulgaires.* [per iura, & maximas vulgatas.]

Les moyens & fondemens dudit demandeur, pour monstrer de ladite qualité, sont: premier, qu'en l'an 1132. ledit Comté fut baille' en appanage à Robert filz de Louys le Gros. A quoy ladite dame respond. Primò, *que ladite histoire.* [Rationes & fundamenta prædicti petitoris ad d. quantitatem demonstrandam, sunt: Primò, quod anno 1132. d. Comitatus fuit in appanagium datus Roberto, filio Ludouici de Gros, cui prædicta dña in hunc modũ respondet. Primò, ꝙ d. historia] nõ est certa, & indubitata. *Car les annales de maistre Nicole Gilles produictes par ledit demandeur fol. 83. dient, que ce fut le Comte Deureux. Aussi dient que ledit Robert estoit secõd filz dudit Louys le Gros, Et maistre Alain Bouchard aussi produict par ledit demandeur dit qu'il estoit l'aisne'. Lesdictes annales dient que ledit Robert estoit ignare & insensé: & parce fut debouté de la Couronne.* [Nam chronica magistri Nicolai Aegidii per dictum petitorem folio 83. producta, dicunt fuisse Comitatũ Deureux, affirmant super d. Robertum, secundum Deum filium fuisse d. Ludouici de Gros. Adhæc magister Alanus Bouchardus per d. petitorem productus, dicit eundem fuisse primogenitum. Chronica verò prædicta d. Robertum ignarum & insensatum fuisse referunt: atque ideò à Corona depulsum,] & sic propter uitium animi. *Et ledict Bouchard dict que c'estoit pource qu'il estoit bossu, & contrefaict:* [Dicit etiam d. Bouchardus, quod hoc factum sit, quia erat gibbosus, & malè formatus,] & sic propter morbum corporis.

Ledict Bourchard dit que ledit Robert fut Comte de Dreux & de Bresne, & Guaguin dict que ce fut de Dreux & du Perche. Sic, *pour la contrariete' desdicts Chroniques.* [Adhæc d. Bouchardus dicit prædictum Robertum, Comitem de Dreux & de Bresne fuisse: Guaguinus verò refert fuisse de Dreux & de Perche. Sic propter d. Chronicorum contrarietatem] mutuo sibi fidem abrogant.

Secundò, *lesdicts Chroniques en tout euenement ne dient si non que ledict Robert fut Comte de Dreux. Mais par ce ne s'ensuyt que ce fut par appanage. Car les enfans de France peuuent auoir heritages, autrement que par appanage, tant à cause de leurs femmes, que autrement. En semblables termes lesdicts Chroniques dient, que Iean filz du Roy Sainct Louys fut Comte de Neuers. Toutefois il est certain que ce fut pour auoir espousé Hyrland heritiere dudit pays, & d'iceluy ses successeurs ont prins le nom & tiltre. Sic, le faict desdictz Chroniques* [Secundo, d. Chronica in omnem euentum tantùm dicunt prædictum Robertum Comitem fuisse de Dreux, sed ex hoc non sequitur, quòd fuerit per appanagium: filij enim Franciæ possunt hæreditaria bona alio modo consequi, quàm per appanagium, tam propter uxores eorum, quàm aliis de causis. Similiter d. Chronica referunt, Ioannem filium Regis Sancti Ludouici fuisse Comitem Niuerni. Constat tamen hoc ideò fuisse, quòd Hyrlandam d. regionis hæreditariam in uxorem duxerat, à quo etiam sui successores nomen & titulum receperũt. Sic factum prædictorum Chronicorum] concludit à possibili, & non à necessario.

Tertiò, *le demandeur ne faict apparoir, & ne cotte le temps auquel la ligne masculine dudit Robert soit faillie. Aussi la verité est, qu'elle dure encore auiourd'huy és seigneurs de Neual, descenduz en droicte ligne masculine dudict Robert. Parce il n'y à eu de retour à la couronne, & n'a le demandeur point de mineur.*

neur. [Tertiò, petitor non probat, neque tempus denotat, quo linea masculina d. Roberti defecerit. Constat etiam, illam adhuc hodiè in dominis de Neual, linea masculina directa d. Roberti descendentibus durare. Quare ad Coronam non rediit, neque petitor minorem habet.]

Le secōd fondemēt dudict demādeur est, que en Iuillet 1407. le Roy Charles 6. donna en appanage ledit Comté de Dreux à Louys Duc d'Orleans, son frere, par la mort duquel il auroit eu retour dudict Comté à la couronne: à quoy respond ladicte dame, que par la lettre dudit don produicte par ledit demandeur retorquee contre luy, il appert que long temps parauant, & dés l'an 1381. ledict seigneur Roy auoit transporté ledict Comté au Seigneur d'Albret pour trois mil liures de rente qu'il auoit sur le Thresor & par la production de ladicte dame, cotee en son inuētaire par L, appert de la iouissance, que ledict seigneur d'Albret a eu dudit Comté, tantost apres ledit eschange de l'an 1381. [Secundum d. petitoris fundamentū est, quod mense Iulii anno 1407. Rex Carolus eius nominis sextus d. Comitatum de Dreux Ludouico Duci Aurelianensi, fratri suo, in appanagium dederit, post cuius mortem d. Comitatus ad Coronam redierat. Cui d. domina respondet, quòd per literas d. donationis per d. petitorem productas & contra eam adductas, constat, quod longo ante tempore, & ab anno 1381. d. dominus Rex prædictum Comitatum in dominum d'Albret, pro tribus librarum milibus, quæ ex ærario publico ei in annuum reditum debebātur, transtulerat. Tum etiam productione per d. dominam facta, & in suo inuentario litera L, signata de fruitione apparet, quam d. dominus d'Albret de eodē Comitatu statim post d. permutationē ab anno 1381. factam habuit.]

S'ensuit que le don desþuis faict audit Duc Louys a esté nul.] Sequitur donum posteà factum d. Ludouico Duci, fuisse nullum] per regulam, id quod nostrum. &c.

Et que le Roy n'auroit peu reuocquer la concession que parauāt il auoit faite audit seigneur d'Albret: ores qu'elle eust esté faite, [Et quod rex concessionem reuocare non poterat, quàm prius d. domino d'Albret fecerat: quamuis etiam facta fuisset] titulo merè lucratiuo. l. perfecta donatio. C. de donat. quæ sub mod.

Secundò, *en la lettre dudit Duc Louys* [in literis d. Ludouici Regis] nulla est mentio appanagii *or telle & si notable qualité*, [Verum talis & tam notabilis qualitas] uerisimiliter non fuisset omissa: nam quæ speciali nota digna sunt, si non exprimantur, neglecta uidentur apud Labeonem. ff. de iniur. Imo ex uerbis expressis *de ladite lettre appert que ledit Duc Louys auoit ia son appanage ou Duche d'Orleans, & que le don dudit Comté luy estoit fait pour recompence des seruices.* [d. literarum apparet d. Ducem Ludouicum iam suum appanagium, vel Ducatum Aurelianensem habuisse: & donationē d. Comitatus pro remuneratione seruitiorum ei factam fuisse,] & sic tanquàm extraneo.

Et quant à la clause de retour en defaut des masles. [Quantum verò ad clausulam reuersionis in defectū masculorum attinet,] non arguit appanagium: quia etiam inter priuatos talis clausula apponitur, & possunt † contrahentes quas volunt leges apponere in traditionibus rerum suarum. l. in traditionibus. ff. de pact. l. quotiens. C. de donat. quæ sub mod.

3 Tertiò, *ladicte clause de retour est conditionelle, en defaut des masles descendans dudict Duc Louys,* [d. clausula reuersionis est conditionalis, in defectum masculorum descendentiū à d. Duce Ludouico,] quæ conditio nondum euenit. *Car la ligne masculine de luy dure encores:* [Linea enim eius masculina adhuc durat,] sic non potest argui ab illa dispositione cōditionali, quę adhuc est in pendenti. *Consequemment quoy que ce soit de la maieur, le demandeur n'a aucune mineur.* [Consequenter quicquid de maiori fuerit, petitor nullam minorem habet.]

Le tiers fondement dudict demandeur est sur vne clause contenue tant au don dudict Duc Louys, que és lettres passees en Decembre audict an 1407. au proffit dudict seigneur d'Albret, par laquelle clause le Roy mande à messieurs des comptes, faire iouyr lesdicts seigneurs dudict Comté: Non obstant qu'il fut domanié & vny à iceluy. A quoy ladicte Dame respond: Primò, que le demandeur impugne ladicte clausule, soustenant icelle estre nulle: [Tertium d. petitoris fundamentum consistit super vna clausula non solùm in donatione d. Ducis Ludouici comprehensa, sed etiam in literis Decembri mense anno 1407. in commodum d. domini d'Albret concessis, qua Rex dominis rationum præfectis imperat, vt d. dominos prædicto Comitatu sinant frui: quamuis illi etiam domaniatus & vnitus esset. Quibus d. domina respondet: Primò,

4 quod petitor d. † clausulam impugnet, sustinens illā esse nullam:] Quare in ipsa non potest fundare intentionem: esset enim sibi cōtrarius, per regulam, Ex eo. de regul. iur. in 6. Bar. in l. decem. ff. de verb. oblig. in l. post legatum. ff. de his quib. vt indign. Panormit. in c. cùm venerabilis, de except. vbi dicit esse casum, Imol.

5 in c. ex parte decani, de rescript. Secundò, † verba narratiua seu assentiua Principis non inducunt probationem, c. si Papa, de priuileg. in 6. clem. si summus. de senten. excom. in 2. resp. Imol. in cap. inter dilectos, de fid. instrum. vbi dicit, quod verba priuilegij annumerantis loca subiecta, sunt narratiua: & consequenter non probant, nisi subiectio aliter demonstretur: idē Innoc. in c. dudum, de priuileg. & in c. recepimus, eo. tit. Io. Andr. in d. c. si Papa, in nouella, Ant. de Butr. in c. post cessionem. de probat. & la clem. literis, quæ alligatur in contrarium, sublata est. *Encores* ipsa loquitur, duobus concurrentibus, scilicet quod Princeps narret factum suum, & quod super facto proprio sic narrato sit fundata ipsius intentio. vt declarat glo. in d. c. si Papa, quorum vtrumque cessat in casu præsenti. *Car le Roy ne dit pas que l'incorporation dudict Comté ayt esté faicte par luy* [Nam Rex non dicit incorporationem d. Comitatus per ipsum factam esse.] Et sic non narrat factum proprium. *Et est euident que son intention n'estoit fondee sur ladicte incorporation, & qualité de domaine, mais plustost le contraire.* [Et manifestum est quòd sua intentio non erat fundata super d. incorporatione, & qualitate domanij, sed magis contrarium.

6 Tertiò, † verba enunciatiua inter easdē partes, tunc demum probant quando enunciatur id quod est necessarium ad substantiam actus, aliàs nō. Ita loquitur l. optimam. C. de contrahen. stipulat. ita declarat Bald. in l. 1. C. de fals. caus. adiecta leg & l. ad probationem. C. locat. Anton. de Butr. in c. illud, de præscript. in c. si. de success. ab intest. Sed hic nō erat necessaria qualitas domanij, imò magis repugnabat actui qui gerebatur.

7 Quartò, verba enunciatiua nunquam operantur contra intentionem proferentis, Bald. in l. ex his, C. de testam. militar. quia inducta ad vnum effectum non debent operari contrarium, l. legata inutiliter, ff. de leg. j. *Or* si per illa verba probaretur qualitas domanii, ipsa operarentur *contre l'intention du Roy qu'estoit que ledict Comté demeura à perpetuel à ceux,* [contra intentionem Regis, quæ erat quòd d. Comitatus perpetuò illis remaneret,] quibus concedebat.

Quintò, enunciatum in dispensatione, tunc demum probat rem ita esse, quando impetrans principaliter & expresse dicit talē: Secus si incidenter apponatur clausula dispensatiua. Ita intelligitur dictū Bal. in l. 2. C. de iure aureo. annul. Simile est in exceptione, si quis dicat se debitorē, sed soluisse, ex illa cōfessione

condemnari potest: secus si tantum excipiat se soluisse.c.cum uenerabilis,de except.l.non vtique.ff.eod.& in regul. Exceptionem obijciens, &c.

† Eadem ratione petens absolutionem, non fatetur se excommunicandum, notat. in c.uenerabilem, de elect.in c. cum dilectus, de ordi. cognit. Et petens ueniam non fatetur delictum, glo.in c.exhibita, de homicid. Et petens manumissionē, non fatetur seruitutem. Bal. in l.2. C.de ingen. & manumiss. Ista enim fiunt ad abundantiorem cautelam, quæ non uitiat. l. non solet. de regul. iur.l. testamentum. C. de testam.

9 Sextò *ladite clause* [dicta † clausula] est apposita in executiuis gratiæ: quare non probat rem ita esse, sed probat voluntatem Principis fuisse, *que sa disposition eust lieu, encores que ce fut domaine*. [quòd sua dispositio locum haberet, etiamsi domanium esset.] casus est in clem.1.de præben.Felin.in c.licet, de offic.ordinar. Nam huiusmodi clausula fuit apposita ad augmentū gratiæ, & ad tollendum obstaculum qualitatis domanij, si quod erat, sed absurdum est,ut quod in gratiam appositum est, conuertatur in odium, l. in ratione.§. tametsi.ff.ad leg. Falcid. Et quòd inducta ad augmentum operentur diminutionem, *contre les maximes uulgaires*: [contra uulgatas maximas:] Nec præsumitur quisquam viam illam elegisse, qua iudicium suū subuertat, uel difficiliùs reddat. quòd tamen esset, *si par la dite clause le Roy eust entendu faire ledict Comté domayne,ou prouuer qu'il fut tel*, [si per d.clausulā Rex intellexisset d. Comitatū facere domaniū,uel probare ꝙ tale fuisset.]

Per supradicta *est faite responce à ce que le Roy dict par lesdites lettres auoir fait voir les comptes dudit Comté, estans en la chambre des comptes. Car il faudroit qu'il apparust desdits comptes. Toutesfois le demandeur n'en a aucune chose produit. Ce qui indubitablement il eust fait, s'il en estoit aucune chose. Aussi lesdits mots peuuent sainement estre entenduz des comptes,qui auroyent esté rendus aux seigneurs, desquels le Roy auoit acquis ledit Comté: Et lesquels comptes furent deliurez à ses officiers, en faisant ladite acquisition*. [responsio iam facta est eius, quod Rex dicit per d. literas d. Comitatus rationes recognoscendas fuisse datas, quæ in Camera rationum se ponuntur. Necessarium enim fuerat quòd de dictis rationibus apparuerit. Earum tamen petitor mentionem nullam fecit. Quod sine dubio fecisset, si aliquid ea de re esset. Prædicta etiam verba possunt de rationibus sanè intelligi, quæ dominis redditæ fuerant, à quibus d. Comitatum acquisierat, quæque factæ fuerunt suis officiarijs, dum d.acquisitionem adeptus esset.]

Le quatriesme fondement dudict demandeur est, [Quartū d. petitoris fundamentum est,] quòd bona Principis præsumuntur profectitia. *Laquelle maxime ladite dame nye formellement. Car le Prince est capable de tenir terres & heritages*, [Quam maximam d. domina formaliter negat. Princeps enim potest terras & bona hæreditaria obtinere] iure priuato, *tant par acquisition, succession, confiscation, que autrement. Et pour la distinction desdits patrimoines* [tam per acquisitionem, successionem & con-

10 fiscationem, quam alio modò. † Et propter d. patrimoniorum distinctionem] inueniuntur in iure Procurator fisci, *qui est pour le domaine de la Couronne*.[qui domanium Coronæ procurat:] Et procurator Cæsaris, qui etiam appellatur procurator priuatæ rationis, *qui est pour les biens que le Prince a autremēt que de la Couronne*.[qui res Principis agit ad Coronam non spectantes.

Et pour inferer taisible incorporation, ne suffit que le Roy ait iouy d'aucun heritage, & l'ait tenu en ses mains par aucunes annees. Et est notoire que ledit seigneur tient auiourd'huy plusieurs terres en ses mains, desquelles combien qu'il ait iouy par plusieurs annees: Toutesfois elles ne sont censees estre unies & incorporees au domaine de la Couronne. Mais. [Ad tacitam uerò incorporationem inferendam, non sufficit cit quòd Rex aliqua bona hæreditaria perceperit, & ea per aliquot annos possederit. Manifestum etiam est, quòd d. dominus hodie multas terras habeat in manibus, quarum commodum quamuis per multos annos receperit, non tamen censentur vnitę & in-

11 corporatæ domanio Coronæ. Sed] † ad incorporationem *seroit requis que ledict Comté eust esté reduict* [requireretur d. Comitatum redactum fuisse] in rationes Principis, *auec les autres biens domaniaux* [cum aliis bonis domanialibus] per longissimū tempus, vt nota.in l.si quando, la ij.& l. vacantia, de bon.vacant. C.lib.x. & in c.ij.de feud.

Vnde cum probatio debeat esse in illa specie, quæ necessariò, concludit, *s'ensuit que pour fonder l'intention du demandeur, il ne suffit que ledit Comté ait autresfois esté ès mains du Roy: mais auec ce faut monstrer, qu'il y ait eu incorporation expresse ou taisible. Autrement sa preuue* [sequitur ad fundandam intentionem petitoris, quòd non sufficiat d. Comitatum alio tempore in manibus Regis fuisse: sed cum eo monstrandum est, quòd incorporationem expressam uel tacitam habuerit. Alio probatio eius] est à possibili & fallibili, & non à necessario. Ideò nil concludit.

Et quamuis ex supradictis, *par les faits & moyens du demandeur, ne soit prouuee ladite qualité de domaine, qui est le fondement de son intention: encore d'abondant par la production de ladite dame, cottee en son inuentaire B.C.D.appert, que ledict Comté despuis l'an 1254. a esté tenu & possedé par personnes priuuees.Mesmes a esté possedé par diuerses femmes, lesquelles y ont succedé à diuerses fois. Car audict an 1254. il estoit possedé par une, nommee Marie Contesse dudict Dreux. Et en l'an 1346.succeda en iceluy la fille de Pierre, Comté de Dreux. Et à icelle succeda sa tante Iehanne, Vicontesse de Thouars. Et à ladicte Iehanne succederent Petronelle & Marguerite, ses filles, lesquelles ont possedé ledict Comté ius ques en l'an 1377. & 1378. quelles le vendirent au Roy Charles le quint*. [per facta & rationes petitoris, d.qualitas domanii probata non sit, quod est suæ intentionis fundamentum: ex abundanti tamen per productionem d.dominæ,in suo inuentario literis B.C.D.signatum apparet, d. Comitatum posteà anno 1254. per personas priuatas possessum fuisse: Atque etiam per diuersas fœminas, quæ in eo diuersis uicibus successerunt. Anno enim 1254. Maria Comitissa de Dreux eum possedit. Anno uerò 1346. in eo successit filia Petri Comitis de Dreux: cui & matertera sua Iohanna Vicecomitissa de Thouars succedit. Post d. verò Ioannam Petronella & Marguarita eius filiæ successerunt, quæ dictum Comitatum possederūt vsque ad annum 1377. & 1378. quem ipsæ Regi Carolo, eius nominis quinto, vendiderunt.]

Dont s'ensuit que ce n'estoit appanage, car lesdites femmes n'y eussent succedé [Ex quo sequitur, quòd hoc non fuerit appanagium: non enim in eo fœminæ successissent.] Nam de terra Salica mulieri nulla portio esto: Refert Guaguinus in uita Philippi Valesij.

Imò *si appanage auoit esté, sa nature auroit esté alteree, & auroit ladite qualité esté prescripte & extincte, pour auoir esté possedé par lesdites femmes, & leurs successeurs par le temps susdict,qui est plus de 120. ans.* [si appanagium esset, natura sua mutata fuisset, & d. qualitas præscripta & extincta, eo quòd per d. fœminas & earum successores 120. annorum spatio possessus esset.]

La seconde defense principale de ladite Dame est, que ores il fut troué que ledit Comté ait esté domaine de la Couronne. Toutesfois il a esté transporté aux predecesseurs d'icelle dame pour cause iuste & uallable: Car dès l'an 1368. le Roy Charles le

le Quint surnommé Sage donna quatre mil liures de rente sur le thresor à Arnauld Ameny seigneur d'Albret à ce qu'il deuint homme lige du Roy : & le promist seruir contre tous pour viure & mourir. Laquelle rente tantost apres il perpetua aux successeurs dudict seigneur, pour perpetuer en eux ladite fidelité. Au lieu de laquelle rente, & pour en descharger le thresor, & recompenser ledict seigneur d'Albret des pertes par luy souffertes, luy fut baillé ledict Comté des l'an 1381.

12 [Secunda † defensio principalis d. dominæ est, quòd quamuis d. Comitatum domanium Coronæ fuisse, repertum esset: Translatus tamen est in prædecessores d. dominæ iusta de causa. Nam ab anno 1368. Rex Carolus, eius nominis Quintus, cognominatus Sapiens, quatuor millia librarum in annuum prouentum, quæ ex ærario publico debebantur, Arnoldo Ameny domino d'Albret, vt Regis vasallus fieret, dedit: eique aduersus omnes seruire promisit, non tantum ad vitam, sed etiam ad mortem. Quem reditum postea statim in successores d. domini continuauit, vt d. fidelitatem perpetuò seruarent. Pro quo reditu, & vt ærarium publicum maneret immune d. dominũ d'Albret remunerando pro dãnis ab eo perpessis, ab anno 1381. ei d. Comitatus fuit subministratus.]

Ex quibus verbis clarum est, *que parauant ledict seigneur d'Albret n'estoit uassal, ny subiect du Roy* : [quòd ante d. dominum d'Albret neque vasallus, neque Regi subiectus esset:] quia non dicitur incipere, nisi quod antea non erat. l. Titio. §. vsufructus. ff. de conditio. & demonstr. Et cùm talia verba sunt enunciata per modum causæ, faciunt plenam fidem contra proferentem, tex. notab. vbi Bart. in l. emptor. §. ancilla. ff. de rei vendicat. Idem Bar. in l. ex hac. col. 2. de donat.

Aussi il est certain par les histoires & Chroniques de France, que le Duché de Guienne estoit heritage des Roys d'Angleterre, par succession de la Royne Alienor, fille du Duc de Guienne Guillaume. Laquelle fut mariee à Henry, qui depuis succeda à la Coronne d'Angleterre. Et est notoire par lesdicts Chroniques que par le traicté de paix, faict à Bretigny, l'an 1360. pour le grand bien & instante necessité du Royaume, ledict Duché fut delaissé aux Anglois, en souueraineté. Et le deliurerent totalement, & les subiects d'iceluy de toute subiection, fief & ressort de la Coronne de France. Et par expres fut conuenu, que ledict seigneur d'Albret demeureroit uassal dudict Duche, souz la souueraineté du Roy, & Royaume d'Angleterre. Et fut ledict seigneur tresiustement requis, de par le Roy Iehan & le Regent son fils, de ainsi le consentir faire & tenir.

[Constat etiam per historias & Chronica Franciæ Ducatum Aquitaniæ possessionem hæreditariã fuisse Regum Angliæ, per successionem Reginæ Alienoræ, Gulielmi Ducis Aquitaniæ filiæ deuolutam: quæ Henrico nupsit, qui postea ad successionem Coronæ Angliæ fuit adscitus. Manifestum quoque est per d. Chronica, prædictum Ducatum Anglis absolutè relictum fuisse, non solùm per tractatum pacis anno 1360. in Bretigny factum, sed etiam propter bonũ publicum & Regni necessitatem urgentem. Atque omnimodò eum exemerunt, & subditos eiusdem ab omni subiectione, feudo & iurisdictione à Corona Franciæ dependente. Expressè etiam cõuentum fuit, quod d. dominus d'Albret d. Ducatus uasallus maneret, sub superioritate Regis & Regni Angliæ. Dictus uerò dominus per Regem Ioannem, & filium eius gubernantem iustissimè requisitus fuit, ut ita idipsum consentiret, faceret & obseruaret.]

Or quels ayent esté les seruices & merites de la maison d'Albret enuers la Coronne : Et quel bien soit venu de leur fidelité, il est notoire à tous, & en appert amplement par les Chroniques produictes aux procez. Mesmes que (par leur entreprinse) ledict Duché de Guienne, qui auoit esté tenu par les Angloys plus de 300. ans, a esté reuni à ladicte Coronne. Plusieurs des seigneurs de ladicte maison sont morts en guerre, pour la querelle de France : Ont perdu les grans bien faicts qu'ils auoyent des Anglois : Et leur ont osté leurs villes & places, & terres destruictes & annichillees.

[Quæ uerò fuerint benemerita & seruitia familiæ d'Albret erga Coronam: & quantum commodi ab eorundem fidelitate prouenerit, omnibus notum est & per Chronica in processu producta copiosè declaratur. Imprimis quòd per eorundem industriam dictus Ducatus Aquitaniæ, qui per Anglos plus quam trecentis annis occupatus fuerat d. Coronæ fuerit reunitus. Multi ex ea familia domini in bello, propter querelam Franciæ, perierunt: Alij autem beneficia, quæ ab Anglis acceperant plurima, perdiderunt: Eorum ciuitates & territoria eis adempta sunt, terræ destructæ & solo æquatæ.]

Et que telle clause, qui est obligation de fidelité & recom-
13 *pence des seruices de guerre soit uallable* † Et quòd talis causa, quæ est obligatio fidelitatis & remunerationis seruitiorum belli, sit ualida, pro alienatione rerum Principis, est tex. ad literam in pace Constantiæ, in princ. ibi, Propter deuotæ synceritatis seruitia quæ nos speramus ab eis recepturos: ubi occasione seruitiorum futurorum Imperator concessit ciuitatibus Lombardiæ multa iura Imperii tam in iurisdictionalibus quã alijs, in l. Lucius. ff. de euiction. ibi, prædia militibus assignant. Facit quod habetur Machabeor. 1. vbi Alexander Macedo diuisit regnum pueris suis, & Principibus, quorum opera usus erat in bello. *La raison est*, [Ratio est,] quia donatio ob causam, uel ad onus certum, non est propriè donatio. l. hoc iure. §. 1. ff. de donat. Similiter donatio remuneratoria non est propriè donatio, sed magis quædam permutatio, *par les decisions uulgaires* [per decisiones uulgatas.] Ideò prohibiti donare non prohibentur conferre in benemeritos, cap. relatum l. 2. ibi iuxta seruitij meritum, de testament. ubi loquitur de rebus Ecclesiæ, glo. 4. l. iubemus, in uerbo, permissam, & text. ibi, in uerbo, colorat, à contrario sensu de sacrosan. eccles. Hinc dicit Bal. in l. cum multa. C. de bon. quæ liber. quod Papa potest alienare castra Ecclesiæ & sic patrimonium Christi, uel Petri benemerentibus, per text. in cap. 1. de natur. feud. Idem ergò in patrimonio Principis, quod non potest esse magis priuilegiatum, quàm patrimonium Christi, uel Petri.

14 † Et iura quæ prohibent alienationem domaniorum Principis, loquuntur, quando agitur de magno præiudicio Regni, uel Monarchiæ, Bart. in l. prohibere, §. planè. ff. Quod ui aut clam, c. intellecto, de iureiur. uel quando talis alienatio uergeret in magnam Regni decolorationem, aut contra statum publicum Regni. Exemplificant Doctor. in alienatione magnæ ciuitatis, aut castri limitrophi. Bald. in cap. generali. Si de feud. fuer. controuers. inter do. & agnat. uasal. Idem in l. cum multa, C. de bonis quæ liber. in d. c. intellecto, de iureiur. refert Felin. in cap. ad audientiam, de præscript. uel si Princeps alienauerit regalia, uel quotam imperij. Idem Bald. in l. si certarum, de militar. testa. uel quando alienat. non retenta superioritate, rẽ à se penitus abdicando. Item Bal. in procemio feudor. Quæ omnia cessant *au cas present, auquel est question d'un bien petit Comté, & de petite estendue : comme de deux ou trois lieues, en ualeur de deux mil liures de rente, pour le plus : Et lors qu'il fut baillé, n'en ualoit que douze cens. Et neantmoins fut baillé pour trois mil en assiete*, [in casu præsenti, in quo quæstio vertitur de Comitatu multum exiguo, & parui districtus, duorum nempe vel trium miliarium, valorem verò ad summum qui duo

millia librarum in annum reditum conficiat: qui traditionis tēpore mille & ducentas tantum libras æquabat: fuit nihilominus pro tribus milibus datus, in certum locum assignatis, cum retentione expressa Regaliorum, *Partant ledict Comté* [Quare dictus Comitatus] respectu Regiæ celsitudinis, est res modica, vt glos. not. in l. sed si susceperit. in verbo, modica. ff. de iudic. in §. sed ex his, Instit. de Attilian. tutore. Nam in Principe immensitas mēsura est, cum propria Principum uirtus, sit liberalitas: Et se debere existimant, quod

15 donant. Et quòd † Princeps possit donare in modica quantitate, & quòd successor teneatur stare illi alienationi, est tex. notab. in l. hi quibus. C. de fundo patrimonia lib. 11. cuius verba sunt: Hi quibus patrimoniales possessiones, vel à nobis, vel à diuis parentibus nostris sacra largitate donatæ sunt, inconcusse possideāt, atque ad suos posteros transmittant.

Autrement la perpetuelle impotence de aliener par les Roys [Alioquin perpetua impotētia alienandi per Reges] maximo illis & reip. detrimento esset. *Car ils ne trouueroient personne, qui voulsist les seruir en leurs guerres, principalement d'estrangiers, & ceux qui ainsi contractent auec eux,* [Nullum enim inuenirent, qui in eorundem bellis seruire uellet, præcipuè de extraneis: & qui cum eis sic contraherent] deciperentur: quod est alienum à fide, quæ maximè debet exuberare in Principe, epistol. inter claras. Ideo dicit Bal. in pace Constātiæ. §. si uerò, & in l. penul. de donat. inter vir. & uxor. quod omnes contractus facti cum principe, sunt bonæ fidei, & habent uim Legis.

Secundò, *y a arrest formel donné au profit du seigneur de Pons le xvi. Septembre 1514. produict par ladicte Dame, par lequel & autres pieces attachees à iceluy, cottees en l'inuentaire de ladicte Dame par G. appert, que audict de Pons furent adiugees certaines rentes, & l'Isle de Marennes, non obstant qu'elles fussent do domaine de la Coronne: par ce qu'elles auoyent esté baillees audict seigneur, en deduction de deux mille liures de rente à luy assignees par le Roy sur son thresor, pour recompence des seruices, qu'il pourroit faire. Et par mesme arrest, combien que l'Isle d'Oleron soit adiugee au Roy, ce a esté pour ce, que le transport qui en estoit faict, s'intendoit tant qu'il plairoit au Roy. Et neantmoins est dict, que ledict de Pōs en iouyra iusques à ce que le Roy luy aye entierement baillé lesdictes deux mille liures de rente en assiete. Or ladicte rente sur le thresor estoit et est vray domaine de la Corōne,* [est arestum formale, in commodum domini de Pōs 16. Septembris, anno 1514. datum, per d. dominam productum, quo & aliis eidem annexis scriptis, in inuentario à d. domina per literā G. signatis, apparet d. domino de Pons certos reditus, una cum insula de Marennes, adiudicatos fuisse, quamuis domanii Coronnæ fuissent: eò quòd d. domino, in dimunitionem duorum millium librarum ad annum reditum ipsi à Rege super ærario suo assignatarum, pro remuneratione seruitiorum ei exhibendorum, donati fuissent. Et licet eodem aresto insula Oleronis adiudicata sit Regi, hoc ideo factum est, quod transportum de eo factum tantisper durare tantum intelligebatur, quandiu Regi placuerat. Est nihilominus dictum, quòd d. dominus de Pons tamdiu eadem fruetur, donec Rex ei integram summam duorum millium librarum in annuum reditū ad centum locum assignatarum, refuderit: Reditus vero super ærario publico constitutus erat atque est uerum Coronæ domaniū.] Sic in vtraque parte aresti formaliter deducitur *l'alienation faicte pour recompence des seruices de guerre estre val-*

16 *lable.* [† alienationem pro remuneratione seruitiorum belli factam, esse ualidam.]

De present nous sommes en plus forts termes. Car la concession faicte audict seigneur d'Albret, [Hoc verò casu sumus in fortioribus terminis, Nam concesio d. domino d'Albret facta,] nō fiebat vasallo, & subdito, *comme estoit ledict seigneur de Pons,* [vt d. dñs de Pons erat] sed merè extraneo, *pour le faire deuenir fidelle, & de l'obliger au seruice de la Coronne.* vt eum fidelem redderet, & ad seruitium Coronæ obligaret. [Quo casu Princeps indubitāter obligatur, qui non potest impugnari per successorem. notat in c. 1. de proba. in l. digna 1 vox. de legib. Bal. in l. ex imperfecto. C. de testam. militar. *Au lieu de laquelle rente, & pour recompence des seruices, & pertes souffertes, a esté baillé ledict Comté. Et si tels contracts n'auoyent lieu, faudroit que lesdicts seigneurs d'Albret fussent quittes de la foy & hommage enuers la Coronne:* [In cuius reditus annui locum, tum pro remuneratione seruitiorum, tum etiam damnorum illatorum, dictum Comitatus est datus. Et si eiusmodi contractus locum non haberent, necessarium esset ut d. domini d'Albret à fide & seruitio pro Corona præstando liberarentur:] cum contractus non possit claudicare, & resolui ex altera parte tantum. *Et neantmoins leur fussent recompensez leursdicts seruices & pertes, par eulx souffertes, qui vrayement sont inestimables:* [Et nihilominus seruitiorū & damnorum perpessorum, quæ verè inæstimabilia sunt, iustam remunerationem recepissent.]

Tertiò, *lesdicts contracts comme faicts pour vne iuste & vallable cause, ont esté verifiez en la chambre des comptes* [d. contractus, vt pro iusta & valida causa initi, sunt in camera Computorū verificati] cum causæ cognitione, *ouy le Procureur general. En laquelle chambre, comme est ablie pour le domaine dudict seigneur, se faisoyent lors & long temps despuis toutes verifications. Laquelle verification faicte en la maniere que dict est,* [audito Procuratore Regio, in qua camera, vtpotè pro d. domini domanio fundata, omnes verificationes eo tempore, & dudum postea fiebant. Quæ verificatio, modo, quo dictum est facta,] habet vim rei iudicatæ, *& faict cesser tout doubte, & argument qui parauant eust esté sur lesdicts contracts,* [& tollit omne dubium & difficultatem, quæ prius super d. contractibus fuerat.]

Le tierce defense principale de ladicte Dame, est prescription, laquelle est de plus de sept vingt dix ans à compter dudict an 1381. & à commencer l'an 1407. il y a plus de six vingt & cinq ans, iusques à laisa sie faicte à la requeste du demandeur l'an 1532.

[Tertia d. dominæ defensio principalis, est præscriptio: quæ plus quàm centum & quadraginta annorum spatio cucurrit, numerando annum 1381. incipiendo verò, ab anno 1407. plus quàm centum & vigintiquinque vsque ad apprehēsionem possessionis, per petitoris libellum supplicem anno 1532. factam.]

Les obiects dudict demandeur contre ladicte defence sont, [Obiectiones autem d. petitoris contra prædictam defensionem, sunt,] quòd de tempore præscriptionis deducendum est tempus vitæ alienatoris, *qui fut le Roy Charles vj. A quoy y a responce, que tel argument n'a lieu* [qui fuit Rex Carolus, eius nominis sextus. Cui respondetur, quod tale argumentum locum non habet] in præscriptione centenaria: quia, ut dicit Bald. in l. 1. C. de annal. except. Omne quod sub mundi machina gubernatur, in centum annis renouatur: quod tempus suis numeris propè infinitum est. l. an vsufructus, ff. de vsufruct. Ideò talis prescriptio numquam inuenitur exclusa, per text. in Authent. Vt de cæter. communita. non fiant iuncta gl. in uerbo, prescriptione, gl. & Bal. in l. j. C. Ne rei domini.

17 vel templor. Eadē ratione huiusmodi † præscriptio centenaria, nūquā potest impediri, vel prorogari. glo. in Au-

in Authen. quas actiones. C. de sacrosanct. eccles. in l.j. de præscriptio. 30. vel 40. annorum. Impediretur autem, vel prorogaretur, si de ipsa deduceretur tempus uitæ alienatoris.

Le second obiect est que la possession des seigneurs d'Albret auroit esté interrompue par la possession des Anglois, qui auroyent iouy dudict Comté despuis l'an 1418. iusques à l'an 1438. A quoy respon ladicte dame. Primò, *que iacoit qu'enuiron ledict temps lesdicts Anglois soyent entrez en la ville de Dreux, comme à Paris : Et la pluspart des autres villes de ce royaume : Ce neantmoins lesdicts seigneurs d'Albret n'auroyent laissé d'en iouyr de tout, ou partie, ainsi qu'ils pouuoyent parmi la guerre : laquelle estoit lors ouuerte par tout le royaume. Ont conferé prebendes, & faict tels autres actes de seigneurs, & possesseurs, comme appert par les pieces cottees en l'inuentaire de ladicte Dame par C.* [Secunda obiectio est, quod possessio dominorum d'Albret per Anglorum possessione interrupta fuerit, qui d. Comitatus prouentus ab anno 1418. usque ad annum 1438. perceperint. Cui d. domina respondet. Primò, quòd licet circa illud tempus prædicti Angli ciuitatem Dreux, Parisios, & maximam huius Regni ciuitatem partem intrauerint: Dicti nihilominus domini d'Albret in totum vel ex parte, prout inter bella potuerunt, quæ totum Regnum tunc inuaserant, eodem frui non destiterunt. Præbendas contulerunt, aliosq; actus similes dominorum & possessorum fecerunt, ut per chartas in inuentario d. dominæ per C. signatas manifestum est.] Sed per unum actum retinetur possessio totius iuris in uniuerso. l. arboribus. §. de illo, vbi Bart. ff. de vsufruct. Idem in l. si unus, de seruitu. rustic. prædior. Et est de mente Specul. tit. de præscript. versic. Sed *pour annuller.*

Secundò, *quand lesdict seigneurs d'Albret pendant ladicte guerre, n'auroyent faict autres actes de iouessance: Ce neantmoins ils estoyent* [quamuis d. domini d'Albret, durante bello dicto, nullos alios actus adeptæ possessionis fecissent, erant nihilominus] in præcinctu, *& en continuelle guerre, pour recouurer ledict Comté, comme despuis ils ont faict.* [& in continuo bello, ad recuperandum d. Comitatum, ut & posteà fecerunt.] Sic reti-
18 nuerunt † ciuilem possessionem. l. clam possidere, §. qui ad nundinas. ff. de acquir. possess. *laquelle seu le suffit* [Quæ sola sufficit] ad continuandam præscriptionem cœptam. l. j. § per seruum, qui in fuga, eod. titulo. Et quod ciuilis possessio potuerit retineri etiam post decennium, uel aliud longius tempus, inter magnates: Et quod recuperatio post tale tempus facta, dicatur facta incontinenti. decidit Bald. in l. j. C. de his qui à non domi. manumiss. sunt. Iason latè in d. §. qui ad nundinas. facit l. 3. §. cum igitur. vbi Bart. ff. de vi & vi armat. *Autrement faudroit confesser que le Roy eust perdu la possession ciuile de la ville de Paris, & plus part de son royaume:* [Alioquin confitendum esset Regem ciuilem possessionem ciuitatis Parisiorum, & maximæ sui Regni partis, perdidisse:] quod nō est dicēdū.
19 Tertiò, † tempus illud hostilitatis non operatur interruptionem, sed dormitionem tantum. ut notatur in l naturaliter. ff. de vsucap. in cap. ex transmissa, de præscrip. *Or* [Sed] deducto tempore, *auquel se troueroit les Anglois auoir iouy, encores y auroit plus de cent ans,* [quo Anglos eius prouentus percepisse reperiretur, adhuc plus quàm centum anni essent,] coniungendo priora tempora sequentibus.

Quartò, *par la lettre de l'an 1441. cottee en l'inuentaire de ladicte dame par S. appert que le Roy auoit prins par emprunt du seigneur d'Albret la ville & chastel de Dreux, pour en faire frontiere contre ses ennemis. Parquoy luy,* [per literas anni 1441. in inuentario d. dominæ per S. signatas apparet, Regem à domino d'Albret ciuitatem & castellum de Dreux accepisse commodato, vt contra inimicos sui Regni limitem faceret. Quapropter ille,] qui debebat custodiam, non potest excipere de iniuria sibi illata, vt detrahat de iure illius cui custodiam debebat. l. si merces. §. culpæ. & l. qui mercedem. cum l. seq. ff. locat. l. penul. ff. solut. matrimon.

Le troisiesme obiect dudit demandeur est, que ledit seigneur Roy Charles VI. auroit prins la possession dudict Comté audit an 1438. & icelle auroit gardee, iusques à l'an 1441. qu'il rendit ledit Comté au seigneur d'Albret. A quoy respond ladite dame. Primò, *que ledit seigneur Roy n'en eust oncques la possession: Au contraire, ledit seigneur d'Albret audit an 38. 39. 40. & 41. estoit iouissant dudit Comté. Et comme tel a faict collations & prebendes, & autres tels actes, comme appert par les pieces cottees en l'inuentaire de ladite dame, Q. R. Par lesquels actes* [Tertia d. petitoris obiectio est, Regem Carolum, eius nominis sextum, d. Comitatus possessionē, anno 1438. cepisse, illamq; usque ad annum 1441. quod d. Comitatum domino d'Albret restituit, conseruasse. Ad quod d. domina respondet. Primò, d. dominum Regem eius possessionem numquam adeptum fuisse: sed econtrà d. dominum d'Albret prædicto anno 38. 39. 40. & 41. d. Comitatus prouētus percepisse: Et prout tales præbendas contulisse, aliosque actus similes fecisse, ut constat per chartas in inuētario d. dominæ Q. R. signatas. Per quos actus] fuit conseruata possessio totius, *par les droits dessus allegués,* [iuribus suprà allegatis.]

Secundò, *par ladite lettre de l'an 1441. appert que ledit seigneur Roy Charles* [per d. literas anni 1441. ap-
20 paret quod prædictus † dominus Rex Carolus] acceperat commodato *lesdits Villes & Chastel de Dreux du seigneur d'Albret. Parquoy les actes de possession, qui se troueroyent faits par luy, doiuent estre censez, comme faits audit tiltre d'emprunt.* [d. ciuitatem & castellum de Dreux à d. domino d'Albret. Quare actus possessionis, qui per eum inuenirentur facti, debent censeri esse facti titulo commodati,] sic nomine *dudit seigneur d'Albret:* [d. domini d'Albret, non enim potuit sibi mutare causam possessionis. l. cum nemo. C. de acq. posses. Consequenter *ledit seigneur Roy* [d. dominus Rex] non possidebat, *mais ledit seigneur d'Albret,* [Sed d. dominus d'Albret, [cuius nomine possidebatur, vulgat. l. quod meo, &c.

Ce que dit est, sert de solution à ce que ledit seigneur Roy auroit estabi Capitaine audit Dreux, ioinct que comme souuerain il le pouuoit faire, [Quod dictum est, solutionis loco seruit ad id quod dominus rex capitaneū in d. Dreux cōstituerat, vt etiam tanquam superior id facere poterat] iure suo, *sans que par ce ait esté fait preiudice au droit & possession du seigneur foncier.* non quod præiudicium aliquod per hoc fieret in iure uel possessione domini soli.] sicut dominus proprietatis potest adhibere saltuarium, pro conseruatione suæ proprietatis. l. si ita. §. dominus proprietatis. ff. de vsu & habitat.

Le quatriesme obiect est, que la possession, la quelle a esté par deuers feu Alain seigneur d'Albret, ne peult profiter à ladite Dame. A quoy y a responce, que par arrest donné au profit du seigneur d'Orual pere de ladite dame l'an 1516. ladite possession, laquelle estoit par deuers ledit seigneur d'Albret, a esté adiugee audit seigneur d'Orual: [Quarta obiectio est, quod possessio, quæ fuit quondam apud Alanum, dominum d'Albret, d. dominæ nullum potest adferre commodum. Ad quod respondetur, quod per arestum, datum in commodum domini quondam d'Orual patris d. dominæ anno 1516. dicta possessio, quæ apud d. dominū d'Albret fuerat, domi-

no d'Orual adiudicata est :] & sic habet causam *dudit seigneur d'Albret*, [d. domini d'Albret,] titulo iudicati, qui est iustissimus, & sufficiens accessioni possessionis. l. Pomponius. §. si iussu præsidis. ff. de acquiren.possess.

Consequemment peult ladite dame [Consequenter pōt d.domina] vti accessione *de la possession du seigneur d'Argenton : laquelle seroit retournee au seigneur d'Albret par la faculté du rachapt, qu'il auroit retenu en la vente par luy faite audit d'Argenton*, [possessionis domini d'Argenton, quæ ad dominum d'Albret reuersa esset per facultatem euictionis, quam in venditione d. domino d'Argenton facta retinuerat,] vt est casus in l. si duobus ff. de diuers. & temporal. præscript. Sicut & debitor, postquàm luit pignus, vtitur accessione possessionis ex persona creditoris. l. serui nomine. ff. de vsucap.

Le cinquiesme obiect est, que la possession dudit seigneur d'Albret [Quinta obiectio est, quòd possessio d. domini d'Albret] fuit affecta vitio reali violentiæ. *A quoy y a response, que tel vice* [Ad quod respondetur, quòd tale vitium] non præiudicat antiquo, & vero possessori : *Mais est introduit en sa faueur*, [sed in eius fauorem introductum est,] & non in odium vel præiudicium ipsius. Quinimò *ledit vice auroit este' purgé deslors, que la chose est retournée pardeuers l'antique possesseur, qui estoit ledit feu seigneur d'Orual*. [dictum vitium ab eo tempore purgatum fuisset, quo res ad antiquum possessorem, qui d. quondam dominus d'Orual erat, est reuersa.] l. sequitur. §. quod aūt. & §. si tu vi à me. ff. de vsucapio.

Secundò, huiusmodi vitia non veniunt in consideratione in præscriptione lōgissimi temporis 30. vel 40. annorum. l. 1. §. adhæc. C. de annal. except. glo. in §. furtiuæ. Institut. de vsucap. in l. 1. de seru. fug. in l. sicut, de præscript. 30. vel 40. annor. Bar. in l. sequitur. §. si fundum. ff de vsucap. Panormit. in l. nihil. De præscriptio. *Par plus forte raison ledit vice cesse* [Multò magis hoc vitium cessat] in præscriptione centenaria quæ nullo casu impediri vel prorogari potest, vt supra dictum est.

Et sic ex ante deductis *appert clerement, que le demandeur n'a fondement, ne moyen vallable. Et au contraire est amplement monstre', que le Comte' contentieux* [manifestò constat, petitorem nullo fundamento, vel ratione firma stabiliri. sed econtra abundè monstratum est, quòd d. Comitatus contentiosus] semper fuit in libero commercio hominum: *Et que en icelluy ladite Dame est fondee en tresiuste tiltre, & tresancienne possession.* [Et quòd in eodem d. domina iustissimo titulo, cum possessione antiquissima fundata sit.]

RESPON. CXLIX.

De Rege Portugaliæ.

SVMMARIVM.

1 *Portugaliæ Regis venditio piperis.*
2 *Institor nomine rerum à se venditarum, an ab alio, quam à domino mercedem exigere posit, ibid. per totum.*
3 *Expensæ mercium venditarum à quo posint exigi.*
4 *Totum qui dicit nihil excludit.*
5 *Dictio vsque inclusiuè ponitur.*
6 *Dictio super quid importet.*
7 *Appellatione expensarum legitimæ veniunt.*
8 *Iudici extra domicilium gratia partium proficiscenti, expensæ moderatæ debentur.*
9 *Emolumentum qui sentit, onus recusare non debet.*
10 *Salarium institoris est mercibus venditis annexum.*
11 *Officium alicui damnosum esse non debet.*
12 *Antecedens qui vult, vult & consequens.*
13 *Conuentio est seruanda.*
14 *Seruus sumens pecuniam, ut se aleret, & vestiret secundum consuetudinem domini, in rem domini hoc versum censetur.*
15 *Positus in locum alterius ad illa tenetur, ad quæ tenebatur is in cuius locum succedit.*
16 *Contrahere secundum consuecudinem patriæ quilibet uidetur.*
17 *Salarium negotiorum gestori debetur, licet sine mandato gerat.*
18 *Contractum approbans, cum suis qualitatibus illum approbare uidetur.*
19 *Expensarum nomine an ueniat salarium institoris.*
20 *Impensa dicitur illud quod necessario impenditur in re, uel pro re.*
21 *Dominium translatum sine traditione.*

1 SERENISSIMVS † PORTVGALIAE Rex vendidit certam piperis, & specierum quantitatem Georgio de Barros, Emanueli Cirnæ, & alijs socijs, pretio inter eos conuento : intra quam quantitatem continebatur omne piper, & species quæ deferebantur in Flandriam per ducem Simonem Debega. Et illam quantitatem tenebantur mercatores recipere, ad pondus factum in domo des Indes, & quando contractus erit perfectus, & conclusus in d. domo des Indes contrahentes tenebuntur soluere omne quod expensum erit in saccis, capsis, & in omnibus alijs sumptibus, quos deberent soluere emptores, ac si recepissent, piper in dicta domo & si portat fuissent pro eis merces.

Item mercatores decem ducatos soluent, ex quolibet specierum dolio, & omnes expensas quæ fient in Flandria, super dictis speciebus, donec fuerint distributæ & traditæ merces dictis contrahentibus restituent, secundum computum Ioannis Rebelli d. Serenissimi Regis institoris.

Item conuentum fuit quod si d. institor vendiderit dictum piper & species, venditiones fient pro illis mercatoribus, & institor soluet eis pretium, quod recipiet ex illis venditionibus, computatioque fiet ex libris dicti institoris, & illud pretium quod receptum fuerit ab institore soluetur dictis mercato. in nundinis Paschatis proximis.

2 † Quo facto contractu mercatores literas illustris Regis institori suo rebello tradiderunt, qui iam maiorem partem piperis, & specierum uendiderat, ipse institor pecuniam illis tradidi facta computatione impensarum, in quibus impensis, eò quod illustris Rex, pro quolibet quintalo vendito, pro centum libris dabat institori duas libras, vel duos ducatos, de non venditis verò, sed tantum traditis vnum ducatum. Ideo institor illud salarium à mercatoribus petit: quæstio est an mercatoribus soluere teneantur, vel illustris Rex.

Inuocato Dei Optimi Maximi, ac virginis Mariæ oīumq; sanctorū auxilio breui concludo d. Georgiū des Barros, Emanueli Ciruæ, & alios suos socios teneri, ad soluendū istam pensionē Ioāni Rebello institori illustris-

illustrissimi Portugaliæ Regis. Et hoc ex sequen.probatur. Primò ratione promissionis, ipsi enim in contractu promiserunt soluere expensas factas, ergò & istas soluere tenentur: nam quod semel expressum est de labijs tuis, obseruabis & facies sicut promisisti. Deuter.23.c in fine.studiosè enim agendum est, vt ea quæ promittuntur opere compleantur. c.qualiter.de pact. Et lex ciuilis ait, quod hi qui se sponsioni cōstrinxerint promissa restituant, & adimpleant.l.vna. C.de suffrag. Itaque cum dicti mercatores promiserint soluere expensas, ergo & istas soluere tenentur, quia in numero expensarum continētur, vt inferius dicetur.

Secundò, promiserunt ipsi soluere omnes impensas, *et totadalas mays despessas qu'en Flandres* facerem, vult dicere quod omnes expensas vltra prædictas tenen-
4 tur soluere, quæ in Flandria fient. Ideo † qui totum dicit nihil excludit.§.Iulianus. ff.de leg 3.l.a procuratore. C.mand. Et cum partes contrahentes nullas expensas exceperint, ergo omnes soluere tenentur.c.solitæ.in fin.de maioritа. Nam si partes de istis expensis seu de salario institoris nō intellexissent, excepissent. c.ad audientiam.de decim. Nam si contrarium volebant nulla erat difficultas, de eo disponere. l.vna.§.vbi in fine. C.de caduc. tollen. plura in hanc rem adducit Dec consi.58.placet mihi.

Tertiò: promiserunt soluere *todas despeßas*. id est, omnes expensas factas vsque ad traditionem merciū.
5 Ista † dictio vsque inclusiuè ponitur.l. fi.ff.de senator. c.1.de ordina.ab episco.Bar.in l.patronus.§.Sempron. de legat.3.Alex.& Vincent. in l.1.ff.ad leg.Falcid. volens dicere quod etiam debeant mercatores soluere expensas quæ in ipsa traditione fient. Sed in ipsa traditione est expensa vt institor recipiat, unum pro centum. Ergo mercatores soluent, illud uel duo, pro centum pro salario institoris consueti.

Quartò, conuenerunt contrahentes quod mercatores soluerent omnes expensas, quæ fierent in Flandria, *Sobre*, id est, super dictis speciebus quousque traditæ fuissent. Sed impensæ institoris fiunt in Flandria,
6 ergo illic soluendæ sunt: nam † dictio, super, denotat siue statim, siue ante, siue post. Bar.& Iaſ.in auth.sacramēta. C.si aduers.ven. quia salarium institori debetur tpe contractus. ergo hoc salarium comprehendetur.

Quintò, ponderanda est dictio, *prela contadillas*, id est, per computum seu secundum: nam mercatores promiserunt soluere expensas per computum seu secundum computum institoris: Sed computum institoris est de suo salario, ergo ad illud tenentur, nempè ista dictio secundum accipitur pro iusta.l.duo ff.de præscript.verb.l.quidam.Hybberus.ff de seruit.vrban. prædior.adeò quod dicti mercatores promiserunt soluere expensas factas in Flandria, secundū quod institor computabit, ipse computat suum salarium cōuentū, & consuetū, ergo ad illud contrahentes tenentur.

Nec refragatur quod si quis mihi promiserit refice-
7 re omnes expensas, † appellatione expensarum veniunt legitimæ, vt consuluit Alex.consi.77.capio.col. 3. in 4. vol. Respondeo quod expensæ institoris sunt legitimæ & sine eis non venderent merces, vt inferius dicetur.

Sextò, conuentum fuit vt si fieret venditio ab institore, quod de dictis speciebus Flandriæ, *Fara on per los ditos contratadores* id est, si fiat aliqua venditio specierū, ab institore fiet pro mercatoribus. Et tendet ad vtilitatem ipsorum mercatorum. Postquam ergo institor pro eis contrahebat. ergo ipsi debent illi soluere, quia laboranti mihi ego soluere debeo quippè testibus quos produco, sumptus & impensas debeo.l.qm.
8 liberi.C.de testi † Et iudici extra domicilium proficiscenti, gratia partium, iubet Papa vt partes expensas illi moderatas dent.in c.statutum.§ insuper.de rescr.in 6. multò fortius iudex dabit isti institori laboranti, mercatoribus, ab ipsis salarium consuetum exolui. Et hoc est valdè æquum.

9 Septimò, qui sentit † emolumentum, non debet recusare onus & regul.iu.secundum naturam.ff.de regul.qui sentit onus, & ista regula ex æquitate naturali procedit, vt d.reg.secundum naturam. Ideò dicit text. absurdum esset aliquem commoda hæreditatis habere & alium onera sustinere.l.is qui in potestate. §.fi.ff. de leg. præstan. Itaque absurdum esset, si hi mercatores lucrum haberent, venditionum factarum ab institore, & institor non haberet aliquod salarium, vel quod illustris rex non habens aliquod lucrum, teneretur ipsi institori soluere.

10 Octauò onus & † salarium institoris erat rei annexum, vtpotè quod ex quintalo, vt ita loquar vēdito, ipse haberet duos aureos, ex quolibet alio vnum ipse vēdidit, & ex voluntate illorum & cōuentione. Igitur salarium hoc habebit. probat. l.alienatio. ff. de contrah. empt. alienatio cum fit, cum sua causa dominium, ad alium transferimus, quæ esset futura, si apud nos ea res mansisset: idque toto iure ciuili, ita se habet præterquam se aliquid nominatim sit constitutum si istæ merces mansissent in dominio Illustris Regis, & fuissent venditæ, institor salarium prędictum habuisset, ergo & ab illis habebit, ad quos merces deuenerunt. Et ille tex. benè probat etiā in conuentione nisi nominatim sit aliud constitutū, vt ibidē scribitur. quod nō est hic, imo est conuentum vt mercatores soluerēt, ergo tam ex iure quam ex conuentione soluere tenentur.

11 Nonò, † officium non debet esse alicui damnosū, l.sed & si quis ex signatoribus. ff. si quis omiss. caus. testam.l.si seruus communis.§.quod verò.versic.idque euidentius. de furt. Sed officium esset isti institori dānosum, vtpotè quia nil haberet ex illustri Rege, quia eius negotia non gessit, & nil etiam à mercatoribus vnde hoc esset iniquum, ideo à mercatoribus, quorū negotia gessit exigere poterit.

12 Decimò, † qui vult antecedens, vult & consequēs. l.1.§.1.ff.si vsufr.petatur.& l.3.§ qui habet.de seruit.rustic. prædior. Sed ipsi mercatores uoluerunt quod ipse institor venderet, ergo ad pretium & ad pēsionem institoris consuetam, tacitè consenserunt etiam, sine expressione, sed in hoc casu multò fortius vt superius dixi, quia inter contrahentes, ita conuentum extitit, vt mercatores omnes expensas soluerent.

Vndecimò, non potest pro parte expensas approbare qui omnes soluere promisit, quia non esset sequi suam promissionem partem soluēdo, & partem reii-
13 ciendo, & tamen † conuentionem seruare iubet pretor.in l.iurisgentium, § prætor ait. ff.de pact. postquā conuentum est omnes soluere expensas, oēs soluant.

Duodecimò, si alium institorem habuissent mercatores, idem & fortè plus exoluissent, ergo & isti istud salarium consuetum & conuentum soluere debent, quia non debet esse deterioris conditionis quā alius, quem mercatores habuissent.

Decimotertiò, hoc quod debetur deducendū est, si aliud de hoc consequi non possit.l.si noxali. §.quod aūt. ff. de pecul. Sed hic institor non pōt consequi ab alio, ergo ab his mercatoribus deducere debet, ex denarijs q̄ recepit ex mercibus si illustris Rex promisisset salariū centum aureorū extrinsecus, tunc id Rex teneretur, sed quia salariū soluitur ex re, quicunq; rem igitur habet tenetur illud conuentum salariū præstare.

14 Decimoquartò, † si seruus sumpsit pecuniam ut se aleret & uestiret secundum consuetudinem domini, id est, usque ad eum modum quem dominus ei præstare conueuerat, in rem domini hoc uersum cẽsetur, l. 3. §. proinde. ff. de in rem uer. Si igitur hoc est uersum in rem domini & dominus teneretur soluere, ergo & qui in suum locum succedunt uidelicet mercatores, qui in locum Regis succedunt.

15 Decimoquintò, † positus in locum alterius ad illa tenetur ad quæ tenebatur is in cuius locum succedit. l. princeps bona concedendo. uidetur etiam obligatione concedere. ff. de uerbo. signific. facit. l. qui quadringenta ad Trebell. l. planè. in fin. ibi. & his libera potestas de suo loco substituendi eos in quos onera actionis officio iudicis translata sunt. ff. famil. hercisc. ideo isti mercatores qui in locum Serenissimi Portugaliæ Regis successerunt, pactum conuentũ dum rege seruare debent, quia sunt procuratores in rẽ suam. l. sed si tantum. ff. de pact. Itaque illustris Rex conuenerat de dando unum pro centũ, uel duo, ergo ad illa mercatores tenentur, etiam si non fuerit expressè dictum, p d. l. sed si tantũ, & subrogatus sapit naturam eius in cuius locum subrogatur. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. l. si donatæ. §. si sponsus. de donat. inter vir. & uxor. abundè Hyppolit. Marsil. singul. 255. subrogatus. cum isti mercatores fuerint in locum illustris Regis, & his mercibus subrogati eodem iure uti debẽt, & sic soluere institori sicut idẽ Rex fecisset.

16 Decimosextò, † quilibet uidetur contrahere secundum patriæ consuetudinem. l. si fundus. ff. de euictio. Et salarium debetur secundum loci consuetudinem. Bal. in l. 1. col. ult. C. mand. Igitur salarium debebitur isti institori, etiamsi non sit ita expressè conuentũ & ista est patriæ (ut præfertur) consuetudo, ut duo pro centum soluantur, ergo ista solui debent, & quia ita conuentum erat, cum illustri Rege.

17 Decimoseptimò, † negotiorum gestori salarium debetur, licet sine mandato gerat. l. Titio. in prin. ubi glos. & Bart. ff. ad Municipal. à fortiori isti institori, qui habebat mandatum ad uendendum ex partium conuentione debebitur salarium conuentum, ab illustri Rege, postquam habent fructum, & lucrum, ergo & salarium præstare.

18 Decimooctauò, † quando quis approbat contractum uidetur illum approbare cum suis qualitatibus & accessoriis. l. cum principalis. ff. de reg. iur. ipsi mercatores approbant venditionem factam ab istitore. Ergo & stipendia ipsius institoris approbare censetur, etiam si nihil dictum fuerit in contractu.

19 Decimononò, non refragatur quod † salarium institoris non sit expensa, sed idem Rex qui salariũ promisit ad illud salariũ tenetur, non verò mercatores, cũ non promiserint nisi expensas. Respondeo hoc salarium conuentum esse impensam necessariam rei, quia non potest dici taberna & officina instructa, nisi habeat homines & res. l. instructã. ff. de uerb. sig. Ergo cũ necessarii sint institores ĩpensa facta in ipsis institoribus est necessaria, igitur illis exoluẽda erit. Et ad illas tenebũtur mercatores, non uero Rex, cũ merces illo-

20 rum uẽdiderit, & quia † impẽsa dicitur id quod necessario impeditur in re uel pro re. l. 1. & seq. ff. de impen. in reb. dotal. fact. Istud salarium institoris pro re uendẽda interponitur, ergo dicitur impẽsa, & necessaria sine qua res nõ uenderetur, & remaneret sẽper in officina. Quę igitur impẽsę minuũt rẽ & patrimoniũ. l. qđ dicitur. ff. de impẽs. in re. dotal. Ideò istæ impensæ vnũ vel duo p centũ minuũt pretiũ mercium, adeò quod retinere potest ex mercibus, quod sibi debetur.

Vicesimò, non obest quod mercatores tenentur soluere expensas doliorum, & omnes alias quas deberent soluere, eo casu quo in domo *des Indes* recepissent merces, sed si in domo *des Indes* recepissent merces, non soluissent salarium aliquod, ergo nec nunc.

Respondeo, quamuis ex illa conuentione, & articulo non tenebantur soluere institori, sed ex art. seq. Sic cum dicit quod soluent omnes expensas factas in Flandria, & si vendantur ab institore merces, ipse soluet pretium illarum ipsis mercatoribus, & ratio pretij ex libro fiet & habebit institor soluere pretiũ in festo Paschatis. Igitur de hoc salario censetur cogitatũ.

Vltimò nõ me mouet quòd ante traditionem res erant Regis, ergo Rex soluet stipendia institori.

21 Respondeo, imo erat † translatum dominium sine traditione in ipsos mercatores, quia habita erat fides de traditione, & res habebantur pro traditis, quod potest fieri. vt in §. interdum etiam sine traditione nulla voluntas domini sufficit ad rem transferendam. de rer. diuis. in instit. Nam postquam partes conuenerũt vt venditiones fierent pro mercatoribus, ergo merces erant translatæ in ipsos mercatores eo ipso quod d. Rabello eas receperat, licet esset ignarus, vt etiam not. Doct. in l. eius. ff. si cert. petat.

Et sic ex præmissis concludo d. Georgium de Barros & alios mercatores contrahentes emptores specierum teneri ad soluendum salarium institori, d. Ioanni Rebello, vnum vel duo pro centum, iuxta conuentionem cum illustri Rege factam, eò quod negotia illorum tractauit, & alijs rationibus superius descriptis, quas veras arbitror, ob id subscripsi hoc anno 1546. in mense Septembris.

RESPON. CL.

De ea, quæ tutelæ officio abutens res minoris vendidit, & an ex ea teneatur venditione.

SVMMARIVM.

1 *Officium alium damnosum esse non debet.*
2 *Dos amitti non potest, nisi cum renuntiatione, vt hic.*
3 *Minoris bona quomodo vendi possint, ibid. & infra.*
4 *Iudex in venditione rerum minoris quid excutere debeat.*
5 *Decretum interpositum ex falsa causa est nullum.*
6 *Decretum interpositum super alienatione rei minoris, quando sit inualidum.*
7 *Iudici, vel Notario dicenti causæ cognitionem interuenisse non creditur, ibid. & infra.*

1 OFFICIVM † non esse cuiquam damnosum certissimi iuris est. l. si quis ex signatoribus. ff. si quis omis. cau. testa. quod esset hic, quia tanquam tutrix gerebat negotiũ & nomine suo se obligauit, quod non fecisset nisi nomine tutorio & volens pupillis prouidere.

2 Item, † per istam obligationem si teneretur perderet dotem, quam non potest perdere, nisi expressè renuntiet Velleiano, & auth. siue à me, &c.

Item, in contractu tenebatur vidua seu eius liberi volentes reemere rem uenditam viginti aureos dare vltra quam acceperant. Et sic est pactum illicitum & reprobatum. c. ad nostram. de emptionib.

Nec

Nec obstat quod dicat pro expensis, quia licet expensæ veniant restituendæ, hoc verum est veræ expēsæ, sed non illæ quæ non fuerint expositæ.

3 † Item non potest vendi res minoris nisi præsenti pecunia, quod non fit hic.

Item quando res minoris non fuit iusto pretio vendita, restituitur, ut rursus admittatur licitatio. l. si siue. §. 1. ff. de minor.

Item quando contractus est illicitus, fructus sunt restituendi, vel in sortem imputantur. c. j. de vsur. & cap. cum contra. de pigno.

Item, si non prouocauit minor intra diem, subuenitur ei vt prouocet. l. & si siue. § penult. ff. de minorib.

Item, manet pupillo actio licet res pupilli sit vendita, quando est obreptum prætori & iudici. l. 1. §. præterea. in fi. de reb. eor. & l. magis puto. §. penul. illo tit.

4 Imprimis iudex debet excutere an aliundè, quam ex venditione rei immobilis pecunia haberi possit. l. magis puto. §. non passim ff. de re. eo. qui sub tutel.

Secundò an sit æs alienum, quia si non sit æs alienum, licet allegetur prætor hoc non potest permittere. §. si æs alienum. ibid.

Tertiò an sint aliæ res præter p̄dia quæ distrahi possint, ex quarū rerum pretio æri alieno satisfieri possit.

Quartò, si vrgeat creditor pupilli aut usurarum modus suadeat tunc permittet distrahi. d. §. nō passim. qui vtitur verbo tunc.

Quintò, videre debet eius, an obligare potius permittat, quam vendere, si fortè est vtilius pupillo, ut ibidem dicitur.

Sextò cauendum est ne propter æs modicum alienum possessio magna distrahatur: sed si sit alia possessio minor, vel minus vtilis pupillo, magis permittat eam distrahi, quam maiorem & vtiliorem. § item prętor. Ibid. Alex. & Clau. de Seycello in l. iustè. ff. de acquir. posses.

Septimò, imprimis requirere debet eum qui se instruat de fortunis pupilli, nec nimium tutoribus, aut curatoribus credere, qui nōnumquam lucri sui gratia asserere pretori solent, necesse esse distrahi possessionem vel obligationem.

Octauò, §. si æs alienum ibidem dicit nisi prædicta interuenerint venditionem nullam & decretum.

5 Nonò, etiam † decretum interpositum ex falsa causa est nullum. d. §. si æs. etiā si causa sit parte falsa, quia in totum uitiabitur decretum. Bart. & alij in l. si non sortem. §. si centum. ff. de condict. indeb. Dec. consil. 403. quamuis. num. 20. quia sententia est indiuidua. l. in hoc iudicio. ff. famil. herciscun. Et indiuiduis vtile per inutile vitiatur, l. 1. §. item quæro. & §. item Trebatius. de aqua quotid. & ęstiu. Et sic adiudicatio facta per iudicem pro maiori debito, quam sit, tenet. l. 1. §. hæc uerba. ff. ne vis fiat ei. Bald. in l. certi condictio. §. quoniam. col. 3. ff. si cert. pet. glos. in verb. decretum. rub. de conclus. Lateranens. concil. in Concord.

6 Item † decretum interpositum super alienatione rei minoris non ualet, quando eo momento temporis fuerit interpositum, quo petitum fuit, quia ex breuitate temporis apparet cognitionem causæ non interuenisse. l. si finita. §. si fortè. ff. de damn. infect. c. 1. de reb. eccle. non alienand. Alex. consil. 217. uisis. col. vlt. in 2. uolum. Iason. plenè in l. 2. col. 4. de edend.

Et ideò fructus percepti in uim inutilis decreti debent in sortem computari. per l. 1. & ult. C. de pignor. actio. Sic fuit Neapoli decisum, ut patet in decis. Neapolit. q. 218. petita. in fi.

Itē debebat fieri scriptura separata de causæ cognitione, & altera de decreto. Specul. in titul. de procurat. §. 1. uersic. quid si solum. Alex. cōsil. 163. alias in fin. uolum. 5. Dec. consil. 351. in casu. col. ult. Ias. in l. nec quidquam. §. ubi decretum. col. pen. ff. de offic. proconsulum.

7 † Nec creditur iudici dicenti causæ cognitionem interuenisse. arg. not in l. si fortè. ff. de Castren. pecul. & not. in authen. hoc ius. C. de sacrosanct. eccl. Hyppol. de Marsil. expresius in singul. 399. multi sunt.

Nec notario creditur asserenti causę cognitionem interuenisse cum de hoc non esset rogatus. Dec. cōsil. 556. uiso. col. 2. nec tutori uel curatori, ut Bald. & Salyc. in l. 1. C. si aduers. donat. Cor. consil. 71. quod non ualeat. col. 1. in 3. uol.

RESPON. CLI.

Facti species mutui sub vsuris semisibus.

SVMMARIVM.

1 *Mutuum contractum sub semissibus vsuris, & pignoribus datis.*
2 *Repressaliæ, quas Galli marcham, seu arestationes vocant.*
3 *Stipulatio, quando interuenisse præsumatur.*
Stipulatio est stricti iuris, ibid.
4 *Stipulatio rem tradi est stipulatio faciendi.*
In stipulatione non fieri, venit tantum id quod interest, ibid.
5 *Paria sunt nullum habere instrumentum, vel inutile habere.*
6 *Falsas creditor simulans se creditorem, & furtum committit, & in crimen falsi, & stelionatus incidit.*
7 *Stipulationis interponendæ licet quis initio iustam habeat causam, si tamen postea nulla idonea causa appareat, contra agentem exceptioni doli locus est.*
8 *Ex stipulatione agi non potest, nisi intersit.*
9 *Stipulatio non reddendi instrumentum, quam interpretationem accipiat.*
10 *Instrumentum dimisisse non videtur, qui ad illud actionem non habet.*
11 *Stipulari alteri nemo potest.*

1 CAIVS † primum à Titio accepit mutuo cētum aureos, sub semissibus usuris, idest ut anno elapso sortem cum pensione sex aureorum redderet, deditque pignori instrumentum octingentorum aureorum in quo erat in eam summam obligatus Sempronius, & aduersus eum cessit actionem, si suo tempore non solueret: deinde idem Caius ab aliis duobus Seiis mutuam accepit aliam maiorem quantitatem ut puta quadringētorum aureorum datis fideiussoribus: Et antequā numeraretur pecunia, cum Seii illi simularent aliter nolle credere, Titius prior creditor qui pignori instrumētum habebat canit rogatu Caii, iisdem Seiis nō prius instrumentum dimissurum se, quam eis soluti essent quadringenti aurei, non autem id cautum est fideiussoribus illis. Cum itaque is Titius Caium debitorem iam constitutum in mora sæpè interpellasset, nec posset aliter ad soluendum cogere, quam per pignorationes, quas Itali † repressalias, *nos marcham* seu arrestationes uocamus, quia erat alterius ditionis, & imperii, porrexit libellum senatui suæ ciuitatis. Et senatus scripsit

ad

ad Sempronium Principem cui erat subditus Caius & qui idem erat obligatus Caio, in dicto instrumento pignoris, nil curet ut satisfiat Titio, se repressalias concessurum, Sempronius rescripsit multò antequam Titio traditum esset instrumentum se liberatum obligatione per nouationem, & delegationem, idque instrumento alio apparere cuius exemplum ad senatũ misit. Et prouide inutile esse instrumentum, quod apud Titium esset. Senatus tamen concessit repressalias, interea cum molestia repressaliarum afficeretur, Sempronius transegit cum Titio, & Titius ei reddidit instrumentum cautione indemnitatis ab eo accepta, priusquam tamen redderet, rogauerat primum Seios: deinde fideiussores vt sibi solutis centum creditis aureis supradictis reciperent instrumentum, & cũ recusassent protestatus est. Nunc hac re intellecta conueniunt eum Seii, & fideiussores eius, vt vel soluat quadringẽtos aureos, vel instrumentum exhibeat ob cautionem suã, seu recognitionem: quasi susceperit periculum debiti. Quæritur, num propter redditionem huiusmodi instrumenti, contra cautionem seu recognitionem interpositam: cogatur Titius Seiis soluere uel exhibere instrumentum? & denique quomodo ei subueniatur?

Nobis videtur imprimis quod actum est, & naturam illius cautionis, seu recognitionis spectandam esse: cum ex ea sola Seiis teneri possit. iux. l. semper in stipulationibus. ff. de regu. iur. legem enim contrahentes dant. l. in conuentionalibus. de verbor. oblig. Itaque hic non disserimus an nuda fuerit, & citra stipulationem Titius promiserit: cum
3 † præsumatur stipulatio interuenisse. l. 1. C. de contrah. & cõmit. stip. §. si scriptum. inst. de inutilib. stipul, præcipuè in notario, & instrumenta tanquam solemnitas. ut notatur in l. sciendum. de verbor. obliga. Doct. in l. lecta. ff. si cert. pet. Ex hac igitur Titij stipulatione promitto vobis Seiis, non dimissurum me instrumentum donec uobis persoluerit Caius: non potest conueniri vt soluat: quia id nõ actum nec promissum est. Et stipulatio est stricti iuris. l. quidquid. de verbor. obligat. Nec ut tradat instrumẽtum: † rem enim tradi stipulatio faciendi est. l. si rem. ibid. At hic promisit se non dimissurum instrumentum. Et sic non fieri per eum vt instrumentum ad alios perueniat, in qua stipulatione non fieri, sicut in aliis faciendi stipulationibus, venit tantum id quod interest. l. in illa stipulatione. & si ita quis. §. ea. de verbor. obligat. Quare probare debent Seii, id quod eorum interest. Alioqui absoluetur Titius. §. ult. institut. de verb. obl. Quod & si in facto magis quam in iure consistit. l. quatenus. de regul. iur. Tamen, vt ex proposita facti specie declaratur, Seij non poterunt probare sua interesse instrumentum non reddi, si uerum sit Sempronium liberatum prius fuisse, quàm traderetur Titio, vel Seii, cum Caio contraherent, atque ita ante cautionem: nam inutile esset eis instrumentum cũ à Sempronio nil peti posset: † Et paria sunt nullũ habere & inutile habere. l. quoties. ff. qui satisd. cog. Sed & Sempronius poterat agere soluto debito, aut delegatione facta, vt redderentur. l. vlt. C. ad exhibend. l. dissolutæ. C. de condict. ex lege.

Nec obest, dixerint Seii sua interesse, quod possint repressalias vi instrumenti impetrare à Senatu, & suũ consequi, vt Titius eo alioqui inutili existente, consecutus est. Quia responderi potest nõ ex persona Sempronii, qui iampridem liberatus esset, Senatum repressalias concessisse, cum nec iure fecisset, sed ex Caij instrumento centum aureorum mutuo datorum à Titio, vel hoc itidem ex suo Seii obtinere poterunt, contra Caium, eo maximè quod multo iustior causa videbitur senatui, propter improbitatem tam dolosi & fraudulenti hominis, qui, vt falsus creditor simulans se creditorem, & in persona sua mentitus, furtũ admisit. l. falsus creditor. ff. de furt. & §. si quis ibid. Et in crimen falsi incidit, instrumẽtũ Titio & Seiis dans, quod iam aliis per delegationem dederat. l. si creditor. C. de fals. l. si à debitore. ff. eod. & in crimen stellionat. & l. tertia. ff. crimin. stellionatus. & l. vltim. C. eod. Et maxime interest reipublicæ ne huiusmodi fraudibus & calliditate exteri ita pecuniis emungant ciues.

Quare Titius exceptione doli vti contra Seios poterit, tum quod petant quod iam intus habent ex suo instrumento. ar. l. 1. C. de re iudic. nihil enim amplius ex illo instrumento Sempronii nullo consequi possunt, nec quidem tantum quantum ex suo quod habent, imò etiam si esset instrumentum illud Sempronii ualidum videretur non plus posse prodesse, quam Caii, quoad repressalias obtinẽdas. Tum quod
7 † licet quis initio habeat iustam causam interponẽdæ stipulationis, vt hic cum putaretur ualidum instrumẽtum. Tamen si postea nulla idonea causa appareat, aut finita, aut non secuta contra agentem, exceptioni doli locus est. l. 2. §. circa in fin. ff. de dol. except.

Quinimò ait iureconsl. in l. Iulian. §. vlt. ff. de dol. except. & in l. 2. de donat. Si ei quem creditorem tuum esse putabas, iussu tuo pecuniã quam tibi debere existimabam promisero, petentem doli exceptione submoueri debere, & amplius cum stipulatore consequar, vt mihi acceptam faciat stipulationem. Et habet hæc sententia humanitatem vt etiam aduersus hunc vtatur exceptione, vel condictione cui sum obligatus: hæc Iureconsul. Si ergo Titius hic debitorem se putasset, & soluere promisisset Seiis, ita subueniretur. Quantò magis cum nõ promisit soluere, sed tantũ instrumẽtum retinere, quod efficax putauit, & nõ erat.

Quinetiam si Titius promisisset se soluturum nomine Caii, quod multò plus est quam instrumentum
8 non dimittere, non posset † ex ea stipulatione agi nisi interesset. Ideo si locuples sit Caius, vel si aliter suum consequi possit, vt à fideiussoribus, nihil ex illa stipulatione Seii consequi poterunt. l. si ita stipulatus fuero. §. 1. de verb. obliga. quid enim mea interest (inquit inibi Iureconsul.) id à te fieri, quod si non feceris, æquè saluam pecuniam habiturus sum, & idem dici potest in Seiis, quid Seiorum interest, cum à fideiussoribus res eis salua sit, si à Caio consequi nõ possint, & etiam eo casu quo instrumentum valeret? & sanè non uideo quomodo hæc ratio confutari possit, adeò probabilem & firmam existimo, contra Seios, ut omnino summoueatur, quod longè probabilius erit, si non ualeat instrumentum.

Deinde, etiam si verum esset Sempronium debitorem esse, & obligationem durare; atque ita Seiorum interesse non reddi instrumentum supradictaque locum non habere, tamen propter denuntiationem & protestationem suam Titius videtur liberatus: nã
9 illa † stipulatio non reddendi instrumenti, ex iure accipiet interpretationem, vt scilicet non amplius contineat, quam id quod iure Titius potuit facere, vt in l. Nepos Proculo. de verbor. signific. At non potuit iure retinere soluto sibi debito. d. vlt. C. ad exhiben. & l. dissolutæ. C. de cond. ex lege. neq; enim iuri tertii utpotè Sempronii derogare sua stipulatione, aut pacto potuit. l. debitorum. C. de pact. l. coheredibus. C. famil. hercisc. & toto titul. res inter alios acta, &c. Sed tantũ denuntiare, ut sibi prouiderent interim. Vnde illis imputanda negligentia, quia sibi non prouiderunt nõ

Titio,

Titio, qui quod in se erat fecit, & ut legitimè factum pœnam non meretur, vt est iur.regu. Nec satis sibi pro uisum illa stipulatione existimare debebant: sed intelligere debent contra ius alteri quæsitum obesse non posse, cum eos hæc iuris ignorantia non excuset. l. 1. ff.de iur.& facti ignorant. & sistere instrumentum ac arrestare procurare debebant, vt notat in l.vlti. C. vbi in rem actio. exercer. debet.

Et si dicatur, quid igitur prodest stipulatio hæc sic peribit actus potius quam valebit? contra regu.iu. Respondendum est, prodesse quidem in eam rem tantũ vt contineat factum, quod est in potestate Titij, vt scilicet teneatur denuntiare Seiis, vt sibi prouideant, nõ autem iniuriam aut preiudicium tertii, utpotè Sempronii, in non reddendo instrumento, quod nõ potest vt ita coarctetur, & restringatur ex iure, quod in stipulationibus receptũ est. ut not. in l. vlt. quidquid adstringend. de verb. oblig. l. quoties ibid. & illa testatio parit doli exceptionem, si agatur ex stipulatione. l. qui Romæ. §. cohæredes. ff. de verbor. oblig.

Item subtili iure nõ commissa est stipulatio, quare
10 agi non poterit. §. agens de actio. in insti. † nõ videtur enim dimisisse instrumentum qui actionẽ ad illud habet. l. qui actionem habet ad rem recuperandã ipsam rem habere videtur. ff. de regul. iur. l. Labeo. §. rem amisisse. de verbor. signific. Sed Titius habet cautionem indemnitatis, quare non videtur dimisisse. Quamobrem conueniri non poterit, quòd dimiserit.

Postremò, Seii agere non possent aduersus Titium si haberent etiam actionem, valida nõ esset, nisi prius excussis facultatibus tam Caii rei, quam fideiussorum eius. §. sed neque res. de fideiussor. in authent.

Nec ipse potest conueniri, vt fideiussor, quia non fideiussit, nec vt mandator, quia nõ mandauit. Nec ex constituto, cum se non constituerit, pro Caio soluturũ, nec vt laudator de dolo, non enim idoneum nomen Caii dixit, vt crederetur Caio colludendo, cũ eo aut lucri sui causa, non enim ipse credidisset, vt l. & eleganter. §. penul. & vlt. cum l. seq. ff. de dolo. Nec vt sequester instrumenti, an depositarius, depositi, aut sequestraria, aut præscriptis verbis, quasi videatur à Seiis depositum suscepisse stipulando, cum nil à Seiis sit depositum, nec eis reddi promissum, vt l. licet. & l. apud. §. 1. ff. deposit. & l. si oleum. de dolo. Ex sua ergo stipulatione teneri potest, vt dictũ est, ex qua nisi probato eo quod interest à Seiis conueniri non poterit, aut doli mali exceptione summouebuntur. At nihil, interesse demonstratum est, tum propter instrumentum inutile, tum quia suum consequi à fideiussoribus possunt, & à Caio. Deinde etiam probato eo quod interest ab eis tuebitur se denuntiatione, & protestatione ut declaratum est. Adde ut possit dicere etiã nondum cõmissam stipulationẽ & ita ante tp̃s conueniri.

Tutus ergo est omnibus modis Titius cõtra Seios creditores, & multò magis contra eius fideiussores, quibus nihil est cautum, nec vllum negotium cum eis contractum. l. si à me. ff. si cert. petat. l. & hæredi. §. vlt. cum ll. seq. ff. de pact. nec ex persona Seiorum agi potest, quia stipulatio Seiorum fideiussoribus alterius
11 nõ prodest, † cum alteri stipulari nemo hoc casu possit nec tacitè nec expressè. l. stipulatio ista. § alteri. de verb. oblig. §. alteri. instit. de inutilib. Maximè quia nõ sunt fideiussores stipulatorũ, scilicet Seiorũ: sed alterius extranei Caii, vnde nõ potest habere locum d. l. & hered. §. vlt. cum ll. seq. Et si transferri à Seiis per concessionem posset, non plus iuris transferretur, quam ipsi habeant. ut regul. iur. Interea tamen si damni aliquid patiatur Titius, indemnis seruabitur ab eo, cui tradidit instrumentum & impensis & periculo eius res agetur. Cautio enim indemnitatis hoc postulat. l. 1. C. de conueniend. fisci debitor. not. in l. quero. ff. locat.

RESPON. CLII.

De Præside in Prouincia Prouinciæ. Regis prohibitio, ne hæreticis frumenta dentur, qui quidem demum mortui sunt fame.

SVMMARIVM.

1 *Iudex an teneatur de delicto, quod iustitiam administrando commisit.*

2 *Rei licitæ qui operam dat, & diligentiam adhibet, non tenetur si sequatur homicidium ex hoc.*

3 *Causam damni dans, non vtique damnum dedisse videtur.*

4 *Ecclesia, quæ monet vicinos, ne frumentum, aut uinum excommunicato concedunt, si propter hoc moriatur excommunicatus, ecclesia non tenebitur.*

5 *Occasionem damni dans, an damnum dedisse videatur.*

1 IVDEX † vel Regis locum tenens prohibet ne hereticis frumenta vel alia ad victum spectantia dentur. Si ob hoc moriantur fame ipsi, uel coniuges, seu illorum filii, an iudex seu Regis locum tenens teneatur? Et breui respondẽdum est non teneri. per tex. in c. ex literis. 2. de homici. ubi monachus dum deponeret campanam de campanili puerum occidit quodam ligno campanę inherente, quia rem necessariam agebat, & vtilem, non tenetur, sed hic iudex, locum tenens agebat & rem necessariam, & vtilem, uidelicet iustitiam administrando, ergo non tenetur.

Pręterea si medicus secat aliquem, & is moriatur, uel tonsor Phlebotomiam faciens neuter reus est. c. sæpè. 50. distin. ubi Car. Alex. & Panor. in c. tua nos. de homicid. hoc docent dummodò diligentiam, quam is potest, adhibeat.

2 † Nam qui dat operam rei licitæ & adhibet diligentiam, non tenetur si sequatur homicidium ex hoc. c. eos. & ibi Ioannes de Turrecremat. 50. dist. c. dilectus. cum aliis de multis homicid.

Inde dicit tex. in c. 2. ibid. si autẽ sine odii meditatione furem aut latronem te tuaque liberando interfecisti, diaboli membra, secundum indulgentiam dico, propter imaginem Dei, si aliquid ieiunare uolueris bonum est tibi. itaque ille text. loquitur de eo qui interfecit furem, vbi comprehendi poterat, sed si occidisset causa Dei nulla esset macula dignus, nec ieiunio, sicut in hoc locum tenente Regis, qui ad mandatum eius hoc fecit, & iustitiam exercendo.

Vnde his verbis ait diuus August. ad Publicolam. & in c. de occidẽdis. 23. q. 5. neque enim reus est Christianus, si bos eius aliquem feriendo, uel equus calcẽ iaciendo aliquem occidat, aut ideo nõ deberent Christianorum boues habere cornua, aut equus vngulas, aut dentes canes, aut verò, quoniam Paulus Apostolus satis egit, ut in Tribuni notitiam perferret insidias sibi esse à quibusdam perditis præparatas, & ob hoc deductores accepit armatos, si in illos scelerati homines incidissent, Paulus in effusione, sanguinis eorum
3 suum crimen agnosceret. Absit, † ut ea quæ propter bonum ac licitum facimus, aut habemus si aliquid per hoc pręter nostrã uoluntatem cuiquã mali accide rit, nobis imputetur, alioqui nec ferramẽta domestica sunt habẽda, ne quis ex eis uel se, uel alterũ, interimat.

Nec

Nec arbores plantandæ ne quis in eis se inde suspendat, nec fenestra facienda, ne per hanc se quisquã præcipitet, quid plura commemorem? quid est in vsu hominum bono ac licito, vnde non possit pernicies irrogari? hęc ille.

4 Item, † ecclesia mouet vicinos ne frumẽtum, vinũ, aut ignem alicui excommunicato, indurato concedant. c. statuimus. de senten. excommun. in 6. Et si propter hoc moriatur excommunicatus, vel eius familia: nunquid ecclesia tenebitur? Proculdubio puto non teneri. Et sic cum omnis hæreticus sit excommunicatus. cap. excommunicamus. de heretic. cuius pœna est vt ista, si indurati fuerint illis prohibeantur. d. c statuimus. ergo locum tenens ista prohibens, ius exequitur. quæ iuris executio non habet iniuriam, nec pœnam. l. quod reipublic. ff. de iniur.

5 Nõ refragatur, quod qui † occasionem damni dat, damnum dedisse videtur. l. qui occidit. §. in hac. ff. ad leg. Aquil. Nil etiam interest, an quis occidat, an causam mortis præbeat. l. nihil. ff. de sicar. Resp. verum qui dat occasionem actiuam, videlicet cum quis est quasi coadiutor in peccato, & aliquid facit quod facere nõ debet, tunc tenetur, vt dicit Angelus de Clauas. in sua summa. in verbo, occasio. Secus si dederit tantum occasionẽ passiuam, videlicet si quis faciat quod debet, & alter occasionem accipit peccãdi, certè hic nõ tenetur. in Euangelio dicebat Christus, dum ei quidam dicebat, scandalizãtur Iudæi, sinite illos. Cęci enim sunt, & cæcorum duces, vel illa iura intelliguntur, quando is qui hoc fecit habuit animũ occidendi, & delinquendi: vt dicit Bart. & alii in d. l. nihil. secus si animum nõ habuerint ut ibi. & sic consuluit Alex. in consil. 40. uidetur. col. 2. in 2. volu. Sed Iudex administrans iustitiam non videtur animum habere delinquendi, ergo non tenetur, quidquid veniat ex suo iusto præcepto. Dicet quis, ista videtur nimia crudelitas, & sic puniendа. Respon. Diuus Hieron. ad Riparium non est crudelitas, crimina pro Deo punire, sed pietas. Vnde Deuter. 13. c. dicitur. si frater tuus, & amicus, & vxor, (quæ in sinu tuo dormit,) deprauare voluerit veritatem, sit manus tua super eos, & effundes sanguinem ipsorũ. c. legi. 23. q. 8. & in c. quicunque ibid. quicunque enim percutit malos, in eo quòd mali sunt, & habet causam interfectionis minister Dei est. Et sic non debet reprehendi. Nam locum tenens Regis causas habebat, tum quòd isti perditi homines erant hæretici coniuncti & quia Regi rebelles, & ministris eius. Audi quid hac de re dicat Diuus Augusti. prodest seueritas vestra cuius ministerio quies adimatur, & nostra prodest intercessio. cap. prodest. 23. q. 5. Imò dicit. Idem Diuus Augustin. in cap. quisquis iniquum non prosequitur Christi est inimicus, ibidem ergo & regis locũ tenens, ut amicus Dei esset, hos habebat persequi infideles, & regi rebelles. & mandato Regis parere habebat. Et qui iussu iudicis aliquid facit, non videtur dolo malo facere: quia parere necesse habet. l. & non videntur. §. 1. ff. de regu. iur. unde ex præmissis patet locum tenente Regis, ex hoc non deliquisse, nec ex bono opere accusandum, sed laudandum esse, quodcunque euenerit ex suo iusto mandato, alioqui Rex, vel alius præcipiens ne inimicis Anglis frumenta darentur, si ipsi penuria frumenti morerentur, teneretur. quod non est dicendum: quia quotidie fit, quod non fieret, si peccatum esset.

RESP. CLIII.

De iure retractus, & quis tanquam proximior venire dicitur.

SVMMARIVM.

1 *Proximus ex consuetudine rem venditam iure retractus redimere potest.*

2 *Proximior quis dicatur.*

Mentio quando sit de proximioribus, intelligitur de linea recta, & non obliqua, ibid.

3 *Proximior rem uenditam, alicui de genere uenditoris in remotiori gradu constituto, retrahere potest.*

Proximior ut in successione repellit ulteriores consanguineos, sic & in retractu, ibid.

4 *Bona materna maternis consanguineis deferuntur, & paterna paternis, quod declarat, ibid.*

5 *In retractu ille tantum admittitur, qui in re uendita ab intestato succedere debet.*

6 *Extraneus in iure retractus dicitur etiam, qui est consanguineus alienantis, sed tamen illi non erat ab intestato successurus.*

1 PRAESVPPOSITA † consuetudine, quod proximus potest retractus iure rem vendita redimere, quę est iuri diuino conformis. Leuitic. 25. c. si attenuatus frater tuus uendiderit possessiunculam suam, & uoluerit propinquus eius potest redimere, quod ille vẽdiderat, & iuri ciuili quod probet annum. in §. Titius. si de feud. defunct. content. sit inter dom. & agn. vasal. not. in l. dudũ. C. de cõtrah. empt. & iuri canonico. c. constitutus. de in integ. restit. igitur hoc ius retractus proximo competit, tam de iure diuino quàm de iure humano.

2 Superest dubitatio, quis † dicatur proximior. Respon. ille quem nemo præcedit. l. proximus. ff. de verbor. signific. §. si plures. de legiti. agnati. successi. & ibi Angel. Areti. Bal. consil. 38. Dominus Thomas. in 1. volu. refert Boer. in consuetu. Biturig. §. 2. de consuetud. retract. vbi etiam dicit, quod quando fit mentio de proximioribus intelligitur de linea recta, & non obliqua. arg. l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulg. & Bar. consi. 10. & ibi. in additio. ad eum, sed in facto præmisso, Iohanna est in linea recta Gulielmetæ, ergo sibi debet competere ius retractus, contra Marguaretam, quæ est in altera linea.

Imò fortius dicit Boer. in d. §. 2. de consuetud. retract. quod si tempore venditionis aliquis erat proximior, & demum natus & alius magis proximus, hic natus præfertur alteri, multò fortius debet præferri ista Gulielmeta alteri empori, licet sit cõsanguineus.

3 Item, de iure licet † res fuerit vendita alicui, de genere venditoris, in remotiori gradu constituto, poterit proximior illam rem retrahere, ac si extraneo vendita fuisset. §. Titius. si de feud. defunct. l. filio. ff. de inofficios. testam. facit. l. peto. §. fratre. de leg. 2. Iuncta gl. in verb. proximus. Sic expresse scribit Ioan. Fabr. in §. ita demum. Inst. de hęredit. quæ ab intest. defer. Nam si in successione proximior repellit vlteriores consanguineos. §. 1. in auth. de hæredit. ab intest. venien. coll. 9. Sic in retractu. Anch. consi. 370. cum seq. Bened. in repet. cap. Raynutius. in verb. & uxorem nu. 606. & sequen. de test. sic expressim decidit, & Chass. in consuetu. Burg. in rub. *des retraicts*, §. tertio.

Non refragatur quod hæc bona prouenerunt ex linea

linea paterna quōdam Gulielmi Danii. Ergo venientes ex illa linea debent habere retractum, sicut in successione dicimus, quæ peruenit etiam ad remotio-
4 rem, cum † bona materna maternis consanguineis deferātur,& paterna paternis.l.quod scitis.C. de bon. mater. Et Marguarita emptrix est ex linea paterna, ergo ad retractum potius venire deberet. Respon. hoc esset verum quando ex diuersa linea essent, vtpotè pater habet filium, & mater filiam. Pater & mater contrahūnt matrimoniū. Certè illi filius,& filia succedent patri, & matri secundum lineam ex qua sunt. In facto proposito est vna linea, videlicet Gulielmi Danij. Et ex illo Gulielmo oriuntur filius & filia: Filius Ioannes Danii, & filia Gulielmetæ. Ecce primus gradus lineæ rectæ inferioris. Postea Ioannes habuit filiam Catharinam & Catharina, Marguaretam, & Gulielmeta duos habuit filios Dionisium & Iohānam, Dionisius procreauit Ioannem, hic Ioannes vendidit Marguaritæ. Iohanna amita vult retrahere à Marguarita. Et iure potest: quia proximior uno gradu. Et est illa Gulielmeta à qua bona prouenerunt.
5 † Item, in retractu ille tantum admitti debet, qui in re vendita succedere debet ab intestato. Bened. in repetitio. c. Raynutius in verbo, & vxorem. num. 636. de testam. Sed si mortuus fuisset Ioannes ab intestato,& Dionisio patre excluso, successisset amita Ioanna. Ergo & in retractu admittetur.

Nec obstat quod Marguareta nō sit extranea, Ergo retractus contra eam non competet. Respond. quod
6 † extranea in hac materia dici potest, cum ille extraneus dicatur, quoad hoc qui ab intestato non succedit. l. hæreditas. C. de pact. conuen. l. una. C. de imponend Lucrat. descript. libro 10. ubi Ioannes de Plato. dicit illum extraneum qui non est in superiori, uel inferiori linea. Sed Marguareta non est in superiori linea, nec inferiori licet sit in collaterali, ergo extranea quoad hoc dicetur. Et sic ius retractus patietur, ut Ioanna possit ab ea retrahere.

Item hoc ius retractus agnationis fauore uidetur introductum, ut res remaneat apud illos de agnatione.

Sed emanauit ab illis *du serf.* Ergo ad illos debet reuerti,& non ad aliam cognationem de Danii. Doct in d.l. dudum. C. de contrahen. empt.

Item concludendo dico Ioannem admitti posse ad ius retractus, cum sit proximior, quæ cōclusio probatur optimè ex c. ulti. Ruth. ubi sic dicitur. si uis possidere iure propinquitatis, eme & posside: sin autem displicuerit tibi hoc ipsum indica mihi, ut sciam quid facere debeam. Nullus enim est propinquus excepto te, qui prior es & me, qui secundus sum. &c. & uideatur ille tex. est enim ad hoc ualde accommodatus.

RESP. CLIIII.

In hoc mutuo traditis annulis, vt venderentur dici possint annuli venditi.

SVMMARIVM.

1 *Mutuum contractum sub pignore annullorum. per totum.*

Onsideratis & benè trutinatis huius secundæ verbis sequentia sunt in ea ponderanda.
1 † Primò, confessio mutui ex pluribus partibus facti. Et quia super hac confessione non dubitatur ulterius non scribam.

Secundò, in cedula est annulorum traditio, an in pignus? an ratione uēditionis: & breui respō. hos annullos traditos Theobald. Houtement, ut ipse uenderet eos intra unum annum, pro summa mille octingentarum librarum, non uerò quod ipsi Houtement sint uenditi: nempe in uenditione res debet perpetuò remanere penes emptorem. Et in emptione emptor tenetur ad pretium. l. ex empto. ff. de actioni. empt. hic uerò fuit conuentum quod restituatur æstimatio uel res, & istud est contra naturam emptionis & uenditionis. Ideò, non potest dici quod uenditio fuerit facta. d. Houtement: sed ei fuerunt traditi ut uenderet, & hoc probatur, ibi. *& ou il les auroit vendues, &c.* [& ubi eos uendidisset. Tertiò, hic fuit facta æstimatio annulorum, ut d. Houtement sciret quanti esset uenditionis d. annulos, & sic locum habet actio æstimatoria, ut est casus formalis. in l. j ff. de æstimat. actio. Et probatur in cedula, ibi, *ie baille audict. Houtement, pour la somme de dixhuict cens liures, &c.* [Trado d. Houtement pro summa mille octingentarum librarum &c.] Non dicit, *ie luy uens,* [Vende.] & si uenditi essent annuli. d. Houtement, non posset eos repetere d. Laguette, quod tamen potest, ibi, *me rendent lesdites bagues.* [mihi d. annulos reddant.]

Quartò, in d. cedula conueniunt partes, quod si d. Houtement non posit intra annum uendere. d. annulos, & summam præstitutam recuperare, promittit d. Ioannes Laguette reddere eidem summam mille septingentarum librarum ibi: *& si dedans un an il n'en peut recouurer ladicte somme, &c.* [& si intra annum dictam summam recuperare non posit, &c.] quæ uerba ostendunt uenditionem d. Houtement non esse factam, quia d. de Laguette recuperare non posset annulos ut supradictum extitit.

Quintò, prouidet sibi d. de Laguette, quod si d. Houtement uendiderit intra dictum tempus anni dictos annulos, tunc debebit summam centum libra d. Laguette quam soluere tenebitur eidem Laguette intra annū, &c. ibi, *& ou il les auroit vendues, &c.* [& ubi eos uendidisset, &c.] Et sic uenditi nō erant d. Houtemēt, sed erant eidem traditi ut uēderet, & impersonaliter. Videlicet, cuicunq; d. Houtement uellet, dūmodò pretio taxato vēderet. Et si d. Houtement fuissent uenditi, non fuisset facta conuentio de alia uēditione.

Ex prædictis apparet hos annulos non fuisse pignori simpliciter datos, sed dicitur in cedula, *pour seureté*, [pro securitate:] quia datur uendenda res creditori Houtement, & nō alteri. Ideò est maior securitas, quā si alteri dati fuissent: sed non quod uoluerit eidem dare ratione pignoris. nā pignus reddi debet, hic potest æstimatio reddi, & uēdi. Et ista securitas ostēdi cōtractum esse gratia utriusque factū. Primò gratia uēditoris de Laguette, ut ex uenditione liberaretur à debito cōtracto, cum Houtement: ēt gratia de Houtement, ut securus sit p receptionē huius rei, & sibi exoluatur post uenditionem horum annulorum: & si uendiderit, alias nō tenebitur restituere d. annulos, nisi eidem exolutū fuerit, ut in l. si gratuitam. §. 1. ff de præscript. uerb. Et quasi pignus hos annulos retinere poterit, donec sibi exolutū fuerit. ar. l. Iulianus. §. offerre. ff. de actio. empt. Et sic concludendo, dico, d Houtement teneri actione præscriptis uerbis æstimatoria, ad reddendum dictos annulos, si non fuerint venditi, restituta sibi prius summa debita: quod si annuli fuerint venditi, tenebitur eadem actione ad restituendum cētum libras, & ita subscripsi.

RE-

RESPON. CLV.

De Compromisso.

SVMMARIVM.

1 *Compromissum sine scriptura factum an ualeat.*
2 *Arbitri electi qui sunt in magistratu excusantur.*
3 *Pœna compromissi quando debeatur.*
4 *Pœna non debetur nisi per stipulationem hinc inde promissa fuerit.*
5 *Arbitrator dici non potest, qui de re litigiosa suscipitur.*
6 *Pœna quando ex compromisso committatur.*
7 *Recedere à iudicio non uidetur, qui accedit ad arbitrium.*

*Vr le compromis pretendu dict, sauf correction, que ne se trouuera aucun compromis. Bien est uray que en a esté faicte mention de remettre à arbitres: Mais n'a esté faict, & ne se trouuera aucune escripture sur ce passée, laquelle est necessaire,* [Super
1 † compromisso prætenso, salua correctione, dicit quòd nullum compromissum inuenietur. Verum quidem est, mentionem factam esse vt arbitris committatur: sed hoc factum non fuit, neque aliqua scriptura de hoc facta reperietur, quæ necessaria est,] l. ne in arbitris, C. de arbitr. imò non debet quis admitti ad probandum per testes arbitrium, nisi per literas sigillatas, per d. l. ne in arbitris. Et ita expressim tenuit Masuer. in sua practic. Rubr. de arbitr. in § 1. hoc quando fuit vallatum pœna, vel iuramento, sicut in hoc casu prætenditur. Et ista est etiam consuetudo.

Et la raison est bonne. Car les arbitres ne sçauroient la puissance qu'ils auroient. Et parainsi ne voudroient decider l'affaire. Car dict le texte. [Et ratio bona est. Nam arbitri non scirent quanta potestatem haberent. Atque ita non vellent negotium decidere. Nam textus dicit] in l. non distinguemus. §. de officio. ff. de arbitr. omnem tractatum ex compromisso sumendum esse: Nec enim aliud illi arbitro licebit, quam quod ibi ut efficere possit, cautum est. *Or* [Sed] hic nil est cautum. Ergo compromissum non valet.

Imprimis de Compromisso constare debet. arg. l. 1. item illud. ff. de senatusc. Silanian.

Et posé ores, que non, qu'il y eust compromis, le compromis ne vaut: Car n'a point esté accepté par l'arbitre, qui est necessaire. [Concesso iam etiam, quod secus est, quòd ibi compromissum fuisset, compromissum tamen nõ valet: Nam per arbitrum non fuit acceptatum, quod necessarium est] l. 3. §. 1. ff. de arbitr. *Et encore que fut accepté, que non,* [Et quamuis fuisset acceptatum, quod non est,] occupatio negotiorum regiorum maximè impedit vnum ex arbitris, ne possit his vacare, & tunc soluitur compromissum. l. licet. ff. de arbitr. Et sic *l'on l'a peu poursuiure en iugement*: [id prosequi in iudicio li-
2 cuit:] Et † quia in magistratu positi excusantur. in d. l. 3. § fin. *& pour ce* [atque ideò] à tempore declarationis *de l'arbitre, l'on la poursuiuy.* [arbitrii, id prosecutum fuit.]

Secondement l'arbitrage pretendu, ny auoit point aucun temps prefix, & parainsi estoit incertain, & sic non vallable. Et à ce qu'il dict qu'il n'est tenu proceder que preallablement ne soit payé les vingts escus: dict à ce que puis que n'appert dudict compromis, & qu'il n'a esté faict, la peine n'est deue. Et posé ores que non, qu'il y eusse compromis: il seroit tenu à proceder, reserué la peine à la fin de cause. Et ledict defendeur est cõtraire. Car dict aucunefois de dix escus, autres de vingt. Et pource qu'il est en soy contraire, ne doibt estre vny. [Secundo prætensum arbitrium non habebat aliquod tempus præfixum. itaque incertum erat, atque ita inualidum. Ad hoc verò quod dicit, quòd non teneatur procedere, nisi prius 20. aurei exoluti sint: Respondet quod postquam de d. compromisso non appareat, & quia factum non sit, pœna non debetur. Et dato etiam, quod secus est, quod ibi compromissum fuisset: teneretur procedere, reseruata pœna ad finem causæ. Defensor etiam prædictus sibi est contrarius. Nam aliquando dicit de decem aureis, aliquando verò de viginti: Quare quia sibi ipsi contrariatur, non debet vniri.

Touchant la peine dict, que n'est deuë, à cause que n'a esté promise par ledict demandeur, combien que le defendeur le die. [Quantum ad pœnam attinet, dicit quòd non debeatur, quod per d. petitorem non fuerit promissa, etiamsi defensor id affirmet.]

3 *Item aussi ne faict rien la loy,* [† Neque etiam obstat l.] si quis rem. *Car dict,* [Dicit etenim] si quis rem, de qua compromissum est in iudicium deducat. ff. de arbitr.] quod debetur pœna: verum est, quando erat arbitrium, vt supra dixi: & quando de nouo deduceret: secus si iam deductum prosequeretur. *Car* [Nam] in pœnis nõ debemus legem extẽdere, ad hoc vt quis incidat in pœnam. vt dicit gloss. ver. in d. l. si quis rem.

Item, ibi ratio est propter contẽptum: sed non est contemptus arbiter, quando noluit acceptare, ergo non debetur pœna, Specul. in tit. de arbitr. §. finitur. versic. illud autem.

4 † Nec debetur pœna, nisi per stipulationem promissa hinc inde fuerit. l. litigatores. §. 1. & l. si cum dies. §. fin. ff. de arbitr. quod in hoc casu non fuit, Specu. in tit. de arbitr. §. 1. uersic. est etiam differentia, & §. excipitur, versic. item quod pars. Nec refragatur d. l. litigatores, §. fi. vbi potest nudo pacto fieri, quia hoc est verum, quando litigantes paciscuntur de non petendo id quod debetur, si arbitrio non pareatur: aliàs non valet. Specul. vbi suprà d. §. excipitur. versic. Item quod factum.

5 Nec potest dici arbitrator, qui de re litigiosa suscipitur, Specul. vbi suprà: sed arbiter, arbitrator verè diuidit, & pacem ponit. l. societatem. § arbitrorum. ff. pro socio.

Item antequam possit peti pœna, requiritur quod arbitri citauerint partem, & illa defecerit, per text. in l. diem proferre. §. si quis litigaturum. ff. de arbitr.

Item quant il seroit trouué arbitrage, ledict demandeur ne recuseroit aller ausdicts arbitres, [Item si arbitrium inueniretur, d. petitor non recusaret dictos arbitros accedere,] & posset purgare moram, cum dies non sit adiecta. per l. Celsus. ff. de arbitr.

6 † Nam pœna ex compromisso non committitur, nisi quando non est obtemperatum sententiæ l. non ex omnibus. ff. de recept. arbitr.

An salarium debeatur doctori eius temporis, quo non legit, vide de Ripa. fol. 20. in tract. de peste, & l. qui operas. ff. locat.

Item, & par ces raisons ledict demandeur [Item per has etiam rationes d. petitor] non recessit à iudicio,
7 † quia quis non videtur recedere à iudicio, accedendo ad arbitrum. Specul. in tit. de arbitr. §. finitur. uersic. sed quare.

RE-

RESPON. CLVI.

De seruitutibus.

SVMMARIVM.

1 *Superædificare an liceat in muro communi.*
Prohibentis causa est potior in re pari, quod ibidem declarat.
2 *Consuetudo permittens habenti parietem communem superædificare, est intelligenda, quando solueret æstimationem dimidiæ partis dicti muri.*
Argumentum à contrario sensu ualet, etiam in consuetudinibus, & statutis. ibid.
3 *Aedificari in muro communi, quod possit, intelligitur, quando paries ille communis posset ædificatum sustinere, alias secus.*
4 *Parietem proprium supra communem facere quis non potest.*
5 *Aedificare in pariete communi licet propter tria, ut hic.*

N præsentiarum non discutiã quis dicatur murus cõmunis,& qualiter cognoscatur, cum satis superq; tractatum sit per Cep. ĩ tract.de seru.c.40.rub.de pariete seu muro quem sequitur domi.Bouer. in consil. 2. incipien. Christi nomine inuocato. Pro solutione quod est descriptum post consuetudines Biturig. Sed cõcludam
1 † socium inuito socio ædificare supra parietem communem iure non potuisse: quia non solus dominus est.l.parietem.ff.de seruit.urb.prædior.& l. Sabinus.ff. communi diuidun. ubi sic dicit text. Sabinus ait in re communi neminem dominorum iure facere quidquam posse inuito altero. unde manifestum est prohibendi ius esse.in re enim pari potiorem esse causam prohibentis constat. &c. Et ibi glo. dicit esse uerum, quando ad alium usum vult trahere rem ad quem nõ erat destinata. l.arboribus.§.nauis.ff.de usufruct. sicut in hoc casu paries erat ad clausuram tantum destinatus, ergo ad faciendum domum non potest destinari. Et hoc quando interest socii, ut uidetur tenere Cepol.in d.rubr.de muro in fin.& allegat consil. Fulgos. incipiens duo uicini. imò si quis vellet alterare substãtiam rei communis, uel mutare, ut potè facere fenestram contra solitam consuetudinem, non posset. l. inter quos.ff. de damno infect. Floria.in d.l. Sabinus. in fi. Cepol. c.62.de fenestra in d.tract.de seruit.
2 † Item licet ex consuetudine permittatur habenti parietem communem super ædificare, tamen uerũ dicit quando solueret æstimationem dimidiæ partis dicti muri. Ergo si non soluerit, non permittit consuetudo, sumendo arg.à contrario, quod est ualidum etiam in consuetudinibus & statutis.Ias.in l.1.ff.de officio eius. Corsetus in singul.incipien.argumentum. Et si dominus nollet uendere,arbitrio boni uiri æstimabitur.l.si fideiussor.§.fin.ff.de lega.1.

Præterea consuetudo etiam prohibet ne ultra dimidiam partem muri possit imponi tignum. in rubr. *des rapports des iurez.* [de relationibus iuratorum,] artic.penult. Sed hic imposuit supra totum parietem,ergo male, cum ultra quam permittat consuetudo, & ius scriptum. in l.hoc quod dictum. & ibi not.in §. fi. ff.de seruit.urban.prædior.
3 † Insuper debet intelligi quod potest ędificari in muro communi, uidelicet quando paries ille cõmunis posset sustinere ædificatum: alioqui non.arg.l.cuius ædificium.ff.de seruit. urban. prædior. Et si paries communis ob ædificium suprafactum,debilitaretur, posset cogi ædificans ad subleuãdum pondus.Cepol. in rubr.de horreo.cap.72. quod casui nostro perbellè conuenit.
4 † Deinceps non potest quis proprium parietem facere supra communem.l.quidam Hibertus,ibi,sicuti nec parietem quidem suum super parietem communem.ff.de seruit.urban.prædior. & ibi Bar. & alii not. sed altius ædificando murum factum supra parietẽ, cedit inferiori.l.sed si inter te & me.§.fi.ff. de seruit.urba.prædior.& l si supra tuum,de acquir.rer. domin.l. si in area.C.de rei uẽdic.per illam regulam:quidquid plantatur, seritur, vel ædificatur, omne solo cedit.l. si quis sciens.C.eodem.§.cum in suo.inst.de rer.diuis. Cepol.rubr.de fenestra.c.62.col.3.
5 † Adhæc propter tria licitum est in pariete communi ædificare, videlicet propter pactum, ob patientiam, & ob rei naturam. vt quando res indiget refectione. Prima duo probantur in d.l.Sabinus. Tertiũ, in l.si ut proponis.C.de ædific. priuat.tradit Bald.consil. 348.ad euidentiam, col.1.in 2. uol.sed nullum horum interuenit in casu mihi proposito.Ergo non potuit ædificare inuito socio. Nec obstat, si dicatur translatum esse dominium parietis, per illa verba. Quod duo teneantur reficere parietem cõmunem, expen. cõmunibus,pro modo latitudinis suæ rei,& quilibet iuxta suam rem: nam ex hoc nõ uidetur acquisitum dominium directum quod acquiritur per occupationem, quando res est in nullius bonis uel aliis modis traditis.§. singulorum.usque ad fin. insti. de rer. diuis. quod hic non procedit. nec est acquisitum vtile,quod per præscriptionem acquiritur.authẽ.nisi tricennalis. C.de bon.mater.& aliis mod.traditis per Petr.de Ferrar. in sua practic. in forma libelli in actione reali. in verbo iure dominii. & traditionibus & vsucapionibus.l.traditionibus.C. de pact. Nec inuenitur in toto iure, quod si quis teneatur reficere rem, quod ob hoc dominium transferatur: alioqui si conductor teneretur reficere rem,in eum transferretur dominiũ, quod est à iure alienum. Nam quod nostrum est, siue facto nostro,ad alium transferri non potest. regul. id quod nostrum.ff. de regul.iur. Et si socius reficiat, quod non efficiatur dominus ante quatuor menses, quam refecerit, si alter socius expensas nolit restitue re.l.si fratres.§.idem respon.ff. pro socio.& l.si ut proponis. C.de ædific.priuat.Sed quando est facta conuẽtio, vt socius reficiat suis impensis, cessabit repetitio, vt in hoc casu,nec fiet ob hoc quod reficere teneatur murus cõmunis. Dicitur enim in instrumento quod de communi consensu trium dominorum fuerunt facti muri, & communibus expensis: sed id quod fit ex communi consensu, ex communibus expensis, commune fit. §. si duorum. Instit. de rer. diuis. Ergo hic murus non potest negari qui sit communis trium.

RESPON. CLVII.

De conducto.

SVMMARIVM.

1 *Tacita hypotheca, an & quando in rebus inuectis aut illatis intelligatur, quod ampliat, & limitat per totum.*

RE-

REGVLA est quod inuecta sunt tacitè hypothecata. ut d §. Item Seruiana. & l. certi iuris, C. locat. l. item quia . ff. eod. Amplia siuè dorso, rheda, vel manu illata sũt. l. si non inducta. & ibi glo. & Salic. C. in quibus caus. pign. taci. contrah.

Secundo amplia, etiam pro deterioratione. l. 2. ff. in quib. caus. glos. in d. §. Item seruiana. non tamen capi possunt, Boer. in §. 13. de consuetud. feud. in consuetud. Bitur.

Tertiò etiam pro alio debito. l. 1. C. etiam ob chirograph. pecu. Bartol. in l. solutum. §. solutam. C. de pignoratitia actio. licet Ias. contrarium teneat. in d. l. item quia. per l. prætextu. C. commod. Sed ibi non potest retinere rem quæ nullo modo erat obligata. ut potè quia erat commodata, secus si erat prius obligata. Negusantius in tract. de pignor. in 4. membro. 2. partis. nu. 129.

Quartò, etiam bona secundi conductoris sunt obligata domino pro rata quatenus tenet glos. & Bar. in d. §. solutam. glo. in l. uectigalia. §. fin. ff. de vectigal. & ibi Bar. idem dicit si primus soluerit, ut secundi bona sint obligata primo conductori, secus si secundus gratis habitet. secundum glo. in l. Pomponius scribit si gratuitam. C. in quib. caus. licet pro deterioratione secus ibid. Tamen domus debet primò exequi contra illum qui sibi est obligatus, & ei præceptum à seruiente fieri debet, qui si recuset, bona inuẽta capi possunt, etiam si alterius sint conductoris.

Quintò, etiã in reuocatione tacita. l. item quæritur. §. qui impleto. ff. loc. Soci. consil. 196. circa. volum. 2.

Sexto, procedit tam in clericis, quàm in laicis. c. propter. de locato.

Septimò, etiam procedit in colono partiario, vel pro mercede, cum sit eadem ratio. glo. & doct. in d. §. Item Seruiana.

Octauò, siue conductio sit facta in scriptis, siue non. arg. l. pactum. C. de pact.

Nonò, etiamsi conductor obligasset bona aliqua expressim: quia per hoc non recedit ab hypotheca inducta à lege. Bal. in l. certi iuris. in fi. Ioan. Fab. Angel. & alii. in d. §. item Seruiana.

Decimò, etiam procedit in inuectis in stabulum, porticum uel aream iunctã domui. l. 3. ff. in quib. caus. & l. eo iure. ibid. quæ religiosis adhærent, religiosa sunt. l. quę religiosis. ff. de rei vendic.

Vndecimò, procedit in inuectis & illatis in nauem, quia prædio vrbano æquiparatur. Bal. in d. l. certi. q. 4. l. huius. ff. qui potior. in pigno. habe. vbi res illatæ in vehiculum sunt pro mercede, & pro portu tacitè obligatæ.

Duodecimò etiamsi datus esset fideiussor, l. penul. ff. quib. mod. pignus vel hypothec. soluitur. quia utilius est in rem agere, quam in personam. l. plus cautionis. ff. de regul. iur.

Vltimò, etiam procedit in rebus minorum, quia in consequentiam actus permissi inducitur tacita hypotheca. glo. in l. fi. C. de legit. tutel. Bal. Angel. & Paul. in d. l. item quia. & Iason ibi recitat quatuor opiniones, sed ista est æqua, alioqui nullus uellet minoribus locare.

Item in eo qui vna nocte remansit, nam pro cœna & scorto vt dicit Bal. in d. l. certi. Fardellum est obligatum.

Primò limita in inuectis in prædium rusticum, quæ non sunt obligata, nisi dominus sciuerit. glo. in d. §. Item Seruiana, & in d. l. certi iuris. secus in fructibus qui etiam sunt obligati. licet, dominus ignorauerit, cum ex re sua proueniant, siue industriales sint siue naturales. Negusantius in tract. de pignorib. in 4. membro, secundæ partis. nu. 148. per l. in prædiis. ff. in quib. caus. licet. Ias. contra. in d. l. Item.

Secundò limita in inuectis in molẽdinum, quia est prędium rusticum, nisi ibidem habitaretur. Bald. in d. l. certi iuris. Cepol. in tract. de serui. c. 11. nisi esset domui iunctum. d. l. eo iure. ff. in quib. caus.

Tertiò, non procedit in rebus alienis. glo. in d. l. certi. quia non potest expresse obligari. l. rem alienam. de pignor. Bar. in l. ea actio. §. j. ff. de pigno. ita nec tacitè, nisi dominus sciat, & pateretur. Alex. in d. l. Item quia. Bar. in l. quæ dotis. ff. solut. matrim.

Quartò, quando non sunt inducta vt sint perpetuò. i. quandiu durat cõductio. l. debitor. ff. de pignor. d. l. in prædiis. glo. & doct. in l. si nõ inducta. C. in quib. caus. pignus tacit. contrahen. quod probatur ex qualitate rerum. vt, si erat lectus, quod in executione non procederent. Nam bona omnia possent capi & arestari, & uenderentur pro pensione.

Quintò, fallit in mercibus venalibus, quia non sunt ibi destinata ut perpetuo sint. l. venditor. ff. de pignor. Alexan. in l. si constante. in princip. in 5. q. tertiæ partis principali versicul. Item inquantum Bart. ff. solut. matrim. sed quoad executionem, ratione consuetudinis, posset fieri, etiam in istis rebus.

Sextò, non procedit in instrumentis quæ tacitè nõ sunt obligata, Sal. in d. l. certi iuris. Angel. in d. §. item. col. 3. & in nominibus debitorum. l. Caius. & ibi Bald. ff. de leg. 2.

Septimò, non habet locum in mobilibus, quæ non sunt domi, quia ex consuetudine non habent sequelam: Boer. in §. fin. de consuetud. hypothec. in consuetud. Biturg. cum vilis sit illorum possessio. l. si rem. ff. de acquir. possess. & plus exponeretur in prosequutione quam ualerent. l. mediterraneæ. C. de anno. lib. 10. Et quia actio pignoratitia est psonalis. l. si creditor. ff. de pignora. actio. l. fin. C. de distract. pignor. l. 2. ff quib. mod. pigno. vel hypothec. Fallit quãdo illa bona venissent ad detentorem iure hæreditario, vel alio lucratiuo in fraudem. Boer. in d. §. fin. Negusantius in tract. de pignorib. in 2. membro. 7. partis num. 6.

Secundò, quãdo expresse essent obligata. l. si tibi. & l. debitorem. C. de pignor. facit. l. est differentia. ff. in quib. caus. quia hypothecaria est rei persecutoria. l. pignoris. C. de pignorib. aliàs si conductor alienaret omnia mobilia & nulla alia habeat bona, domus pensionem amitteret.

Octauò, in rebus famuli, quæ non sunt tacitè obligata pro seruitio, quia nõ reperitur lege cautum. Bal. in d. l. certi.

Nonò, quòd res sit talis quæ possit obligari. Ergo res sacræ inductæ non essent obligatæ: quia nec expresse obligari possunt. l. 1. §. eam rem. ff. quæ res pignor. oblig. possint.

Decimò, quãdo res non possidebantur à reo. nam cum Seruiana sit in rem, præsupponit possessionem penes aduersarium. argu. l. pignoris. C. de pignor. l. vna C. de alienat. iudic. mutan. Rofred. in tract. libell. in 1. parte. rubr. de actione Seruiana.

Vndecimò, in rebus quæ non continentur in expressa hypotheca. l. obligari. cum l. seq. ff. de pign. ideo libri scholaris non sunt tacitè obligati, sicut nec arma militum. gl. singu. in l. Nepos. ff. de uerb. signific. in expensis funeralium, alimentorũ, infirmatorũ gratia, aut alia necessitate: alioqui moreretur fame scholaris. Bal. in l. restituendo. C. de petitio. hęredit. l. fi. Cõmod. Iason. in l. si non sortem. §. si cẽtum. ff. de condict. indeb.

RE-

RESPON. CLVIII.

De Crimine falsi.

SVMMARIVM.

1 *Falsum commissum in data literarum, de committimus. Damnari de crimine quis non debet, nisi illud probetur, ibid.*

2 *Probationes in criminalibus luce meridiana clariores esse debent.*

3 *Melius est nocentem absoluere, quam innocentem condemnare.*

4 *Vnus ex pluribus si interfecerit hominem, & ignoratur quis fecerit, nullus puniri debet.*

5 *Falsi crimen non dicitur, nisi tria concurrant.*

6 *In iure de modicis non curamus.*

7 *Ignorantia in dubio præsumitur.*

8 *Falso instrumento vtens, si ab vsu abstineat, euitat pœnam.*

9 *Falsæ monetæ accusatio.*

10 *Ignorantia iuramento exponentis probatur.*

11 *Falsam pecuniam expensa, an teneatur probare à quo habuerit.*

1 Actvm domini Antonii Bucelli sic habet, quod ipse à † maleuolis accusatur falsi commissi, in literis, *De committimus*. In quibus inuenitur additum vnum in data. Quæro ex hoc, an debeat condemnari? Et iudices videant & considerent, neminem damnandum de crimine nisi illud probetur. l. qui accusare. C. de edendo. l. actor. C. de probat. l. 1. §. item illud. ff. de senatuscons. Silanian. sed crimen falsi nullo modo probabitur fuisse commissum à domino Bucelli. Ergo ipse condemnari non debet.

2 Nec obstat, si dicatur quod contra ipsum sunt præsumptiones. Respond. † Nemo ex præsumptionibus in criminibus damnari debet, sed oportet quòd probationes sint luce meridiana clariores. l. fi. C. de probatio. vel indubitate vt ibi: quæ non sunt, sed leues, quæ nullo modo probant.

Item dicit tex. in d. l. fin. idoneos testes esse debere, qui non sunt hic, sed omnes reprobati, & inimici d. Bucelli, vt ipse liquidò ostendit. & posito, & non concesso, quod non essent tales, adhuc nil probant, quia de ipso facto non deponūt quod viderint ab ipso Bucelli committere, quod est necesse. nam per tot manus deuenit illud rescriptum, & fortè ab inimicis cōmissa est falsitas, si dictum rescriptum *De committimus* emanasset ex manibus d. Bucelli, & semper remansisset penes eum, fuisset præsumptio contra eum, tamē adhuc non esset cōdemnandus nisi clarè probaretur.

3 † nam melius est vt iudices nocentem impunitum relinquant, quam si innocentem Bucellum condemnarent. l. absentem. ff. de pœnis.

4 † Item si vnus ex pluribus interfecerit hominem, & ignoratur quis fecerit, nullus puniri debet. glo. in l. Item Mela. §. 1. ff. ad leg. Aquil. multo minus hic, cum non appareat à quo fuit commissa ista falsitas.

5 † Item nullus debet tanquam falsarius puniri, nisi tria interuenerint, primum quod sit immutatio veritatis: quia non diceretur falsum, nisi veritas sit immutata. l. 1. & per totum. ff. ad leg. Cornel. de fals. §. 1. in authent. de instrum. cautel. & fid. coll. 6.

Secundò, requiritur quod dolo malo falsum commissum sit. §. item lex Cornelia. Instit. de public. indic. qui non præsumitur, sed oportet quod probetur. l. quotiens. §. qui dolo. ff. de probat. & non potest esse in hoc casu, ut statim probabitur.

Tertiò, requiritur quod mutatio ueritatis noceat alteri. glo. singul. in l. damus. C. ad leg. Cornel. de fals. Anch. consil. 24. uisa inquisitione.

Sed hic nemini nocet. Primò nō nocet Regi, quia pro sigillo nil deperit eidem: quia dicto Bucelli gratis tales literæ expediebantur. Et sic regi non nocet.

Item non nocet partibus, quæ erant litigaturæ in alio loco. Sed forte dicetur cum minoribus expen. alibi: imo hic minoribus expen. quia hic locus, est proximior partibus quam alius locus, ergo cessat interesse, & damnum partium: sed est earum magna utilitas: quia etiam ipsæ obtinuerunt coram iudice Montispessulani, in possessorio, ergo nullum potest notari præiudicium. Etiam non sufficeret ad condemnandum aliquem de falso, quamuis partes essent passæ aliquod modicum damnum. per gloss. in c. cum olim, 6 de consuetud. † Nam in iure de modicis non curatur. l. scio. ff. de in integr. restitutione.

Item non obest, si dicatur d. Bucellus est usus rescripto quodam respon. si sit usus est ignoranter usus. Et requiritur quod sciens falsum, utatur. §. item lex 7 Cornelia, inst. de public. indic. † Et in dubio ignorantia præsumitur. l. uerius. ff. de probatio. quo casu non uenit puniendus. per text. in l. maiorem. C. de fals. Maximè in eo quo per se non utebatur, nec potuit aduocatus licet usus fuerit, dicto rescripto, facere ut d. Bucellus incidat in pœnam.

Nec refragatur, quod si d. Bucellus uoluisset prohibere, potuisset prohibere usum, & sic dum non prohibuit, uidetur in culpa. iuxta c. constitutis. 1. de testib. quia respondeo quod ab eo tempore quo d. Bucellus sciuit, reuocauit mandatū. *Et desaduoua son procureur & aduocat de ce qu'il en auoit usé* [Et reiecit suum procuratorem & aduocatum quòd eo usus fuisset] ergo non potuit aliud agere.

8 † Item utens falso instrumento, si abstineat ab usu, euitat pœnam. glos. & ibi doct. in l. si falsos. C. de fals. Angel. in tract. de malefic. in gl. falsario. uersic. quæro usque ac quantum. Sed d. Bucellus abstinuit ab usu, simul atque sciuit, igitur non incidit in pœnam.

Præterea est tex. in c. accedens. de crim. fals. sic dicēs præsumi non debere quod pro literis quæ facilè possunt obtineri, fraudem quis commiserit falsitatis: nec literis usus est postquam eas falsas esse cognouit, ipsum super hoc non molestans. Ecce ergo quod in his literis non debet præsumi falsitatis, id est, quod commissa fuerit à d. Bucello. Et postquam etiam ipse nō est usus cum cognouit ipsas literas, *de committimus*, esse falsas, ob id super hoc non debet molestari.

9 Ad secundum dubium in quo † accusatur de falsa moneta, certum est quod indebitè accusatur, quia d. Bucelli nunquam fabricauit, nec cogitauit, nec exposuit falsam, quia fuit recepta, & nullus cōquestus fuit. Et sic præsumi debet, quod bona & legitima erat. Item posito, & non concesso, quod exposuisset, hoc fecit ignoranter, & exponens ignoranter falsam pecuniam: non punitur alias quilibet facilè puniretur, & scientiam, non ignorantiam uolumus allegari. l. generali. C. de tabul. lib. 10. Et est necesse probare scientiam. Bart. in l. omnes. C. de agricol. & censit. lib. xj. Barbat. consil. 51. illud. col. 2. in 3. uol. Hypol. in l. qui falsā. ff. ad leg. Cornel. de fals.

10 † Et ignorantia iuramento exponentis probatur. tex. in c. nulli. de elec. in 6. gl. in c. proposuisti. 82. dist.

Panormit.consil.35.videtur.volum.1. Ias.in l.3.§.fin. ff.de iureiur.

11 Imò, si aliquis sit aliàs bonæ famę & conditionis, & exposuerit falsam pecuniam, si non possit probare à quo habuit, sufficit quod alleget se accepisse ab aliquo, si solebat à multis recipere, teste Hyppol. consil. 52, misericordia nu. 40. cum sequen.

Et hoc est verum quando paruam, seu paucam habet pecuniam, tunc non præsumitur in dolo, licet habeat vnum, vel duos aureos falsos, secus si cētum, vel aliam notabilem quantitatem. Hyppol. in d.l.qui falsam. hic non fuit nisi vna sola & pauca summa pecuniæ, ergo non est contra eum doli pręsumptio, nec falsitatis. Imò habet omnes innocētiæ præsumptiones, pro se & per arestum demum fuit absolutus.

RESP. CLIX.

De donatione causa dotis retento vsufructu.

SVMMARIVM.

1 *Promissio facta nudo pacto fauore dotis ualet.*
2 *Donatio dotis facta mulieri, & suis liberis, an sit reuocanda non extantibus liberis.*
3 *Matrimonium secundum tam est legitimum, quàm primum.*
4 *Possessio, nisi apprehensa fuerit, non transfertur.*
5 *Specialia multa fauore dotis sunt introducta.*

RESPONDANT *à la primiere question, ie dis que le contract est bon & uallable. Car n'est prohibé par les coustumes, n'aussi par le droict. Et par ainsi* [Respondendo primæ quæstioni, dico, contractum esse bonum & validum. Non enim per cōsuetudines est prohibitus, neque per leges. Itaque] quod non prohibetur, permittitur. c. nam concupiscentiam. de constitut. l. si quærimus. ff. de testam.

1 Imo † promissio facta nudo pacto, fauore dotis valet. l. ad exactionem. C. de dot. promis.

Respondant pareillement a la seconde question, ie dis que ouy. Car la donation est faicte a ladite Georgete, pour estre propre a elle, & a ses enfans, encores qu'elle n'ayt enfans durant sa uie, aura lesdites terres & boys, comme son propre, ensuyuant la donation a elle faite. Car [Similiter secundæ quæstioni re-

2 spondendo, dico quod sic. † Nam donatio d. Georgetæ facta est, vt in eius commodum & liberorum eiusdem vergat, & quamuis in vita sua liberos non habuerit, nihilominus dictas terras & ligna, tanquam rem propriam, secundum tenorem donationis ei factæ, obtinebit. Nam] ista donatio facta per Ioannem Turpin, non reuocatur per mortem ipsius, nec per mortem mariti d. Georgetæ: quia factum legitime non retractatur licet peruenerit ad casum, à quo non potuit incipere, regul. factum, de regul. iur. in 6.

Item ladite propriete' appartient aux enfans, tant du second mariage que du premier. Et c'est à cause, que Iean Turpin à uoulu que uiennent a Georgete & ses enfans de loyal mariage. Et le second mariage est aussi loyal que le premier, tant de droict diuin, Canon, que Ciuil, [Item d. proprietas spectat ad liberos tam secundi matrimonij, quàm primi: ea nempe de causa, quòd Ioannes Turpin voluerit, d. donationem pertinere ad Georgetam, & eius liberos ex legi-

3 timo matrimonio. † Atque secūdum matrimonium tam est legitimum, quàm primum, non solum de iure diuino & canonico, sed etiam ciuili,] id est ad Corinth. 8. c. & c penul. & fina. de secund. nupt. & C. de secund. nupt. & per totū. *Et aussi que la donation dit, que soit propre aux enfans, se doibt entendre tant du premier lict que du second.* Preterea id quod in donatione cōtinetur, nempe quòd proprium sit liberorum, debet tam de primo, quàm secūdò matrimonio intelligi] indefinita enim æquiualet vniuersali, & iure cautum est.

Et à la quarte question, n'est tenu le mary si bon ne luy semble, durant le mariage, demander saisine. Car [Quantum ad quartam quæstionem attinet, maritus non tenetur durante matrimonio, si ei nō videatur expediens, possessionis apprehensionem petere. Nam] per retentionem vsufructus translata est possessio in eum. l. quisquis. C. de don. *Et aussi la costume article 6. est à cecy conforme. Au boys sera necessaire prendre saisine:* [Huic etiam cōformis est consuetudo articulo 6. Necessaria verò in

4 lignis erit apprehensio:] quia † possessio nisi apprehensa fuerit, non transfertur. l. cùm hæredes. ff de acq. posses. *Et par ainsi est respondu à la derniere question, que n'est besoing pour la coustume payer la censiue des terres, desquelles l'usufruict est retenu:* [Atque ita postremæ quæstioni responsum est, quòd propter consuetudinem censum prædiorum exoluere non sit necesse, quorum usufructus retentus est.

Hic contractus tam de iure, quàm de consuetudine ualet, quia non est quod repugnet. Et si quædam re-

5 pugnarent, tamen † fauore dotis multa specialia sunt introducta, quæ tradit Bald. in tractat. de dote.

Car l'usufruict qu'auoit Iean Turpin est finit par sa mort. & consolide' [Nam usufructus quem Ioannes Turpin habebat, est finitus, & consolidatus] cum proprietate. §. finitur. instit. de vsufruct. *Responce, que tant aux enfans du premier mariage, que du second, la propriete' & l'usufruict appartiendra. Car ledit Turpin à uoulu que les enfans ayent cela propre. Et parainsi n'a pas entendu plus du premier mariage que du second.* [Responsio est, quòd tam ad liberos primi matrimonij, quam secundi, proprietas & vsufructus pertinebit. Nam dictus Turpinus uoluit quòd hoc proprium liberorum esset. Itaque nihil amplius de primo quàm de secundo matrimonio intellexit.]

RESPON. CLX.

De renta constituta, aut potius redito cōstituto.

SVMMARIVM.

1 *Renta constituta, & uendita sub pacto de retro uendendo ad certum tempus.*
Permissum ad tempus, post tempus uidetur prohibitum. ibid.
2 *Læsio ultra medium iusti precij in uenditione renta.*
3 *Renta adiudicata per decretum, non deducitur secundùm constitutiones regias.*
4 *Transportus de cognato, in cognatum studentem, non potest priuilegio scholasticorum gaudere.*
5 *Remissio totius iuris quod quis habere sperat in tali successione, non extenditur nisi ad ius, quod habet in præsenti.*

VEu les questions suyuantes, les soubscript sont de tel aduis. Premierement à ce qu'il demande si le uendeur peust ou ses heritiers recouurer la rente qu'il a uendu, là ou il y a deception: & aussi que la conuention est de recouurer à trois ans: faut entendre que dedans les trois ans ledit uendeur, ou ses heritiers, la pourront recouurer, apres non. [Visis quæstionibus sequentibus, infrà scriptis uidetur. Primò, ad id quod peti-

1 tur, † an uenditor possit uel eius hæredes recuperare rentam quam uendidit, in casu quo deceptio est, adhæc, quia conuentio facta est de recuperando ad tres annos, necessarium est ut intelligatur, quod intra tres annos

annos dictus venditor, vel eius hæredes, illam poterunt recuperare, posteà verò non:] quia permissum ad tempus, post tempus videtur prohibitum. l. statuliberum. §. stichum. ff. de legat. 2. l. qui fundū. de contr. empt. *Et aussi que* [Atque etiam quòd] pars non reemens intra tempus, uidetur renuntiare iuri reemendi. gl. in l. si ego. ff. de neg. gest. & ibi not. Bart. & Angel. sic expressè consuluit consil. 199. Titius, & aliis rationibus, de quibus ibi, & per Decium in l. petens. col. 3. C. de pact.

2 *Et à ce qu'il est deceu* [Et pro eò quod † deceptus est] ultra mediam, *ledict uendeur eusse peu agir* [dictus uenditor potuisset agere] ad supplementum iusti pretii, uel ad rescissionem contractus, *dedans dix ans statuez par l'ordonnance du Roy Louys 12. lesquelz lon peut compter* [intra decem annos per costitutionem Regis Ludouici 12. ordinatos, quos numerare licet] à die finiti triennii, quia sublato uno remedio illud permanet. §. affinitates. institut. de nupt. Bald. in l. 2. q. 9. C. de rescind. vendit. Alex. cōsil. 46. circa in 3. uolum. *Et si lesdits dix ans sont passez* [Et si dicti anni decem fuerint elapsi] subducto tempore minoris ætatis, *il ny pourra plus uenir, obstant l'ordonnance. S'il ueut uenir par donation, il pourra auant la prescription.* [non amplius agere posset, obstante constitutione. Si uero per donationem agere uelit, poterit ante præscriptionem.]

Item à la seconde question, là ou est demandé si la conuention est faicte, que trente liures de rente seront rachetables à cinq cens cinquante liure, sçauoir s'il doibt estre rachepté au pris du Roy, que non, à cause que par decret celle somme à esté adiugee & l'ordonnance parle de rente uendue] Quantum uerò ad secundam quæstionem attinet, in qua petitur, si conuentio facta sit quod triginta libræ annui reditus poterunt redimi quingentis quinquaginta libris, an illud nempe redimi debeat pretio Regio,
3 quod secus est, † propterea quòd per decretum illa summa adiudicata fuerit, sed constitutio refert de renta uendita,] non in adiudicata per decretum. Nam multa propter calorem iudicii tollerantur, quæ alias non tolerarentur. Ias. in l. siue apud acta. per illum text. C. de trans.

Item à l'autre question, si le cousin pourra donner à son cousin ses debtes & cedules. Responce que ouy, s'il n'est prohibe par la coustume. Car le droict ne le desend. Mais si le cousin estudiant ueut conuenir, deuant le conseruateur, les debteurs en vertus de ses cedules, il ne pourra obstant l'ordonnance prohibant transport, si non de pere à filz, de frere à frere & d'oncle à nepueu. Plus une donation: [Item ad aliā quæstionem quod spectat, an uidelicet cognatus poterit suo cognato donare debita sua & cedulas. Responsio est quod possit, modò cōsuetudine non prohibeatur.
4 Ius etenim non prohibet. † Verum si cognatus agens in studiis uelit debitores harum cedularum causa coram Conseruatore conuenire, non poterit obstante Constitutione quæ omnem transportum prohibet præterquam à patre in filium, à fratre in fratrē, & ab auunculo in nepotem. Ampliùs, donatio.] inter viuos non potest reuocari ex beneplacito, nisi ex causa ingratitudinis, uel alia scripta in l. fin. C. de reuocand. donat. & in c. fin. de donation.

Ainsi pour respondre à l'autre question, dont est demandé quand vn vendeur d'vn heritage vent toute cause & droict qu'il pourroit auoir, ou pretendre en telle sucession: Cela s'entend dudroict qu'il a le temps de la vente, ou qu'il auoit parauant. Et n'y faict rien, si on uouloit dire, que ces mots, qu'il pretend auoir, se doiuent entendre à la succession, ou part, que luy pourra puis apres venir. Car cela ne se peut soustenir. [Itaque ut alii quæstioni respondeatur, qua petitum est; quando venditor hæreditatis omnem causam & ius uendit, quod posset habere, uel sibi prætendere in tali successione, hoc intelligi debet de iure quod tempore venditionis habet, vel prius habebat. Neque obstat, si dicatur, quòd hæc uerba, quam prætendit habere, debeant intelligi de successione, uel parte, quæ ei postea esset aduentura. Nam hoc defendi non
5 potest,] nam hęc uerba, † remitto omne ius quod habeo, uel habere spero, intelliguntur ex causa de presenti Bart. in l. qui cum tutoribus, per illum tex. ff. de trans. & in l. qui Romę. §. duo fratres. de uerbor. oblig. Et ideo secundum eum nō uidetur remissum ius succedendi ab intestato, quia id quod uenit ex legis dispositione, uel consuetudinis, non potest tolli, nisi nominatim exprimatur. l. fi. C. de indict. uiduit. tollen. Boer. in §. 6. de testament. in consuetud. Biturig. Barbat. consil. 48. illud. in 1. uolum.

RESPON. CLXI.

De douerio.

SVMMARIVM.

1 *Maritus douerij nomine omnia fere bona sua donat retento sibi vsufructu, & vxor eadem bona promittit restituere post mortem suam hæredibus mariti.*
2 *Vsusfructus nomine venit aliquando proprietas.*
3 *Donatio inter viuos dicitur etiamsi in ea fuerit facta mentio mortis.*
4 *Donans vxori suæ retento vsufructu possesionem, & dominium videtur transtulisse.*
5 *Contractus semel perfectus per alteram partem reuocari non potest.*
6 *Donatio facta pro se, & suis, an posit donatarius pro se duntaxat acceptare, & renuntiare suis hæredibus.*
7 *Donatio mariti facta vxori an posit reuocari.*
8 *Consanguineus pro consanguineo stipulari potest.*

1 NOBILIS † Iacobus de Cros, uxoris amore inescatus douerium, donatione inter uiuos eidē suæ vxori Charlotæ de Rochebarom, & suis ob bene merita, omnia fermè bona sua, retento sibi usufructu, ad vitam dicti mariti, donauit: quam donationem acceptauit uxor, cum his clausulis, uidelicet, *Et a uoulu & ueut ladite Damoyselle, que incontinent apres le trespas d'elle lesdits usufruicts & biens à elle donnes par ledit de Cros escuyer son mary retournent en plain droict, & uiennent e's droicts heritiers dudit escuyer, & que luy deuront succeder, sans que les heritiers qui succederont à ladite damoyselle eyent aucun droict esdicts biens à elle par ledit de Cros escuyer donnez apres le trespas d'icelle dite damoyselle, present à ce recepuant & acceptant ledit de Cros escu yer. Et pour luy & les siens.* Et uoluit atq; uult d. domina, quod statim post mortem suam usufructus prædictus & bona per dominum de Cros scutiferum, maritum suum, donata, pleno iure reuertantur, & ueniant ad legitimos hæredes d. scutiferi, eosque qui eidem successuri essent, non uerò ad hæredes, qui d. dominę succedent in eius bonis per d. de Cros, scutiferum, ei donatus, post mortem d. dominę. Ad hoc presente, idipsum acceptante & admittente d. du Cros, scutifero, & pro se atque suis.] Ex his sequentes oriuntur quæstiones. Primò, an ualeat donatio. Et quam-

uis de iure possit dici non valere. l. 1. & per totum. ff. & C. de donat. inter vir. & vxor. tamen ex consuetudine Aruerniæ valet. ut in consuet. patet. & etiam confirmata est iuramento. Bar. in l. Seius & Augerius. ff. ad leg. Falcid. & in l. si quis pro eo. in fi. de fideiuss. Panor. in cap. fina. de donat.

Secundò, dubitatur an censeatur donata proprietas vel vsusfructus. Respondeo quod proprietas & vsusfructus videntur donati per hæc verba, *lesdictes seigneuries, droicts, deuoirs, &c.* [dicta dominia, iura & obsequia, &c.] hoc probatur per retentionem vsusfructus. Nam si tantum donasset vsumfructum, non sibi illum retinuisset, nam esset dare, & retinere quod non valeret. l. si quis argentum. §. sed si quidem. C. de donat. & ibi Bart. & alij. Imò si donator permaneret in possessione rei donatæ, siue traditione vera uel ficta, nō valeret donatio. l. sicut. §. superuacuū. ff. quib. mod. pig. vel Hypp. soluit. & ibi Bart. & Bald. in l. & qui sub imagine. C. de distrac. pignor. Nec refragatur qđ sit habita mētio vsusfructus, quia ēt est facta mentio bonorum quorum appellatione venit dominiū quod quis in bonis. l. bonorū. & ibi habet not. ff. de ver. signific.

2 † Item usufructus appellatione etiā venit proprietas, quādo subiecta materia patitur. l. 1. ibi ius fructusque transfertur. ff. ad Trebell. & ibi gl. & Doct. c. vno. in fin. quibus caus. feud. amittat. nam cum duplex sit vsusfructus causalis videlicet & formalis. gl. in §. 1. inst. de vsufruct. & l. rectè. ff. de verb. signific. Videtur intelligendum de vsufructu causali, qui est proprietati iunctus. facit quod not. Ancha. consil. 128. sic huic.

Tertiò quæritur quænam donatio sit ista? uidetur quod donatio causa mortis, quia in ea habetur mentio mortis. Et quando fit mentio mortis, dicitur donatio causa mortis. Nam maritus post suum decessum tantum vult peruenire ad vxorem & non ante.

Contrarium concludo, tum quia hoc dicitur *donation pure, simple, parfaicte, vraye & irreuocable faicte entre uifs* [donationem puram, simplicem, perfectam, veram & irreuocabilem factam inter viuos.] Ecce ergo quod in certis non est locus coniecturis. l. conti-

3 nuus. §. cum ita. ff. de verbor. obli. † Et quādo est facta donatio inter uiuos non curatur an sit facta mentio mortis, vel non, vt in nostro casu. l. vbi. & l. senatus. ff. de donat. caus. mort. Cyn. in l. 2. C. de iure doti. Bart. in l. quæ dotis. col. j. ff. solut. matrim. allegat text. in l. cum maritus. §. fina. & ibi glos. ff. de pact. dotal. & l. fina. C. de pact. collat. penul.

Item, quando fit mentio mortis occasione temporis, ut donans designet tēpus in quo vult donatorem incipere habere bona cum effectu, tunc non obstante mentione mortis cēsetur donatio inter uiuos. Bal. & alii in d. l. quæ dotis. sic plenè consuluit Ias. consil. 5. circa primum. in 2. quæst. uol. 3. vbi dicit, quod quādo est facta mentio mortis, causa dilationis, tunc non intelligitur donatum causa mortis. Bald. in l. 2. C. de iure dotium.

Quartò dubitatur, an maritus donans possit illam donationem reuocare, videtur quod sic: nam donatio inter virū & vxorem potest liberè reuocari, expresse uel tacitè. c. vlt. de donat. inter uir. & vxor. l. à marito. C. illo titul. Imo potest maritus nō obstante donatione rem donatam uxori obligare, uendere, & alias alienare. l. si maritus. 2. C. de donat. inter vir. & uxor. l. cum hic status. §. si maritus. ff. illo titul.

4 Contrarium est uerū, † quia dominium fuit translatum ac possessio in vxorem per retentionem usufructus. l. quisquis. C. de donat. Ergo non potuit perfecta donatio reuocari.

Item hoc probatur per uerbum reuertatur in donatione positum quod significat dominiū trāslatum ipso iure ad uxorem. Ita dicit Bart. de hoc uerbo. in l. quisquis. C. de omni agro deserto. lib. 9. per illum tex. Socy. & Dec. in l. j. C. de pact. ponderatur text. in l. si unquam. in uerb. reuertatur. C. de reuocand. donat.

Preterea hoc importat per uerbū pleno iure ibi, dū dicitur, *retournent en plain droict* [reuertens pleno iure] id est quoad proprietatem & usumfructum exponit Ias. in l. si ita stipulatus fuero. col. 2. ff. de uerbor. oblig. Et sic proprietas & usufructus erat penes uxorem, quare fuit donatio perfecta, quæ reuocari nō potuit.

Adhæc ista cōuentio fuit facta inter uirum & uxorem, uidelicet quoad bona reuerterentur ad hæredes mariti. Et sic fuit illis ius acquisitum stipulante & acceptante marito, pro suis, ut patet in instrumento donationis. Ergo iuri illorum nō potuit postea maritus

5 præiudicare donando, uel alienādo illa bona, † quia contractus semel perfectus, per alterā partem reuocari nō potest. l. 1. & seq. C. quādo liceat ab empt. disced. Et quod ius quæsitum ex contractu donationis tolli non possit. est text. in l. quodcunque. §. si quis ita. ff. de uerb. oblig. ubi hoc tenet Bar. & in l. quod dicitur ibid. & Bald. in l. si constante. in ult. not. C. de donat. ante nupt. Vbi dicit ius quæsitum tertio, etiam in spe tolli non posse. facit l. fi. ff. de pact. & in l. id quod nostrū. & l. non potest alteri. de regu. iur. hoc tenuit Alex. & Ias. in l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de uerbo. oblig. reprehendentes ibi, Bart. contrarium tenentem. uel opinio Bart. potest intelligi quando nullus acceptauerat pro ecclesia. ut concludit Dec. cōsi. 58. & pro tenui. & 239. primo non uidetur. col. 3. uel quando erat pactum nudum, seu contractus innominatus. Bald. in l. si à socero. C. de iure dotium.

6 Nec refragatur quod etiam † donatio erat facta uxori & suis, ergo uenit ad hæredes uxoris. Respōdeo uerū est quod maritus uolebat donare uxori & suis; sed uxor noluit pro suis acceptare, sed tantum pro ipsa, uidens non esse rationi consonum priuare hæredes mariti, illa spe succedendi & bonis. Et ideo nil fuit acquisitum ratione ipsius donationis hæredibus uxoris, & hoc patet in instrumento donationis. ibi. *sans que les heritiers qui succederont à ladite damoyselle ayent aucum droict esdicts biens à elle par ledict du Cros escuyer donnez, apres le trespas d'icelle damoyselle.* [Sic ut hæredes qui d. dominæ succedent, nullum ius habeant in dictis bonis, ipsi per d. dominum de Cros scutiferum donatis post mortem d. dominæ.] Et item repetit. in uersic. *& a uoulu.* [Et uoluit, &c.]

Nec obest si diceretur donationē esse factam uxori & hæredibus, cui non poterat renuntiare uxor, quia respondeo uerum esse quando ius fuisset acquisitum semel illis hæredibus, sed hic nullum fuit acquisitum, eo quod uxor non acceptauit pro ipsis. Imo expresse uoluit ut nullum ius haberēt, ut patet, & longè aliud non est quærere, aut aliud quæsitum tollere. l. qui autem. ff. quæ in fraud. credit. l. seruus. C. de pact. Nam uxor potuit non quærere, licet non potuisset iuri quæsito hæredibus renuntiare, per supradicta.

Nec obstat, quod in principio donationis uxor acceptauerat, ergo iam erat quæsitum suis: quia respondeo quod acceptauerat pro se, non suis, & quamuis acceptasset pro suis, tamen cum conditionibus sequētibus, uidelicet ut non quæreretur eis post mortem uxoris proprietas bonorum mariti: sed si quædam bona ex usufructu bonorum acquisiuisset uxor, illa uolebat peruenire ad suos hæredes, reliqua uerò ad mariti hæredes, quæ fuerunt sua, ut patet in instrumento do-

to donationis. Et sic licuit contrahentibus in donatione apponere legem & pactum quod uoluerint. l. in traditionibus. ff. de pact. maritus, & uxor apposuerunt hanc conuentionem, ut bona post mortem vxoris peruenerint ad hæredes mariti, ergo peruenire debent iuxta conuentionem.

7 Nec me mouent supradicta, quod † maritus potest reuocare donationem vxori factam. Nam hoc intelligitur in donatione quæ non valuit vt concludit Soc. consil. 115. uidebatur. col. 3. vol. 4. secus in ista quę valuit tam ratione iuramenti, quod facit actus sua natura reuocabiles, irreuocabiles. glo. in l. si pecuniam. in uerb. necesse. ff. de condict. caus. dat. Quam etiam ratione consuetudinis quæ prætenditur, & etiam quia conuentum erat in instrumento donationis, quod maritus non ueniret contra. ibi, *& qu'il n'a faict ne dit le temps passé fera ne dira le tẽps aduenir, aucune chose par laquelle le contenu en ces presentes n'ayent, & tiennent bonne ualable & perpetuelle fermeté. &c.* [& quod nihil fecerit, nec dixerit tempore præterito, nihil faciet nec dicet aliqd tempore futuro, quo in his litteris comprehensum non sortiatur plenum effectum. &c.

Nec me conturbat quod alteri stipulari nemo potest. l. 1. C. per quas person. nobis acquiritur. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de uerbor. obligat. Respondeo uerũ esse, nos non posse stipulari alii, quando nil interest nostra, ut habeat quæ stipulationes inuentæ sunt ut unusquisque stipuletur quod sua interest. §. alteri. instit. de inutili. stipu. Et ideo † pater uel alius consanguineus poterit stipulari filio uel alii posito sub sua potestate, post mortem suam. Et quæretur filio uel alteri, etiam si non sit hæres. l. quodcunque. §. si quis ita. ff. de uer. oblig. glo. & doct. in §. si quis alii. insti. de inutilib. stipul.

8 Item ex pacto facto cum donatario quæritur tertio actio. tex. singul. in l. quoties. C. de donat. quæ sub mod. contra regul. d. §. alteri, ut ibidem not. Bald. & in d. l. cum à socero. C. de iure dot. Et hodie si de donatione fiat publicum instrumentum, nunquam pactũ appositum ut bona perueniant ad aliquos, reuocari poterit propter notarii stipulationem. Bar. in l. 2. C. de condict. caus. dat. Et pro hac parte alias interuenit arestum, ut refert Benedict. in repet. c. Raynutius. in uerb. si absque. in 2. de substit. fideicommiss. nu. 24. de testa.

RESPON. CLXII.

Donatio à matre facta filijs absentibus.

SVMMARIVM.

1 *Notarij in iure uaria acceptio.*

2 *Notarius alteri stipulari potest*

3 *Donatio facta absenti an ualeat per fideicommissum.*

DVBITATIO est. Mater donauit quædam bona sua donatario inter uiuos, filiis suis & hæredibus absentibus, & notario pro his stipulante, retento sibi usufructu, quæ bona postea durante secundo matrimonio uendidit & tradidit. Quæsitum fuit de duobus. Primò, an valeat illa donatio. Secundò, an uenditio postea facta & traditio ualere possit.

1 Inuocato Dei optimi maximi præsidio, † quia in iure inuenio notarium à Iureconsult. uariis notatum nominibus de his dicemus. Primò, Iurecõsultus Paulus vocat notariũ in l. Lutius. ff. de milit. testam. & illũ tex. allegat Nebricen. in lexico. ad leges. Et sanctus Pilius in dictionario suo illũ refert, sed est alius text. in l. 1. §. ludi quoque. ff. de var. & extraord. cogni. sic dicẽs, ludi quoque magistri literarij licet non sint professores, tamen usurpatũ est vt his quoque ius dicatur, tametsi librariis & notariis & calculatoribus suis siue tabulariis. &c. Interdum vocatur tabularius ab Imperatore in rubr. C. de tabul. is à Iureconsul. uocatur supputator in l. fi. ff. si mensor fals. mod. dixer. & tabellio vocatur à Iureconsul. in l. moris. §. solet. ff. de pœnis. & seruus publicus in l. non enim. ibi si cauerit seruo publico se restituturum. ff. de adoptio. l. 2. rem pupilli saluã fore. sic declarat Papa in c. quamquã de vsur. non quod seruus notarius esse possit. l. penul. C. cõmu. de leg. Sed eo dicitur seruus publicus quia publicè omnibus seruit, & passim adeò vt possit compelli conficere instrumentũ per l. placuit. C. de coll. fun. patrim. lib xj. nisi per multitudinẽ contractuũ excusaretur. p tex. in auth. de tabel. colla. 4. & hoc nominatim docet Bar. in l. 1. §. fin. ff. furti aduers. naut. Et qua actione possit cogi scribit Federic. consi. 113. Ita exponit Imperator in §. cum autem. de adoptio. in instit. ibi: & caueat arrogator psonæ publicæ, hoc est tabellioni & Theophil. ibi Græcè dicit τοῦτ' ἐστι ταβελαρίῳ δημοσίῳ προσώπῳ.

Alii erant serui publici, id est vniuersitatis. Et de his nil ad propositum, sed de his loquitur Imperator in l. 1. C. de seru. reipub. in manumittend. vbi uocat seruũ publicũ, sed Iurisconsul. uocant illos, seruos non publicos, sed reipublicæ seruos. l. sed si hac. §. qui manumititur. ff. de in ius vocãd. uel seruus ciuitatis. l. fi. quod cuiusque vniuersi. nomi. Et sic à iure hoc est tritum, &

2 approbatum, quod seruus publicus, id est † notarius potest alteri stipulari per d. l. non enim. & l. 2. rem pupilli saluam fore. glos. & doct. in l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de uerbor. oblig. & §. alteri. insti. de inutilib. stipul.

Vnde hæc donatio à matre facta filiis absentibus valuit, & valet. Nam ex dispositione iuris donatio facta absenti valet etiam nemine pro eo stipulante. l. absenti. ff. de donat. & ibi hoc firmat Bar. & sufficit quod postea consentiant donatarius. l. si ego. vbi gloss. & doct. ff. de neg. gest.

Sed in donatione filiis facta notarius stipulatus est pro filiis, & eam donationem acceptauit nomine filiorum, ergo dicta donatio ualet. Et sic cõcludit Gui. Pap. in decis. Delphi. q. 49. in processu. dicens hoc etiã approbatum ex consuetudine. ideo minime mutanda quæ semper certam habuerunt interpretationem. l. minime. ff. de legibus. & idem tenet. q. 222. in donatione. & q. 317. utrum.

3 Non refragatur quando donatio fit absenti. quod illa donatio valeat ut fideicommissum. per l. cum pater. §. donationis. ff. de leg. 2. l. miles. ibi. & l. si donatio. C. de donat. & Rom. consil. 171. pro decisione. colu. 2. & Corn. consil. 254. lib. 3. quia illud est verum quãdo fit in testamento. Et tunc potest vt fideicommissum reuocari, quando nemo stipulatus fuit pro absente. Et ita dicit Boe. in 353. mulier contraxit quod secus est, quando fit inter viuos, & quando notarius stipulatus est, ut in ista q. vbi mater donauit inter uiuos. Ideo irreuocabilis est donatio. Bart. in l. tam his. ff. de donat. caus. mor. Item notarius stipulatus est pro absentibus, ob id quæsitum est ius ipsis absentibus, quod non potuit ab ipsis filiis tolli.

Item, non me mouet quod per stipulationem alteri factam non acquiritur alteri. l. stipulatio ista. §. alteri ff. de uerb. oblig. quia ibi limitant. glo. & doct. in notario. qui dicitur persona publica ideò alteri stipulari potest, & ista est communis.

Nec obest si dicatur quod quando quæritur absenti requiritur ratificatio alterius, & cessio. l. possessio

quæque.§.1.ff.de acquir.possess. Sed ista ratificatio nõ potest fieri post venditionem, & traditionem.l.bono rum. ff. rem ratam hab. Respondeo in notario non requiritur aliqua cessio, ut ibi Alex. & alii dicunt. Et tacitè censentur filii ratificasse, cum non contradixerint.l.2.in fin.ff.solut.matr. Et cum de commodo illo rum agatur censentur ratificasse.per regul.iuris,qui ta cet consentire videtur. Ideo dominium illis uidetur acquisitum.

Et sic respondetur ad l.vtilem.ff.ex quib. caus. maior. vbi non quæritur dominium nisi abdicatum fuerit ab alio, quia iam per stipulationem & acceptionẽ notarii abdicatum fuerat dominium à matre donante, & filiis ministerio notarij acquisitum. Et sic non potuit transferri in emptores: nam quod nostrum est sine facto nostro ad aliũ transferri non potest.l. quod nostrum. ff. de regul.iur.

RESPON. CLXIII.

De iure Regis circa exteros.

SVMMARIVM.

1 *Exteris in hoc regno decedentibus, Rex succedit.*
2 *Exterus non dicitur, qui in aliquo regni loco natus est.*
3 *Ducatus, uel comitatus Regno additus, Regi debet secundum leges regni.*
4 *Commoda cum sequi debent quem sequuntur incommoda.*
5 *Fictio non debet plus operari quam veritas.*
6 *Causa liberorum fauorabilis est, & subditur ratio.*
7 *Bona mortuorum uacantia quando ad fiscum transferantur.*

DOMINICVS de la Porte obiit in loco de Poysiaco, in regno Franciæ, qui ortus in Pago de la Roche, ex Comitatu Gebenẽsi. Quæritur, an dicatur exterus ex regno, adeo quod Rex illi succedere debeat, & videtur quod sic. per id quod habetur. 1.Reg.cap. 8. ubi iura regum traduntur. Maximè agros uestros & uineas & oliueta optima tollet.

Secundò, probatur in l.2.C.de bon.vacant.lib. 10. vbi res & bona intestatorum qui sine legitimo hærede decesserint, ad fiscum pertinent.

1 Tertiò, † ista est cõsuetudo incõcusse apud Gallos seruata, vt Rex succedat Forensi, etiam si habeat hæredes postquam ex bonis Regni acquisiuit, necesse est vt ad Regem reuertantur. Et huius consuetudinis meminit Boer.in §.fi.de testamen.& Benedict.in repet.c. Raynutius.in ver.& vxor.num.1042.de testam.Chass. in consuetudine Bur.in rub.*des confiscations.* artic.1.numer.37.& alii ferè omnes nostri doct.

In contrarium me trahunt subsequentia: nam vbicunque alicui priuilegia dantur, ut potè militi ad testandum inquirere, prius oportet an ille qui testatus fuit esset miles.l.diuus.ff.de testam.milit.§. planè.ideo titul.in inst. vbi Aretin. dicit quod si statuto caueatur quod contra instrumentum Garentigiatum, non possit aliqua opponi exceptio, oportet tamen prius constare quod sit Garẽtigiatum, & sic ista exceptio, quod non est Garẽtigiatum opponi potest. Et si causa mercatorum sit priuilegiata debet constare, quod sit mercatorum. sic & hic prius constare debet, quod sit Forensis. Et qui vult admitti vt talis, oportet quod probet se talem.l.non ignorat.C. qui accus. non poss. Et ideò quia procurator Regius vult admitti contra Forensem: ergo debet illum probare Forensem: uideamus nunc an sit probatus Forensis. Primò, probatur quod est natus in comitatu Gebenensi, qui comitatus est Regis,& sic natus in illo Forẽsis dici nõ potest.

2 Item testes actoris dicunt nõ esse natum in regno, tamen non ob id concluditur Regem succedere debere, quia nati in Delphinatu, uel Britannia non sunt nati in hoc Regno, quia semper dicitur in Regno, & Delphinatu. Et tamen rex illis non succedit ut est notorium,& probatio debet necessario concludere.l.ad probationem,C.de probat.cap.in præsentia illo titul. in decretal.

Prætereà testes defensoris probant, & in hoc cõueniunt omnes d. Dominicum natum fuisse in Burgo de la Roche siue des Corniues distante à Gebẽna per sex leucas seu circa, sed ille Burgus à Rege tenetur, ergo in eo nati non sunt Forenses, & exteri, in hoc ut Rex in eo succedere debeat. Imo dicunt d. de Nemours esse dominum illius loci qui ex hoc recognoscit Regem, & est illius uassallus. Et dicunt etiam armigeros in obsidione illic fuisse. Ergo præsupponitur Regis fuisse & esse, & ita dicunt testes, *la uille de la Roche estre en l'obeissance du Roy*, Et ibi indiuisè publicari Regis Ordinationes, ut deinceps Gallico sermone fiant processus.

3 † Adhæc prouincia vel Ducatus additur Regno vel Comitatus, tunc Regi debent regulis Regni, & eisdẽ priuilegiis gubernari. Bart.& alii in l.si conuenerit. 2. §.si nuda.ff.de pignor.actio.facit cap.quia circa.de priuileg.vbi priuilegium super decimis extenditur ad postea quæsita, quia non debet una res diuerso iure censeri.l. eum qui. ff.de usucap. Et si Rex concedat mihi vnum castrum & eius territorium cum mero imperio & iurisdictione, si postea augeat illis territorium licet non addat cum mero imperio, tamen is qui in castro habet merum imperium, etiam habebit illud in territorio aucto. ut docet Angel. in authent. de æqualit. dot. §. aliud colla. 8, Et refert Albert. Brunus. in tract.de augmento.in conclus.9.

4 † Nempè, secundum naturam cuiusque rei est eũ sequi commoda quem sequuntur incommoda.l. secundum naturam.ff.de regul.iur. Sed isti de la Roche habent incommoda Regni, vt inquisitionibus patet, ergo ad regni commoda admitti debent.

Insuper si Rex concessisset literas isti Dominico naturalitatis actor ab eo nihil plus petiisset, quia fictè Regni filius esset, & ius togæ accepisset, ut Iurisconsult. loquitur,in l.sed si accepto vsu togæ ff.de iure fisci.Itaque

5 † fictio non debet plus operari veritate, sed tantũ quantum veritas.l.filio.ff.de lib.& posth. Nunc quando Rex eum suum subditum fecit, & recepit, verè facit eum naturalem. Ergo non requiritur alia fictio, nã frustra requirerentur subditi, si eisdem priuilegiis nõ vterentur. Et quod sit subditus patet tam per inquisitiones, quam etiam per certificationem factam in senatu Camberiacen, vbi asseritur villam de la Roche esse de iurisdictione illius curiæ, ergo &c.

6 Accedit quod diuus Adrian. scripsit. † Causam liberorum Albinis fauorabilem esse.l.fi.§. sed & diuus Adria. ff.de bon. damnat. vbi assignant rationem quia ampliari imperium debet hominum adiectione potiusquam pecuniarum copia. & ibi est text. loquens de Albino.sed potest ibi esse nomen proprium.

7 † Etiam vacantia mortuorum bona tunc ad fiscũ transferri iubemus, si nullum ex qualibet sanguinis linea, uel iuris titulo legitimum testatus reliquerit hæredem.l.vacantia.C.de bon.uacan.lib. 10 quia nostra interest habere hæredem, & rubor est decedere

sine

sine hærede.§.1.quib. ex caus.maior. Licet ideo fiscus succedit in subsidium, sed hic sunt fratres, ergo fiscus est exclusus.

Et sic in summa uidetur fiscum exclusum esse, & non posse petere bona istius Dominici sibi competere iure Albinagij, cum Albinus non sit per prædicta. Alioqui sequeretur quod prouincia quæ fuit per testamentum Regis Siciliæ Regno adiuncta non esset de Regno: Et nati in ea essent Albini, nec iure regni uterentur, cuius tamen contrarium uidemus seruari. sicut doct.de Comit.Tholos.in l.1.ff.de leg.1.

Nec refragantur in contrarium adducta, nempè iura Regis, ibi numerantur quæ de facto accipit, non de iure.

Et bona intestatorum sine legitimo hærede ad fiscum pertinent, sed hic Dominicus habet fratrem, ergo ligitimum hæredem.

Item consuetudini non derogatur, quia consuetudo habet locum in extraneo, non uerò in nato, in terra addita Regno. Imo cum hoc priuilegium seu consuetudo seu vsurpatio sit contra ius. Auth. omnes peregrini. C. communia. de success.vbi peregrinus liberè testari potest, nō obstante aliqua consuetudine statuto uel priuilegio. Ergo istud debet restringi cum sit odiosum. Et ideo non puto delinquere eum qui in dubiis quæstionibus, contra fiscum facilè responderit. l. non puto.ff.de iure fisci.

RESPON. CLXIIII.

De donatione.

SVMMARIVM.

1 *Donatio mutua inter matrem, & filium an ualeat.*
Bona ecclesiæ prohibta alienari, ex causa remunerationis possunt. ibidem.
2 *Venditio potius, quam donatio uidetur, quando duo sibi inuicem donant.*
3 *Donatio, quæ inter matrem, & filium non ualet, iuramento confirmatur.*
4 *Donatio conditionalis inter patrem, & filium, uel matrem est ualida.*
5 *Donatio quando in fraudem fisci facta præsumatur.*
6 *Donatio facta matri an inducat frandis præsumptionē.*
7 *Instrumento in dubio standum est.*
Probatio dubia contra instrumentum nihil facit, ibidem.
8 *Insinuatio donationis omnes fraudem excludit.*
9 *Insinuatio in mutua donatione non requiritur.*
10 *Mulier quidquid quærit quando ex bonis uiri quæsiuisse præsumatur.*

EX facto proposito dubia tolluntur per partem allegata. Primò, † an valeat donatio 1
mutua facta inter matrem & filium de la Val. Arelatens.breui respondeo valere per text. in l.quid autem. §.si uir, & uxor.ff.de donat.inter uir.& vxorem. vbi licet vir non possit donare uxori, tamen ipsi mutuo donare poterunt, ut ibi. Imo etiam si consuetudo prohibeat donationem fieri, inter uirum & uxorem vt consuetudo Pictauiens. tamen donatio mutua ualebit, ut fuit in hoc senatu pronuntiatum, Anno 1537. in vigilia nostræ dominæ Augu.facit l si pater.ubi doct.C.de inoffi. tastamen. Igitur cū hæc donatio sit mutua & remuneratoria ualet: nam bona ecclesiæ prohibita alienari, ex causa remunerationis alienari possunt.c.cum in officiis. & c.relatū.2. de testamen. Imò dānatus ad mortē, ob remuneratione donati.l. Diuus.§. penult. ff.de bon. damnat. Et sic hæc donatio mutua ualebit inter matrem & filium.

2 † Quia quando duo donant sibi inuicem, potius videtur venditio quàm donatio. Dicit Ioannes Fab. in l.1.col.3.C.de inofficios.donat. Et ideo ex illa donatione debetur laudimium, vt docet Guid.Pap. in singul. 878.si duo donent.&c.quia dicitur quasi permutatio. glo.in d.§.si uir.per l.sed si lege.§ consuluit.ff. de petitio. hæred. Ergo non dicitur simplex donatio, igitur valebit tanquam permutatio, quæ non est prohibita inter matrem & filium.

3 † Non refragatur quod non ualeat donatio, quia inter matrem & filium. l. donationes quas parentes. C.de donat.inter vir.& vxor.quia respon.licet de iure non valeat, iuramento tamen confirmatur.ista est sententia Bart.in l. si quis pro eo.in fi.ff.de fideiuss. Bal.in l.fi.C.de vsuc. pro donato. Panorm. in c.cum contingat.de iureiur.abundè Antonius de Petrucio in tract. de effectib.iuram.in 1.effectu:quia in spiritualibus nō attenditur patria potestas.c.fi. de iudic.lib. 6. Guid.Papa in decis. 146. imò & si dicta donatio.

4 † Item donatio conditionalis, vt est illa, valet inter patrem & filium, vel matrem, prout asserit Guid. Papa in decis.Delph.q.145. fuit etiam.

5 † Nec obest, quòd ista donatio in fraudem fisci facta præsumatur. per not.in l.post contractū.ff. de donat. Respon.id verū esse quando contineret alienatione oīum bonorū.l.omnes.§.1.ff.quę in fraud. credit. vel si exhauriret maiorē partē.l. nomen.§. 1. de leg.3. Et si incontinenti post donationē delictū cōmisisset. l.si ventri.de priuil.cred.vbi Bar.& his concurrentibus fraus pręsumeretur.Bal.in auth.sed iā necesse.C.de donat.ante nupt. quæ in hoc casu nullo modo interueniunt.imo dicit tex.in l.si quis posthac.C.de bon.damnat. ibi, si quid etiam in emancipatos liberos ante tēpus criminis ac reatus patrē contulisse claruerit, integrū iisdem citra inquietudinē reseruetur. Et in §.fi.dicitur.antequā crimen oriatur, intemeratū apud accipientiū iura consistere. ne quidquā festo in qualibet causa teneatur obnoxiū.facit.l.accusationis. C. quod met.caus. Alias post contractum capitale crimen donationes factæ valent, nisi condemnatio sequuta sit. d.l.post contractum.in facto præsupposito fuit donatio facta antequam committeretur crimen per annū, ergo fraudulenta non præsumitur, nec uitiari debet, licet peruenerit nunc ad casum, à quo non potuit incipere. per regul.iuris satis vulgatam.

Nec me mouet id quod dicitur esse donationē omnium bonorum.& sic in fraudem factā, per l. omnes. §.Lucius.ff.quæ in fraud.credit. Respō. tribus modis. Primò, ꝙ hic non est decima bonorū pars donata. Secūdò, non est donatio ꝓprietatis, sed ususfructus, & quādo ptobibetur proprietatis alienatio.auth.ex testamēto.C.de secūd.nup. qđ fit quoties mater ad secūda conuolauit vota. Tertiò, in d. §. Lucius præsumitur fraus, eo quod donans habebat creditores. hic verò nō habebat creditores, nec cōmiserat crimen, imò non commisit intra annum. ideo nulla potest præsumi fraus.vt glo.& doct.dicunt, in l.1.C.de iur.fisci.lib.10.

6 † Item, aliud allegatum non facit quod donatum sit matri, ideo facit fraudem præsumere. Bart.in d. l. post contractum. Rom. consil. 24. dico hoc non posse cōiectari hic, sed contrarium: quia non est pura donatio & simplex. Et etiam quia mater donat filio proprietatē, filius autem matri usumfructum tantū.

Ideò meliorem conditionẽ facit filio mater. Inquantum plus æstimatur proprietas, quàm ususfructus immo ex charitate magis præsumitur facta donatio, quam fraudis causa.

Insuper non obstat illud quod dicitur, quod hæc
7 donatio erat ficta, certè contrarium † apparet ex instrumento donationis, cui in dubio stari debet. l. cum precibus. C. de probation. & dubia probatio cõtra instrumentum nil facit. Sed debet fieri interpretatio fauore instrumenti. c. in præsentia. de probat. Et ex quo hic. d. de Castellane nondum deliquerat, fraus allegari non potest. argu. l. de rebus. C. de donat. ante nupt. & d. l. post contractum. Nam si fraus interuenisset, iudex non interposuisset decretum. l. transactionem. C. de transact. Nec obest si dicatur quod donans postea locauit, sicut ante donationem, quia hoc non est uerum, & posito & non concesso, tamen hoc nil faceret: quia tanta est coniunctio inter matrem & filium, vt quodammodo una persona uideantur. l. fi. C. de im pub. ideò potuit hoc permittere mater. Vnde illa permissio non infringit donationem, maximè mutuam.
8 † Et donationis insinuatio excludit omnem fraudẽ; & omnia solenniter acta præsumuntur glos. singul. l. 1. C. de fid. instrum. lib. 10. Iaso. per illum text. in l. pacta nouissima. col. 2. C. de pact. Ideò ista fraus allegata, quę nulla est, dilucidis probationibus, & non præsumptionibus probari debet. l. sed si maritus in fi. ff. qui à quib.
9 † Adhæc in ista donatione mutua non requiritur insinuatio, etiam si esset immensa. l. à quibus. ff. de donatio. vbi doct. Alex. in l. licet. in fin. C. de pact. Alber. & Salic. in l. fi. ibid. Ioan. Pirrus in suo tract. de dona mutua post cons. Aurel. in fi. Oldr. cõsi. 139. ad habendam.

Cum non dicatur propriè donatio, nec simpliciter sed donatio mutua. Et potius debeat uel permutatio uel uẽditio uocari, vt superius conclusũ extitit. & hoc expresè firmat Ias. in l. si pater. col. 1. C. de inoffi. test.

Item, ista donatio fuit insinuata iudici ordinario loci, vt patet in fine donationis. Dum dicitur *pardeuant maistre Alexis Fabri, licentie's loix, Iuge royal de la ville d'Augs, & pareillement Iuge dudict lieu de Fois, lequel a authorisé & insinué lesd. tes donations &c.* Ecce quomodo iudici Regio, & iudici Regio, & iudici partium & rerum, (vt requirit dicta Ordinatio) insinuatæ fuerunt illæ donationes. Præterea quando reperiretur aliquis defectus in insinuatione, qui non reperitur, tamen succederet illa iuris regula, quod quando aliquid non requiritur si tamẽ interueniat, & inutile sit, sufficit hoc, vt probat glo. singul. in l. vinum in fi. ff. si cert. pet. vbi plenè doct. & Ias. in §. omnium, nu. 166 de actio. in instit. cum multis aliis quæ adduci possent.

Non obest, id quod dicitur d. Ludouicam de Conde emisse illas possessiones ex denariis sui filii, Ludouici de Castellane: quia (salua pace) hoc est falsum. & præsumptio est quod quilibet ex suis propriis nummis emat, ideò is qui allegat probare hoc tenetur. l. si ex ea pecunia. C. de rei vendic. vbi etiam emptum ex mea pecunia non est meum. Et sic nõ fuisset res empta Ludouici Castellane.

Nec facit l. Quintus. ff. de donat. inter uir. & uxor.
10 † ubi quicquid quærit mulier præsumitur quæsiuisse ex bonis viri, ratione turpis quæstus. sed non sumus in eisdem terminis: quia hic non agitur de muliere nupta: sed de d. Ludouica uidua habente multa bona: Ideo si mulier etiam nupta dicat se habuisse illa bona ante matrimonium, & vir ex bonis suis dicat mulierem quæsiuisse, probatio incumbit viro, & acquisita post matrimonium fuisse, ut consuluit Areti. consil. 31. in princip.

Item non est dubitandum, quin d. Ioan. de Castellane possit petere legitimam, siue legitimæ supplementum, tenebitur tamen computare legatum, usque ad concurrentem quantitatem legitimæ, adeò quod si legatum tantum valeat quantum sua legitima, ulterius petere non poterit, tex. in l. quoniam. & l. omni modo. C. de inofficios. testamẽ. Oportet tamen quod hic filius d. Ioannes de Castellane habeat aliquid iure institutionis. per tex. in authen. ut cum de appel. cognos. §. aliud coll. 8. hoc expresè asserit Bar. in l. in quartam. col. 4. uersic. venio ad quartam. ff. ad leg. Falcid.

RESPON. CLXV.

De pacificis possessoribus.

SVMMARIVM.

1 *Exterus, qui iam in beneficio est receptus, & illud possedit per septem annos, an iuuari possit titulo de pacificis possessoribus.*
2 *Exceptio, in non exceptis regulam firmat.*
3 *Exterus quando inhabilis sit ad tenendum, & possidendum beneficia.*
4 *Exterus non fuit inhabilis per ordinationem regiam ad beneficium consequendum.*
5 *Lex Regis semper loquitur.*
6 *Ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur.*
7 *Nominatio Regis de extero facta ad beneficium, censetur itidem quoad hoc legitimatus.*

INVOCATO diuino numine, quæstio est
1 potissima. † An d. Ioannes Franciscus de Seruian. Mediol. possessor prioratus sancti Martini de Plaisance diœces. Vabren. per septem annos, possit decreto de pacificis possessoribus iuuari, contra Firminum de la Val. & breuiter respõ. quod sic. Primò quia decretum de pacificis possessoribus in concord. generaliter loquitur. ergo generaliter intelligetur. l. 1. §. & generaliter. ff. de leg. pręstã. vtitur enim ille titulus hac dictione quicunque, ipsa enim generalitas est. l. quicũque. ubi Alber. C. de seru. fugit. glo. & doct. in clem. 1. de decim. scripsi. in trac. de pacific. posess. in 1. ampliat. Ergo etiam ad istum d. de Seruiam extendetur.

2 Secundò, † exceptio firmat regulam, in non exceptis. l. 1. ff. de regul. iur. diu. c. in procemi. regul. Sexti. sed Papa excipit ibi duos casus: ergò in aliis locum habebit.

Tertiò, in omni gente qui facit iustitiam acceptus est Deo: nec sanctuarium Dei conuenit iure hæreditario possideri. ideo reprehenditur Cardin. apostolicæ sedis legatus. in c. ad decorem de iusti. Aliorum nationum clericos spernens. Vnde Papa illum mouet ut viros litteratos, & alios idoneos vndecunque originem duxerint, in ecclesijs, maximè in maiori, instituere nõ postponat. Ergo exterus est instituendus ad beneficia.

Non obstat, si dicatur quod exterus est inhabilis.
3 Ergò non ualet collatio. Respon. † exterum esse inhabilem ad tenendum, & possidendum beneficia si nõ recipiatur. & contra eum opponatur à rege. ita loquitur ordinatio regia posita in stylo rubr. de præbend. ord. 3. ubi tantum prohibet ne recipiatur. si ergò fuerit receptus nil obest quominus hic habeat titulum, & possessionem. ergo possidendo per tres annos iuuatur decreto, nec dicitur inhabilis quoad titulum: quia

à iure nulla causatur extero inhabilitas per ordinationem, nec posset inhabilis reddi quoad collationem beneficij, sine delicto, quis à prīcipe sæculari, per not. in c. ecclesiam. de const. iuncto ca p. si diligenti. & cap. significasti. de for. competen.

4 † Etiam quia Rex non facit per suam ordinationē exterum inhabilem ad beneficia, in quibus cum sint spiritualia nullum ius dare potest, nec auferre, & sic nec inhabilem reddere. c. si quis deinceps. 16. quæstio. 7. docto. in c. decernimus. de iudic.

Item in lege Regia non dicitur quod collatio extero facta sit nullius momenti, igitur non annullatur, ibi collatio. Ideo rex tantum dicit ut non recipiatur, & sic possessionem respicit quoad ipsum prohibentē: quia in his beneficijs, quoad possessionem ius habet, per Papam Martinum, de cuius indulto scribit Guid. Papa. q. 1. in decis. Delphin.

Fateor quod si d. Franciscus non esset nunc naturalis Regni factus, quod posset procurator Regius etiam opponere ne ipse possideret prioratum, & ipse posset interim regnicolæ resignare: quia titulum iustum habet. Et quoad regem, non posset iuuari decreto de pacific. possess. † quia lex regis semper loquitur. l. Arriani. C. de hæretic. ob id posset nunc prohiberi ei possessio.

5

Sed quia iamdudum impetrauerat litteras naturalitatis, ut satis probat, ergo erat habilis. Et quia nunc rex concessit eidem litteras naturalitatis, ratificando etiam præterita, ideo non potest in vim illarum nūc

6 inquietari: † cum ratihabitio retrotrahatur, & mandato cōparetur, per reg. ratihabitionē. de reg. iur. in 6.

Ideò valere consensum Regis post impetrationē asserit Socin. consil. 260. in causa. col. penul. in 2. volu. Ergo valuit prouisio, quia nulli præiudicio erat, nisi regi prohibenti. Igitur postquam is rex consensit sufficit, & ita fuit iudicatum in senatu Paris. ut scripsi in tract. de pacific. possess. in nu. 217. in additio. nou.

7 † Item postquam rex nominauit ad illum prioratum, non requiritur alia habilitas, nec aliæ naturalitatis litteræ ad illum prioratum tenendum, quia nominando, legi suæ derogare uoluit. princeps enim, qui magistratum dedit omnia agere decreuit. l. quidam in fi. ff. de re iudic. l. Barbarius. de offi. prætor.

Præterea, non refragatur regula cancel. ubi nulla est collatio si prouisus non loquatur idiomate patriæ. Respon. quoad ecclesiam parochialem, ut ibi dicit regula. Sed hic dispensatum fuit secum à Papa postquam d. Franciscus prior dicit se Mediolanen. in prouisione. Imo est derogatum regulæ cancellariæ postquam hoc Papæ expressum est. Nam si hoc Papæ nō esset expressum certè subreptitia esset impetratio glo. & doct. in c. si proponente de rescript. Corset. in singul. incipien subreptio.

Insuper, hic nō agitur de ecclesia parochiali, ergo collatio non est nulla ut in d. reg. cōtinetur. & si esset parochialis ꝑpter derogationē et valeret, & ideo de iure collatio facta extero nō est nulla. d. c. ad decorē. de instit. ergo. exterus est habilis. licet, honestū esset, vt quisque in sua patria beneficia obtineret. vt Pan. ibi dicit. & gl. in verb. exterorū in proœm. pragm. sanc. & ibi Philip. Probus. in additio. & Ioānes de Selua, in tract. de benefi. in 3. par. q. 26. concludendo igitur dico istū d. Franciscum de Seruian. Mediolan. exterum, fuisse & esse habilem ad illum prioratum tam quoad titulū quàm quoad possessionem, postquam procurator regius principiò non opposuit, nec hodie opponit, & sic posse iuuari decreto de pacific. possessio. ideo non esse nunc molestandum, & subscripsi.

RESPON. CLXVI.

De donatione causa mortis.

SVMMARIVM.

1 *Donatio inter viuos destinata ad casum mortis, an sit donatio causa mortis, uel donatio inter uiuos.*
2 *Conuentio quando est contra substantiam contractus, facit conuentionem transire in alium contractum.*
3 *Donatio inter viuos per natiuitatem liberorum reuocatur.*
4 *Donatio ob benemerita, ut prætextu ingratitudinis reuocetur quid requiratur.*
5 *Donatio ob benemerita, quatenus ea excedit per natiuitatem liberorum reuocatur.*
6 *Donatio fauore matrimonij intelligitur priuilegiata, si facta fuerit filijs.*
7 *Lex si unquam de reuocandis donationibus, habet locum, etiam si donetur modica res, quod limitat.*

EV *la donation faicte par Benoist Panetier à Hugouin Panetier, & à ses enfans descenduz par mariage dudict Hugouin* [Visa † donatione facta per Benedictum Panetier, Hugouino Panetier, & suis liberis descendentibus ex matrimonio d. Hugouini,] propter benemerita, & quæ in futurum sperat habere etiam fauore matrimonij), *d'une maison donnee audict Hugouin Panetier* [unius domus datæ d. Hugouino Panetier] donatione pura, ualitura tamen, post decessum donantis. *Semble aux soubscripts que le donataire, ne ses enfans ne peuuent pretendre aucun droict, à ladicte maison. Car la donation qu'a este' faicte audict Hugouin estoit donation* [Infrà scriptis uidetur, donatarium, nec suos liberos posse aliquod ius pro d. domo pretendere. Nam donatio quæ d. Hugouino facta fuerat, erat donatio] causa mortis. Et sic potuit semper ante mortem reuocari. hoc probatur ex illis uerbis ualitura post decessum, & non ante. Nam in termi-

1

2 nis iuris quando † conuentio est contra substantiam contractus, facit conuentionem in alium contractū transire, tex. est in l. vbi. ff. de donat. cau. mort. Sed ista conuentio est contra substantiam contractus, uidelicet ut donatio inter viuos non valeat, nisi post mortem, ergo erit donatio causa mortis. facit text. in l. 1. ff. de donat. caus. mor. vbi quando donans mauult habere magis quam eum cui dat. dicitur donatio causa mortis, vt est in facto proposito, & in indiuiduo, sic consuluit Angel. consil. 254. domino Antonio. & Ias. consil. 6. exhibentur. in 1. dubio. uolu. 3. vbi plenè respondet ad contraria quæ possunt fieri, tam super iuramēto quàm super aliis uerbis. hoc etiā probatur in uerbis dictæ donationis, ibi, dum dicit inter uiuos facta. nam uerum est quod fuit inter uiuos facta, sed ualitura post decessum, & non ante. & sic donans iustè natura donationis potuit eam reuocare, & reuocauit quare tenet reuocatio. Et si non fuisset reuocata per testatorem donantem, tamen etiam natiuitas liberorum eam reuocasset. per d. l. si vnquam: quæ etiam à fortiori habet locum in donatione causa mortis, cum text. loquatur in donatione, appellatione cuius etiam uenit donatio causa mortis. tex. expressus, in l. alienatum. §. donationis. ff. de uerbor. signific.

3 Præterea & si fuisset † donatio inter uiuos, tamen fuit per natiuitatem liberorum reuocata, per d. l. si unquam. C. de reuocand. donat. quia si donator

de

de filiis cogitasset, non donasset, saltem non est uerisimile.

Nec obstat, quod dicatur donasse pro gratis serui-
4 tijs, † Et donatio ob benemerita non reuocatur etiã prætextu ingratitudinis. l. si pater. §. fi. ff. de donatio, quia respon. quod debet imprimis constare de benemeritis & seruitiis, alioqui nil operatur generalis expressio meritorum, tum quia probatio est dubia. nam posset verificari in quolibet minimo, Dec. consi. 20. tum quia presumitur apposita illa clausula de consuetudine notariorum, potiùs quàm ex uoluntate testatoris. sic consuluit Soci. consi. 295. col. 3. uersi. tertius casus in 2. vol. alioqui nõ posset de excessu benemeri
5 torum constare. & † donatio etiam ob merita quatenus excedit ea reuocatur per natiuitatem liberorum. Corn. consi. 194. col. 1. in 3. uol. & Soc. d. consi. & consil. 215. volum. 2. argu. text. in cap. episcopi, ibi iuxta rei collatæ modum, de rebus ecclesiæ non alienand. cap. relatum in 2. de testa. quia in eo quod excedit dicitur simplex donatio, & largitio in qua procedit d. l. si unquam.

Etiam considerari debet, quod donatio fuit facta nepoti ratione seruitiorum. Sed quando donatio fit consanguineo propter benemerita, tunc etiam reuocatur per natiuitatem liberorum. per d. l. si unquam: quia causa sanguinis plus uidetur mouere donãtem, quam merita, per l. tutor. §. 1. ff. de excusatio. tutor. not. in l. si donatione. C. de coll. & in authen. licentiã. de sacrosanct. ecclesiis. Et sic caro & sanguis reuelauit potiùs quàm benemerita, & hoc uidentur innuere uerba testamenti, ibi. quæ in futurum sperat habere, &c. Nam per eam satis probatur quod merita non præcesserant, cum ista soleant per notarios apponi ad decorem, & quendam colorem donationi dandum. Et, ut magis speciem donationi afferant, quàm ad ueritatem. Ideò perinde haberi debent ac si non fuissent apposita, arg. l. quod venditor. ff. de dolo. & ibi not.

Ainsi ni faict rien si l'on veult dire. Que [itaque nil ob-
6 stat, si dicatur, quod] † donatio ista fuit facta fauore matrimonii, & sic non debet reuocari per superueniẽtiam liberorum. Quia respon. verum esse, quando fuit facta filiæ uel illi, quem tenebatur donator dotare: quia tunc non dicitur mera donatio, sed necessaria ex necessitate legali, quæ uult ut pater teneatur dotare filiam. l. qui liberos. ff. de ritu nuptiar. & l. fin. C. de dot. promiss. nam tunc non reuocatur per d. l. si unquam, nisi quatenus est inofficiosa. authen. unde si parens. C. de inoffic. testam. & l. si totas. & per tot. de inofficios. donat. Sed si donans non teneatur dotem dare, reuocatur tunc, per d. l. si unquam: quia est titulus lucratiuus, qui comprehenditur, in d. l. si unquam. ibi donatione largitus est. sic consuluit Alexan. consi. 71. consideratis. in 4. uolu. Ias. consi. 171. in 4. uolum. Bertrand. consi. 76. uiso in fi. in 2. uolu. & consi. 257. ibid. cum aliis multis quæ hic possem adducere.

Nec nos mouet quod donatio non fuit facta de oĩbus bonis. & l. si unquam, non uidetur procedere, qñ donantur modica bona. ut in hoc casu. Respon. dictã
7 † legem habere locũ, et si donetur modica res, & hoc probat. d. l. si unquã. ibi, aliquam partem: & dictio, aliqua, etiam in re minima uerificatur. allegatur glo. in clem. una. de foro competen. ego allego text. expressum. in §. præterea. instit. de fideicom. libert. ibi ut hæreditatem suam totã, partemve eius, aut rem aliquã, uelut fundum, hominem, & pecuniam alicui restituat, possem allegare tex. in l. si debitor. C. de senten. passis, &c. Dummodo res donata non sit adeo vilis æstimationis, vt verisimiliter donãs non destitisset à donatione propter cogitationem liberorum. Angel. in §. siue igitur. in authen. ut cum de appella. cognoscit. colla 8. Socin. in l. cum auus. quæst. 8. ff. de condit. & demonstr. & consil. 147. visa. colu. penul. in 1. uolum. & consil. 215. uisa. colum. 3. in 2 libr. & consil. 20. in facto. colum. ult. in 3. uolum. ac consil. 92. testamentum, colum. penult. in 4. uolum. vbi dicit per omnes doct. verissimos sic fuisse consultum, & Seius, ita iudicatum. *Et par ainsi, si la donation,* [Itaque donatio] est causa mortis, *les enfans ny peuuent rien pretendre, si c'est donation entee uitselle, d este' reuoquee* [liberi nihil possunt prætendere si donatio sit inter viuos, reuocata fuit] per superuenientiam liberorũ, & sic filiis donatariis nunquam dicta domus fuit acquisita. *Parquoy ne se peuuent dire greuez*, [Quare non possunt dici grauati.] ex transactione facta cum donante, quia ex illa transactione faciunt suam conditionem meliorem. Et recipiunt commodum, ex re, in qua nil habebant. Datum Paris. die tertia mensis Decembris.

RESPON. CLXVII.

De omnium bonorum donatione.

SVMMARIVM.

1 *Donatio omnium bonorum non ualet, & ratio subditur.*

2 *Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum non ualet, quod ibid. limitatur.*

3 *Donatio bonorum mobilium, & immobilium præsentium, & futurorum valet.*

4 *Donatio omnium bonorum retento sibi vsufructu, quare sit ualida, limitatur hoc ibid.*

5 *Donatio omnium bonorum iurata an valeat.*

6 *Donatio omnium bonorum præsentium valet, nisi in fraudem hoc fieret.*

7 *Donare quis potest omnia bona sua in dotem.*

8 *Donatio omnum bonorum ad pias causas valet.*

Donatio omnium bonorum fauore matrimonij valet.

1 DONATIO omnium bonorum præsentium, etiam facta filio non ualet, tum quia infringitur libera testandi facultas, & actus infringens liberam testandi facultatem non ualet, quia nemo uellet esse hæres. l. stipulatio. ff. de uerb. oblig l. pactum quòd dotali. C. de pact. Bart. in consil. 76. in Dec. &c.

Maximè si donans constituat se nomine donatarii possidere. Bal. in l. certi condictio. §. si nũmos ff. si cert. petat. & l. si duobus. §. idem respon. pro socio. Imol. in d. l. stipulatio. Ias. consil. 130. in 4. uolum. Angel. in disput. incipien. in refulgenti.

Nec ualebit quoad futura, nec quoad præsentia. Angel. in quæstio. incipien. in refulgenti. col. quinta. Guido. Consil. 214. col. 4. ubi dicit esse communem: quia est in fraudem legis facta, & Bertrand. consi. 105. uiso in fi. uol. 1. Dec. consil. 30. in. fin.

2 † Donatio omnium bonorum præsentium & futurorum non ualet. l. hæreditas. C. de pact. conuent. etiam filio. Eccl. 33. c. filio, & mulieri, fratri, & amico, nõ des potestatẽ super te in uita tua, & nõ dederis alii possessionẽ tuã, ne fortè pœniteat te & depreceris pro illis. l. cum facultates. C. de his qui muner. liber. lib. 10.

Primò, fallit quando ea non tradidisset, sed labialiter

ter tantum donasset: quia adhuc remanet dominus, & sic testari posset. Bald. in auth. sed cum testator. col. 1. C. ad leg. falcid. Bertrand. consi. 1. in 3. q. in 1. uol. Idē si executio donationis debebat fieri, uidelicet traditio post mortem: quia de illis poterit testari, licet hæres teneatur donatario restituere, glo. in uerb. diuidere. in auth. si qua mulier. C. de sacrosanc. ecclesiis. Bertrand. consi. 206. ex mihi. nu. 11. in 1. volu.

3 Secundò, fallit quando † donaret bona mobilia, & immobilia præsentia & futura, tunc quia in hac donatione non ueniunt debita. l. quam Tuberonis. ff. de pecul. glo. & ibi dixi. in l. mouentium. ff. de uerb. signifi. ideo de his testari poterit. Guido Papa in consi. 60. ad dubia. 2. q. & singu. 481. in donatione. & 844. & decis. Delphi. q. 291. appellatione. Bertrand. consi. 138. ex themate. nu. 9. in 2. vol.

4 Tertiò, si quis † donet præsentia & futura reseruato sibi usufructu illorum bonorum, quod ualebit donatio, quia de pretio habito ex illo usufructu, & illis fructibus receptis testari poterit. Alexan. in l. stipulatio hoc modo. col. 10. ff. de uerb. obli. Bertrand. consi. 175. non dubito. nu. 4. in 1. uol. secundum no. impressio.

Nisi fructus essent adeò tenues, quod uix posset ex eis donans uiuere. Alex. & Ias. in d. l. stipulatio. Bertrand. in consi. 173. quia difficultas. col. 2. vol. 1.

5 Quartò fallit, quando esset † donatio iurata. Bal. & Paul. in l. pacta quæ contra. C. de pact. Bertran. consi. 1. nu. 15. in 1. uol. quia iuramentum potest sine æternæ salutis detrimento seruari.

Nam saltem ualeret quoad bona præsentia. Guid. Papæ singul. 844. aut donat quia iuramentum habet vim clausulæ: si non valet quod ago ut ago. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de leg. 2. cap. quanto. de iureiuran.

6 Quintò fallit, quando † donaret omnia bona præsentia, nisi in fraudem hoc fieret. l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in fraud. credit.

7 Item, potest quis donare bona sua omnia in dotem. l. 1. ff. de vsucap. pro dote. Potest etiam quis uendere omnia bona præsentia & futura. l. si in emptione. §. 1. ff. de contrahen. empt.

8 Sextò, quando donaret ad pias causas, Bart. & alii. in l. fi. C. de pact. Panor. Fel. & alii in c. in præsentia. de probatio.

9 Septimò, quando esset facta fauore matrimonii. l. fi. §. si verò. ff. quæ in fraud. credit. Melius facit. l. purè. §. penul. de dolo. except. tum ne mulier indotata permaneat, quod publicè interest. l. 1. ff. sol. matr. & quia marito est onerosa propter onera matrimonii. l. ex promissione. ff. de actio. & oblig. l. pro oneribus. ff. de iure dot. Nec valet pactum tollendæ uel diminuendæ dotis. l. 2. & l. de die. cū ll. seq. ff. de pact. dot. Et quia re etiam non integra non reuocatur. l. si donaturus. ff. de condict. ob caus. l. in potestate. de sponsal. Alioqui maritus uxorem haberet, & sine dote, quod esset mali exempli.

RESPON. CLXVIII.

De donatione in genere.

SVMMARIVM.

1 *Donatio fundi facta patri pro suis filijs melius educandis.*

2 *Donatio auunculi facta nepoti suo, an reuocari posit.*

3 *Litteræ rescisionis impetratæ à monacho an valeant.*

4 *Monachus de benignitate donare potest.*

5 *Abbas monachum suum cogere tenetur ad desistendum à processu, aliàs de euictione tenetur.*

6 *Monaci voluntas suppletur ex voluntate superioris consentientis.*

7 *Monachus habens administrationem potest disponere de bonis ad pios usus.*

8 *Studij causa dicitur pia.*

9 *Donatio facta propter benemerita, etiam propter ingratitudinem non reuocatur.*

1 Titius † donauit Sempronio fundum, pro filiis d. Sempronij melius educandis. Quæritur an ex huiusmodi donatione ius aliquod sit quæsitum filiis d. Sempronii, ita quod si d. Sempronius dictum fundum alienauerit, filii eius possint reuocare alienata.

Respon. ius esse quæsitum filiis, ut possint compellere donatarium ad præstandum alimenta, pro quantitate rei donatæ, & personarum: iuxta iudicis arbitrium. Si tamen Sempronius aliunde habeat bona ex quibus eis alimenta præstare possit, ualebit alienatio dicti fundi, secus si alia bona non haberet. tex. in l. cum hi. §. sed & si certa. ubi glo. & doct. ff. de transac. l. fundi de usufruct. leg.

Veu le faict tel que dessus pose, semble que ledict religieux qu'a donné à son nepueu maistre Bertran, ne peut rescinder ladite donation, par la reigle commune. [Viso facto, ut suprà positum est, æquitati consentaneū uidetur, quòd

2 † d. religiosus, qui nepoti suo magistro Bertrando donauit, d. donationem rescindere non possit, per regulam communem,] Quem de euictione tenet actio eundem agentem repellit exceptio. l. vendicantem. ff. de euictio. ubi uendicantem uenditorem rem quam uendidit, exceptione doli summoueri posse, nemini dubium est, improbè enim rem à se distractā euincere conatur, ut ibidem dicitur. Et sic iste religiosus, dolo facit, petendo quod donauit.

Item, *que ne peut uenir* [non potest uenire] contra factum suum: quia quod semel placuit, amplius displicere non potest, per regu. iuris quod semel, de regu. iur. in 6. & quod approbauit, non potest reprobare. l. in arenam. C. de inofficio.

Item *aussi* [Adhæc etiam] non potest, cùm non habeat uelle, nec nolle. c. religiosus, de testam. in sexto. Ideo contra abbatis sui factum uenire non potest. Imò grauiter est puniendus, sic ueniens no. in c. si religiosus. de elect. in 6.

Item non potest sine licētia abbatis esse in iudicio, quia est sub abbatis potestate. Et sic actionem habere non potest. c. abbates, 18. q. 2. Bald. in rub. de offic. iudi. col. 2.

Multò fortius contra sui abbatis uoluntatem. Nā hic de uoluntate superioris apparet. ergo monachus nullo modo processum prosequi poterit, contra uoluntatem abbatis & monasterij.

3 † Item non ualent litteræ impetratę per eum. l. 1. C. de precib. imperat. offer. ubi non ualet regulariter rescriptum impetratum à seruo, & sic nec à monacho. ut tenet Barba. in rubr. de rescript. colu. 5. Et sic istæ litteræ rescissionis donationis non ualent.

Ni faict rien, si lon uouloit dire, [Non obstat si dicatur,] quod donatio non ualet: quia monachus uel religiosus professus nil habet. ergo nil donare potest.

4 † Respon. de benignitate permittitur à iure, glo. not. in c. si qua mulier 19. q. ult. quod conuiuentibus oculis sui abbatis aliqua potuit detinere, sciente, & patiente

patiente superiore, teste Panorm. in c. cum ad monasterium. col. 1. de statu monach. Et donãdo illa bona, quæ detinebat, nõ potuisset monasterio preiudicare, nisi hoc monasterium ratum habuisset, & approbasset. Cum ergo abbas confirmauerit illam donationẽ, per transactionem, ergo ualet. Nam quis aliquando disponere potest de rebus alienis, ut mater, quæ ad secundas transit nuptias, potest de rebus propriorum filiorum testari, & inter ipsos disponere. l. fœminæ. §. ult. C. de secund. nupt. authen. si qua mulier. C. de sacrosanct. ecclesiis. Et, de uoluntate domini, potest quis rem non suam vendere vel donare, l. sicut. §. uenditionis. ff. quib. mod. pign. uel hypothec. soluit. Sic & iste religiosus potuit de consensu abbatis. Saltem ratihabitio abbatis retrotrahitur, & mandato æquiparatur, per regul. Ratihabitio. de regul. iur. in 6.

5 Item, † tenetur abbas suum monachum cogere ad desistendũ à processu, & ab illius prosequutione, alias de euictione tenetur. quia cum non possit sine licentia abbatis agere, c. non dicatis. vbi gl. 2. q. 1. Ergo dum monachus agit, abbas agere uidetur. ideo illi debet abbas eius superior perpetuum imponere silentium, cui obedire tenetur religiosus, aliàs puniri potest à superiori. d. cap. cum dicatis. Panor. in c. literas, de restit. spoliat. & c. ex litteris, de sponsal.

Nec refragatur quod uoluntatem non habeat. Re-
6 spon. illam † uoluntatem suppleri ex uoluntate superioris consentientis, ac si abbas fecisset, & ita respondet Socin. consil. 9. omnipotens. in 1. uolum. ubi concludit Papam posse concedere religioso potestatem testandi: & licet uoluntatem non habeat, suppletur à suo superiore, uidelicet à Papa, sic & hoc casu respectu sui abbatis, approbantis illam donationem, iam per religiosum factam, ualebit respectu approbationis superioris.

Item probatur argu. à sufficienti partium enumeratione, sumpto quod in iure est ualidum. § omnium, de actio. in institutio. nempè aut monachus uult agere nomine proprio, & clarum est, quod non potest nec ad utilitatem suam: quia pecunia auferri potest à religioso per abbatem. c. quanto. de offic. ordin. c. abbates. 18. quest. 2. Et si usque ad mortem religiosus pecuniam retinuerit, in sterquilinio sepeliendus est. c. sup quodam, & c. cum ad monasterium, de stat. monach. Et abbas qui permittit istis habere proprium officij sui iacturam pati debet. c. monachi de stat. monach. ubi hoc in uniuersis religiosis præcipit obseruari.

Item nomine abbatis & monasterii non potest religiosus iste agere, quia contra eorum uoluntatem agere non potest, ut probatur in l. maritus. C. de procurato. vbi maritus pro uxore agit sine mandato, tamen si ipsa marito dederit, in aliquibus casibus mandatum alicui in illis non poterit maritus agere, sic nec iste religiosus.

Nec obest, quod authoritate uicarii, abbatis, uel prioris de Escamuelz hoc agat. Respon. quod uicarius contra constituentis mandatum non agit, alias excedit fines mandati, & tunc ei non est obtemperandũ: quia ad hoc non est constitutus. l. diligenter. ff. man. cap. cum dilecta. de rescript. postquam abbas approbauit donationem, non potest vicarius eam infringere: quia inferior actum superioris infringere nõ potest. clemen. ne Romani. de electionib. Cum ergo iste uicarius sit uicarius prioris dependen. à monasterio de la Coronne, ergo debet regi authoritate abbatis, cui est subditus.

7 Item, quando, † religiosus habet administrationem aliquorum bonorum, potest ad pios usus conuertere. cap. 2. de testamen. in sexto: & ad usum librorum & uestimentorum tradere, & his casibus utilitas monasterio acquiritur: quia releuatur monasterium ab his oneribus scilicet distribuendi. Ita concludit Panormit. in cap. 2. col. ult. de stat. monach.

Sed ista donatio inuenitur facta fauore studii, &
8 expositum † studii gratia dicitur piũ, & quasi in utilitatem ecclesiæ conuersum. teste Domi. in c. cũ ex eo, de ele. in 6. & Fel. in c. cum M. col. 11. de constit. scripsi inter scholastic. priuilegio. 145. quia aliquis studet ut postea ecclesiæ melius deseruiat. Bald. in l. qui sub prætextu. C. de sacrosanctis ecclesiis. Sicut fecit magister Bertrandus, ergo ab illo nõ potest res auferri donata.

9 † Etiam, quia donatio facta est propter benemerita, quæ donatio non reuocatur etiam propter ingratitudinem. l. si pater. §. fi. ff. de donat. doct. in l. fi. C. de reuocan. donat.

Et fauore matrimonii, qui fauor etiam est magnus. Nam reipublicæ interest dotatas mulieres esse. l. prima. ff. soluto matrimonio. & ibi multa specialiá fauore matrimonii tradũtur, & per Bal. nouell. & Campes. in tract. de dote.

Ex prædictis ergo concluditur, religiosum non posse prosequi contra abbatis uoluntatẽ processum & litteras ab eo impetratas nõ ualere, ac uicariũ non posse consensũ religioso præstare, cõtra abbatis uoluntatẽ.

RESPON. CLXIX.

In materia successionum.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta in matrimonio in fauorem filiorum, qui primi nascentur ex dicto matrimonio.*
2 *Dictio, qui restringit.*
3 *Pluralis locutio verificatur in duobus ad minus.*
4 *Voluntas contrahentium est sequenda.*
Verbum quolibet in contractu ponitur cũ misterio, ibid.
5 *Filius ratione ingratitudinis priuatur etiam legitima.*
6 *Filius per ingratitudinem priuatur etiam omnibus bonis, ad eum ex conuentione matrimonij peruenire debentibus.*

NOBLES *Germain de Foix & Iehanne de Tumiere, donnent en cõtract de mariage, aux premiers enfans masles, qui seront procrees dudit mariage, qui suruiuront iceux Germain de Foix & damoyselle Iehanne, s'ils sont habiles estre heritiers, & pourter le nom & armes. Ou si les premiers n'estoyent habiles, aux autres habiles, la terre de Mardoigne. Et les autres enfans qui sortiront d'iceluy mariage seront à personnes selon la faculté de ladite maison, &c. De ce mariage sont nez quatre enfans masles, & cinq filles: mais n'ont seruescu que Loys & Iehan de Foys. Parquoy est doute, si ledict Loys doibt succeder seul out tous deux.*

Item pour ce que ledit Loys a esté ingrat à ses feu pere & mere, par laquelle cause a esté exheredé, s'il pourra succeder aux biens de la mere.

Et pour sçauoir la solution de la question, faut entendre la teneur du contract dessus narré. Car il est requis par iceluy que soient enfans masles.

1 † Nobiles Germanus de Foix & Ioanna de Tumiere dant in contractu matrimonii, primis infantibus masculis, qui procreati erũt ex d. matrimonio, &

Germa-

Germanum de Foix & dominam Ioannam superuiuent, si sint habiles esse hæredes, & ad deferendum nomen & arma: Aut si primi habiles non essent, alijs habilibus, terram de Mardoigne. Alij verò infantes, qui ex illo matrimonio erunt procreati, secundum dictam domus facultatem patientur, &c. Ex hoc matrimonio quatuor infantes masculi nati sunt, & quinque filiæ: sed ex ijs superuixerunt tantùm Ludouicus & Ioannes de Foix. Quocirca dubitatur, an dictus Ludouicus solus succedere debeat, an ambo simul.

Item, quia dictus Ludouicus ingratus patri quondam suo & matri extitit, eam ob causam exhæredatus fuit, an poterit succedere in bonis maternis. Vt verò solutio huius quæstionis explicetur, tenor contractus supra narrati considerandus est. Nam in eo requiritur, quòd sint infantes masculi.]

Et sic mulieres excluduntur. argum. l. cum prætor. ff. de indic. c. qualis. 25. dist.

Secundò, quod sint primi, & si primi non sint habiles, quòd alij habiles admittantur. Nam secũdus subintrat locum primi, cap. licet, de voto.

Tertiò, quod sint procreati ex hoc matrimonio, ergo ex alio non admitterentur ibi, *qui seront*, [qui erũt.]

2 Nam hæc † dictio, *qui*, restringit. l. omnes populi. ff. de iustit. & iur. l. 1. C. de summa Trin. & ibi doct.

Quartò, quod sint superstites, & sic superuiuant tẽpore mortis Germani & Ioannæ ibi, *qui suruiuront.* [qui superuiuent.]

Quintò, quod sint habiles esse hæredes, ergo ingrati repellentur, vt infra dicetur.

Sextò, quod sint habiles ad deferendum nomen & arma, *ueu les choses requises dessus semble que non pas tant seulement la moytie doibt appartenir audict Iehan de Foix*, [Visis omnibus requisitis, vt supra, æquitati consentaneum videtur quòd non medietas tãtùm debeat pertinere ad d. Ioannem de Foix,] cum dictio *premiers*

3 [primis] sit pluralis, † quæ in duobus verificatur ad minus. c. is qui de præb. in 6. & maximè quando dicit, primis: nam oportet quod sint duri, tex. in l. qui duos. ibi. primique obierint. ff. de reb. dub. l. 2. §. 1. ibi primarum horarum. de verbor. signific. Et quando testator voluisset de vno tantum intelligere vsus fuisset singulari numero.

4 Nam postquam apparet de † voluntate contrahentium, illa est sequenda, & in dubio à verbis nõ debemus recedere. Imò quodlibet verbum ponitur in contractibus cum ministerio & virtute operandi. Bal. in rubr. C. de contrahend. empt. q. 9. & pro hoc facit quod decidit Gui. Papa. in dec. Delphin. q. 505. factum est pactum in fin. vbi concludit quod si factum fuerit pactum in contractu matrimonij, quod pater dabit castrum primogenito, seu alteri masculo, tunc si duo fuerint masculi ambo concurrent. Multò fortius hic cum sit donatum primis masculis. Alia bene multa uidi adducta per d. Parpasium: ideo quia possunt legi, non me amplius extendo in ista quæstione.

Sed cum Ludouicus de Foix fuerit patri ingratus, & ob hoc tanquam ingratus priuatus. Dico quod nõ

5 potest succedere in quoquã, etiam in legitima, † quia ratione ingratitudinis filius priuatur etiam legitima. tex. in §. aliud quoque capitulum. in authen. ut cum appell. cognoscit. coll. 8. Et primogenitus suum ius primogenituræ per ingratitudinem perdit, ut consuluit Oldra. consil. 7. eleganter collat. 6. nu. 16. ubi tam iure diuino, quàm ciuili hoc probat.

6 † Imò etiam filius priuatur per ingratitudinem omnibus bonis quç debebant venire ad eum ex conuentione matrimonii, & ita fuit iudicatum Tholosæ ut asserit Ben. in rep. c. Rayn. in uer. in eodem testam. 1. nu. 208. de test. in causa successionis domus de Mõtebardone, plus dicens, quod si pater donauerit alicui filio si habilis fuerit ad succedẽdum, si fuerit ingratus non succedet, cum sit inhabilis ad succedendum. l. si. C. de reuocand. donat. vbi propter ingratitudinem reuocatur donatio, ergo & in isto casu erit reuocata. Maximè cum sit expressum pactum, quod ille qui poterit esse hæres succedat, sed hic Ludouicus obstante ingratitudine hæres esse non potest. Ergo succedere non potest in aliquo. Alia multa scriberẽ nisi ex festiuo nuntii discessũ pręcessus essẽ, & quia alia sunt adducta per d. consulentem Parpasium. Ob id subscripsi.

RESP. CLXX.

De pacto apposito in contractu matrimonij ad succedendum.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de succedendo appositum in contractu matrimonij.*

2 *Testamentum non præiudicat donationi antea facta in contractu matrimonij.*

3 *Donatio in contractu matrimonij facta, nec institutionem, nec substitutionem continet.*

4 *Filiæ exclusæ à successione ob pactum appositum in matrimonio.*

5 *Filiabus proprijs exclusis à successione, an itidem neptes censeantur exclusæ.*

6 *Familia nobilium, & eorum honestas conseruatur per diuitias.*

Familiæ propter paupertatem sordescunt, ibid.

7 *Exclusus quando quis est fauore alicuius, tunc sequentes in gradu censentur exclusi.*

8 *Testator inter nobiles si mandaret restitui hæreditatem non detrahitur trebellianica.*

9 *Filius familias ex omnibus causis obligatur.*



E cas tel, Messire Antoyne de Boneual, par contract de mariage, à faict conuention auecques Marguerite de Foix sa femme, que les enfans masles qui naistront de ce mariage, heriteront en tous les biens & seigneuries que ledit Messir Anthoyne a & aura, soit par succession ou autrement, & selon l'ordre de primogeniture, les masles precedans es femelles. Duquel mariage sont issus Messires Germain & Iehan de Boneual fils, & aucunes filles. Ensuyuant laquelle conuention ledit Messire Anthoyne à institué son aisné, Messire Germain de Boneual. Et s'il decedoit sans hoirs masles, substituoit Messire Iehan de Boneual son filz aisné, & à laissé aux fil es douaire competant. Est aduenu que ledit Germain aisné est succedé sans masles, & à delaissé deux filles ie demande si lesdictes filles succederont. Ei brief, lesdites filles ni peuuent auoir que leur legitime. Premierement, car ladicte conuention matrimoniale est bonne entre les nobles.

1 [Casus est talis; † dominus Antonius de Boneual fecit in contractu matrimonii pactum, cum Marguarita de Foix vxore sua, quod masculi infantes, qui ex eo

ex eo matrimonio nascerentur, in omnibus bonis & dominijs succedent, quæ d. dominus Antonius habet & habebit, siue per successionem, siue alio modo, & secundùm ordinem primogenituræ, masculis fœminas præcedentibus. Ex quo matrimonio geniti sunt domini Germanus & Ioannes de Boneual, filij & quędam filiæ. Quod pactum insequendo d. dominus Antonius instituit suum primogenitum, dominum Germanum de Boneual, & si sine hæredibus masculis decederet, dominum Ioannem de Boneual, suum primogenitum substituebat, legitimum douarium filiabus relinquendo. Euenit, quòd d. Germanus primogenitus sine masculis decesserit, duas filias relinquēs. Quæro, an d. filiæ succedent, in summa, d. filiæ nihil præter legitimam habere possunt. Primò quòd d. conuentio matrimonialis subsistat inter nobiles.] c. vni. de filijs nat. ex matri. ad Marga. contract.

Item, *& pource que ladite conuention est confirmee par stipulation, & acceptee* [Tum etiam quod d. conuentio sit per stipulationem confirmata, & acceptata] per notarium pro masculis, illud pactum non potest postea per parentes remitti in præiudicium filiorum, vt expressè tenet Ioannes Faber & Salyc. in l. j. C. si manci. ita væneat ne prostituat. Alex. & Ias. & communiter Doctor. in l. qui Romę §. Flauius Hermius. ff. de verb. oblig. Aufrer. in decis. Tholosan. q. 453. Guid. Papæ. decis. 267. Dec. consi. 628. viso. col. 3. Benedict. in repetit. c. Raynutius. in verbo. si absque. in 2. de substitut. fideicommiss. num. 23. de testam. vbi dicit, ita in senatu olim iudicatum fuisse.

Et par ainsi auoun testament ne pourroit preiudicier à Messire Iehan de Boneual. [Atque ita † testamentum aliquod non posset domino Ioanni de Boneual præiudicare,] quia vna pars non potuit altera inuita à contractu matrimonij discedere. l. 1. & 2. C. quando liceat ab empt. discedere. Nam contractus à principio sunt voluntarij, postea verò necessarij. l. sicut. C. de actio. & obligat.

2

Item ce contract [Item contractus iste] & stipulatio facta masculis transit ad hæredes, etiamsi esset conditionalis. §. ex conditionali. instit. de verb. obli. Nam pater potest stipulari sibi & suis Bart. in l. iurisiurand. §. si liberta. ff. de oper. libertor. Ias. consil. 213. nobilis. col. 4. uolum. 2. Et sic *à messire Iehan de Boneual par ce dict contract sont uenus les biens de feu messire Antoine de Boneual* [dominio Ioanni de Boneual per dictum contractum bona domini quondam Antonii de Boneual obuenerant.]

Item de uenir dire & disputer des substitutions n'y a point de lieu. Car audict contract de mariage n'a este faicte aucune substitution: & n'a pas este dict audict contract que si laisne'

3 [† Quòd uero substitutiones in controuersiam adducere uelint, locum nullum habet. Nam in d. contractu matrimonii nulla substitutio facta fuit: neque etiā in d. contractu relatum fuit, quod si primogenitus decedat] *sans masle* [sine masculo] bona deuenirent ad alterum, quia tunc per uiam substitutionis fideicōmissariæ hoc esset factum. l. 1. C. de dona. cau. mort. *Mais simplement a uoulu que les masles succedassent selon l'ordre de primogeniture, excluses & precedans les femelles. Et ainsi a stipule'. Et par ainsi n'y a propos de alleguer,* [Sed simpliciter uoluit, quod masculi succederent secundum ordinem primogenituræ, exclusis fœminis. Atque eo modo stipulatus est. Itaque friuolum est allegare] quod sunt substitutiones directæ, uulgares uel fideicommissariæ. *Car cela auroit lieu si ledit messire Iehan de Boneual uouloit seulement succeder par testament* [Nam hoc uerum esset, si d. dominus Ioannes de Boneual ex testamento tantum succedere uellet.]

Item les filles dudit Germain ne peuuent demander les biens contre le pacte matrimonial: & ainsi que a este' dit que les enfans dudit mariage succederont: & les filles dudit Germain ne

4 *sont point dudit mariage: parquoy sont excluses* [† Item filiæ d. Germani non possunt bona contra pactum matrimoniale petere. Et sicut dictum est, quod infantes ex d. matrimonio succedent, filiæ vero d. Germani nō sunt ex d. matrimonio: quare exclusæ sunt.

Item si les filles dudit Germain ueulent uenir [Item si filiæ d. Germani uelint venire] ex propria earum persona *ne le peuuent faire. Car messire Iehan de Boneual* [hoc facere non possunt. Nam dominus Ioannes de Boneual, [eas præcedit in bonis sui patris, uidelicet Antonij, & ꝓximus admitti debet. l. 2. §. 1. ff. de suis & legit.

Si elles ueulent uenir [Si ipsæ venire velint] ex persona patris, *aussi ne peuuent,* [hoc etiam non possunt] quia non sunt eiusdem qualitatis sicut pater, qui erat masculus. si concludit Iason. in l. venia. col. 3. C. de in ius vocand. Et quod filiæ sint omnino exclusæ, quasi in propriis terminis concludit Geor. Nathan in tract. de statutis excludent fœminas. in 2. q. versicu. Septimò quæro, vbi dicit, neptes masculi primogeniti omnimodò excludi statuto dictante, quòd masculis extantibus fœminæ excludantur.

Item si lesdictes niepces de messire Iehan de Boneual succedoient, elles precederoient les masles. Et sic, seroit contre ladite conuention, ou est dit que les masles precedans les femelles, il faut donc necessairement, que ledit messire Iehan de Boneual succede, & [Item si d. Neptes d. Ioannis de Boneual succederent, masculos præcederent, & sic esset contrarium dicti conuentioni, in qua dictum est, quod masculi præcedant fœmellas, necessarium igitur est, quòd d. dominus Ioannes de Boneual succedat,] & præcedat neptes: aliàs si neptes secum succederent, eas non præcederet. per text. & notat in l. 1. C. de codicill. ibi præcedens iudicium confirmauit.

Item si ledit messire Antboine a voulu que ses filles propres ne succedassent point viuant les masles: par plus forte raison

5 *a il voulu exclorre les niepces.* [† Item si d. dominus Antonius uoluerit, quod filię propriæ non succederent extantibus masculis: fortiore agumento uoluit neptes esse exclusas.] l. si uiua matre. C. de bo. mater. Et *ne faict rien dire aussi ledit messire Iehan de Boneual estoit exclus, durant la vie de Germain..* Neque obstat quod dicitur d. dominum Ioannem de Boneual fuisse exclusum, durante vita Germani.] ergo erit perpetuo exclusus, sicut dicitur de filia. *Car cela s'entend* [nam hoc ita intelligitur,] quando alio iure non vocaretur. *Mais ledit Messire Iehan de Boneual est appele'* [Verum d. dominus Ioannes de Boneual est uocatus] per illa verba, *selon l'ordre de primogeniture, & les filles excluses durant les masles* [secundum ordinem primogenituræ, & filiæ exclusę extantibus masculis] perpetuò.

Item considerant ledit messire Antboine que [Item d. An-

6 tonius considerans, quòd] † familia nobilium & eorum honestas conseruatur per diuitias, quæ perit ob inopiam. l. j. ff. de custod. reor. l. pietatis. C. de suspect. tutor. Et propter paupertatem familiæ sordescunt. l. quisquis. §. j. ibi, vt his perpetua egestate sordentibus. C. ad leg. Iul. Maiestat. *n'a voulu que tous les masles succedassent, mais l'un apres l'autre selon l'ordire de primogeniture.* [Noluit vt omnes masculi succederent, sed vnus post alterum, secundum ordinem primogenituræ:] quia nil tam magnum quod si per plures partes diuidatur, non fiat quasi nihil.

Item à uoulu que [Voluit insuper quòd] nomen & arma domus de Boneual conseruentur, quia inuitauit masculos, & publicè interest, quod ordinum familiarium que dignitas salua sit. l. j. §. sed & si seruus. ff. de ventr.

uentr.inſpicien. & nec alienæ fortè ſordidæ ſtirpes ſplendidis & ingenuis natalibus audeant ſubrogari. l. ſuper ſtatum. C. de quæſtionib. quod poſſet uenire, quia fœminæ in alienas trãſeunt familias, & nomen, & arma domus per eas amittuntur. l. cum legitimę. ff. de ſtatu homi. §. fi. inſt. de patr. poteſt. *Et par ainſi à voulu ledit meſſire Ieã de Boneual ſucceder apres l'aiſné decedant ſans masle* [Itaq; uoluit d. dominus Ioãnes de Boneual poſt primogenitum decedẽtem ſine maſculo ſuccedere.]

Item par ledit contract [Item per dictum contractum] orta eſt actio *à meſſire Iehan de Boneual, par laquelle peut demander tous les biens & ſeigneuries de meſſire Anthoine de Boneual ſon pere,* [domino Ioanni de Boneual, per quam poteſt omnia bona & dominia domini Antonii de Boneual patris ſui petere,] per ea quæ no. Bart. & Iaſ. in l. ſeruo legato. §. ſi teſtator. ff. de leg. 1. ubi dicunt. quod ſi ſtatuto caueatur, quòd extantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, licet expreſsè non diſponatur quòd maſculi ſuccedant, tamen pro eis & eorum fauore videtur factum, ipſi agent ex illo ſtatuto, per l. fideicommiſſa. §. cum eſſet. & §. interdum. ff. de legat. 1. Iaſ. in l. penul. col. 3. C. de in ius uocand. *par plus forte raiſon au dit meſſire Iehan de Boneual appartient l'action* [Fortiore ratione d. domino Ioanni de Boneual competit actio] ex contractu matrimonii facto per patrem. ubi dictum extitit, *les masles heriteront ſelon l'ordre de primogeniture* [maſculi ſecundum ordinem primogenituræ ſuccedent.]

Item n'y a propos alleguer les teſtamens de feu meſſire Iehan & Bernard de Boneual. Car tous les biens eſtient de feu meſſire Anthoine, ergo il en a peu diſpoſer. [Item nihil ad rem facit, quod teſtamenta domini quondam Ioannis & Bertrandi de Boneual allegentur. Nam omnia bona ad dominum quondam Antonium ſpectabant. Ergo de iiſdem potuit diſponere.] l. in re mandata. C. mandat. etiam abutendo. l. ſed ſi lege. §. conſuluit. ff. de petit. hære. *il en a diſposé par contract de mariage, ſur lequel ſe faut fonder* [Diſpoſuit uero de iis per contractum matrimonii, ſuper quo ſe fundare oportet.]

7 † Item ubicunque quis excluditur fauore alicuius, tunc ſequentes in gradu cenſentur excluſi, prout conſuluit Bal. conſil. 88 circa ſecundum quæſitum. uol. 3. per not. in l. 1. ff. ſi quis aliquem teſtam. prohibuer. l. mulieri. de condict. & demonſtrat. l. cùm quaſi. §. ſed & ſi quis. de fideicomm. liber. *mais au cas preſent les femelles ſont excluſes,*] Sed in præſenti caſu fœminæ ſunt excluſæ,] in fauorem maſculorum dum dicitur *les masles precedans les femelles.* [maſculis fœminas præcedentibus.] Ergò ſequentes in gradu mulieres excluſæ erunt: Et ſic, *les niepces dudit meſſire Iehan de Boneual,* [neptes d. domini Ioannis de Boneual,] & non ſolùm una, ſed omnes, extantibus maſculis.

Item poſito, & non conceſſo, *que leſdites niepces ueulent uenir par teſtament, encores ne pourront elles auoir que la legitime, ou les laiz faitz au teſtament,* [quod d. neptes uellent ex teſtamento venire, nihil tamen adhuc habere poſſent, præter legitimam, uel legata, teſtamen-
8 to relicta,] quia † ſi teſtator mandet reſtitui totam hæreditatem, uel pleno iure, tunc cenſetur prohibita Trebellianica, maximè inter nobiles, per gloſ. ſingul. in l. decem. ff de fideicommiſſ. libertat. Et ita eſt communis opinio, ſecundum quam iudicatur, teſte Guid. Pap. in deciſ. Delphinat. q. 837. dixi ſuprà, & conſil. 133. Antonius in fin. & conſil. 140. conſilium. in 3. dubio. Fortius in contractibus, cum non debeat deduci, maximè ut uerba cõtractus aliquid operentur. Bal. in rubr. C. de contrah. emptio. q. 9. l. ſi quando. ff. de leg. 1. Et illa uerba contractus *heriteront en tous les biens & ſeigneuries &c,* [ſuccedent in omnibus bonis & dominiis &c.] non ſeruirent nobis, ſi quarta detraheretur Trebellianica, quod non eſt dicendum.

Item poſé ores qu'il y euſt ſubſtitution, ce que non, [Item poſito, quod iam ſubſtitutio eſſet, quod ſecus eſt,] non tamen fœminæ eſſent omninò excluſæ, per doctrinam Bart. in l. cùm auus. ff. de cõdict. & demonſtr. quam ibi Socin. dicit tenendam in iudicand. vbi dicitur, quod ſi teſtator grauauerit filium inſtitutum de reſtituendo hæreditatem, ſi deceſſerit ſine filiis maſculis, ſi filius deceſſerit cum filiabus, ſubſtitutus excludet fœminas, quia poſtquàm expreſſit de maſculis, ergo fœminas voluit excludere. arg. l. cum prætor. ff. de iudi. c. qualis. 25. diſtinct. *par plus forte raiſon au cas qui s'offre. Car.* [Fortius in caſu qui ſe ſe offert. Nam] uoluit maſculos fœminis præferendos.

Item ne faict rien, [Item non obſtat.] quod iſte contrahens erat filiusfamilias, & ſic non potuit contrahere. *Car cela eſt contre, la deciſion du droict,* [Nam hoc de-
9 ciſioni iuris aduerſatur.] † Primò Iuriſconſ. ait filius familias ex omnibus cauſis tanquam paterfamilias obligatur, & ideo agit cum eo tanquam cũ patrefamilias poteſt. l. filiusfamil. 2. ff de actio. & oblig. & tam ex contractibus quàm ex delictis in filium familias competit actio. l. tam ex contractibus. ff. de iudic. *appert doncques* [Apparet itaque] filius familias contrahere potuiſſe, & ſic non requirebatur ratihabitio, poſtquam ſui iuris factus fuerat.

RESP. CLXXI.

De Rege, à quodam hærede inſtituto, multiſque legatis grauato.

SVMMARIVM.

1 *Bernardinus Pyrata inſtituit Regem, multaq́; legata fecit, an eius legata teneatur Rex ſoluere, & is qui ius à Rege habet.*
2 *Religioſus non profeſſus teſtari poteſt.*
3 *Permittere quis poteſt, ut alter leget rem ſuam.*
4 *Approbans teſtimonium nullum obligatur.*
5 *Legata relicta etiam in iniurias ſolemni uoluntate debentur.*
6 *Hæres bona defuncti poſſidens animam defuncti exonerare tenetur.*
7 *Pecunia deſtinata ad fundationem cenſetur eſſe immobilis.*

1 DIVINO inuocato præſidio † Bernardinus de Baulx poſtquam multa lucratus erat pyraticã exercendo rabiem, ſub nomine religionis Hieroſolimitanę cõdidit teſtamẽtum in quo inſtituit Regem & multa legata fecit. Quæro an Rex teneatur ad legata uel is cui bona dicti de Baulx data ſunt: & breui reſpondeo quod ſic, tum j. quia teſtamentum non poteſt ualere, quoad inſtitutionem quin legata debeantur.

2 Item non obſtat quod † religioſus erat ob id teſtari non poterat. authen. ingreſſi. C. de ſacroſanct. eccleſiis, quia reſpondeo quod non erat profeſſus.

Item, quod erat emancipatus à regula, nec actus religioſorum faciebat, ob id quod iniuſtè acquiſiuit nõ acquirit monaſterio. ar. l. quod ſeruus. ff. de acq. poſſ.

Ideò potuit diſponere reſtituendo illis ad quos ſpectabat. Et illud teſtamentum nõ dicitur niſi quædam declaratio uoluntatis.

Item

Item Rex approbauit testamentum in totum, ergo donatarius qui in locum regis succedit, non debet illud impugnare. & † quis potest permittere ut alter leget rem suam. l. sicut. §. uenditionis. ff. quib. mod. pig. vel hypotec. soluit. quem tex. not. Bal. in c. uno. §. donare. collat. 2. qualiter. feud. alien. possit. Ias. in l. cũ proponas. in 1. C. de pact. & in consil. 89. col. penul. in 1. uol. & in §. præterea. in additio. ad porcum. instit. quib. mod. ius patr. potest solui.

Item Rex donauit prędicta bona, *en payant, & acquitant les charges & debuoirs, si aucuns sont deuz pour raison d'iceux ou ainsi qu'il appartiendra.* [Soluendo & onera atque debita, si quædam debeantur illorum causa exoluendo, uel ut conueniens erit.]

Or istud uerbum *en payant* [soluendo.] est gerundiuum, & exponitur, id est si soluerit. l. si tu ex parte. ff. de acquir. hære. Et sic uult dicere, quod si donatarius soluat, Rex donat: ergo si non soluat, Rex non donat. illi igitur timendum est de reuocatione.

Item, dicit *en acquitant les charges* [onera exoluẽdo] ecce etiam quod Rex uult omnia onera exolui.

Item, & quamuis testamentum non ualeret, tamen ualebit, ut ultima uoluntas à Rege approbata, ut dicitur in primis literis.

4 † Item, quando quis approbat testimonium nullũ, obligatur. l. 1. C. de fideicommiss.

Item, quidquid acquisierat iste ex re Principis: uide licet ex galeis cum esset Capitaneus galearum Regis, ipsi Principi acquisierat, ex uoluntate illius dispònere potuit.

Item, hic incipit soluere, ergo compelli ad residua potest. l. 1. ff. de pollicit.

Item, iure Arbinagii hæc bona ueniunt ad Regem quomodocunque ueniant, uult Rex ut onera & debita soluantur.

Non refragatur, si dicatur non debita, quia facta ab illo qui non poterat. Respondeo, quamuis, tamen Rex uult ut onera soluantur, nedum debita. ibi. *charges* [onera.]

5 † Item legata etiã relicta in minus solemni uoluntate, naturaliter debentur. gl. in l. cum quis. C. de iur. & fact. ignor. & in l. 1. ff. de condict. indeb. Et potest probari argumento à sufficienti partium enumeratione. j. quia sunt legata. j.

Item, quia de illis in uita disposuerat relinquendo archam apud dictos fratres.

Item, dicitur in cap. nemo ecclesiam. de consecra. distin. 1. Sic nemo ecclesiam ædificet antequã episcopus ciuitatis ueniat, & ibidem crucem figat, publicè atrium designet, & ante præfiniat qui ædificare uult, quæ ad luminaria, & ad custodiam sufficiunt, & ad stipendia custodum, & ostensa donatione sic domum ædificet. &c. sed iste designauerat pecuniam in uitam.

Imò Rex tenebatur illam ecclesiam reædificare, cum sua causa fuisset destructa.

6 † Item hæres & bona possidẽs defuncti tenetur exonerare animam defuncti. soluendo id ad quod defunctus tenebatur, & ad hoc compelli potest etiam si testator non disposuerit, ut in hoc casu.

7 † Item pecunia destinata ad fundationem censetur esse immobilis. l. quid ergo. ff de contrar. actio. tutor. Felin. in c. cum adeò. de rescript.

RESPON. CLXXII.
De substitutione.

SUMMARIUM.

1 *Substitutio facta in contractu matrimonij.*

2 *Vocatus quando quis est in duobus casibus, & apponitur dictio tunc, vel tantum, tunc substitutio restringitur ad illos casus, & ad alium non extendetur.*

3 *Filia semel à masculo exclusa, perpetuo censetur exclusa.*

4 *Substitutio facta, si institutus decederet sine liberis expirat statim cum sunt filij, quidquid postea illis contingat.*

5 *Scriptura quod non dicit, nec nos dicere debemus.*

6 *Pupillaris substitutio expresse, non autem per coniecturas fieri debet.*

7 *Interpretatio larga in substitutionibus fieri debet, quod ibidem limitatur.*

8 *Prouisio facta in vno casu, an ad alium extendatur.*

9 *Fideicommissum quando ex coniecturata mente testatoris inducatur.*

1 RES sic se habet, quod d. † Antonius de Chasteauneuf habebat tres masculos, & totidem filias, & collocando filiam suam Antonetam nuptui, cum d. Georgio de Selli domino de Cros, fecit in contractu matrimonii hanc substitutionem, & his uerbis usus est. *En cas qu'il aduiendroit que ledit Sieur de Chasteuneuf allast de uie à trespas sans hoir ou hoirs masles, descendans esquels cas & autrement non, ladicte damoyselle & les siens viendront & pourront uenir à partage, auec ses autres seur ou seurs, ou leurs hoirs en rappourtant ladicte promesse à elle cõstituee en faueur duditi mariage. &c.* [Si eueniret quòd d. dominus Castronouo sine hærede, uel hæredibus masculis, descendentibus, moreretur, his casibus, & non alio, d. domina & sui ad diuisionem admittentur, cum suis aliis, sorore, uel sororibus, uel earum hæredibus d. promissionem ipsi in fauorem d. matrimonii constitutam referẽs.] &c. euenit quod Antonius de Castronouo decessit relictis Ioanne & aliis liberis, postea obiit d. Antonius. Demum hic Ioannes, primus procreauit alterum Ioannem de Castronouo, qui primus postea obiit, & demum ultimus Ioannes nepos Antonii decessit sine liberis, quæritur an successio debeat uenire ad Antonetam substitutam in contractu matrimonii, uel ad eos consanguineos proximiores d. Ioannis ultimo decedentis.

Et certum est Antonetam esse uocatam in duobus tantum casibus, & in quolibet illorum. Primus si Antonius decessisset sine hæredibus masculis ex suo corpore descendentibus, uel sine hærede masculo. Sed non decessit sine hæredibus, quia reliquit Ioannẽ primum, & alios. Ergo ex illo capite d. Antoneta non est uocata. arg. l. cohære. §. cum pater. ff. de uulg.

Item ex secundo capite non potest uenire d. Antoneta, quia tunc demum venire potest, *quand les hoirs masles uont de uie à trespas descendus sans hoir ou hoirs* [quando hæredes masculi moriuntur, qui descenderunt, sine hærede vel hęredibus] intelligi debet & repeti. Ergo isti liberi, qui iam descenderunt ex Antonio, & sic *descendus* [qui descenderunt] ex Antonio habuerint prout habent liberos, quia Ioannes primus habuit alterum Ioannem, igitur non decessit sine

2 hærede. Et sic expirauit substitutio: nam † quando quis uocatur in duobus casibus, uel in uno casu expresso, & apponitur dictio tunc, uel tantum, tunc substitutio restringetur ad illos casus, uel expressum, & ad alium non extendetur. l. in substitutione. ff. de vulg. Anchar. consil. 356. ex serie col. 2. Dec. consilio 314. pro resolutione. & consil. sequen. sed in facto mihi exhibito fuit uocata dicta Antoneta ad diuisionem

uisionem cum fratribus in his duobus casibus tãtum & non alias, ergo extra hos casus venire non poterit.

Præterea sufficit quod Ioannes primus filius testatoris Antonij non sit mortuus sine herede, & per hoc exclusa est semel Antonera, quod sufficit. Bald. in §.1. rub. episcopum & Abbatem in 2. notab. per illũ text.
3 vbi dicit quod † si filia sit semel exclusa à masculo, perpetuo censetur exclusa. ita quod si moriatur masculus, non veniet amplius fœmina. l. videamus. §. sufficit. & ibi Bart. ff. quod metus caus. hic fuit semel exclusa, cum primus Ioannes decessit cum hæredibus. Igitur non poterit deinceps venire.

4 † Item, si fuerit facta substitutio alicui, si decesserint sine filiis masculis, substitutio illa euanescet extantibus filiis masculis tempore mortis, quidquid postea liberis contingat. Oldr. consi. 21. thema tale. per l. cum vxor. C. quando dies leg. ced. Dec. consil. 218. in casu. coll. 2. vbi dicit quod licet postea filij moriantur sine filiis: tamen non habebit locum substitutio quæ semel expirauit & extincta fuit. Paulus in l. ex facto. §. penult. ff. ad Trebell. Alex. consil. 31. ponderatis. in 3. uol. Igitur postquam fuerit ista substitutio extincta & irrita, quia primus Ioannes decessit cum hærede, licet suus hæres sine hærede decedat: tamen Antoneta iam exclusa non ueniet ad diuisionem, cum in duobus casibus tantum uenire debebat, & non aliàs.

Item nil aliud inquiri debet, quam quod in instrumento scriptum est. Bal. per illum tex. in l. fi. C. de fals.
5 caus. adiecta legator. Et quod † scriptura nõ dicit, nec nos dicere debemus, cum scriptura suos habeat limites. l. fideiussores magistratuum. §. pro Aurelio. ff. de fideiuss. Bal. in c. Rodulphus. col. 2. de rescrip. & illud quod non cantat instrumentum, nec ego cantabo. Bal. in c. uenerabilem. colla penul. de elect. Et non credimus hominem uelle nisi illud quod dicit. Bal. in l. uoluntatis. col. 1. C. de fideicommiss.

Item si contrahentes uoluissent Antonetam uenire ad diuisionem post mortem nepotum dixissent, & ita expressissent alium gradum tertium sicut duos expresserunt. arg. c. ad audientiam. de decim. & quia non dixerunt non ualet. l. quidam cum filiũ. ff. de hęredib. instit. nec propositum in mẽte retentum aliquid operatur. l. si nõ reperẽdi. C. de condict. ob caus. dator.

Item d. Antoneta non potest uenire ex uulgari, quia non fuit facta per uerba illi conuenientia, de quibus in l. 1. ff. de uulg. ex pupillari minus, quia non est facta pupillo, nec in ea sunt octo quæ in ista substitutione requiruntur, in l. 2. ff. de uulgar. & §. 1. instit. de pu-
6 pill. Et quia † substitutio pupillaris expresè fieri debet non per coniecturas. Paulus in l. penult. C. de impuber. Dec. consil. 211. numero quarto.

Nec exemplari, quia non fuit facta furioso uel furiosis, sicut exemplaris requirit. in l. ex facto. ff. de vulg. l. humanitatis. C. de impub. Itẽ nec ex reciproca, quia non est facta per verba conuenientia reciprocæ substitutioni, de quibus in l. Lucius. ff. de vulg. l. 1. C. de impube. l. in testamento. de testam. militar. Nec ex compendiosa, quia non est facta per verba introducta ad faciẽdam hanc substitutionem, de quibus in l. Centurio. vbi plen. Doct. ff. de vulg. & l. precibus. C. de impube. Doct. in c. Raynutius. & c. Raynaldus. de testa. Nec potest ex fideicommisso venire, quia vocatus sub conditione, ea non adueniente, venire non potest. l. si quis sub conditione. ff. si quis omiss. caus. testa. sed hic defecit conditio, ergo & substitutio, &c. Et conditionalis dispositio per euentum conditionis effectum sortitur. l. cedere diem. ff. de verb. sign. l. qui hæredi. §. fin. de cond. & demonstr. l. pecuniam. si cert. pet.

7 Non refragatur quod † in substitutionibus debet fieri larga interpretatio. gl. & doc. in l. Gallus. § & quid si tantum. ff. de liber. & posth. l. fi. C. de instit. & substit.

Tamen non debet extendi contra volũtatem substituentis, & contra verba. Quia non est recedendum à verbis nisi constet de contraria mente. l. non aliter. ff. de leg. 3. & in certis non est locus coniecturis. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig. Et quando non constat de specie substitutioni, non debet latè interpretari. Dec. consi. 271. in causa. in fi.

8 Secundò, non obest si dicatur quod † prouisio facta in vno casu extenditur ad alium. l. fi. C. de instit. & substit. l. fi. de posthum. hæredib. instit. Bar. & alii in l. 1. ff. de uulgar. Nam respondeo, quando disponens in alio casu prouidit, non extendetur. l. cum filio. §. filio. ff. de vulgar. quia expressum facit cessare tacitum, ut ibi, sed hic expressè prouidit in duobus tantum filiam ad diuisionem venire. Primus est, quãdo d. Antonius moreretur sine hærede, vel hæredibus, vel quando hæredes d. Antonii, vel hæres decederet sine hærede, quod non euenit. Nam heres d. Antonii decessit cum hærede, ergo substitutio euanuit, & sic Antoneta ad diuisionem non poterit venire.

Tertiò non obstat quod prouisio facta in vno casu porrigitur ad alium casum, in quo idẽ prouisum fuisset, si de eo fuisset cogitatum. l. Titius. §. Lucius. ubi Bart. & alii. ff. de liber. & posth. l. tale. § fi. ff. de pact. quia respondetur, quod contrahentes etiam si cogitassent de hoc casu, non prouidissent: quòd patet eo quòd filiam voluerunt venire, in his duobus casibus tantum.

9 Item, non me mouet, si dicatur quod † fideicommissum inducitur ex coniecturata mente testatoris, quamuis verba deficiant. l. vnum ex familia. §. fin. ff. de leg. 2. l. fideicommissa. §. hæc verba. de lega. 3. Bald in l. quoties. 1. C. de fideicommiss. sed coniectura est quod pater plus dilexerit filiam, quam alios sibi remotiores. l. cum auus. ff. de condit. & demonstra. l. generaliter. C. de instit. & l. cum acutissimi. de fideicom. Respondeo esse verum, quando coniectura posset apparere, sed hic apparet coniectura contraria, quia solum vocauit Antonetam in duobus casibus, & prohibuit in aliis venire, ergo alia coniectura voluntatis non est facienda, cum dicat tex. l. si plures in fi. ff. de vulg. nisi alia mens forte testatoris fuerit, quod vix credendum est, nisi euidenter fuerit expressum. Et sic cum alia mens non fuerit expressa, concludendum est d. Antonetam non posse venire ad diuisionem per illam substitutionem, quæ euanuit, quando filij & hæredes Antonii decesserunt cum hærede vel hæredibus.

RESPON. CLXXIII.

De multis & varijs substitutionibus, & quam perplexa reddant testamenta.

SUMMARIUM.

1 *Substitutiones multæ, ac uariæ.*

2 *Successio ex lege xij tabularum proximioribus defertur, declarat nu. 11.*

3 *Substitutus non admittitur quando adest persona quod ex præsumpta uoluntate defuncti succedit.*

4 *Substitutio si decedat sine liberis euanescit, si grauatus relinquat ex filio nepotem uel neptem.*

5 *Hæreditas, quando ex testamento adiri potest ab intestato non defertur.*

Argu-

6 *Argumentum à sufficienti partium enumeratione in iure est validum.*
7 *Spes substitutionis ad haredes non transit.*
8 *Successio quando alicui defertur ex præsumpta voluntate defuncti, ab intestato ille venire censetur, non ex aliqua tacita substitutione.*
9 *Filij positi in conditione censentur tacitè vocati.*
10 *Indefinita æquipollet uniuersali.*
12 *Primogenitus est, quem nemo præcedit.*
Paria sunt non esse, & inhabilem esse, ibid.
13 *Qualitas iuncta verbo, debet intelligi secundum tempus verbi.*
14 *Matre ab hæreditate exclusa, & filia erit exclusa.*
15 *Præsumptiones plures vincunt unam.*
16 *Hæreditas absque aliqua actuali, vel uerbali restitutione, die fideicommissi cedente, de æquitate canonica transit ipso iure in fideicommissarium.*

1 ILES † quidam d. Philibertus de Veyre instituit & Philippum & Petrum de Veyre filios suos hæredes uniuersales inter eos bona diuidens, uoluitque si alter decederet sine liberis, quomodocunque alter succederet.

Et si ambo sine liberis ex suo legitimo matrimonio procreatis decederent, substituit Marguaretam testatoris filiam. Et post eam Mariam etiam testatoris secundo genitam, sed si contingat istos decedere sine liberis uel alterum illorum, substituit Guilielmũ de Veyre testatoris fratrem & militẽ: & similiter si Guilielmus decedat sine liberis, substituit primo genitũ Antonij fratris sui procreatum ex muliere nobili & ex legitimo matrimonio. Et si non reperiatur masculus natus ex Antonio, tunc donat arma, census, dominia & reditus Claudio de Veyre, & facit eum hæredẽ uniuersalem. Et si Claudius de Veyre moriatur sine liberis ex suo legitimo matrimonio procreatis, dedit Petro fratri Claudii & suo primogenito filio dicta arma & insignia, reditus & dominia supra expressa, faciẽdo eo casu hæredem uniuersalem, per hæc uerba *en le faisant audit cas son heritier uniuersel* [constituendo eum d. casu suum uniuersalem hæredem] Philippus sine liberis decessit, & bona uenerunt ad Petrum cohæredem fratrẽ d. Philippi primi. Qui Petrus cohæres possedit bona longo tempore, quo pendente mortua est Marguareta & Maria substitutæ relictis liberis superstite adhuc Petro cohærede & substituto. Obiitque uiuente d. Petro cohærede Guilielmus, Antonius, & Claudius sine liberis. Mortuus est etiam Petrus, penultimo loco substitutus, uiuo Petro cohærede relictis tribus filiis. Quæritur, quis istorum ad successionẽ uenire possit. Dei optimi maxime inuocato præsidio uidetur filios Marguaretæ & Mariæ succedere posse.

2 Tum primò, quia sunt proximiores, † & lex 12. tabularum proximioribus successionem defert. §. 1. instit. de leg. agnat. success. Sed filii Marguaretæ & Mariæ sunt proximiores, ergo ad eos successio deferetur.

Secundò, uidetur substitutiones esse caducas, utpotè quia omnes substituti sunt mortui, ante Petrum ultimo loco substitutum. Et sic sumus in casu quo substitutio irrita est. Et sic ab intestato proximiores succedent, ut proxime dixi. per not. in l. una, §. pro secundo. C. de caduc. tollen.

3 Tertiò, † quotiescunque adest persona quæ ex præsumpta uoluntate defuncti succedit, nunquam substitutus admittitur. Bart. & alii in l. quidam testamento. ff. de uulg. & l. hæredes mei. §. cum ita. collat. ult. ff. ad Trebell. Bal. in l. 1. C. de condict. inser. presertim, quia non est uerisimile quod testator uelit magis remotos includere & excludere illos quos magis diligit. argumen. l. publius. §. fi. ff. de cond. & dem. l. cum acutissima. C. de fideicomm. Sed in casu isto sunt filii Marguaretæ & Mariæ, qui sunt nepotes testatoris, filii vero Petri sunt multò remotiores, ergo uenient nepotes, & sic filiis Marguaretæ.

4 Quartò, † facit text. singul. in l. 1. C. de condict. inse. vbi substitutio si decedat sine liberis euanescit si grauatus relinquat ex filio nepotem uel neptem, & facit l. cum auus. ff. de condict. & demonstr. & l. cum acutissimi. C. de fideicom. l. iubemus. §. sin autem. ad Trebell. Sed in hoc casu testator habuit nepotes ex filiabus duabus, ergo illi debent succedere, & excludere etiam substitutum, quia quam charitatem pater habuit in filia, eandem continuatã habuit in nepotibus, l. cũ auus. l. generaliter. §. cum autẽ. C. de insti & subst.

Sed in contrariam inclino partem, uidelicet quod filius primogenitus Petri debeat succedere cum primo, quia fuit substitutus, & quandiu institutus vel substitutus venire potest, non possunt uenire succedentes ab intestato, † vel quandiu potest ex testamento adiri hæreditas, ab intestato non defertur. l. quandiu. ff. de acquir. hæred. 5

Item cessat tacitum, quandiu durat expressum. l. cum filio. ff. de uul. & prouisio expressa facit cessare tacitam. l. fi. C. de pact. conuent.

6 Probatur etiam † argumento à sufficienti partium enumeratione quod est ualidum in iure. §. omnium. instit. de actio. c. fi. & ibi. Imol. de instit. Quòd nulli substituti demptio filio ultimi Petri possunt succedere, quia mortui sunt dempto primogenito Petri substituto ante Petrum cohæredem cui erant substituti. Et licet Marguareta & Maria decesserint relictis liberis, filii tamen illarum non succedent, quia † spes substitutionis nõ transit ad hæredes. l. sed si plures. & l. qui habebat. ff. de uulga. Quia substitutio respicit personam cui fit, ideo cum illa persona finitur. l. si ex pluribus. ff. de suis & legit. hæredib. Roma. consil. 27. uiso. &c. qualiscunque sit substitutio. Alex. consil. 198. perspectis. uolum. sexto. 7

Et sic non possunt uenire ex substitutione expressa, nec tacita filii Marguaretæ & Mariæ, quia non sunt substituti. Item non possunt uenire ab intestato, quãdiu est locus substitutioni, ex testamento, ut suprà dixi. Minus ex præsumpta uoluntate defuncti, quia quando † quis uenit ex præsumpta uoluntate defuncti, censetur uenire ab intestato, non ex aliqua tacita substitutione. l. pater filiam. § fin ibi. legitimus. & in uerb. intestatus. ff. ad legem Falcid. l. confirmatur. §. 1. ff. de iure codicill. Salic. in l. penul. col. penul uersic. sed iuxta prædicta quæro. C. de impub. Sed intestatus non potest uenire, quandiu causa testa. durat, ut suprà dixi, & sic responsum est ad argumen. tertium, quia illa præsumpta uoluntas non attenditur, cum in certis non sit locus coniecturis. l. continuus. §. cum ita. ff. de verbor. oblig. Et certum sit filium Petri vltimo loco substitutum fuisse, & sic non habet locum præsũpta uoluntas contra expressam uoluntatem testantis, nec est presumendum contra uoluntatem testatoris expresse declaratam. 8

9 Item † filii Marguaritæ & Mariæ sunt positi in conditione. ergo sunt tacitè & ab intestato uocati. glos. in l. Lucius. ff. de heredib. instit. quę cessant quando est causa testati. ut suprà dixi. Igitur filii Mariæ non possunt venire ad successionem durante substitutione expressa facta de primogenito Petri.

Nec

Nec refragantur uerba testamenti ibi, *Item et au cas que ledict Claude allast de vie à trespas sans hoirs, il donne audict Pierre son frere, & à son aisné fils, lesdites pleines armes, terres & seigneuries dessusdites, en le faisant audit cas son heritier vniuersel.*

[Item casu quo d. Claudius moreretur sine hæredibus, donat d. Petro suo fratri, & suo primogenito, d. arma integra, terras & dominia supra dicta constituēs eum in dicto casu suum vniuersalem hæredem:] quia hæc verba habent multiplicem sensum. Primus est, quod testator voluit donare insignia sua Petro, & suo primogenito reditus domania & bona sua instituendo hæredem. Id est per institutionem hæredis, quam nunc faciebat in isto testamento. Et sic quilibet tam pater quàm filius erat institutus, id est substitutus, cū substitutio sit secunda institutio gl. in rub. ff. de vulg.

Vel potest intelligi quod testator voluerit dare sua insignia Petro, & suo primogenito bona instituendo hæredem vniuersalem: videlicet primò Gulielmum patrem, & post eius mortem filium primogenitum, & sic indefinitè eos instituendo, id est substituendo,
10 quæ † indefinita æquipollet vniuersali. cap. vt circa de elect. in 6. ac etiam non est curandum in hoc milite, qui magis arma quam iura scire tenebatur. l. fin. C. de iur. deliber. an loquutus fuerit in plurali, vel singulari, dummodo appareat de mente, vt fit.

Nec obstat quod testator fuerit vsus verbo singularis numeri. *En le faisant, &c.* [Constituens eum, &c.] Ergo non faciebat hæredes ambos, videlicet patrem & filium, alioqui dixisset, *En les faisant, &c.* [Constituēs eos, &c.] Respon. contrarium probari ex illis verbis: nam postquam imponebat grauamen sumendi arma filio, & donabat ei bona, debet ea habere. sed declarat quo iure donet eis bona, instituendo eum, videlicet Petrum hæredem vniuersalem, & eo mortuo filium suum primogenitum. Et non dicit instituendo eos, quia nolebat patrem venire cōiunctim cum filio, sed post patrem filiū succedere cupiebat, iuxta. l. Gallus. §. quidam. ff. de liberis & posthum. Et licet hoc edictū singulariter scriptum ex errore forte notarij sit, si tamen plures sint, habebit locum substitutio. l. 1. §. item hoc edictum. ff. quod fals. tutor. Et sic licet sit dictum, *En le faisant son heritier,* [constituens eum suum hæredem,] idem est ac si dixisset, *En les faisant, &c.* [constitueus eos, &c.] per prædicta.

Nec obstat quod datio insignium, facta primogenito Petri, est superflua, quia filius debet recipere insignia patris, vt no. Bar. in suo tract. de insignib. & armis: quia respon. non esse, nam verisimiliter cogitabat testator quod Petrus poterat mori antequam sumeret arma testatoris, vt fecit, ideo volebat quod tunc primogenitus caperet, vel etiam primogenitus Petri, poterat mortuo patre suo Petro insignia testatoris relinquere, & antiqua domus stemmata accipere, ideo testator prouidit & voluit donare arma etiam primogenito, postquam erat eiusdem cognominis. Et per consequens bona, quia non poterat eum grauare, nisi eū honorasset. l. ab eo. C. de fideicomm. vnde volebat præferre eos qui erant ius cognominis cum testatore.

11 Nec me mouet quod † lex. 12. Tabularum ad proximiores bona deferat, quia hoc est verum ab intestato, sed hic sumus in causa testati, cum filius primogenitus Petri veniat ex substitutione. Et sic proximior excludetur per d. l. quandiu. ff. de acquir. hæredit.

Nec me conturbat secundum, videlicet quod substitutiones sunt caducæ, quia substituti sunt mortui ante eum, cui est facta substitutio.

Respon. primogenitum Petri non esse mortuum, qui erat substitutus, si alij sine liberis decederēt, quod fuit factum, & sic non agitur hic de spe substitutionis, cum sit substitutus. Et substitutus succedere ex voluntate defuncti debet. l. cohæredi. ff. de vulga.

Nec obest quod primogenitus videlicet Georgius de Veyre sit inhabilis, vtpote religiosus qui ex consuetudine generali Regni Franciæ, postquam est professus, non potest succedere tanquam mortuus, nec eius monasterium. Bened. in repet. cap. Raynutius, in verbo. & vxorem num. 223. cum seq. & in verb. mortuo. 1. nu. 302. de testa. respond. quod religiosus etiam si sit primogenitus à natura non succedet, sed secundogenitus per naturam videlicet Fräciscus de Veyre, postquam est habilis, dicetur primogenitus de iure quoad insignia sumenda, & successionem habendam: quia
12 † primogenitus est, quem nemo præcedit, sicut proximus. l. proximus ff. de verbor. signific. Sed nemo habilis præcedit hunc secundogenitum. ergo dici poterit primogenitus, & successionem habere. Nam paria sunt non esse, & inhabilem esse glo. in l. si plagii. C. ad leg. Flauiam de plagiar. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. cum multis aliis quæ ibi congessi. Facit decis. Guido Papæ. 506. in contractu. vbi concludit quod si in contractu matrimonii detur primo nato, si filia primo nascatur, non habebit, per rationes ibi traditas.

13 † Item qualitas iuncta verbo debet intelligi secundum tempus verbi. l. in delictis. §. 1. ff. de noxal. actio. sed tempore verbi substitutionis Franciscus erat primogenitus & habilis, ergo de illo intelligetur.

Nec obstat quartum supra allegatum pro contraria parte, quia debet intelligi quod nepos illius qui est rogatus restituere hereditatem, excludit substitutum, quando bona ad eum venerunt: quia verisimile est quod testator prædilexit nepotes, quàm alios remotiores. sed in hoc casu nunquam bona venerunt ad filias, & sic non possunt venire ad filios vel filias earum,
14 illa ratione quia † exclusa matre, & filia sua erit exclusa. no. in c. quamuis de pact. in 6. Sed per mortem filiæ erant à substitutione exclusæ: quia mors omnia soluit, & sic substitutionem. §. deinceps in authen. de nupt. coll. 4. ergo & filii illarum filiarum, & quia spes substitutionis non potuit transmitti, vt supra dixi: hoc etiam liquidò probatur ex verbis testamenti. artic. 24. dum dicitur, *voulant que si sesdits biens, au moyen desdites substitutions estoyent venuz à ladite Marguerite.* [Volens quod si d. bona sua ratione prædictarum substitutionum ad d. Marguaretam peruenirent.] & sic apparet testatorem voluisse præferre filios Margaretæ quando ad ipsam bona peruenirent. Sed non peruenerūt, ergo noluit substitutum excludi. Etiam probatur in sequen. artic. 25.

Item, *& ou ladite Marguerite viendroit à ladite succession de ses deux freres au moyen de ladite substitution, il veut, &c.* [casu quo d. Marguareta ratione prædictę substitutionis ad d. successionem fratrum suorum amborū perueniret.] Et sic semper testator intelligit quod filia ueniat, sed non uenit, quia præmortua fuit, ergo filii non poterunt uenire, & sic concludo Franciscum filium Claudii succedere posse.

Nec obstat, si dicatur præsumptionem esse pro filiis filiarum, eò quia sunt proximiores testatori: ergo illos nepotes suos aliis non ita proximis uidetur prætulisse. Quia respon. quod licet una præsumptio sit pro filiis Marguaretæ & Mariæ, tamē plures sunt præsumptiones pro Francisco de Veyre. Primò, quia est expresse substitutus. Secunda præsumptio: quia est eiusdem cognominis, cum testatore uidelicet de Veyre. Tertia, quia testator uidens quod esset eiusdem

cognominis dedit ei arma, ut deferret nomen, & arma domus, quod maximè nobiles optant, filia uerò non, nec filij filiæ deferre possunt, sed insignia patris & cognomen. Aliæ etiam sunt præsumptiones, quia testator erat miles. Et sic poterat testari quomodo uolebat, l. milites. C. de testa. milit. Et erat nobilis, quia nobiles plus fauent masculis quam fœminis, per ea quæ supra dixi. Et sic ex his iudicari debet pro Francisco, cum habeat plures rationes & præsumptiones,
15 quam altera pars. Et † plures præsumptiones uincũt unam, c. 1. de treug. & pace, l. siue possidetis, C. de probatio. Ex his concluditur iudicandum esse pro Francisco de Veyre, cui iura in aperto succedunt, & sic deciditur illa quæstio, uidelicet an nobilis Franciscus de Veyre possit absque restitutione bona apprehendere, & possessionem, uidetur quod non: quia restitutio oportet quod fiat fideicommissario, alioqui bona habere non debet, quare uerbis tradendo, & patiendo fieri potest. l. restituta. ff. ad Trebell. nec trãseunt actiones in fideicom. sine restitutione. l. 1. in princip. & per totum. ff. illo tit.

16 Contrariũ teneo, quia de † æquitate canonica non est opus aliqua actuali uel uerbali restitutione, sed die fideicommissi cedente, ipso iure transit hæreditas in fideicommissarium, seu in substitutum, quæ æquitas in curijs regni seruatur. tex. & ibi expressè Bald. in c. in præsentia. de prob. & incontinenti potest agi possessorio, & petitorio, ut circuitus inutilis uitetur, & lites abbreuientur, quod reipublicæ interest, l. properandum. C. de iudic. & cap. finem, de dolo, & ita iudicatur etiam in curia parlament. teste Benedi. in repetitio. c. Raynutius. in uerb. si absque, in 2. de substit. fideicommissaria. nu. 50. & 85. de testam. & ideo vigore consuetudinis generalis, quia dicitur mortuus *saisit* viuum, tam subsistitutus, quàm fideicommissarius possunt dicere se saisitos, & intentare possessorium, & solent si bona ad eos ex substitutione peruenerint, manuteneri, etiam in patria iuris scripti, Bened. in d. c. Raynutius, in verbo, mortuo. 2. num 74. de testam. & idem ante eum tenet Berber. in viator. iur. in 4. parte, fol. 164. Et sic iste Franciscus de Veyre potuit possessoriũ retinendæ intentare, in quo est manutenendus, sine aliqua restitutione uigore consuetudinis. Et ita concludo salua correctione melius sentientis, & in fidem præmissorum me subscripsi.

RESPON. CLXXIIII.

Quinque ex testamento soluuntur dubia.

SVMMARIVM.

1 *Quæstiones aliquot ex testamento ortæ.*
2 *Legando quis rem, ius quod in re habet legare videtur. declarat num. 8.*
3 *Testator quando est dominus tantum partis rei, si totam rem legat, non solum partem mediam quàm habet, sed & totam legare videtur.*
4 *Coniecturæ in rebus certis non quærendæ.*
5 *Ratione cessante, cessat dispositio.*
6 *Appellatione dimidiæ, quid veniat.*
7 *Testator quando ponit confines conuenientes toti rei, tunc ex coniectura ta mente testantis totam rem legare videtur.*
9 *Testator potest disponere de re aliena præsente, & patiente illo cuius est res.*
10 *Consensus inducit mandatum, quando consentio testatori rem meam leganti.*
11 *Res legata si per retractum consanguinei à legatario euincatur, æstimatio eius tunc legatario est præstanda.*
12 *Hæres legatario de euictione cauere tenetur.*
13 *Hæres tuere tenetur rem alienam, vel obligatam à testatore legatam.*
14 *Actionem habens ad rem, ipsam rem habere videtur.*
15 *Legatum vniuersale transit in legatarium cum suo onere, quod declaratur infra.*
16 *Legatarius in legato vniuersali tantum ad onera tenetur, non autem in generali.*
17 *Legatum rei litigiosæ valet.*
18 *Minor ante quatuordecim annos completos testari non potest.*
19 *Minor causa mortis donare non potest.*
20 *Minor inter viuos donare, & contrahere prohibetur, alioqui restituitur.*
21 *Renuntiatio facta per fratres, & sorores, an alijs prosit.*
22 *Remissio facta per vnum ex substitutis prodest alijs.*
23 *Portio exclusi per repudiationem à iure petendi successionem alijs defertur ex iure accrescendi.*
24 *Tutor vbicunque facit illud ad quod tenetur, licet suo nomine faciat, illud tamẽ pro pupillo facere videtur.*
25 *Tutor vtilia pupillis procurare, & inutilia vitare debet.*
26 *Tutor uel curator qui acquirere potuit pupillis, & non acquisiuit actione tutelæ uel curæ conueniri potest.*
27 *Portio quando portioni accrescat, ibid. & infra.*
28 *Hæreditas cum sit facti non præsumitur nisi probetur.*
29 *Renuntiatio facta ad instantiam alterius, non habet tacitam hæreditatis aditionem inclusam, quod limitat ibid.*
30 *Consequens qui uult, & antecedens uoluisse uidetur.*
31 *Actis mali exempli est reprobandus.*
32 *Curator pro authoritate præstanda ad donandum dari non potest.*
33 *Tutor spolians pupillum, uel curator adultum, qua pœna sint puniendi.*
34 *Hæres, & legatarius esse quis non potest.*

1 QVINQVE † dubia mihi proposita breui decidere iure conabor: Primum est an testator uideatur cuilibet nepoti legasse dimidiam partem bonorũ ex Regina Aragoniæ acquisitorum, An uero tantum dimidiam dimidiæ propter dimidiam partem conquæstunm quã constituebat uxor ex consuetudine.

Secundò, si ipsa dimidia uel totum euincatur prætextu retractus, à proximo an æstimationem saltem oblatam legatarius debeat habere.

Tertiò, an donatio inter uiuos, uel causa mortis, aut testamẽtum factum per d. Gulielmum de Croy minorem 14. annis ad utilitatem d. Philippi de Croy ualeat?

Quartò, an renuntiatio facta Philippo habenti custodiam nobilium prosit sibi tantum, an omnibus aliis non renuntiantibus, suis fratribus, ultimò quæritur an d. Philippus de Croy possit tanquam hæres bona in patria iuris scripti sita iure suscipere, & bona in patria consuetudinaria tanquam legatarius, & ut ueritas melius elucescat uerba testamenti inseram.

Testamenti uerba super quibus decet tendere retia, sunt hæc uidelicet, *ledict Sieur Marquis a donné & delaissé toutes les terres & seigneuries qu'il a acquis soit à tiltre de don,*

de don, ou d'achapt de la Royne Germayne Daragon, situees au royaume de France. Ainsi la moytié à son nepueu le Comte de Sainct Portien, & l'autre moytié à son plus ieune nepueu Charles de Croy, frere dudit Comte, resident a present en France, &c. [Dominus Marchio donauit & reliquit omnes terras & dominia, quæ siue titulo donationis siue uenditionis ex Germana Regina Aragoniæ acquisiuit, in regno Franciæ situata: Atque ita medietatem suo nepoti, Comiti sancti Portiani, aliam uerò nepoti suo natu minimo, Carolo de Croy, d. Comitis fratri, in Francia iam commoranti, &c.]

Ex his dubitatur, quia ex consuetudine vxor habebat dimidiam conquæstuum partem, ideò in illis terris acquisiuerat dimidiam ratione cōsuetudinis. Quæro, an testator videatur legasse dimidiam cuilibet nepoti, vel tantum dimidiam dimidiæ. Et sic quartam partem cuilibet, videtur quòd tantum videatur legasse dimidiam dimidiæ cuilibet nepoti. Nam quis
2 † legando rem, videtur ius legare, quod in re habet. l. serui electione. §. fin. ff. de leg. 1. Secundò facit. l. si domus §. fi. illo tit. sic consuluit Alex. colum. 47. visis instrumentis, in 3. volum.

Contrarium est verius, videlicet quod censeatur legasse dimidiam partem d. Philippo. Alteram dimidiā magnifico domino Carolo de Croy, suo fratri & hoc satis expressum est in testamento per illa verba, *toutes*
3 *les terres &c.* [omnes terras, &c.] † nam vbicunque testator est tantum dominus partis rei, & legat totam rem, seu omnes res, videtur legare nō solum partem mediam, quam habet, sed & totā. l. Iulianus. ff. de leg. 3. & hoc tenet Bart. & communiter alii in l. serui electione. §. fin. ff. de leg. 1. Alioqui verba totum denotantia non verificarentur, nec voluntas testatoris seruaretur, quod maximè expedit reipublicæ vt voluntas testantium seruetur. l. vel negare. ff. quemadmod. testa. aperiātur. Ideò potest exponi *toutes* [id est omnes res] ut probatur in l. maximum. §. 1. totos masculos, id est omnes dicit glo. C. de liber. præterit. §. cum ergo, instit. quib. ex caus. manumit. non licet. l. si totas, de inofficios. donat. & in proœm. ff. in princip. & ibi not. per moder. sed si non daretur, nisi dimidia pars dimidiæ cuilibet, non daretur tota, & sic non esset satisfactum uoluntati testatoris.

4 Item in † certis non est opus coniecturis. l. continuus. §. cum ita. ff. de uerbor. obligat. Sed certa est uoluntas testatoris declarata per illa uerba, *toutes les terres, &c.* [omnes terras, &c.] Ergò non faciemus coniecturam, sed uoluntatem sequemur testatoris, cum uoluntas primum locum obtineat. l. in conditionib. ff. de conditio. & demonstrat.

5 Præterea † cessante ratione cessat dispositio. l. quod dictum. ff. de pact. c. cum cessante, de appell. sed in casu mihi proposito cessat ratio illa, uidelicet quod testator in dubio non censetur grauare hæredem, nisi in minus quam possit. l. unum ex familia. §. si rem. ff. de leg. 2. Postquam expressit *toutes*, [omnes] ergo tota debebitur pars Philippo, & altera d. Carolo.

Insuper latius declaratur ex uoluntate testatoris,
6 dum dicit dimidiam, &c. Nam † appellatione dimidiæ uenit dimidia totius propriæ, & non dimidia dimidiæ. l. Lucius. §. filiam, iuncta glo. dimidiæ. ff. de leg. 2. & ibi Bar. ideo quando dixit, *ledict Sieur Marquis toutes, &c. la moitié, &c.* [d. dominus Marchio omnes, &c. medietatem, &c.] intellexit mediam partem totius, postquam totum expresserat, & ista est uera mens defuncti, quidquid dicant Bar. & alii, in d. §. fi. nam debet intelligi, quando non apparebat uoluntas defuncti, quod secus est in casu nostro.

Vlterius luce clarius patet, ibi, dum testator legat omnes res quas acquisiuit ex Germana Regina Aragoniæ, nam ipse testator acquisiuerat omnes res, ergo
7 illas legati, sicut quando † testator ponit confines conuenientes toti rei, tunc ex coniectura ta mente testantis totam rem legare uidetur, Angel. Areti. & Vincen. in d. §. fi. l. serui electione. secus si confinia cōuenirent, etiam suæ parti, quia tunc suā partem legare uideretur adiiciendo confines tantum, & ita intelligitur opinio Bar. & aliorum in d. §. fi. Sed hic multifariā multisque modis declaratur uoluntas testatoris. Primo ex uerbo *toutes*, [omnes] Secūdò ex uerbis, *qu'il a acquis.* [quæ acquisiuit.] nam is ipse Marchio testator acquisiuerat, non alius. Tertio demonstratur. Ibi, *de la Royne Germaine d'Aragon*, [ex Germana Regina Aragoniæ,] & ibi, *situees au royaume de France*, [situata in regno Franciæ,] ubi tradit confinia. Quartò, ibi, *la moitié à son nepueu, le Comte de Sainct Portien, & la moytié à son plus ieune nepueu Charles de Croy.* [meditatem suo nepoti, Comiti sancti Portiani: meditatem uerò suo nepoti natu minimo, Carolo de Croy.] Nam postquam principio, dixerat, *toutes*, [omnes] & postea dicit diuidendo inter suos nepotes *la moytié*, [medietatem,] debet intelligi de dimidia parte totius, ut suprà dixi, & ista est uera mens testantis, quam cauillari non licet. l. 1. ff. de regul. Cathoni.

8 † Nec obstant iura in contrarium adducta quæ loquuntur quando testator simpliciter legat rem, tunc uidetur legare ius, quod habet in ea, at hic secus est, ex multis quæ proximè dixi.

Nec refragatur, quod non poterat legare dimidiā conquæstuum, eò quia erant iam per cōsuetudinem acquisita uxori: quia respon. quod hoc est introductum in fauorem uxoris, ideo illi fauori renuntiare uxor potest. l. si quis in conscribendo. C. de pact. & sic tenet. d. Boer. in §. 2. de consuetu. ma. & doer. in consuetud. Bitur. quare uxor cum uiro conuenit, quod uir de istis conquestibus disponere possit, certa quantitate pecuniæ uxori data. Et illa conuentio non dubium est quin ualeat cum ipsa pecuniam receperit, & approbauerit.

9 Item potest † testator disponere de re aliena, & illam legare, relinquere directè, & per fideicommissum præsente & consentiente illo cuius est res tex. in l. sicut. §. uenditionis. ff. quib. mod. pign. uel hypothec. solu. quē not. Bal. in §. præterea. quib. mod. feud. amitt. text. in c. 1. in princ. de prohibit. alien per Federic. & ibi Bal. Ergo cum hic dictus Marchio præsente & consētiente sua uxore disposuerit, ut omnes terræ à Regina Aragoniæ acquisitæ dentur, ergo ualebit, imò dicit Bartol. in l. cum quis decedens, in princ. ff. de leg. 3.
10 quod si † consentiam testatori leganti rem meā talis consensus inducit mādatum. l. 1. & 2. ff. mand. Et ideo hæres testatoris tenetur ad legatum. l. si duobus. §. 1. ff. de leg. 1. Sed habet actionem mandati contra consentientem, quam poterit cedere legatario. l. quidam cum filium. ff. de heredib. instit. & idem tenuit Bar. in consil. 211. quidam sibi filios in 1. dubio. & Ias. consil. 13. casus talis. q. 1. Nam testator non fuisset alias relicturus nisi illa uxor uoluisset. l. si remunerādi. §. si tibi. ff. mand. uel testator aliquid aliud nepoti reliquisset eidem ab intestato successuro, & quando legatum factum est ei qui necessario iure successisset, tunc ea re euicta uel tota uel pro parte hæres debet partem legitimam supplere. l. scimus. in prin. C. de euictio. ita hic dominus Carolus de Croy erat successurus, si ergo pars euincatur hæres tenebitur supplere.

Secundæ quæstioni breui respon. quod si res legata

per retractum consanguinei euincatur à legatario, quod tunc ęstimationem rei à proximo datam habebit, idem legatarius.tex.in l. planè.§.1. ibi sufficit, uel rem consequi, vel rei æstimationem.ff.de leg.1.l.mortuo.§.Labeo. ibi uel in ipsam rem, si hæc in bonis testatoris fuerit, uel si non in eius æstimationem.de leg.2.facit l.fideicommissa.§.si seruo.ibi cum vero ipsum legatum præstari non potest æstimationem esse præstandam.ff.de leg.3.

Item si forensi prohibito acquirere, hic legetur res iam prohibita eidem debetur æstimatio. Bart. in d.§. seruo.& in l.idem Iulianus.§.fin.ff.de leg.1. Bald. in l. cum quæstio. C.de legatis, Iacobinus & alii in l. cum alienam.in fin. ibidē. Idem si testator leget rem alienam. Nam heres tenebitur eam redimere si possit, sin minus æstimationem eius dare debet.l.non solum.instit.de leg.& ibi plenè doctores.

12 Imo † hæres tenetur cauere legatario de euictione l.si domus.§.de euictione.ff.de leg.1.nam hæres tenetur facere rem irreuocabiliter legatarii.l. qui concubinam. §. si hæres.ff.de leg.3.unde nō dicitur res soluta, quando non durat soluta.l. etiam ff.de solutio.l.Iulia, §.1.de uerbor.obligat.& si non fecerit rem accipientis prout tenebatur, ad huc poterit prima actione, videlicet ex testamento, conueniri. l. si à substituto.§. hæres. de leg. 1. Ideo hic Philippus de Croy hæres tenetur legatario, videlicet domino Carolo suo fratri cauere de euictione, & si euincatur tenebitur.

13 Consequens est, vt quando † testator prudens legat rem alienam vel obligatam coniunctæ personæ, hæres tenetur luere.l.cum alienam.C.de leg.l.si res obligata.ff.de leg.1.cum bonum sit argumentum rei alienæ ad rem obligatam.§. sed si rem. instit. de leg. Postquam ergo fuit legatum factum coniunctæ personæ testantis, vt potè nepoti ipsius scienter ualebit legatū, & quod testator sciret, patet, quia iam eo superstite erat inchoatus processus, super retractu, ut patet in tract.pacis, & infrà dicam.

Nec obstat quod hic erat sua uidelicet testatoris, vtpote quia emerat non aliena. Respon. quod res restituenda, abesse uidetur.l. si quis mandato. ff. de neg.

14 gest.quia qui † actionem ad rem habet, ipsam rem habere videtur.l.qui actionem. ff. de regulis iur. & hoc uidetur decidere Ioann. Fabr. in §. quod autem in fi.insti.de leg.vbi dicit quod si testator rem tenebat,& in ueritate fuit sua, sed alius habebat ius ad eam, tūc dicas illam rem alienam. sic in hoc casu, quando testator legauit hanc rem retractui subiectam, si euincatur habetur ac si res esset aliena, & ideo, saltem æstimatio, legatario debebitur.

Nec refragatur quod si legetur quid vniuersale & in illa vniuersitate reperiantur aliquæ res obligatæ, tunc hæres non tenetur eas luere, sed legatarius.l.licet. ff.

15 de dote præleg. nam † legatum vniuersale transit in legatarium cum onere suo. l.cum pater.§.mēsæ.ff.de leg.2.Bald.in l.prædia.C.de fideicomm. Alex. & Iaso. in d.l. si res obligata.ideò infertur quod si aliquis mercator legauerit apothecam suam videtur legare eam cum omnibus creditis & debitis Paul.in l.certo generi.ff.de seruit rustic. prædior. quod intelligerem uerū quando in illo legato vniuersali aliquæ res tantum essent obligatæ. Secus si omnes, quia tunc onus luendi spectabit ad hæredem, alioqui illud legatum nullam contineret vtilitatem, & legatario esset inutile. l. planè.§.quod si rem.ff.de leg.1.facit l.qui concubinam.§. qui hortos.ff.de leg.3. vbi hæres pro vsufructuario tenetur soluere, quando aliàs legatum esset inutile, facit quod not. Bart. in l.his uerbis.§. fin. ff. de leg. 3.& in l.cū res.de leg.1. hoc etiam probatur in d.§. mensæ. ibi non erit quærendum amplius in ęre alieno sit, quā in quæstu. ergo si nil est in quæstu bene erit quærendum, sumendo arg. à contrario, quod est bonum in iure l.1.ff.de offic. eius.

At in casu proposito retrahens petit omnes res legatas, ideo legatum esset, d.Carolo inutile: quare cōcludo legatarium, saltem æstimationem in casu retractus habiturum, quam proximus offeret, & super hoc non est hæsitandum per prædicta. nam hic si bene inspiciatur, non est legatum uniuersale, licet possit fortè dici generale, ut not.in l.legato generali-

16 ter.ff.de leg.1.gl & doct.in l.1.de edend.sed in † legato generali non disponitur quod legatarius ad onera teneantur, sed tantum in vniuersali. glo. & doct.in l. si quis seruum.§.si ff.de leg.2.

17 Item quando † legatur res litigiosa valet legatum, l.nomen.ff.de leg.3. & hæres suis sumptibus & expensis tenetur prosequi rem, authen.tunc si hæres. C. de litigios.in qua si succubuerit nil extraneo legatario debetur.d.authen.tunc si hæres. C. de litigios. si legatarius sit coniunctus testatori, dicerem etiam æstimationem deberi. per d.l.cum alienam,& supradicta.

Tertia quęstio non habet difficultatem, quia deciditur per text.formalem, in l.qua ætate. ff. de testam.

18 vbi † minor quatordecim annis, non potest testari,& requiritur quod sint completi, saltē quod ultima dies quatordecim annorum sit cœpta, ut ibidem dicitur, & hic latius non insisto.

19 Præterea an valeat donatio causa mortis facta per minorem 14.annis.d.Philippo,& breui respon.quod non, is enim qui non potest testari ratione ætatis, nō potest causa mortis donare. Nam illa ætas quæ in testamento requiritur, & in donatione causa mortis. tex.singul.in l.1.§ fin.ff.de tutel.& ratio. distrah. & ibi & ibi multa addidi.

20 Item † donare inter uiuos sicut contrahere minor 25. annis prohibetur, per totum titulum.ff.de minoribus.aliqui restituitur ut ibi.l.fin.C.si maior.fact. alienatio.&c. Hoc expresse tenet Azo in summa rubr.de donat.§. quis possit donare. ubi concludit minorem 25.annis non posse donare.l.contra iuris ciuilis. ff. de pact.& sic tam testamentum, quam donatio facta. d. Philippo periclitatur.

21 Quarto quæritur an † renuntiatio facta per fratres & sorores.d. Philippo de Croy maiori natu, prosit aliis. uidetur quod non, quia pactum personale non egreditur personam.l.iurisgentium.§. pactorum. l. si unus.§.ante omnia.ff.de pact.

Item pactum de non petendo factum uni ex fratribus non prodest aliis quominus pars ab aliis peti possit.l.si actionem.C.de pact.& ibi plene doct.& hoc uidetur tenere Roma.consil. 43.ad primum. Et Guid. Papa consil. 158. nobilis. col.2.& seq.

22 Contrarium mihi uidetur uerius, quia † remissio facta per unum ex substitutis, prodest aliis. Portio enim exclusi per repudiationē aliis secū substitutis accrescit.l.3.§.bonorum.cum legib.seq.ff.de bonor.poss.l. si ex pluribus. de suis & legit. hæredibus.l. una. C.quando non peten.partes hoc expressè tenuit Ioā. Andr. in additio. ad Speculat. in titu. de test.in §.1.uers sic.sed quid si fideicommissarius, in additio.magna.

23 Item, † quando unus ex his quibus successio defertur directò, uel per mediam personam alterius per repudiationem excluditur à iure petendi, eius portio defertur aliis ex iure accrescendi.l.1.§.si nemo.ff.ad Tertul. Et hoc non fit mediante pacto facto alteri. Sed Sed legis potestate, uidelicet per ius accrescēdi quod inci-

incipit habere locum remissione facta per pactum. sic consuluit Dynus consi.6.ex testamento. col.1.

24 Ad hæc † ubicunque tutor facit illud ad quod tenetur, licet suo nomine faciat, uidetur tamen hoc facere pro pupillo.l. Lucius.2. §.tutorem, & l.Titium. §.altero.& ibi Bar. ff.de administr.tutor. Sed hic tenebatur pupillis acquirere.l.1.ff.de tutel.& ratio distrah. Cum hoc omittat: tenetur saltem communicare dicit Bart. in d. §. altero. ideo renuntiatio facta per Jacquelinam & Helenam cum fuerit facta simpliciter & non dicto Philippo, in fauorem omnium fratrum cẽsetur facta, tum quod per notarium acceptata fuerit pro illis quorum interest, ut patet in instrumento renuntiationis, tum etiam quòd ipse tutor sibi à pupillo acquirere non potuit, uulgatis iuribus.

Nec obstat quod dederit primogenito, uidelicet d. Philippo de Croy, & quando apparet quod donatio est facta in fauorem alicuius, tunc alij non prodest. l. in ædibus.ff.de donat.l.si actionem. C.de pact.Bal. expresse hoc tradit in l.pactum.q.8. C.de coll.Respond. hic recipiens renuntiationem & repudiationem erat

25 tutor, qui † suis pupillis utilia procurare & inutilia uitare debet.l.fi.§ omnem.C.de administr.tutor. & sub hypoteca bonorum se hoc facturum promittere debet.l.de creationibus.C.de episcopali audien.l.fin.§. si cum antiquitas, de curat.furios.

26 Imo † actione tutelæ uel curę potest conueniri tutor uel curator, qui potuit acquirere pupillis, & eis non acquisiuit.l quidquid & l.eum.C.arbit.tutel.ideo ad interesse pupillo tenetur.l.siue.§. Modestinus.2.& §.seq.ff.de administr. tutor. Sed hic, d. Philippus potuit acquirere per has renuntiationes pupillis & tamẽ aliquos suo nomine uoluit facere. Ergo ad interesse commune tenetur ut uidelicet cõmunicet d. comiti Carolo suo fratri id ꝙ à Gulielmo & sororib⁹ habuit.

27 † Aduertendum est tamen quod quando filia non adiuit hæreditatem tempore renuntiationis, tunc repudiando eam, accrescit aliis suis fratribus omnibus. l.si ex pluribus. ff.de suis & legit. quia portio accrescit portioni.l.si totam ff.de acquir. hæredit. Ideo hæc renuntiatio omnibus habentibus. portionem prodest, quando pars non fuit adita.

Si verò adiuerit & postea renuntiauerit vni ex fratribus, tunc illi videtur tantum donasse, non aliis. Nam postquam adiuit portio sua fuit ei acquisita. Igitur nõ potest accrescere portio semel acquisita.l.1.§.fin. ff.de usufr.accrescend. Bar.in repet.l. re coniuncti, & ibi Iason. tradit nouem limitationes. ff. de leg.3.quia sicut quando vni renuntiatur non prodest alteri fatri tanquam pactum factum cum alio.d.l.si unus.§.ante omnia.ff.de pact.not.in d. l. si actionem, & suprà dictum extitit, ita nec hic proderit fac.no.Bart.id l.3.§.1.in fin. ff.de liber.leg.vbi tradit quando liberatio facta vni prosit alteri.

In dubio quando non apparet hæreditatem aditam & portionem repudiatam, dicemus non adiuisse per repudiationem.l.fuit quæstionis.ff.de acquir. hæredit. & l.licet.si quis omissa caus.testam.ubi nõ uidetur adire hæreditatem qui renuntiat etiam pretio recepto, quia uerba hoc non important, cum adire & repudiare sint contraria. Ideo unum non operatur aliud contrarium.arg l.legata ff.de leg.1.facit tex.in l.cum oportet.§.cum autem ibi nisi specialiter, &c.C.de bo.quæ libe. vbi aliud est renuntiare, aliud transferre per donationem ius suum.

28 Præterea † additio est facta.l.pro hærede.ff. de acq. hæredit. quæ non præsumitur nisi probetur. l. in bello.§.factæ.ff.de captiu.nec ante aditã hæreditatem donare quis potest, cum non habeat & priuatio præsupponit habitum.l.decem.ff.de uerbor. oblig.§. seruus. Insti.de capit.diminutio.

Adhæc probatur in l.si sponsus.§. si maritus hæres. ff.de dona.inter uir.& uxor. ubi si maritus hæres institutus renuntiet antequam adeat causa donationis valet: quia maritus non diminuit aliquid de suo pa-

29 trimonio, sed simpliciter non acquirit, & sic † renuntiatio facta ad instantiam alterius non habet tacitam aditionem hæreditatis inclusam. sic consuluit Areti. consil.91.uiso themate in 1. dubio.ubi in fi.dicit non procedere, quando esset inæqualitas inter filios: tunc enim ex æquitate, & ut causa scandali remoueatur, debet illa pars communicari, quod optimè casui nostro conuenire potest. Nam si d. primogenitus haberet omnia bona per filios & filias repudiata, maxima esset inæqualitas inter primogenitum, & d. Carolum suum fratrẽ, unus esset ebrius, alter esuriret: ut dicit Apostolus, oriretur etiam scandalum: quia frater primogenitus omnes suos fratres & sorores, dum is frater maior administraret bona cogeret minis uel terroribus, suasionibus, uel alio modo ad dandum & repudiandum sibi bona. Quare ad minus quum est ut saltem communicent, id quod ex bonis cõmunibus acquisitum extitit.Iuxta.l.si ut proponis.C.de rei vẽd.

Fallit quando apparere posset ex coniecturis, aut alias quod repudians vni tantum donaret, uel hoc expressit: in eum casum illi tantum proderit, in cuius fauorem factus est actus, ut illi partẽ suam etiam nõ aditam uideatur adire, & breui manu donare, quia nisi adiisset, non posset donare, cum non haberet, nemo enim dat quod non haberet.l.si vniuersæ.C.de leg & ibi Bart.sic tenet Paulus expresse in l. 1.§. inde Neratius.ff.ad Trebell.& in l.sicut.C.de repud. hæred. quia

30 qui vult † cõsequens, uidelicet repudiare, uidetur uoluisse antecedens, scilicet adire. l.illud.ff.de acquir.hæredit.l.ad legatum, cum similib.ff.de procura Bal hoc tradit, in l.pactum.q 8.C.de coll.per tex.in l.in ædibus ff.de donat. & suprà dixi.Sic consuluit Socin. consil. 34 uisa renuntiatione.in 4 uolum.Paul.in l. pactum. col.2.C.de collat. & l.planè §. si duobus. col. 3. ff. de leg.1.at hic iam fuit adita hæreditas, ideo nõ amplius instabo: quia non potuit hic tutor facere in suum fauorem, & pupillos suos spoliare.

31 Insuper † actus debet reprobari, quando est mali exempli.l.3.§.2. ff. ad legem Cornel. de sicar. l. si quis aliquid.§.qui abortionis.de pœn. Sed iste actus est mali exempli, imo pessimi, uidelicet quod tutor ut lucretur bona pupillorum eos religionem ingredi ac renũtiationem bonorum habere ab eis procuret, sorores etiam renuntiare bonis modico dato, & id quidem de communi, certè, non potest negari quin illud pessimi sit exempli. Et nullus frater maior inueniretur (si eis permitteretur) qui hoc non ageret, ideo hac ratione prędicta reprobatum est.

Item, in hac remissione sibi facta non potuit in re sua authoritatem prestare.l.1.ff.de authorit.tutor. Nec potuit alius tutor, vel curator his pupillis pro hac

32 repudiatione dari, quia † curator pro authoritate præstanda ad donandum non potest dari.l.ab agnato & l. fin. ff. de curat.furios. Nam curator causa cognita est dandus, & ex iusta causa, sed non est iusta causa dandi curatorem ad donandum, cum donare sit perdere. l.filiusfamil. ff. de donatio. hoc expresse tenet Bald. in l. 1.C.si aduers.donat.Alexan. consil. 125.uisis in 1. uolum. & Decis. Neapolit. 87. magnum. Ergo non potuit sic interponi.

33 At quando † tutor spoliat pupillum, uel curator

adultum debet pœna deportationis & publicatione bonorum puniri, text.in l.meminerint,in fin.C.unde ui. Et decis. Neapolit.403.catholica, circa finem. Sed spoliare bene dicitur, quando impellit eos ad repudiandum bona sua & illi dandũ. Quare caueat d. Philippus de Croy de pœnis sibi imminentibus.

Vltima est quæstio, an Philippus hæres institutus possit uirtute testamenti tanquam hæres ea quæ in patria iuris scripti sunt capere, & ea quæ sunt in patria consuetudinaria iure legati, & breuiter respon.quod
34 non. tum quia † à iure prohibetur, quod quis sit hæres & legatarius,§.an seruo insti,de leg. Et de consuetud.Boer.in §.6.circa finem de testa.Et sic in patria iuris scripti seruabitur ius commune, in patria consuetudinaria, consuetudo. Cùm ergo & de iure & de cõsuetudine sit prohibitum, ne sit hæres & legatarius: quia à seipso nõ posset legatum petere, ut in §.an seruo.not.& res non debet diuerso iure censeri. l. eum, qui ædes. ff. de usucapionib. non poterit esse tanquã hæres in patria iuris scripti, & in patria consuetudinaria, tanquam legatarius.

Quare concludo suprà adducta iuris esse, salua correctione melius sentientis.l. Claudius.ff.qui potior.in pign.habeant. & in fidẽ præmissorum me subscripsi.

RESPON. CLXXV.

De substitutione matri facta.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio facta matri, & suis liberis, an ordine successiuo succedere debeant.*
2 *Copula, &, æqualiter copulat.*
3 *Dictio, &, posita inter personas, quid operetur.*
4 *Dictiones &, & cũ, quoad coniunctionẽ æquiparantur.*
5 *Dispositio una plures personas respiciens, pariformiter eas determinare debet.*
6 *Instituti, uel substituti, quando æqualiter ueniant.*
7 *Testator disponens inter eos, in quibus non cedit ordinata affectio, simul, & non ordine successiuo eos uocasse uidetur.*
8 *Testator quando inter eos disponit, inter quos cadit ordo necessariæ uocationis, ordine successiuo eos uocare uidetur.*
9 *Dispositio, quando fit inter eos, inter quos cadit ordo charitatis, & affectionis, quando æqualiter ueniant, ibid. & infra.*
10 *Alternatiua posita inter personas, inter quas cadit ordo charitatis, semper intelligitur ordine successiuo.*
11 *Testator instituens filiam, & liberos suos, tunc ueniũt ordine successiuo, & ratio subditur.*
12 *Ordo qui seruatur in successionibus ab intestato, seruari debet in successionibus ex testamento.*
13 *Relictum secundum ordinem scripturæ præsumitur, quod pluribus relinquitur, nec apparet cui primo.*
14 *Ordo successionis, in personis eiusdẽ gradus non datur.*
15 *Lex, vel statutum quando defert aliquod ius existentibus, in diuersis gradibus, intelligitur differre secundum ordinem gradum ab intestato.*
16 *Voluntas testataris est seruanda.*
17 *Fraudantibus iura non subueniunt.*
18 *Subrogatus sapere debet naturam eius, in cuius locum subrogatur.*
19 *Pater si fuerit ab uxore rogatus, vt restituat filijs hæreditatem post mortem, poterit ante mortem restituere, si creditores illa bona accipere uelint.*
20 *Alienationi transigendo consentiens, licet ipse eam reuocare non possit, alius tamẽ postea succedens poterit.*
Res alienata præscribi non potest. ibid.
21 *Prælegata in restitutione aliquando ueniunt.*
Iurari in litem an possit contra hæredem inuentarium non conficientem. ibid.
22 *Dotes de fideicommisso detrahi debent.*
23 *In fideicommissi restitutione quæ ueniant, & quæ non.*
24 *Fideicommissum uniuersale non comprehendit ea, quæ hæres non habuit iudicio testatoris.*
25 *Remissio hæreditatis facta fratri per sorores, an fideicommissi remissionem inducat.*
26 *Liberi, an alienata per patrem reuocare possint.*

LOQVEBAR de testimoniis tuis in conspectu regum, & non confudebar quia mandatis tuis credidi.

Testator instituit Petrũ,& quãdocunq; contingat decedere sine liberis, uel alias quomodocunque † substituit Francesiam suam filiam & suos li-
1 beros natos,quæro primo an succedere debeant ordine successiuo, uel simul? Secundò an censeãtur uocati per vulgarem,uel fideicommissam? Tertio, an alienata per Petrum possint reuocari per Francesiam & eius filios? Vide Guid. consil. 133. Antonius, in fin. quod sic.Quartò,si Francisca succubuerit obstet exceptio rei iudicatæ filiis.

Primò, videtur quod æqualiter debeant Francisca
2 & eius liberi succedere,quia † copula & liberos suos, copulat æqualiter.l.reos.§.cum in tabulis.ff. de duob. reis,l.1.§.his ita,ibi. quia coniuncti quidem propter vnitatem sermonis,quasi in vnum corpus redacti sunt, C.de cadu.tollend.not.in c.2.de rescriptis.ergo æqualiter uenire debent, & sic unus non censetur grauatus restituere alteri.

3 Adiungi potest, quod quando † dictio,&, ponitur inter personas, denotat distributionem, & diuisionẽ per partes, inter easdem personas faciendam. l. eum qui,in princip.ff.de uerbor, oblig.ubi qui sibi & Titio stipulatur, decem, uerisimile est semper decem communiter sibi & Titio stipulari. Idem in legato Titio, & Sempronio facto, ut ibidem dicitur, authen.si quãdo. C. de constit. pecu.

4 † Item, † &, & cum æquiparantur, quoad coniunctionem.l.Titiæ textores.§. penul.ff.de leg. 1. sed vbi testator instituit aliquem, & substituit filium,cum liberis, ambo admittuntur simul. l. fin. C. de impub, ergo & hic.

Præterea, si legetur usus fructus mulieri cum filiis, usus fructus simul debetur, sic & in casu nostro,succedere debent liberi Francesiæ simul dño de Lestrange.

Consequens est, sicut una determinatio respiciens plura determinabilia,debet ea pariter determinare. l.
5 nam hoc iure. ff. de vul.sic una † dispositio respiciens plures personas,debet eas parisomiter determinare.l. legata inutiliter.§.fin. ff de leg.1. sed determinatio respicit Franciscum,& liberos,ergo eos paritervocabit.

Prætereà facit tex.ĩ l.codicillis.§. instituto,ff.de leg. 2.vbi auus instituit filium & nepotem ex eo emancipatum, & succedunt æqualiter, & sic hic succedere debent.

Secundò, potest suaderi quod Francesia, & eius liberi ueniant ordine successiuo, per l. Gallus.§. quidam

dam rectè. & ibi omnes. Docto. ff. de liber. & posthu. Item probatur Deuter. 6. c. quæ ego præcipio tibi & filiis ac nepotibus tuis cunctis diebus vitæ tuæ, & Gene. 17. c. dabo tibi & semini tuo post te terram peregrinationis tuæ. dicit post te, ergo non simul, multa alia infra dicam.

Pro intellectu materiæ considerandi sunt casus se-
6 quentes. Primus est quando † testator instituit filium cũ filiabus, uel substituit filio suo Caiũ, cũ filiis Caij, vel una cum filiis, uel simul tunc ueniunt æqualiter. l. fi. C. de imper. quem text. licet ita intelligant doct. tamen loquitur quando testator instituit Sempronium vna cũ filiis, & sic dictio una & cũ erant appositæ. facit dicta l. si mulieri. ff. de usufruct. accres. Bal. in l. vna. §. ubi autem. C. de caduc. tollend. Et sic intelligetur prima opinio supra allegata, Bar. & communiter doct. in d. §. quidam licet. Ias ibi naturam utriusque coniunctionis non interne cogitauerit, cum contrarium tenuerit, uidelicet quod ambo simul coniungant, attamen & non ita copulat, ut necessario copulatorum coniunctionem simul, atque eodem tempore requirat, utpotè si quis dicat, Rex & consilium magnum uenerunt Paris. non necessariò sequitur quod simul uenerint, quod secùs dicimus si ponamus Regem cum consilio uenisse.

Quia hic uidetur demonstrata qualitas temporis, Igitur non destruuntur uerba quando testator substituit Titium & liberos; si dicamus ordine successiuo, secus si filium cum liberis: quia non posset dici substitutus cum filio, qui uenit post filium, considerato effectu, & hæc est communis teste Hyppolito. in tract. substi. de uulg. q. 10. Matesil. no. 157. not. si decedens.

7 Secundus casus est, quando † testator disponit inter eos, in quibus non cadit ordinata charitas, nec affectio instituendo uel legando, utpotè substituendo Titiũ extraneum, & suos filios, tunc simul uidetur eos uocasse, & non ordine successiuo. l. si quis Titio, secundũ vnum intellectum. ff. de vsufr. accrescen. Et ista est cõmunis teste Alex. consi. 22. visis ac perlectis. col. 3. in 3. vol. quod est repetitum. in consi. 13. in 4. volum. & ibi adducitur consilium Antonii de Prato ueteri idẽ tenens. & Bart. consi. 61. colum. 2. in 1. uolum. Ratio est quia ibi tantum diligere uidetur testator filios extranei, sicut postquam patrem eos nominauit, ergo simul venire debent ex præsumpta mente defuncti, alioqui si contrarium uoluisset, disposuisset. l. una. §. sin autem ad deficientis. C. de cadu. tollen.

Fallit quando verbum filiis immisceret & hæredibus tunc cum uniens non possit hæredem habere. l. qui superstitis. ff. de acquir. hær. l. 1. de usucap. pro hærede. & l. 1. de hæred. vel actio. vendit. Bal. & Sal. in d. l. fi. C. de impub. & l. vna. §. ubi autem. de caduc. tollen. Curtius consi. 74. super memorata. coll. 4. Soci. consil. 12. præsens. in 3. vol. in 2. quæst.

8 Tertius casus quando † testator disponit inter eos inter quos cadit ordo necessariæ uocationis, quia debetur eis legitima successiuè, ut filius & nepos, tunc uidentur vocati ordine successiuo. glo. & omnes docto. in d. §. quidem. Dec. consi. 384. in casu. col. 2.

9 Quartus casus est, quando † dispositio fit inter personas inter quas cadit ordo affectionis & charitatis, non tamen necessitas debiti naturalis, tunc veniunt æqualiter, utpote si testator substituit fratrem, & eius filios, uel filium naturalem, & eius filios per c. Raynutius. de testam. vbi Alterocha & soboles simul admittuntur: quia testator non tenebatur instituere sobolem, postquam erant duæ filiæ & licet aliæ: respondeo, dentur: hæc tamen æquior mihi uidetur responsio, vel, ibi etiam nomen erat collectiuum, hoc etiam probatur in c. Raynaldus. ibi. ubi nepotes simul cum patruo succedunt, quia licet sit ordo charitatis & affectionis, nõ tamen necessitatis: ergo ea cessante cessabit dispositio. l. quod dictum. ff. de pact. c. cũ cessante. & ibi præpositus. col. 1. de appel. sic indifferenter tenent doct. contra Bart. in d. §. quidam. licet opinio Bart. possit sustineri. nam plus præsumitur frater dirigere fratrem, quam fratris liberos, ut dixi, tamen prima est magis communis teste Alex. d. consil. 22. visis. & consil. 26. in 3. vol. & consi. 13. in quarto vol. & consil. seq. Barba. consil. 61. scribitur. coll. 2. in 1. volum.

Alius casus quando testator vtitur disiunctiua, uel alternatiua inter illos, inter quos cadit ordinata charitas, cum natura sua sit non omnia copulare, ueniunt ordine successiuo. l. cum pater. §. pen. ff. de leg. 2. quia
10 † alternatiua posita inter personas, inter quas cadit ordo charitatis semper intelligitur ordo successiuo, Bal. in l. Caius. ff. solut. matrim. & cap. 1. in princ. de eo qui sibi & hæredib. suis. aliàs si non esset ordinata charitas æqualiter admitterentur. l. pen. C. de verb. signifi. Barb. consi. 61. scribitur. col. 1. & seq. in 1. vol. & consi. 43. clementissimum. col. vlt. in 4. vol.

11 Quintus casus est, quod si † testator instituat filiã & liberos suos, vel substituat nepotem, & liberos vel filios, seu suam posteritatem, uel suos, seu alio nomine collectiuo, tunc veniũt ordine successiuo. Primò, videlicet, pater, postea filius, tertiò, nepotes, quartò, pronepotes, & ita probatur in d. §. quidam rectè. & l. cum in testamento. ff. de heredib. instit. l. fi. ibi gradatim. C. de verb. obligatio. hic est casus noster, ubi eo ordine vocantur liberi. Ratio est quia verisimile est testatorem magis dilexisse filium, quam nepotem, & nepotem plus quam pronepotem, & eum voluisse præferri ex ordine affectionis, & charitatis. l. cum pater. §. pen. ff. de lega. 2. & l. fi. C. de verb. signific. Nam pater magis diligit filium, quam nepotem. l. isti quidem. ff. quod met. caus. l. generaliter. C. de insti. substit.

12 Item † ordo qui seruatur in successionibus ab intestato debet seruari in successionibus ex testamento. l. obuenire. ff. de verb. signific. Sed in successionibus ab intestato seruatur ordo succedendi, ut primo vocetur filius quam nepos. auth. in success. C. de suis & legit. in auth. de hæred. ab intesta. venien. col. 9. per totum. ergo & in successionibus ex testamento seruabitur idem ordo, ne remotior paris sit conditionis cum proximo. Et dicat id quod habetur in Euangelio. Pater tu fecisti eos nobis pares, qui portauimus pondus diei & æstus.

Præterea, qui substituit nepotem filio, & liberos nepotis videtur substituere, sicut necesse habet facere, vt post filium nepotem, postea filios nepotis vocet. arg. § quidem. ibi. vt eo casu valeat qui ex verbis, &c. & l. si stipulatus, circa medium. Ibi, quia non est verisimile plus venditorem promisisse, quam iudicio empti præstare compelleretur. ff. de vsur.

13 Postremò, cum † pluribus relinquitur, nec apparet cui primò præsumitur secundum ordinem scripturæ relictum. l. qui soluendo. 2. de hæredib. instit. l. peto. §. fratre. ibi, ut proximior quisque primo loco uideatur inuitatus. de leg. 2. l. quoties. de vsufruct. c. mandato. de præben. lib. 6. Sed hic substituta est Francisca & liberi, ergo uenient ordine scripturæ, ut primo Francisca, deinde liberi: quod si aliud diceremus, ueniremus contra voluntatem testatoris.

Et ista est communis opinio teste Guid. Pap. consi. 122. Ioan. Mol. in j. dubio, & consi. 133. Antonius in

j. q.

3. q. & consil. 135. colum. 3. consil. 14. adsit spiritus sancti. col. 4. in 4. vol. Alex. consi. 129. perspectis. in 5. uol. Socin. consi. 86. uisis. col. pen. in 2. vol.

Item, ubicunque fit nominatio plurium personarum sub nomine collectiuo, inter quos cadit ordo charitatis, & sunt in diuersis gradibus, illi ueniunt ordine successiuo, ut familia, populus, posteritas, liberi, agnati, descendentes sui, licet hi nouissimi propriè non dicantur collectiua, tamen idem in his disponitur, ut si dicam, si filius moriatur sine liberis, substituo Titium nepotem & suos liberos, secùs si diceret si Titius moriatur substituo filios Iohannis, cum sint in eodem gradu, non venient ordine successiuo, sed
14 æqualiter, quia † in personis eiusdem gradus, non datur ordo successionis. Socin. & alii in dicto §. quidam. & in consil. lxj. uisa facti, col. 2. in 4. uolum. l. cum ita, §. in fideicommiss. ff. de legat. 2. Curtius consil. 74. super memoria. in fi. 1. quæstionis. ubi concludit potestatem legitimandi datam Titio, & posteritati, debere intelligi ordine successiuo. idem concludit Bal consi. 492. non est dubiū in 2. vol. quādo instituit Colam, & descendentes ab eo. & consi. 305. non est dubium. in 3. volum. Alexand. consi. 25. in causa. colum. 1. vol. 4. & consi. 9. ponderatis. col. 1. cum seq. in 5. uol.

Facit quod not. Bal. in l. 1. colla. 3. C. de secun. nup.
15 ubi dicit, quando † lex uel statutum defert aliquod ius existentibus, in diuersis gradibus, intelligitur deferre, secundum ordinem graduum, abintestato: nā de iure prætorio, ex ordine uocantur liberi sicut de iure ciuili. l. 1. §. vocantur, ubi sunt hæc verba: uocantur autem ad contratabulas bonorum possessionem liberi, eo iure, eoq; ordine, quo vocantur ad successionem iure ciuili. ff de bo. possess. contratab.

Sextus casus est ubicunque substituitur nepos & liberi eius, tunc si apparet de voluntate testatoris, illa insequenda erit, non attento ordine succedendi. d. l. cum ita. §. in fideicommisso. ff. de lega. 2. ibi. nisi specialiter defunctus ad ulteriores uoluntatem suam exten
16 derit. l. nec enim. ff de solu. quia † uoluntas testatoris est seruanda. §. disponat in authent. de nupt. coll. 4. l. in conditionibus. ff. de condict. & demonst. non tantum verba, sed & mens testatoris tribuere solet succedendi ordinem. l. generaliter. §. non tantum. ff. de fideicōmiss. libert.

Quod simul non possint venire demonstratur, primò, quia substituti Petro, si decesserit sine liberis, Francesia & eius liberi venient. Or, sicut Francesia est substituta Petro, si decesserit sine liberis. Ita Francesiæ verisimiliter facta est substitutio postquā habuerit liberos. quæ tamen substitutio in fraudem uidetur facta, quia à matre filio. Bar. in l. si à patre. ff. de Castren. pecu. doct. in l. si donatione. C. de col. & fraus censetur probata. eo quia illa non potest agere, vt filius a-
17 gat, & † fraudantibus iura non subueniunt. l. si decipien. ff ad Velleia. sed quod d. Francesia voluit fraudare patet, quia ea viuente poterat emptor, de Cambi recipere fructus: ergo, ea viua non poterit restituere, alioqui in fructibus eundem fraudaret.

Item quando est legalis prohibitio fideicommissarius non potest statim reuocare alienationem, nisi die fideicommissi adueniente, secùs quando est expressa prohibitio. l. cum pater. §. libertis. ff. de legat. 2. not. in l. fi. C. de fideicom. Sic consuluit Soci. consi. 43. visis testamento. colla. ult. in 3. vol.

18 Item subrogatus debet sapere naturā eius in cuius locum subrogatur. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. ergo & hic domin. de Lestrange. Respondeo quod est subrogatus iudicio testatoris, ideo non uenit ex subrogatione Francesiæ vel Petri, sed ex defuncti sententia.

Contrarium est uerum. l. post mortem. C. de fideicom. & hoc dicitur ex uolūtate testatoris. Bal. in marga. in verb. fideicommissum. in 3. etiam si fuerit grauatus restituere dum volet. l. vxorem. §. Sceuol. ff. de leg. 3. singulariter secundū Ro. sing. 426. instituo. &c. facit quod no. Bal. in l. maximū. col. 5. C. de liber. præteri. citat Alexand. in l. patrem. ff. quæ in fraud. ubi si
19 † pater fuerit ab uxore rogatus, ut restituat filiis hæreditatem post mortem, poterit ante mortem restituere, si creditores velint occupare, illa bona. Sic & hæc d. Francesia poterit restituere, si hic Decambi uelit uigore aresti occupare illam Baroniam Alesti. Et hoc dicitur ex voluntate testatoris fieri. l. si spōsus. §. si quis rogatus, ff. de donat. inter vir. & vxor. ubi sic dicitur, si quis rogatus sit percepta certa quantitate uxori suæ hæreditatem restituere. Et is sine deductione restituerit. Celsus. l. 10. digestorum scripsit magis pleniore officio præstandæ fidei functum maritum, quam donasse videri, & rectam rationem huic sententiæ Celsus adiecit, quòd plerique magis fidem exoluunt, in hoc casu quam donationem, nec de suo putant proficisci, quod de alieno plenius restituunt voluntatem defuncti sequuti, nec immerito sæpè enim credimus, aliquando defunctum uoluisse, & tamen non rogasse, quæ sententia habet rationem. &c. Licet res subiecta restitutioni possit in vita alienati, fallit quando filius consumpsisset dimidiam partem hæreditatis, quam pro legitima, & Trebellianica poterat detrahere. Ias. in authent. res quæ in fin. C. communia. de fideicommiss.

Item, cum quæritur si fiat restitutio, per dictam Francesiam domino de Lestrange, an censeatur facta in fraudem, quod nō censeatur fraus, patet in l. patrē. cum seq. ff. quæ in fraud. credit. & quia ipsa non alienauit, sed Petrus. Ideo non censetur in fraudem.

An statim facta alienatione possit reuocari. Respōdeo quod sic, facta restitutione licet Francesia nō posset. l. cum pater. §. fratre. & §. prædium. ff. de leg. 2. Sic
20 consuluit Socin. consil. 43. uisis. col. ult. in † eo qui cōsensit alienationi transigendo, vt licet non possit reuocare, tamen postea alius succedens poterit. & consil. seq. quem uide.

Res alienata non potest præscribi. Ias. & Curtius in d. Authent. res quæ. quia non volenti agere nulla currit præscriptio l. 1. in fin. C. communia. de legationib. sic nec exceptio rei iudicatæ poterit opponi.

Item substituit Francesiam Petro hæredi vniuersali, ergo ad vniuersam hæreditatē substituisse videtur, & rogasse vt totam hæreditatem restituat, quia etiam
21 † prælegata aliquando ueniūt in restitutione. Decius consil. 154. viso ergo & bona quæ prætendit habere, ex remissione filiorum.

Deinde hæres nō confecit inuentarium, qui nihilhominus tenetur ad restitutionem bonorum an possit contra eum in litem iurari? Iacob. in l. fi. §. & si præfatam. tenet quod non, sed hæres debet probare bona quæ erant Vincen. in l. ratione. §. quod vulgò col. 29. ff. ad leg. Falcid.

An bona acquisita ex remissione filiarum ueniant in restitutionem? Guid. Papa in decis. Delphina. q. 303. quæ sunt illa. habetur in authent. res quæ. num. 27. communia. de leg.

Respondeo, aut filiæ remiserunt Petro fratri hęredi vniuersali, & tunc cōprehenditur in fideicom. aut Petro fratri, & tunc contemplatione personæ & non ueniunt

22 ueniunt in restitutionem. Nam † dotes debent detrahi de fideicommisso. l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebel. & auth. res quæ. C. de fideicom.

23 Illud quod accrescit, uenit in restitutione fideicõ. l. Papinia. ff. ad Trebel.

Item partus. l. mulier. §. si hæres. & ibi Alexand. ff. ad Trebell.

Item pactum factum hæredi prodest fideicommissario. l. sicut. §. 1. ff. quib. mod. pig. uel hypothec. soluit.

Vide quod non teneatur restituere, per Corn. consi. 197. litera decima in 1. vol.

24 Fideicommissum uniuersale non comprehendit ea quæ hæres non habuit iudicio testatoris. Paul. consi. 162. & quæ ex vltima voluntate non ueniunt non sunt restituenda. l. vxorem. §. testamento. ff. de leg. 3. Ias. in l. cum uirum. collat. 2. C. de fideicommiss.

25 Quæro si sorores Francesiæ remiserint, & quittauerint fratri hæreditatem, an videantur remittere fideicom. & bona ex auo prouenientia? Respondeo quod non. per l. de fideicom. C. de transact. & facit quod dicit Bart. in l. pactum. C. de pact. & l. 2. §. illud. ff. de hæred. vel actio. vendit. Quod si filia remiserit bona paterna, non uidetur accepto ferre, nec quittare bona fraterna, tũ quia non fuerit certiorata. l. pactum. C. de pact. Et non uidetur quis remittere quod ignorat. l. mater. ff. de inofficios. test. Sic consuluit Guid. consil. 122. Ioan. in quarta quæstio. & Ioannes Corset. in repetitionib. §. diui. nu. 49.

26 Quæro an † liberi possint reuocare alienata per Petrum eorum patrem vel auũ. Respondeo quod sic, si non sint hæredes ipsius. l. cum à matre. C. de rescind. uendit. Si enim filius reuocat alienata per patrem, qui est legitimus administrator. l. 1. C. de bon. mater. multò fortiùs alienata per matrem. Si filius esset hæres alienantis, non posset uenire contra factũ defuncti. Imo ad euictionem teneretur, & posset obiici regu. l. uendicantem. ff. de eui. nisi facta fuisset additio hæreditatis, cum beneficio inuentarij. l. fina. §. in computatione. & §. & si præfata. C. de iu. delib. Guid. consi. 83. Antonius. in fi.

RESPON. CLXXVI.

De compendiosa substitutione.

SVMMARIVM.

1 Copula, &, æqualiter copulare videtur.

Dictio, &, posita inter personas denotat distributionem, & diuisionem per partes inter easdem personas faciendam. ibid.

2 Dictiones &, & cum, quoad coniunctionem an æquiparantur, & nu. 5.

3 Determinatio plura respiciens determinabilia debet ea pariter determinare.

4 Testator instituens filium cum Titio, vel substituens Titium cum suis filiis, ueniunt æqualiter.

5 Copula & non ita copulat, vt necessario copulatorum coniunctionem simul, atque eodem tempore requirat.

6 Successiuo ordine vocati videntur illi, inter quos inest ordo necessariæ vocationis.

7 Successionis ordo seruatus ab intestato, itidem seruatur in testamento.

8 Ordo scripturæ, quando in relictis attendatur.

9 Nominati sub nomine collectiuo, inter quos cadit ordo charitatis, & sunt in diuersis gradibus, ordine successiuo ueniunt.

10 Voluntas testatoris quando apparet attenditur, non attento ordine succedendi.

11 Consulens, etiam ad ea de quibus non interrogatur, respondere debet.

12 Verba illa, substituit Francesiam, & suos liberos, an de liberis Francesiæ, vel testatoris intelligantur, ibid.

13 Liberos suos procreatos, idest procreandos exponere non est inconueniens.

14 Substitutus, ut hic, an admittatur ex vulgari, uel fideicommissaria.

15 Clausula codicillaris quid operetur.

16 Substitutio, cui adiectum est verbum denotans tractum temporis, continet nedum uulgarem, sed & fideicommissariam post aditam hæreditatem.

17 Testator ubi voluit, quod res in familia remaneat, gradatim succedentes de restituendo grauati uidentur.

18 Substitutio, cui verbum tractum temporis denotans non est adiectum, quando fideicom. contineat.

19 Clausula substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum quid operetur.

20 Restitutio fideicom. an ante diem mortis fieri possit.

21 Restitutio fideicom. ante mortem, an in fraudem facta præsumatur.

22 Baronia Alesti alienata an uendicari possit.

23 Exceptio aresti lati contra d. Francesiam an noceat domino de Lestrange vendicanti Baroniam Alesti.

24 Sententia lata contra hæredem scriptum, non citatis legatarijs quando contra eos executioni non mittatur.

25 Sententia lata contra eum, cuius principaliter interest, quando contra eum etiam, cuius in consequentiam intersit, ualeat.

26 Appellare à sententia contra principalem lata, licet principalis non possit, poterunt tamen prætendentes interesse, si eis nocebit.

27 Citandus licet non sit is contra quem principaliter lis non est mota quoad sententiæ ualiditatem, citari tamen debet quoad hoc ut eidem præiudicet.

28 Inuentarium confectum absentibus aliquibus creditoribus, & non citatis, illis non præiudicat.

29 Citatio per edictum quando non sufficiat.

30 Res iudicata non nocet, nisi tria concurrant.

31 Exceptio rei iudicatæ ad hoc ut obstet, quid requiratur.

32 Commodum ex testamento an minus principaliter ad substitutum, & fideicommissarium spectet, & ideo sit citandus.

33 Finis esse illud principaliter dicitur, ad quod intellectus finaliter tendit.

34 Actus testandi principaliter propter institutionem, & substitutionem, secundario uero propter legatarios factus.

35 Reuocatio mandati, licet parui præiudicij, non ualet, nisi sit intimata.

36 Contentio inter nobiles de iurisdictione alicuius castri, quando populo non præiudicet.

Su-

37 *Superior, quod factum est parte inaudita, uel aliàs male factum, emendare potest.*
38 *Baronia Alesti, an pro legitima, & Trebellianica retineri possit.*
39 *Filius rogatus sub conditione potest detrahere duas quartas.*
Filius alienando uidetur elegisse totam rem, quam alienauit, pro Trebellianica, & legitima, quod limitat nu. 40.
41 *Hæres fideicommissario rationem administrationis reddere tenetur.*
42 *Legitima liberorum quanta sit.*

ERBA testamenti sunt hæc, instituo Petrum meum hæredem vniuersalem, & si contingat dictum Petrũ decedere quandocunque sine liberis, de se & suo legitimo matrimonio procreatis, substituit eidem Petro posthumum ventris dictæ Annæ uxoris dicti testatoris, si masculus existat & ad lucem peruenerit, si uero ambos uidelicet Petrum heredem uniuersalẽ præd. & demum successiuè dictum posthumum masculum substitutum, decedere contingat, sine tamen prole legitima, in eum casum substituit eidem Petro hæredi uniuersali, ac posthumo masculo substituto, uidelicet, nobilem Francesiam de Montefalcone, filiam suam superius nominatam uxorem affiensatam domini de Lestrange, & suos liberos: quam quidem Francesiam sic constitutam, teneri uoluit ad soluendum prædicta legata, & alia pari modo sicut Petrus dictus hæres uniuersalis. &c. Nunc ex hoc testamento successit Petrus de Montefalcone, filius testantis, qui alienauit bona pretiosa hæreditaria, ualoris 25. mille librarum. Et Baroniam Alesti domino Cambi, & postea sine liberis facti minus impleuit nullo posthumo nato. Quæritur primo an d. Frãcesia decedere debeat, simul cũ domino de l'Estrange, uel ordine successiuo? Secundò, an per illa verba liberos suos intelligatur de liberis testatoris uel liberis dictę Francesię? Tertiò, an d. de Lestrange & substituti censeantur uocati per vulgarem, uel per fideicom. Quartò, si per fideicom. an restitutio possit fieri, per Francesiam ea uiuente? Quintò, si fiat, an præsumatur in fraudem? Sextò, an Baronia Alesti per Petrum hæredem alienata, nunc possit uendicari, per d. de Lestrange? Septimò, an exceptio aresti lati contra d. Francesiam noceat domino de Lestrange, nunc uendicanti Baroniam Alesti? Octauò, an saltem d. Cambi possit dictam Baroniam pro duabus quartis uidelicet legitimam & Trebellianicam retinere? Nonò, quota sit eiusdem Petri legitima? Decimò, an bona acquisita ex remissione filiarum facta Petro, ueniant in restitutione fideicom.

Primæ quæstioni uidetur affirmatiuè respondendum, uidelicet quod d. Francesia, & d. de Lestrange eius filius æqualiter succedere debeat, d. Petro, tum,
1 quòd † copula & liberos suos copulare, æqualiter uidetur per tex. in l. reos. §. cum in tab. ff. de duob. reis. l. 1. §. his ita. Ibi quia coniuncti quidem propter unitatem sermonis, quasi in unũ corpus redacti sunt. C. de cad. tollen. no. in c. 2. de rescri. Tum quando dictio &, ponitur inter personas denotat distributionem, & diuisionem per partes inter easdem personas faciendam. l. eum qui. in princ. ff. de uerb obl. ubi qui sibi & Titio stipulatur decem, est verisimile semper vna decem cõmuniter sibi, & Titio stipulari, idem in legato Titio & Sempronio facto, ut ibidem dicitur. & facit tex. in authen. si quando. C. de constit. pecu.

2 Item & cum equiparantur quoad coniunctionem l. Titiæ. textores. §. penult. ff. de leg. 1. Sed ubi testator instituit vel substituit aliquem cum liberis suis tunc simul admittuntur in viriles partes. l. fi. C. de impub. Ergo & in casu mihi proposito veniet d. Francesia simul cum liberis, & facit. l. si mulieri. ff. de vsufruct. accrescend. ubi usufructus relictus mulieri, cum liberis æqualiter distribuitur. Ita hic uidetur.

3 Prætereà, quia † una determinatio respiciens duo uel plura determinabilia debet ea pariter determinare. l. iam hoc iure. ff. de vul. Sic una dispositio respiciẽs plures personas debet eas pariter determinare. l. legata inutiliter. §. fin. ff. de leg. 1. Sed determinatio respicit Franciscam & suos liberos, ergo pariter determinabit vt Francisca per dimidiam habere debeat, & eius liberi aliam dimidiam, & pro his videtur tex. in l. codicillis. §. instituto. ff. de leg. 2. vbi auus instituit filium, & nepotes ex eo emancipatos, & succedunt æqualiter, sic & hic dictus de Lestrange succedet æqualiter cum d. Francisca.

His tamen non obstantibus contrarium iuris esse reor: & pro claro intellectu huius materiæ facio casus
4 sequentes. Primus est, † quando testator instituit filium, cum Titio, uel substituit Titium cum filiis suis, veniunt æqualiter per d. l. fi. C. de impub. & ita tenent communiter Doct. ibi. & in l. Gallus. §. quidam. ff de lib. & posth. licet ibi Ias. naturam utriusque coniunctionis non interius cogitauerit, contrarium asserens postquam simul coniungunt ambo. Attamẽ si rectè
5 intuearis discrimen inuenies, quia † &, nõ ita copulat, vt necessariò copulatorum coniunctionem simul atque eodem tempore requirat, utpotè, si quis dixerit Rex consilium magnum Paris. uenerint, non necessario sequitur quod simul uenerint Rex & magnum consilium, sed unus post alium, quod secus est si ponas Regem cum consilio uenisse, tunc demonstratur æqualitas temporis & paritas. Igitur non destruũtur uerba testatoris, quando testator substituit Titium & liberos si dicamus ordine successiuo uenire, quod erit secus si substitutus sit Titius cum liberis, quia si filii uenirent post Titium, non uenirent cum eo, & ita not. Mathesilla. C. 57. not. si decedens Bald. in l. una §. vbi autem. C. de caduc. tollend. & Lancelotus Polit. in tract. substi. in rubr. de vulg. q. 10. Et hæc licet vera sint, tamen tex. in d. l. fin. nõ uidetur hoc probare, quia ibi testator instituerat Sempronium, vnà cum filiis, & sic erant duæ dictiones videlicet vna, & cum. Ideo potest allegari text. p 1. opinione. in l. si quis inquilinos §. ita. ff. de legat. 2. no. plenè. in l. triplici. de uerb. signifi. Et sic prosequendo materiam respondeo ad contraria.

6 Secundus casus est, † si testator disponat inter illos quibus inest ordo necessariæ vocationis ac charitatis, tũc censentur uocati tam in institutione quam substitutione ordine successiuo, utpotè si dicatur instituo filium & nepotem substituo. glos. & omnes Doct. in d. §. quidam rectè. & probatur in l. cum in testamento ff. de hæredib. instit. l. fi. ibi gradatim. C. de uerbor. signific. Et hic casus noster in quo pater instituit filium Petrum & quandocunque decederet sine liberis substituit Francesiam, & suos liberos, ergo ordine successiuo. Primò, uidelicet Frãcesiam: postea liberos eius.

Ratio est, qa testator cẽsetur magis dilexisse filiũ, q̃ nepotẽ: ergo prius uidetur eũ uocasse, & nepotẽ plus dilexisse videtur, quã pronepotẽ, ex ordine charitatis. l. cum pater. §. pen. ff de leg. 2. l. generaliter. C. de insti.

Secun-

7 Secunda ratio est, quia † ordo qui seruatur in successionibus ab intestato debet seruari in successionib. ex testamento.l.legem obuenire.ff.de uerb.significat. Sed in successionibus ab intestato seruatur ordo succedendi, ut primo uocetur filius quam nepos.authen. in successione. C. de suis & legi. & in authent.de hæred.ab intest.uenien.per totũ.col.9. ergo & in successionibus ex testamento seruabitur idem ordo, ne remotior sit paris conditionis cum proximo, qui posset dicere id quod habetur in Euangelio. Pater tu fecisti eos remotiores pares nobis, qui portauimus pondus diei & æstus, in proximitate, facit.l.2.§.defertur.& seq. ff.de bonor.possessio. secundum tabul. vbi sic dicitur defertur bonorum possessio secũdum tabulas primo gradu scriptis hæredibus, mox illis non petentibus sequentibus, non solum substitutis, uerum etiam substitutis substituti. Et per seriem substitutos admittimus. Primò, autem gradu scriptos accipere debemus omnes, qui primo loco scripti.

Præterea qui nepotem substituit & liberos eius uidetur substituere, sicut necesse habet facere, ut post filium nepotem uocet argu.dicto §.quidam. ibi.ut eo casu ualeat qui ex uerbis.& l.si stipulatus.circa mediũ, ibi quia non est uerisimile plus uenditorem promisisse, quam in iudicio empti præstare compelleretur. ff. de usur.

8 Postremò, cum pluribus † relinquitur res, nec apparet cui primo præsumitur secundum ordinem scripturæ relictum.l.qui soluendo.2.ff.de heredib.instit.l. peto.§.fratre.ibi ut proximus quisque primo loco uideatur inuitatus.ff.de leg.2.cap.mandato.de præbend. libr. 6. Sed primo nominata est Francisca, ergo ueniet, & postea liberi eius succedent. Et sic, D.de Lestrange ueniet.

Et ista est communis & uera opinio teste Gui.consil.122.Ioannes Molaris in 1.dubio.& consil.133.Anton.in 1. q.& consil.135.col. 3. & inter consilia Alex. Ant.de Prato ueteri consil.14.adsit. col.4.in 4. uol.& Alex. consil.129. perspectis in 5. uol.Soci.consil. 86. uisis col. penul. in 3.vol. Dec.consil.384.in casu col.2.

9 Tertius, casus, † ubicunqne sit nominatio plurium personarum sub nomine collectiuo inter quos cadit ordo charitatis, & sunt in diuersis gradibus. Tunc ueniunt ordine successiuo, ut si dicatur substituo Titiũ & suos liberos, uel familiam, posteritatem, descendentes agnatos. Secus si dicerem substituo filios Ioannis. Tunc cum sint in eodem gradu ueniunt equaliter, Socin.& alii omnes in d.§.quidam. & consil. 51. uisa facti. col.2.in quarto uol.per l cum ita. §. in fideicommiss.ff.de leg.2. Curtius. consil.74.super memorata.in fin.1.q.ubi concludit potestatem legitimandi datam Titio & posteritati, debere intelligi ordine successiuo. Idem consuluit Bal.consil.452.non est dubiũ. in 2.uol, quando quis instituit Colam, & descendentes ab eo, & idem consi.305.non est dubium in tertio uol. Alex. consil. 25.in causa. col. 1.uol. 4. et consil. 9. ponderatis. col. 1. cum seq. in 5.uol.facit.quod no. Bart. in l.1. col.j. C.de secund.nupt.ubi dicit quando lex uel statutum defert aliquod ius existentibus in diuersis gradibus, intelligitur deferre secundum ordinem graduum ab intestato: nam de iure prætorio eo ordine uocantur liberi, sicut de iure ciuili. l. 1. §.uocantur.ubi sic inquit uocantur autem ad contratabulas bonorum possessionem liberi eo iure eoque ordine quo uocãtur ad successionem iure ciuili.ff.de bonor.poss.contratab.sed ab intestato primo ueniret domina Francisca, & post suam mortem eius liberi, sic per hanc substitutionem cũ sint in diuersis gradibus.

10 Vltimus casus est ubicunque † apparet de uoluntate testatoris, illa erit sequenda non attento ordine succedendi.d.l.cum ita.§.in fideicommisso.ff.de leg.2. Ibi nisi specialiter defunctus ad ulteriores uoluntatẽ suam extenderit, & tunc non attenditur ordo scripturæ, l.nec enim.ff.de solu. not.in l. 1.§. fi. de uulg. quia uoluntas testatoris est seruanda. §. disponat. in authen.de nupt.coll. quarta. l. conditionibus. ff.de conditio.& demonstra. Non tantum uerba, sed & mens testatoris tribuere solet succedendi ordinem. l. generaliter. §.non tantum.ff.de fideicom.liberta. Sed cum tam mens quam uerba testantis in hoc conueniant, dicemus conclusiuè ordine successiuo succedendum esse, licet Dec.contra.in cõsi.236.& hoc apparet ex uerbis testamenti quæ non ponderauit. Dec. ibi dum dicit quamquidem Francesiam sic substitutam teneri uoluit ad soluendum prædicta legata, si testator uoluisset liberos Francesiæ simul cum ea uenire dixisset quosquidem substitutos. Et isti fundamento non potest responderi. Et sic puto in lligendum.c. Raynutius. de testam.uidelicet quod apparebat uoluntas defuncti uolentis sobolem simul cum Alteroca succedere, dum dicit text.adiiciens ut Alteroca & soboles quam gestabat, in utero eidem impuberi succederent, si ordine succesiuo uenissent, non succesissent impuberi. Sed soboles matri Alterochę succesisset. Ideo clarè apparet quod testator uoluit ut in uiriles uenirent Alteroca & soboles, dum dicit eidem. Et hic intellectus est nouus. Attamen mea sententia, uerbis textus conformis, licet Doct. multipliciter illum tex. intelligant quos uidere poteris.

Secunda quæstio est, de qua non fui interrogatus,
11 est tamen necessaria. Et † consulens etiam ad ea quibus non interrogatur respondere debet. l. ut responsum.C. de transf.l.precibus.C.de impu. An per ista uerba substituit nobilem Francesiam & suos liberos, ex suo legitimo matrimonio procreatos intelligatur de liberis testantis d.Claudii, an de liberis dictæ Francesię? & uidetur quod de liberis d. Claudii, quia dicit suos liberos natos, & erant ei dicto tempore natæ tres filiæ, Anna uidelicet, Ioanna & Ludouica. Ergo de illis intellexit ut succederẽt simul cum Francesia, quia ponendo, natos uoluit excludere non natos.arg. l.cum prætor. ff.de iudic. & sic uidetur tenere Guid. Papæ.in q.511.pater in testamento.

Secundò, uidetur quod intelligatur de liberis d. Claudii testantis per id quod dicit Bart.in l.cum in testamento.ff.de aur. & arg. leg. ubi decidit, quod si doctor instituit aduocatum suum hæredem. Et si decesserit sine liberis, grauauerit eundem restituere liberos suos alteri, intelligitur de liberis testantis, non hæredis. per glos.not.in l.ex facto. in princ. in glo. sua. id est rogantis.ff.ad Trebell.idem si dixerit de bonis suis. Ias.in l.si pecuniam.in fin.ff.si cert.petat. idem consuluit Alex.consil. 56. consideratis.uol.1.quod est repetitum in consi.23.consideratis.in 1.q.uol. 2.ut si testator prohibuerit alienare res uolens ad suos hæredes peruenire, intelligitur de hæredibus testatoris. Et hoc sequitur Hyp. singul. 21. aliàs interrogatus. &c. facit gl.in l. quotiens. in §. fi. in uerbo. ipsi scilicet danti. ff. solut. mat. miror quod non adduxerint tex. in l. debitor.ibi filiæ suæ.id est testatoris.ff.ad Trebell.

Tertiò probat tex.in l.si ita. ff.de aur. & ar. lega. Ibi quod testamenti tempore fuisset, & sic intelligi debet de liberis tempore testamenti existentibus.

Contrarium uerius esse arbitror, & hoc propter uoluntatem defuncti, quam elicio ex testamento, ibi. dum dicit substitui d.Francesiam, & suos liberos, ex suo

suo legitimo matrimonio procreatos, quam quidem Francesiam. &c. Ecce ergo, quod noluit suos filios uidelicet testatoris ultra Francesiam succedere, aliàs dixisset ut supra dictū est, quosquidem. & etiam dixisset substituit Francesiam, & alias suas filias, & hæc uoluntas est euidens. Ideò amplectenda. l. in conditionibus. ff. de condit. & demonstr. l. licet. ff. de legat. 1.

13 Nec est † inconueniens exponere, & suos liberos ex legitimo matrimonio procreatos, id est creādos. l. si Possidonium. C. ex quib. caus. infam. irro. ubi glo. dicit relegatum, id est relegandum sic natos. id est nascituros. facit gl. in l. nulli. in uer. oriuntur. C. de episcopis & cleric. l. 1. si seru. exportand. ueneat. l. quisquis. de postuland. l. si tibi areæ. ff. de præscript. uersic. ergo cum testator bene sciret sponsam Francesiam nōdum habere liberos, intellexit de futuris, ex legitimo matrimonio, cum domino de Lestrange procreandis.

Nam huic sententiæ nostræ refragatur, quod diximus de uerbo suos, quod debeat deferri ad testatorē: nam hoc est uerum, nisi contrarium appareat ex mente testatoris, nam tunc ut superius dictum est, mens sequenda est. Et tunc exponitur suos liberos scilicet Francesiæ, & huic expositioni consonat text. & ibi gl. in uerb. altius. in §. æquè. instit. de act. & ibi doct. exponunt suas ædes. id est uicini, sic potest hic interpretari.

Nec me mouet l. si cognatis. ff. de reb. dub. quia quādo nulli erant cognati tempore testamenti, sed fiunt post testamentum, ueniunt ut ibidem, in secunda parte. & hoc declarant ibi doct. ut uerba de aliquo operētur. l. si quando. ff. de lega. 2. dicemus liberos suos natos exponi suos ex dicta Francesia natos, id est nascituros, quia præsumebat testator postquam d. Francesia erat desponsata cum domino de Lestrange egregio milite & strenuo, quod haberet liberos incontinēti, & quæ proximè inerant uidebantur inesse. l. lecta. ff. si cert. petat.

14 Tertiò, dubitatur an d. de Lestrange admittatur ex uulgari uel l. fideicommissaria. Et breui respondeo, quod ex fidecommissaria, post ætatem pupillarem. Et ut appareat facio cōclusiones sequentes, quarum prima est. Si testator instituat filium, & illi nepotem substituet, tunc tantum inducitur uulgaris, uidelicet si filius non sit hęres, ista est communis resolutio. glos. & doct. in d. §. quidā rectè. Bart. & alii in l. Centurio. ff. de uulg. nisi conueniret pupillo, tunc etiam pupillaris contineretur. l. iam hoc iure. ff. de uulg. & l. qui plures. & licet uerbum substituo in compendiosa & reciproca comprehendat alias substitutiones, etiam fideicommisariam, tamen in casu supra posito non Paulus in d. §. quidā. col. 2. Et sic cum uulgaris expiret adita hæreditate. l. post aditam. C. de impub. non potuisset admitti d. de Lestrāge si hoc modo fuisset substitutus. Ideo Ias. in d. §. quidam. dicit se comperisse quod ibi substitutio non comprehendit fideicom. ratione præteritionis ipsius nepotis: nam sic testamentum esset nullum, quod non est uerum, quia licet intelligeretur fideicom. cum uulgari non minus ualeret testamentum, & in hoc fuit deceptus Ias. uerum est tamen quod si sola fideicommissaria contineretur, descenderem in sententiam Ias. & hanc opinionē probat Dec. consi. 95. & pro tenui. collat. 2. & consil. 206. in causa. col. 3.

Secunda conclusio, si in testamento contineatur clausula codicillaris. Tunc etiam uigore illius clau-
15 sulæ fideicommissum continetur, quia † clausula codicillaris operatur quod substitutio directa ad fideicommissum trahatur. Bald. Imol. & alii in l. uerbis ciuilibus. ff. de uulg. Lanfrāc. & alii in d. l. Centurio. Anch. consi. 27. non seruato. in prin. Et Socin. consil. 44. diligenter. in 1. uol. & consi. 12. in 3. uol. Fulg. consi. 43. in 1. Dec. consi. 206. in causa. colla. fi. & consi. 431. & pro tenui. coll. ult. Philip. Perus. in c. si pater. col. 29. & seq. de testam. lib. 6. Sic fuit posita clausula codicillaris in testamēto d. Claudii de Montefalcone, in hæc uerba: & si non ualet iure vltimi testamenti, uoluit quod ualeat iure codicilli, uel iure donationis causa mortis, uel alio iure meliori modo, & forma, quibus de iure ualere poterit, & debebit. &c. Ergo sequitur quod uoluit etiam iure fideicom. d de Lestrange, & alios liberos uenire ad successionem.

16 Tertia cōclusio, in † substitutione adiectum fuerit uerbum denotans tractum temporis, ut quando filius decesserit, uel quandoque decesserit, tunc continet nedum uulgarem, sed & fideicom. post aditam hæreditatem. per cap. Raynutius. de testam. & not. in l. precibus. C. de impuber. Et ista est communis opinio secundum Alexan. in d. §. quidam. & ratio est quia fideicom. etiam tacitè inducitur. l. cum proponebatur. ff. de lega. 2. Sed testator disponens quod ueniat ad liberos Francesiæ uoluit ut res remaneret in fami-
17 lia. d. §. in fideicom. Anch. d. consi. 27. Et ubi † testator uoluit quod res in familia remaneat, uidentur grauati gradatim succedētes de restituendo. l. peto. §. fratre. ff. de legat. 2. Bart. in l. si cognatis. ff. de reb. dub. Sic cōsuluit Socin. consil. 12. uisis. col. 2. in fin. & seq. in 3. uol. & consil. 13. uisis. col. 3. in 4. uol.

Nec obstat quod in substitutione facta Francesiæ & liberis non est aliquod uerbum denotans tractum temporis, quia testator dicit substituo Francesiam & liberos. Respondeo qua ratione uoluit Francesiam uenire ad successionem Petri, eadem ratione etiam uoluit filios Francesiæ ad successionem suæ matris admitti. nam clausula quandocunque sine liberis in substitutione Petro facta posita, censetur repetita in substitutione Francesiæ & liberorum. l. talis. §. si ff. de leg. 1. l. 2. C. de liber. præterit. & ibi Ias. & alii. Et hoc quia una determinatio respiciens plura determinabilia debet ea pariter determinare. l. iam hoc iure. de vulg. Et sic uidetur uoluisse quod si Petrus filius testatoris decederet sine liberis quod Francesia ei succederet, & si Francesia decederet cum liberis, quod sui filii eidem Francesiæ succederent.

18 Quarta conclusio † ubicunque potest de mente testatoris apparere, tunc etiam comprehēdit fideicommis. etiam si non sit adiectum uerbum tractum temporis denotans, ut si testator non notæ causa, sed ut filio consulat, eum exhæredauerit, iuxta. l. multi. ff. de liber. & posthu. tunc comprehendet fideicom. ex consilio sapientum. l. cum ex consilio. in princ. ff. de uulg. l. si patronus. in 2. §. si quis non mala. ff. de bon. libert. Lancel. Polit. in tract. substi. uulg. q. 9. Bened. in repetit. c. Raynutius. in uerb. in eodem testamēto 2. nu. 18. cum seq. de testam. Et illa uolūtas oportet quod probetur. Soci. consil. 37. uiso testamento. col. 1. cum seq. uol. 3. hic satis apparet ex mente & ex uerbis ut supra probaui, quod testator uoluit liberos d. Francesiæ uenire per fideicom.

Quinta conclusio succeditur etiam per fideicom. quando in testamento exprimitur, ut si in testamento dicatur substituit uulgariter, pupillariter, & per fideicom. ut solent sæpius notarij ponere. l. recusare. §. Titius. & ibi doct. ff. ad Trebell. Bar. in l. quærebatur. de testam. milit. Socin. consil. 104. quoniam præsens.
19 in 3. uol. Et talis † clausula operatur quod sic substitutus poterit eligere, an uelit directe uenire uel ex fideicom. si tempora patiantur. Bart. in d. §. Titius. & in d. l.

in d.l.Centurio,& l.si Titio. in 1, de usufruct. leg. Bened. Plumbinus in l.si quis seruo.de ma.testa. Soci.d. consil.144.diligenter. col. 2. in 1.uol. & consil. 240. quoniã.2.uol.Dec. in l.precibus.col. 12. C.de impub.

20 Quartò quæritur an d.† Francesia ante diem mortis possit restituere, uidetur quod non: quia non est licitum facere id quod alteri nocet, & sibi non prodest.l.fluminum.ff.de damn.infect.Sed hæc restitutio non prodest d. Francesiæ, & nocet.d.Cambi, ergo nõ potest fieri.

Secundò, patet quia restitutio non potest fieri in præiudicium tertii, doct. in l. post mortem. C. de fideicom. per text. licet non allegent in l. uxorem. §. Seium.ff.de leg.3.

Tertiò, est text. in l. sed si ante. ff. ad Trebell. ubi si ante diem sit hæreditas restituta, non transferuntur actiones.

Contrarium est uerius, per tex. in l. post mortem. C.de fideicom.& no. Bal.in l. maximum.col. 5. C. de liber.preterit.ubi dicit quod si maritus fuerit ab uxore grauatus ut restitueret filiis hæreditatem post mortẽ, tamen poterit ante mortem restituere, si creditores uelint occupare illa bona,sequitur Alex.in additio.ad Bart.in l.patrem.ff.quæ in fraud.credit.sic & d.Francesia poterit ea uiua restituere d. de Lestrange suo filio, si d.Cambi uelit occupare Baroniam Alesti uigore aresti lati Tholosæ. Et hoc ex defuncti uoluntate procedit & pleniore officio præstandæ fidei fungitur qui hoc facit.text.in l.si sponsus.§.si quis rogatus.ff. de dona.inter uirum & uxorem.Ibi uolũtatem defuncti sequuti.Nec immerito, sæpè enim credimus defunctũ uoluisse, & tamen non rogasse, &c.Bald. in Marg. in uerb. fideicommissum,in 3.quæst.nam dilatio censetur adiecta in fauorem hæredis, ergo illi renuntiare potest.per l.penult.C.de pact.Secus quando conditio non esset apposita, ut d. l.sed si ante. Alex.ibidem per glo.in l.vxorem.§.Scæuola.ff.ad Trebel.uel potest forte intelligi quod erat institutus sub conditione, & restituit ante conditionem extantem,ut nõ ualeat,quia restituit antequam ei sit quæsitum,ita elicitur, ex §. præced.iuncto cum d. l.sed si ante.

Non refragatur.l.fluminum: quia sufficit si prosit, sibi uel suis. arg.l.fi.C.de impub.cum aliis multis,quæ causa breuitatis omitto. Nec me mouet d. §. Seium, quia ibi ordinata uoluntas testatoris non seruaretur si primò fideicommissario uiuo fieret restitutio, quia si moreretur peruenirent bona ad consanguineos primi fideicommissarii, licet deberent uenire ad secundum fideicommissum. Et ita non obest text. in l. Statius.§.fin. ff.de iur.fisc.quia mater fuit condemnata ex delicto perpetrato per eam, & bona fisco adiudicata, ideo ea uiuente non potest restituere,secus in hoc casu: quia ex negligentia matris non prosequentis, fuit lata sententia absolutoria,quæ differt ut not.in l.Iulia. ff.de condictio.indeb.Item ibi erat culpa in faciendo, hic in negligendo, & prima est grauior.glo.in l.diuus. ff.de Senatusconsul.Silan.& ibi plene dixi.

21 Quintò, an censeatur facta in fraudem uidetur quod sic, quia ea uiua d. Cambi potest recipere fructus Baroniæ, Alesti quos fructus non recipiet si fiat restitutio, ergo uidetur fraudulosa.

In contrarium est text. formalis in l.patrem.qui nõ expectata morte sua, fideicommissum hæreditatis maternæ filio soluto potestate restituit, omissa ratione Falcidiæ, & plenam fidem & debitam pietatem sequutus exhibitionis, respondi, non creditores fraudasse.ff.quæ in fraud.credit. ecce uerba iureconsul.& l.seq.dicit, debitorem, qui ex senatusconsulto Trebellia.hereditatem restituit.Placet non uideri in fraudem creditorum alienasse portionem quã retinere potuisset, sed magis fideliter facere. Ergo fideliter fecit mater ante mortem restituendo suo filio de Lestrange.

Item, ratio sanguinis uidetur fraudem excludere. Vt dicit tex.in l.Procula. ff.de probatio. l.dotem. in fi. de castren. pecul.

Nec sequitur, poterat d.Cambi recipere fructus,ea Francisca uiuente,ergo non potest restituere,vel si restituat dicitur fraudulosa,nam in d.Petrum, idem poterat esse, & maximè cum ista alienatio non fuerit facta ab eadem Francesia,sed à Petro primo hærede.

22 Sextò,an † Baronia Alesti alienata per Petrum possit vendicari, viua d.Francisca, per d. de Lestrange, & breui respon. quod sic: quia quandocunque adest tacita legalis prohibitio, de non alienando, vt in hoc casu,quia videtur tacitè prohibitus, Petrus de non alienando, postquam tenetur restituere d. Francesco, sic de dicta Francesia dicitur tunc potest alienatio reuocari,die fideicommissi veniente,secus quando est prohibitio expressa,quia tunc statim alienatio facta potest reuocari.l.cum pater.§.libertis.ff.de leg. 2.no.in l.fi.C. de fideicom.Sic consuluit Soc. consi.43. visis. colum. vlt.volum.3.

Nec obstat tex.in l.cum à matre. C.de rei vendicat. vbi filius non potest vendicare fundum alienatum à patre, vel matre, quando est hæres illorum, vel alterius, quia factum defuncti impugnare nõ debet, cum censeatur eadem persona, cum defuncto. In authen. de iureiur.à morien.præst. collat. 5. Imo posset repelli per regulam.l.vendicantem.ff.de euictio. quod est verum quando ista d. Francesia,esset hæres Petri,& veniret vt hæres Petri. Sed non venit ex persona Petri, sed ex propria persona tãquam substituta à d. Claudio de Montefalcone,eius auo:ideo non debet obstare.d.regula vendicantem.Item quia adiuit cum beneficio inuentarii, vt not.in l.fin. §.in computatione. C. de iure deliber.Sic consuluit Guid.Pap. consilio 133. Antonius. in fin.

Nec refragatur tex.in l.peto.§.prædium.ff.de leg.2. ibi tamdiu retinere emptor potest, quandiu debitor haberet, quia loquitur in alienatione necessaria, quæ non procedit in casu nostro, quia fuit voluntaria. §.fratre,& ibi Pau.eadem.l.& sic.d.de Lestrange poterit nunc uendicare Baroniam Alesti, per dictum Petrum alienatam,& in qua mater succubuit.

23 Septimò, an non obstante † aresto lato contra d. Franciscam super Baronia Alesti, possit d.de Lestrange.d.Baroniam petere. Et uidetur quod non:quia sententia lata contra hæredem nocet fideicommissario etiam non citato.l. si patroni. §.fin. secundum unum intellectum.ff.ad Trebell.

Secundò, sic sententia lata contra hæredem nocet substituto, etiam non citato.l. 1. §. denunciari.ff. de uentr.inspiciend.Barto.in l.in diem.ff.de aqua pluuia. arcend.

Tertiò, est text. in l.ex contractu.ff.de re iudic. ubi sententia lata contra institutum mandatur executioni contra substitutum.

Quartò facit quod not. Bar.in l.1.ff.iudic.solui,ubi tenet quod sententia lata contra reum principalem nocet fideiussori.l.authore laudato.C.de euict.Bal. in l.duobus.ff.de iureiur.

Contrarium in hoc casu credo uerius. per text. & ibi glo.ult.in l.si suspecta.in princ. ff.de inofficio.testa. quam approbant communiter doct. quæ dicit quod

24 † sententia lata contra hæredem scriptum nõ citatis legatariis non mittetur executioni contra legatarios si se

si se opponant, & quod eis non præiudicauit si non interfuerunt. Imò possunt appellare, si sint intra tempora, alioqui poterunt contra rem iudicatam excipere de collusione, & quod non fuerunt auditi, nec præsumuntur uocati, nisi appareat. Felin. in c. tenor. de re iudic. Idem dico hic, quod licet prętextu aresti non possit appellari, tamen poterit nunc d. de Lestrange probare sententiam esse latam, per negligentiam matris, quæ filio nocere non poterit ignoranti, ut ibidem dicit Paulus & alij.

25 Secundò, licet † sententia lata contra eum cuius principaliter interest ualeat, cõtra eum cuius interest in consequentiam etiam non citatum specialiter ualebit, tamen generaliter per proclama debet citari, alioqui non citato non præiudicatur, ita intelligitur glo. in l. de uno. ff. de re iudic. Innocen. & alii in c. ulti. de maiorit. & obedien. Ioan. Fabr. in §. licet. insti. de adoptio. Bar. in l. 2. in princ. ff. de præuarica. & l. cum filium in princ. col. 2. de verbor. oblig. & in extrauagan. quom. in læsæ maiest. crim. proced. in verb. per edictũ. Bald. in l. ab eo. col. vlt. C. quom. & quando iud. & in l. si eo tempore. C. de remiss. pignor. Angel. in l. si perlusorio. ff. de appel. Paul. in d. l. sæpè. Socin. plenè in l. cum filiusfam. col. 3. uers. 3. principaliter. ff. de verbor. oblig. glo. in l. cum miles. in verb. facienda. ff. ex quib. caus. maio. Ias. in l. rescriptum. in 2. no. ff. de pact. & Hypol. in repet. l. de unoquoque. in 9. limit. ff. de re iudi. l. etiam. §. fin. ff. de minorib. Sic consuluit Alexan. consil. 85. ponderatis. col. 3. in 6. volu. vbi dicit quod pro substantia iudicii non est citandus nisi ille contra quẽ dirigitur petitio, sed pro extensione præiudicii debet bene citari illi quorum interest. l. si deserta. C. si propter public. pensit. Paul. in l. in concedendo. ff. de aqua pluui. arcend. Dec. in l. in iure ciuili. ff. de reg. iuris. Sic consuluit Bolog. consil. 77. uisis. col. penul. & Alexan. consil. 84. in causa. in 3. vol. Imo alias non valet secundum aliquos sententia contra non citatos, per l. 1. §. item cum ex edicto. ff. quæ senten. siue appell. rescin. sic consuluit Barb. consil. 28. scripsit. col. 9. in 1. uol. licet præcedens opinio sit verior, teste Imol. in d. c. fin.

26 Tertiò, licet † sententia lata contra principalem noceret aliis prætendẽtibus interesse, tamen illi poterunt appellare, licet principalis non possit. tex. & Bart. & moder. in l. à sententia. §. si hæres. ff. de iudic. ubi dicit posse appellari quandocunque, etiam si causa fuerit finita in tertia instantia dicens se habere nunc notitiam illius sententiæ. Et sic erit prima sua appellatio. not. moder. in d. l. filiusfam. §. diui. ff. de leg. 1. & maximè Alex. ibi. col. 4. Et tunc appellans debet petere pronuntiari latam sententiam sibi non præiudicari, & ita iudex debet pronuntiare. Bart. in d. l. à sententia.

27 Quartò, † licet is contra quem principaliter non est lis mota non sit citandus, ut suprà dixi, hoc intelligitur quoad hoc ut ualeat sententia, tamen quoad hoc vt eidem præiudicet debet citari, alioqui non præiudicabit sibi, ita tenet expresse Paul. in d. l. si suspecta, per c. inter quatuor. de maiorit. & obed. sic consuluit Alex. consil. 84. in causa. in 3. uolum. sic refert Claud. de Seycell. in repet. §. diui. col. 5. & ibi dixit Alex. quod hæc opinio habet maximam æquitatem. Et si inferret præiudiciũ, tamen nõ nisi qualequale. gl. in l. si duo patroni. in princ. ff. de iureiur. glo. in l. 2. C. quibus res iudic. non noceat. & cap. cum super. de re iudic. Et istud qualequale præiudicium est quod inducit præsumptionem contra tertium. glo. c. interrogatum. 2. q. 5. Alex. consi. 86. uisis. col. 2. uol. 2. præsumitur tamen in iusta. Mathesill. no. 26. regulam.

Item, non nocebit sententia illis, qui non audiuerũt edictum, uel aliàs non sunt in culpa. c. cum in tua. qui matrim. accus. poss. & ibi Innoc. & alij. l. etiam. §. fi. ff. de minorib. Soci. expresse in tracta. de citatione. artic. 5. q. 1. Ergo ista sententia siue arestum nõ nocebit domino de Lestrange ignoranti, qui non est in culpa. Et quia non fuit uocatus, & erat minor eo tempore, quo causa agitabatur, ideò ei nocere non debet.

28 Præterea si † inuentarium conficiatur absentibus aliquibus creditoribus, & non citatis, illis non præiudicat. Bar. in authen. sed cum testator. col. penul. C. ad leg. Falcid. Ergò etiam non oberit hæc sententia domino de Lestrange non citato. Bald. in authen. si omnes. C. si minor se ab hæredit. absti. Paul. in l. fi. §. cum igitur. C. de iure delib.

29 Imò, quod fortius est, quando † certus est is cuius interest, non sufficit citatio per edictum. Innocen. in cap. cum in tua, qui matrim. accus. possunt. not. Ioan. Andr. & alii in c. fi. de elect. lib. 6. Felin. in c. exhibita. de iudic. sicut erat hic. d. de Lestrange. De quo etiam dubitabat Cambi, cum in uenditione fecerit sibi caueri de euictione, si res d. de Lestrange substituto euinceretur. Ergo imputetur Cambi quod non fecerit citare d. de Lestrange, antequam proferretur arestum, ut postea conticeret.

30 † Insuper rei iudicatæ exceptio non obest, quando tria non concurrunt, eadem res, eadem causa, & eadem conditio personarum. l. cum quæritur, & seq. ff. de except. rei iudic. Nec dicitur uenire contra sententiam qui postea agit. l. & an eandem. §. actiones. ff. eo. sic igitur d. de Lestrange, cum non sit eadem persona cum matre, poterit uenire. Nec dicitur uenire contra arestum, quia non fuit latum contra eum, non citatum nec uocatum.

Imò, si lata sit sententia definitiua absolutoria in reali, quia non est probatum de possessione, tunc si appareat reum ita possidere, potest ex noua possessione cõueniri. l. si quis ad exhibendum. ff. ad exhibend. l. procurator. in 2. rem ratam haberi. Si uerò lata sit absolutoria, eo quia non probauit ius ad se pertinere, quod intentabat, & tunc si per ius diuersum, concluditur de nouo, quam in ueteri, illo casu non obstat exceptio rei iudicatæ. l. minor. §. 1. ff. de euictio.

Sic consuluit Bal. consil. 462. ad euidentiam. in 3. uol. Sed d. de Lestrange agendo concludit ad diuersum ius quod habebat, & habet, uidelicet ex testamẽto magnifici D. Claudij de Montefalcone, & non ex iure matris d. Francesiæ, ergo non debet sibi obesse rei iudicatæ exceptio, alioqui in dies posset hæres permittere se condemnari in fraudem fideicommissarii, quæ fraus est tollenda. l. in fundo. ff. de rei uendi. Et illam clausulam ponit Cæpol. cautel. 237. ad hoc, &c.

Item, licet supra adducta sufficiant, tamen adduco unum, quod in hac materia multum uidetur consi-
31 derandum. Nam † antequam obest exceptio rei iudicatæ oportet quod sit decisum illud quod petebatur, alioqui non obstabit rei iudicatæ exceptio. Bartol. & alii in l. 1. C. de ord. iudicis, utpotè si quis petit hæreditatem patris, ut filius, & opponitur quod non est liber, & quod non est filius, si pronuntietur hæreditatem sibi deberi, tacitè dicitur decidi quod est liber & filius, alioqui hæres patris pronũtiari non potuisset. Sed si fuisset lata absolutoria, non sequitur quod non sit liber, & non sit filius, quia potuit ferri absolutoria, ex quo alius fuerit institutus, uel ex alia simili causa. unde cum de necessitate non inferatur hoc, sequitur quod super hoc non obstabit exceptio rei iudicatæ. per not. in d. l. 1. sequitur Paulus in l. quod in diem. §. si rationem. ff. de compensat. Sic in casu nostro non infertur,

fertur, quod sententia absolutoria sit lata, eo quod domina Franceisa non haberet ius vendicandi, sed eo quod non probant, & in dubio lata præsumitur, eo quod non probauit. Bartol. in l. ex duobus. col. 5. versic. 4. quæro. ff. de duobus reis, per l. Iulia. ff. de condict. indeb. & l. si inter me & te. de except. rei iudic. Felin. in d. cap. aduersario. col. 4. Ergò illa sententia, siue arestum absolutorium non debet nocere d. de Lestrange. sic consuluit Socin. consilio 255. in causa, vbi dicit non sufficere dicere bene vel malè iudicatũ: sed oportet dicere iustè concessum vel non. Ideò hæc sententia, siue arestum potuit ferri ex duplici causa, videlicet quia mater non habebat ius vendicandi, vel quia non probauit se habere, licet verè haberet. Et si dubitetur ex qua causa fuerit lata, præsumitur ex causa quæ minus nocet, & sic eo quia non probauit. Authent. & Panormit. in cap. aduersario. de except. per text. in l. 2. §. Ignominiæ ff. de his qui not. infam. & l. 4. de suspec. tutorib. Imò si reus fuerit simpliciter absolutus non expressa causa, non obstabit exceptio actori denuo agenti. gloss. in l. si quis ad exhibendum. ff. de except. rei iudic. Specul. in titu. de offic. omnium iudicum. §. de seruit. versiculo quid si reus. Socin. consilio 94. in caus. colum. 3. & sequen. in 3. uolum. Panormit. & Felin. in cap. aduersario. de except.

Vltra prædicta non erit incõueniens tenere, quod
32 ad † substitutum & fideicommissarium uniuersalẽ, spectet minus principaliter commodum, & sic ideo sit citandus, quod sic probatur. Is ad quem pertinet commodum minus principaliter potest in testamento esse testis, ut legatarius. §. legatariis institut. de testamen. sed fideicommissarius uniuersalis potest esse in testamẽto testis, ut ibidem dicitur, quia non iuris successores sunt. Et ita tenet Bald. in l. dictantibus. col. 1. C. de testamen. Igitur minus principaliter etiam ad eos commodum spectat, facit l. qui testamento. ff. de testamen. l. quædam. §. his autem. in uerb. iuris successor. de eden. consuluit Alexand. consi. 119. quando omne. columna 5. in 6. uolum. unde dicit Bartol. in l. ambitiosa. ff. de decret. ab ordin. faciend. columna 4. & Bal. in prima constitut. C. in §. quibus. ubi dicit principaliter accipi pluribus modis. Et secundum magis proprium modum accipitur, non ut denotet ordinẽ naturæ uel temporis, scilicet quod unus primò in tempore dicatur, alius secundo, sed ut denotet ordi-
33 nem intellectus, id est, considerato fine, quia † illud dicitur principaliter esse finis ad quod intellectus finaliter tendit. unde si aliquid fieret ad duos fines æqualiter, respectu utriusque diceretur principaliter fieri. Ponit Bartol. exemplum in duobus reis, in quibus unus obligatur hodie, alter cras, licet unus sit primus in tempore, tamen quilibet dicetur principaliter obligari. l. 3. ff. de duobus reis. Idem si unus ex duobus reis promittit mihi purè, alter sub conditione, uel ad diem, dicetur uterque principaliter obligatus, & non in consequentiam. l. ex duobus. Iuncta l. si reus. ff. de duobus reis. Ideò si plures sint personæ facientes unum actum, ad diuersos fines, in persona cuiuslibet dicetur principaliter interesse respectu finis intellecti per eum, & ita propriè magis accipitur, nam uerba in dubio debent accipi in proprio significato. l. 1. §. fin. si ager uectigal.

34 Igitur † actus testandi fuit factus principaliter propter hæredis institutionem, & etiam principaliter propter substitutionem, secundariò autem dicitur factus propter legatarios. gloss. in l. nullus. ff. de testib. Bald. in l. principaliter. in 2. C. de liber. caus. Fateor tamen quod considerato ordine temporis principaliter, id est prius, est facta institutio. sed secundum magis proprium modum debet considerari finis, nõ ordo temporis. Alex. consil. 119. uol. 6. Certum enim est quod secundum ordinem temporis, primo uocatur institutus, secundo fideicommissarius, qui capit de manu hæredis. l. facta. & l. restituta. ff. ad Trebell. & tamen fideicommissarius dicitur principaliter uocatus, ut supra dixi. Item quia loco hæredis habetur. l. 1. § si hæres, & l. restituta. ff. ad Trebell.

Immo quandoque dicitur magis principaliter quã hęres, si maior pars hęreditatis ad eum uenire debeat. Bart. in l. cum res. § culpa in fi. ff. de legat. 1. Ergo testamentum principaliter dicitur factum propter hæredem institutum. §. ante hæredis. instit. de leg. & etiam principaliter in fauorem substitutorum, qui similiter dicuntur hæredes. l. 1. ff. de uulgar. & l. si filiusfa. quod cum eo. Cum ergo principaliter sit factum in fauorẽ d. de Lestrange nihil mirum si debuit uocari, & si nõ est uocatus non potest eidem sententia præiudicare, nec arestum Tholosæ latum.

35 Item † reuocatio mandati, quæ quandoque parui potest esse præiudicii non ualet, nisi sit intimata reuocato. c. ex insinuatione, & c. in nostra, de procurat. clemen. una. de renuntiat. c. ex parte decani, de rescript. à fortiori ergo ad hoc ut noceat sententia domino de Lestrange debebat citari. Postquam ergo nõ fuit citatus, non præiudicabit sibi arestũ latum contra matrẽ.

36 Præterea † quando inter duos nobiles cõtenditur de iurisdictione alicuius castri hoc non præiudicat populo, qui non interfuit tunc causæ. Bald. in l. 2. C. de liberal. caus. sic nec hoc arestum latum contra matrem nocebit domino de Lestrange qui non interfuit causæ, nec sciebat causam agitari, saltem non præsumitur: quia in facto alieno ignorantia præsumitur. l. fin. ff. pro suo.

Postremò, licet non possit d. de Lestrange ab aresto Tholosano appellare, tamen aurum, quod dicũt, Tholosanum non debet ei nocumento esse. Nam ad superiorem causa deuoluitur, uidelicet ad regem, seu ad suum magnum consilium. Si enim coram d. senatoribus Tholosanis causa nunc iterum ageretur sententiæ suæ fauerent, ideò iustè fuit consilio magno commissa per Christianissimum Regem. Et ita dicit Bart. deberefieri in l. à sententia. in principio, colum. ult. ff. de appellationib.

Vltimo, si principalis de causa trãsegisset, uel instãtiæ renuntiasset admitteretur adhuc d. de Lestrange, tanquam tertius ad prosequendum d. causam. l. à sententia. §. idem rescripsit. ff. de appell. multò ergo magis, si tacitè erit exclusus, vt concludit Bartol. in l. si perlusorio. col. 1. uersic. sed hic dubitatur. ff. de appell.

Vlterius, ubicunque commissum fuerit cõscientiæ alicuius postquam non habet superiorem in mundo non poterit apppellari. glo. singul. in cap. statutum. §. assessorem de rescript. in 6 in uerb. relinquatur. ubi dicit quod solus Deus, & nullus alius iudex est cognitor. Iason. in §. sed iste. num. 136. institutio. de action. & l. nec quidquam. § ubi decretum. col. 7. ff. de offic. proconf. & l. à iudice. col. 4. C. de iudic. & l. de pupillo. §. qui opus. ff. de noui oper. nuntiat.

37 Attamen † superior poterit emendare quod factũ est parte inaudita, uel aliàs male factum. glo. singul. in clement. una. in uerb. oneramus, de iure patronat. Iaso. in §. sed iste. columna quinta. institut. de actionib. & Barbat. in 2. quæstio. secundæ partis columna 4. nu. 18. Et hoc in his quæ sunt magni præiudicij, ut hic Barba. in additio. ad Bal. in cap. 1. colum. ult. de consuetu. rect. feud. Ergo magnum consiliũ emendare poterit,

V quod

quod factum est domino de Lestrange absente, & eidem Baroniam Alesti si viderit expedire, adiudicare.

38 Octauò, an d. Cambi pro legitima & Trebellianica Petro de Montefalcone debita, possit baroniam Alesti retinere, & tex. decidit in l. Marcellus. §. resque ab hærede alienatæ sunt in quartam imputantur hæredi. ff. ad Trebell. Nam filius etiam prohibitus expresse alienare, tamen potest & vendere pro rata suæ legitimæ, quam habere sine onere debet. l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. testamen. & etiam pro sua Trebellianica, prout consuluit Aretin. consil. 18. visa & discussa. col. 4. & seq. cum communis opinio sit do-

39 cto. † quod filius rogatus sub conditione potest detrahere duas quartas, legitimam scilicet & Trebellianicam. cap. Raynutius. & capit. Raynaldus. de testam. cum similibus. Et istud ex generali consuetudine mũdi, totius obseruatur. teste Iason. in d. Authent. res quæ, colum. 3. C. de fideicommiss. Imò filius alienando videtur elegisse totam rem quam alienauit pro Trebellianica & legitima. d. authen. res quæ etiam inuito fideicommissario, secundum Bartol. ibi, & Doct. Et hoc est statutum, vt magis subueniatur filio, qui alienauit, vt non teneatur emptori de euictione. text. in §. quamobrem. in authentic. de restitutio. & ea quę parit. in 11. mense collatio. 4. Paulus & Iaso. in d. authen. res quæ, & Iason. post alios in d. l. fi. §. sed quia nostra. C. communia de leg. in 7. limit.

40 † Fallit, quando malitiosè filius alienaret. Bartol. in d. authen. res quæ. & Bald. in l. filium. C. famil. herciscund. Et intelligitur alienasse malitiose, si rem multò plus valentem, quam sua quarta vendidisset, sicut in casu nostro prætenditur, secundum ea quæ in creditore ponit Bar. in l. alio. ff. de alim. & cibar. lega. Et ita expressè decidit Aretin. d. consi. 18. col. 5. versi. his breuiter. vbi concludit valere alienationem vsque ad legitimam & Trebellianicam, & quatenus excedit pro rata potest ab hærede vendicari, vt ibi, per cap. Raynaldus. de testam. sicut è contra quando libertus alienat in fraudem legitimæ patroni, reuocatur alienatio, quatenus tangit legitimam, de residuo autem ualet & tenet dicta alienatio. l. 1. §. quamuis. & ibi not. ff. si quis in fraud. patro. Tamen si filius consumpserit dimidiam partem hæreditatis, vel bona sufficientia ad suam legitimam, reuocabuntur in totum alienata. Ias. in d. authen. res quæ, in fi. vt hic prætenditur, quod Petrus, filius testatoris, consumpsit bona vltra suam legitimam, & sic nil vltra poterat alienare.

41 Notandum est, quod † hæres tenetur reddere rationem administrationis de malè administratis, vel dilapidatis, vel neglectis ipsi fideicommissario vniuersali. l. mulier. §. sed etenim. ff. ad Trebellia. Bart. in l. cum tale. §. Titius. de conditio. & demonstratio. & l. Marcellus, in princip. q. penult. ad Trebell. Et hoc expresse tenet Bald. in l. filium in fi. C. famil. hercisc. dicens hæredem teneri ad interesse si abusus est rebus hæreditariis, vt hic præsupponitur.

Nonò, quæritur quota sit eiusdem Petri legitima. & tex. in authen. nouissima. C. de inofficios. testam. di-

42 cit † quod si sint quatuor liberi, aut infra, debetur eisdem pro legitima tertia pars hæreditatis de duodecim, quòd si sint quinq; liberi vel vltra, debebitur eis dimidia pars hrditatis. Si fingamus hæreditatẽ valere duodecim mille libras, & quinque esse liberos. Legitima cuiusque erit mille, & ducentæ libræ. Si detrahatur postea quarta Trebellianica, detrahentur tres mille libræ. Et sic hæres habens duas quartas, habebit quinque millia librarum & ducentas, & hoc computant doct. vsque ad dimidiam hæreditatis, quod non est verum, vt videtis, sed circa dimidiam, & quandoque vltra dimidiam habet hæres, detrahens duas quartas, aliquando minus.

RESPON. CLXXVII.

Aresti notabilis executio.

SVMMARIVM.

1 *Executio aresti contra hæredes.*
2 *Fructus dicuntur pars rei.*
Arestum super rebus, an habeat locum in fructibus, ibid.
3 *Fructus eiusdem naturæ esse debent sicut bona.*
4 *Lucrum ex re proueniens, est eiusdem naturæ cum re.*
5 *Fructus augent ipsam rem, & censentur res hæreditariæ.*
Legitima ex fructibus suppleri potest, ibid.
6 *Priuilegium quod datur principali trahitur ad eius augmentum.*
7 *Fructus percepti ex re dotali petuntur una cum dote, & habent omnia priuilegia dotis.*
8 *Legitima statim post æs alienum deducitur.*
9 *Actiones omnes, & actiuæ, & passiuæ transferuntur in eum qui bona recipit.*
10 *Res una non debet diuerso iure censeri, ibid.*
11 *Actum nihil censetur quando aliquid superest agendum.*
12 *Arestum ultimum referens intelligi debet, secundum terminos, & qualitates primi ad quod refertur.*

1 AEQVITATEM ac iustitiam amplectens dico † arestum magni consilij exequi posse contra Annam, vel eius hæredem, tam sup re, quàm super fructibus legitimæ. Et hoc probatur rõne, quia hæres vel successor in vitiũ defuncti Antonij de Grimault. Ergo contra eã fiet executio. l. 2. C. de fructib. & liti. expens. & ẽt quia res transit ad Annam cum sua cã suisq; vitijs. l. Pomp. ff. de acq. pol.

2 Secundò, † fructus dicuntur pars rei. l. fructus. ff. de rei vendica. l. in lege Falcidia placuit, ad legem Falcid. postquam potest mitti executioni quoad res, ergo etiam quoad fructus, quia accessorium sequi debet naturam principalis. l. cum principalis. ff. de regul. iur.

3 Tertiò, † fructus bonorum debent esse eiusdem naturæ, sicut bona. Anch in repet. c. accessorium, in 1. nota. de regul. iur. Refert Soc. consi. 93. circa primum col. 8. versi. confirmatur dicta conclusio, in 1. vol. Qđ sic probatur, nam si aliqua prædia sint mihi obligata, fructus etiam ex illis percepti cẽsentur obligati. l. Paulus. §. 1. ff. de pignor.

Item probatur in l. fin. C. de frum. vrbis Constanti-

4 nopolit. lib. 11. vbi † lucrum ex re proueniens est eiusdem naturæ cum re, & quoad dispositionem, seu alienationis prohibitionem comprehenditur cum ipsa, & ibi dicit Bart. quod si contracta sit societas inter socios ad certum tempus, sicut capitale non debet minui positum in societate, ita nec lucrũ, quod assumit sibi naturam, quã habet capitale, sic & fructus huius legitimæ erunt eiusdem naturæ sicut legitima. Et sic poterit in illis fieri executio contra illos, contra quos fit executio in legitima, probatur etiam per tex. singu. in l. fi ibi, sed diuus Traianus inter mouentia fructus quoq; haberi rescripsit. ff. de requirẽd. reis. vbi dispositio illius tituli, per quam bona tam immobilia, quam mobilia

Mobilia cōtumacis annotantur, interpretatur ut procedat etiā in fructibus. En ergo quod arestum super rebus etiam procedere in fructibus ita debet, vt exequatur contra quem debet exequi super rebus.

5 Quartò suadetur, † fructus augent ipsam rem.l.Itē veniunt. §. fructus. ff. de petitio. hæredit.& d.l.in lege Falcidia placuit. Vnde fructus censentur res hæreditaria, sicut reliquum patrimonium, & ideo ex eis potest legitima suppleri. Angel.per illum text.in l. Centurio.ff.de vulg. si censentur in patrimonio sicut alia bona, ergo eidem ius erit in eis, ita, vt arestum super rebus, habeat locum in fructibus. Et hoc videtur dicere secundum arestum, videlicet ut possit exequi super terris & rebus Annæ. Sed rei appellatio generalis est. l.1.ff.si cer.peta. vt comprehendat fructus.l.rei appellatione, & causæ & iura continentur.ff.de uerb.signific. Et dicit ibi gloss.causæ, id est fructus, & sic clarum est arestum dicens, *a ordonne' ledict conseil que lesdicts de Castillō pourrōt faire executer ledict arest du quatriesme iour de May sur les terres & choses contenues en iceluy*. [dictum Consilium decreuit, dictos de Chastillon posse d. arestum executioni mandandum efficere à 4. Maii die, super terras & res in eodem comprehensas.] Ecce ergo quod vult vt exequatur super terris, & sic pro legitima, *& choses*, id est rebus, & sic pro fructibus, & hoc sufficeret etiam si alia non essent.

Quintò, probatur fructus habet eadem priuilegia quæ ipsa res. Angel.per illum tex. in authen.de æqualit. dot. in §.1. col.7.vbi dicit quod omne † priuilegiū
6 datum principali trahitur ad eius augmentum. Sic cōsuluit Ias.consil.146. punctus quæstionis.col.2.uol.2. vnde augmentum legitimæ regulatur secundum naturam legitimæ.Calder.consil.32.an si statutum. sub rub.de testam.adeò quod sicut filius non potest grauari in legitima, ita nec in fructibus, & in eius augmento. Albertus Brunus in tract.de statutis excluden.fœminas.artic.10.q.4.versic.postremo. col. antepenult. per l.quoniam in prioribus.C. de inoff. testam. unde dicit tex.solemnis fructus & accessiones eadem actione repeti, sicut res.l.etiam.C.de iure dotium.& sic fructus huius legitimæ poterunt in rebus Annæ exequi sicut ipsa legitima, alioqui grauaretur filius agendo contra diuersos, & exequendo.

Sexto, confirmantur prædicta per text.in l.assiduis.
7 C.qui potior.in pignor.habeantur. vbi † priuilegium dotis habet locum tantum in dote: vt patet in fine ibi, hæc autem tantum ad dotem, &c. & tamen fructus percepti ex re dotali petuntur unà cum dote, & habēt omnia priuilegia dotis. l.si marito.§.si fundum. ff. soluto matrim. multò fortius fructus legitimæ habebunt eadem priuilegia quæ ipsa legitima. Et sic fiet executio ratione fructus legitimæ contra Annam possidentem omnia bona, licet ipsa non per-
8 ceperit fructus: quia † legitima habet priuilegium, vt post æs alienum deducatur imprimis. l. Papini.§.quarta autem.ff.de inoff.testa.sic & fructus legitimæ, vt supra probaui, imprimis debent deduci.

Septimò, postquā legitima, & eius fructus sunt deducendi de patrimonio, is qui exequitur arestū ꝓ legitima debet imprimis deducere & exequi fructus sup illis bonis, quæ d. Anna habuit ratione fructuum ad quos fuit condēnatus Antonius de Grimault, qa illi erant prius debiti filiabus ꝓ legitima. Ergo super his bonis ratione fructuū habitis debet fieri executio. Et si non sufficiant fiet etiam in aliis bonis d. Annæ. Quia Antonius de Grimault fuit per arestum condemnatus ad omnes fructus hæreditatis, & illa, ratione horū fructuum, habuit aliqua bona, quæ prius debebant pro legitima applicari. Nec obest si dicatur quod d. Anna non recepit fructus, quia duobus modis respōdeo. Cum enim actionem ad eos habeat, ratione aresti pro ea lati, eos recepisse uidetur ad hoc, ut executio possit in eum fieri, seu eius bona. l. qui actionem. ff.de regul.iur. Item, non est incōueniens quod unus recipiat fructus, & ab alio petantur, & contra eum fiat executio.glo.not.in l.1.§.cum prædium. in uerb.nunquam.ff.de pignor. Tum quia Anna est subrogata in locum d. Antonii de Grimault, ergo debet exequi cōtra eam, sicut contra istum de Grimault, si haberet bo-
9 na, & ēt qa † recipiendo bona, omnes actiones tā actiuæ q̄ passiuæ trāslatæ sunt in eā.l.1.in prin. ff.ad Treb.
10 † Octauò, una res nō debet diuerso iure censeri. l. eum qui ædes.ff. de usucap. ut, uidelicet fiat executio in legitima contra unum, & in fructibus cōtra alium, imò arestum, tanquam indiuiduum, exequi debet cōtra istam Annam, quæ consentiit ut exequeretur, alioqui si non posset mitti executioni contra dictam Annam, arestum ultimum esset alterius litis initium, quod summopere uitandum est.l.4.§.ait prætor. ff.de re iudicata.

Nonò, dicta Anna consentiit, & ratione sui consensus supremum cōsilium tulit suum arestum, ut uidelicet primum arestum cōtra d.de Grimault latum exequeretur contra Annam, super terris & rebus contentis in primo aresto, secundum formam, de qua est text.in c.quia. V.qui ibi, secundum formam, de iudic. Forma autem est modus secundum quem aliquid fieri debet. Bald. in rub.ff.de iust.& iur. col. 2. sed forma primi aresti erat, ut primò fieret executio pro legitima, secundò pro fructibus, sic & ista forma seruari debet contra d. Annam: nam in d. primo aresto continebantur fructus legitimæ, ergo & in hoc secundo:
11 alioqui non fieret executio aresti secundi, quia † nil censetur actum quando aliquid superest agendum.l. penul.C.de his quib. ut indig. Et si hæc forma omitteretur, actus esset nullus.c.cum dilecta.de rescrip.

Decimò, secundum arestum non exequeretur cōtra Annam, iuxta primi tenorem, nisi in fructibus etiam exequeretur, & sic esset elusorium contra l. si prætor.ff.de iudic. Nam inprimis debemus recurrere ad tenorem primi Aresti, & secund.illud exequi, uim uerborum intuentes. dicit text. in c.si cui de quibusd. cap. extraord. in libris feudo. quem allegat Ias. consil.78.vt opportunè. colum.1.in 1. uolu. licet non inuenerim text. & sic intueri debet primum arestum, & secundum eius formam & tenorem exequi contra Annam, iuxta consensum suum.

12 Vltimò, † arestum vltimum referens debet intelligi secundum terminos & qualitates primi ad quod refertur.tex. in authē.de filiis ante dotal. instru. natis. colla.3. Bart.in l.nihil.ff. de coniungend. cum emancip.liber. sed primum arestum loquitur de fructibus in quibus erat condemnatus d.de Grimault. Ergo ēt secundum loquetur de fructibus. Et sic concludo, salua correctione melius sentientis, vt tā super legitima quam super fructibus possit exequi arestum contra res & bona d. Annæ. Et alia adducerem, nisi me premeret pars. ideo his contentus me subscripsi.

RESPON. CLXXVIII.

De substitutione in genere.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio facta ei, qūm non instituimus, an operetur*

o peretur in eo institutionem.

2 *Substitutio facta inter collegatarios quando subintelligatur.*

Interpretatio pro testamento est in dubio facienda. ibid.

3 *Antecedens qui vult, uidetur uelle & consequens.*

4 *Fideicommissum relinqui potest uenientibus ab intestato, quod decla. nu. 20.*

5 *Voluntas testatoris est seruanda.*

6 *Qui est causa causæ, est causa causati.*

7 *Substitutio, ut per verbum, instituo, fit, an & per uerbum, substituo, institutio, fieri possit.*

8 *Dispositionem non inducunt, quæ ueniunt in conditione.*

Verba narratiua non inducunt dispositionem. ibid.

9 *Grauare non possum, quem non honoro.*

10 *Inducta ad grauamen, non possunt inducere institutionem.*

11 *Legatum relictum à substituto non ualet.*

Testamentum an incipere debeat à substitutione, an ab institutione. ibid.

12 *Substitutio an tacite præsupponat institutionem.*

13 *Substitutiones sunt priuatiuæ institutionum, & ratio subditur.*

14 *Communis opinio est tenenda.*

15 *Authoritas unius collegij præferri debet sententiæ unius doctoris.*

16 *Substitutio tacita an admittatur contra matrem.*

17 *Doctor ubi sibi contrariatur, quid fiet.*

18 *Alex. opinionem quanti faciat author huius operis.*

19 *Filij substituti an censeantur uocati ex testamento à testatore.*

20 *Venientes ab intestato, quando possint grauari.*

GVILLIELMVS de ecclesia mercator suum condidit testamentum, in quo filium suum Dominicum instituit hæredē vniuersorum bonorum, & eidem substituit, ac filiis suis, si decederent sine liberis masculis ex ligitimo matrimonio procreatis, uel filii filiorum decederent sine liberis etiam masculis filiū antiquiorē. Et si nullus superesset filius substituit proximiorem gerentem cognomen dictæ familiæ. Testatore mortuo Dominicus duxit uxorem, ex qua habuit filium
1 Franciscum, qui mortuus fuit sine liberis: † quæritur an valeat talis substitutio, in persona pupilli non instituti. Secundò, præsupposito quod ualeat. Mater in qua parte debet succedere? Et hæc quæstio indigeret declaratorie regali, uel facta à Parlamento, maximè ab eo in quo uiget ius scriptum & copia peritorum, sicut est uenerabile & sanctum Parlamentum Tholosanum, in quo tota synodus ciuilis Philosophiæ residet, & in hac quæstione adhuc sub indicelis est. Vt in simili dicit glo. in l. ex consensu ff. de appell. Et hoc tenet expresè Angel. consil. 7. ex dicto themate. in princ.

Et primò quòd ualeat tale fideicommissum etiam in persona filiorum est text. in l. Titia Seio §. Seia. ff. de
2 leg. 2. vbi † ex grauamine iniuncto ultimo decedenti subintelligitur tacita substitutio, inter collegatarios. Et sic resultat tacitè, etiam quidam honos.

Secundò probatur, in re dubia fauendum est testamento, & pro eo interpretari debemus. l. quotiens. ff. de reb dub.

Tertiò probatur, per l. si ita stipulatio. ff. de oper. libert. vbi si patronus ita stipuletur à liberto, si decem dierum operas non dederis viginti nummos dare spōdes? operas censetur libertus promisisse. Ita & testator substituendo, uidetur eos instituere.

3 Quartò, facit illa uulgata regula, qui † vult antecedēs, uidetur uelle & consequens. l. illud ff. de acqui. hæred. l. 2. & ibi not. ff. de iurisdi. omnium iudic. l. prima. & ibi Claudius. ff. de iustit. & iur.

Quæ regula etiam procedit in materia odiosa. c. ex litteris. de excessib. præla. Iason in l. Centurio. num. 56. ff. de vulg.

Quintò probatur, per l. si Titio pecunia. §. fi. cum
4 l. seq. ff. de lega. 1. ubi † fideicommissum potest relinqui venientibus ab intestato.

Sextò, facit quia non adimendo uidetur relinquere filiis filiorum. l. denique. § interdum. ff. de pecu. leg. & l. alio. ff. de alimen. & cibariis leg. & ibi gloss. 1. facit tex. melior quem non adducunt doct. in l. conficiuntur. ibi. sed ideo fideicommissa dari possunt ab intestato succedentibus, quoniam creditur paterfamil. sponte sua his relinquere legitimā hæreditatem. ff. de iur. codicill. & ibi dicit glo. esse fictionem. Ideo non posse contrarium probari tex. formalis in l. 1. §. sciendum. ff. de leg. 3. ubi sunt verba hæc: sciendum est autem eorum fidei committi quem posse, ad quos aliquid peruenturum est morte eius, uel dum eis datur, vel dum eis non adimitur, & postea sequitur, sed & eius qui nondum natus est, fidei committi posse, si modo natus nobis successurus sit.

5 Septimò facit, nam † uoluntas testatoris est seruāda. l. in conditionibus. ff. de conditio. & demonstrat. c. ultima voluntas. 13. q. 2. & expedit reipub. ut seruetur. l. uel negare. ff. quēad. testam. aperiat. Sed uoluntas testatoris est quod veniat ad proximiorem deferentem cognomen dicti testatoris, ergo ad illum debet uenire, cum illa uoluntas non sit iuris contraria debet seruari. l. testand. C. de testamento. & l. nemo potest. ff. de leg. 1. & ubique not.

Octauò probatur quòd à testatore censeātur uocati. per gl. in l. Lucius ff. de hæredib. instit. quod sic probatur, quia filiæ fœminæ uenirent cum masculis de iure, & ab intestato. l. maximum uitium, C. de liber. præterit. sed in casu nostro non uenirent, quia sunt exclusæ iudicio testatoris, cum masculi tantum sint uocati. Ergo censentur masculi uocati iudicio testatoris & non ab intestato, cum eodem iudicio fœminæ excludantur. argumen. l. prætor. ff. de iudic. cap. qualis. 45. distinct.

Nonò, ista opinio etiam de stylo seruatur, & de cōmuni usu, & secundum eam fuit sæpius iudicatum, ut testatur Guid. Pap. in suis decis. q. 39. Doct. & consil. 135. consilium. colla. 2. Dicen. Ita consuetum esse iudicare Parlamentum Delphinale.

Ergo uerisimile est, quod tot uiri prudentissimi, doctissimi & iustissimi iudicauerunt secundum leges & æquitatem iuxt. l. humanum. C. de legib.

6 Decimò probatur, qui est causa causæ, est causa causati. argu. l. qui occidit. ff. ad leg. Aquil. Sed primus testator fuit causa prima acquisitionis bonorum, ideo potuit grauare. Bal. in l. precibus. col. vltim. C. de impub. per l. si fuerit. §. fi. ff. de legat. 3.

Vndecimò, facit text. in l. si ita quis heres instituatur. ff. de hæredib. instit. ubi illa uerba: si legitimus nō vendicauerit hæreditatem important institutionem, ergo & illa uerba si sine liberis decedat substituo.

7 Vltimo facit, quia † per uerbum, instituo fit substitutio, sic & per uerbum, substituo, uidetur fieri institutio. tex. in l. Gallus. in prin. & ibi gl. ff. de liber. & posth. tex. in l. potest. & ibi Ias. in 2. no. de vulg. Ergo Franciscus

scus uidetur institutus, & sic potuit grauari.

Item facit text. melior de iure in l. cum ita. §. fi. ff. de adeptio. legat. Et hanc opinionem tenuit Iacobus de Bello uisu. ut refert Bar. in l. Centur. coll. 11. uersi. quæro ulterius quid si testat. nu. 37. de uulg. ff. Bal. & Salycet. in l. precibus. coll. ulti. C. de impub. & aliis subst. Idem tenent Angel. Areti. & Lancel. in l. Centur. ff. de uulg. Ang. in §. fi. inst de pupill. Petrus de Anch. consil. 74. contra Philippum. & in c. si pater. in 12. not. de testa. Bal. & Corneus. in l. ab eo. C. de fideicom. Petrus de Ferrariis. cum sua distinct. in practica sua, in forma libelli, quo agitur ex substitutione. in uerb. compendiose. uersic. rursum quæritur. col. 7. Guid. Pap. in suis decis. q. 39. Doctores. & in consil. 135 consilium. cum seq. & consil. 140. consil. col. 3. Barbat. consil. 55. præclare scribitur sapien. col. 6. & seq. & Lancelo. Polit. in tract. substitut. de compendiosa. col. 13. uersic. quęritur circa prædictam. & Socin. consil. 249. materia. in 2. uol. sibi contrarius. & consil. 250. in causa Bourniensi. eo. uol. colla. 6. & seq. & Decius sibi contrarius. consi. 270. & consi. 318. in causa nobilium.

Contrariam tamen opinionem tanquam commu
8 nem probo. Primò, quia ea quæ † ueniunt in conditione non inducunt dispositionem. l. si quis sub conditione. ff. si quis omiss. caus. testa. Item uerba narratiua non inducunt dispositionem. cap. si Papa. de priuileg. lib. 6. Clem. una de probatio.

9 Secundò probatur quem non † honoro, grauare non possum l. ab eo. C. de fideicom. sed auus non honorauit istum Franciscum eum instituendo, ergo nō potuit eundem grauare. l. plane. in 2. §. fina. cum l. seq. de legat. 1. l. & si sua. §. 1. de leg. 3.

10 Tertio. † inducta ad grauamen non possunt inducere institutionem, & sic contrarium effectum. arg l. legata inutiliter. ff. de leg. 1. & l. legata. de adim. leg.

Quartò, facit text. in l. cum quasi. §. si plures. ff. de fideicommiss. libert. ubi si unus hæres grauatur in tota re hæreditaria, non per hoc uidetur sibi alia res prælegata, sed debet à cohæredibus emere illorum partem. Ergo grauando non intelligitur relinquere.

Item facit tex. not. in l. filiusfamilias. §. cum quis. de leg. 1. ubi sunt hæc uerba, cum quis rogatus erat si sine liberis decesserit per fideicom. restituere, conditio defecisse uidetur si patri superuixerint liberi, nec quæritur an hæredes exstiterint. Ecce quomodo non cēsentur instituti positi sub conditione.

Quinto, etiam facit text. in l. hæreditas ad Statium. de hæredib. instit. ubi testator adiicendo omnis non uidetur hæredem instituere tacitè. Et ita ponderauit cū Bald. ibi & doct. Alex. Areti. & Ias. in d. l. Centurio.

Sextò. si ualeret hæc substitutio de nepote facta ab auo fieret iniuria patri suo, in cuius potestatem est recasurus post mortem aui, quia auferret d. patri potestatem substituēdi pupillariter. Et ideò uidetur quod non ualeat. Bar. in l. 2. ff. de uul. per illum text.

Item cum non esset conceptus, nec genitus tempore mortis testatoris. l. Gallus. ff. de liber. & posth.

11 Septimò, facit tex. in l. qui duos. ff. de uulg. † ubi nō ualet legatum relictum à substituto, ergo etiam hic non ualebit fideicommissum relictum à Francisco.

Octauò, facit quod testamentum non potest incipere à substitutione, sed oportet quod primo sit institutio. l. 2. ff. de uulga. l. si quis ita instituatur. & ibi glos. ff. de hæredib. instit. gl. in l. Gallus. in prin. ff. de liber. & posth. Sed hic non est institutio in persona Francisci, ergo non erit substitutio.

12 Nonò, non inuenitur lex quæ dicat quod † substitutio præsupponat tacitè institutionem. Imo est tex. in contrarium in l. ex facto etiam ff de hæred. instituend. l. si quis eum. §. fi. de vulg. l. posthum. de iniusto.

13 Nam † substitutiones sunt priuatiuæ & extinctiuæ institutionum, quia in defectū institutionis incipiunt. l. quandiu. ff. de acquirend. hæredit. Petrus de Anchar. consilio 137. principaliter. Curtius consilio 43. quia inquit.

14 Decimò, † opinio ista est communis, vt infra patebit. Ideo tenenda. l. 1. ff de offic. quæstor.

Etiam si contraria opinio videretur verior, Fulgos. consi. 33. Titius in testamēto. Neuisa. in sylua nuptial. in 3. ampliat. an sit tenenda communis.

15 Vndecimò, authoritas vnius collegij debet preferri sententiæ vnius doctoris. Th. Ferra. cautel. 17. magna est quæstio sed collegium Papien. consuluit contra Bartol. & per commun. Ergo illa opinio est præferenda opinioni Bartol. & sic consuluit vt citat Curt. consilio 45. sæpè reuoluta, & quando sunt duæ opiniones contrariæ præsumendum est pro illa pro qua consuluit collegium. Panorm. in cap. prudentiam. in tertio notab. de offic. deleg.

16 Duodecimò, licet per † vulgarem tacitam veniat substitutus, fallit tamen quando mater pupilli est in vita: nam tunc non excluditur ex præsumpta voluntate testantis. l. fina. C. de institut. & substitutionib. ergo nec hic excludetur. facit quod dicit Bart. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebellia. vbi dicit quod si substitutio fideicommissaria sit facta per hæc verba, si omnes suprascripti instituti decesserint, vel si vterque decesserit substituo Gaium, vno decedente non admitteretur substitutus, quoniam extat persona quæ ex præsumpta voluntate testantis excluderet substitutum. l. penult. C. de impuber. Alexand. consil. 91. ponderatis, colum. 4. probatur etiam hoc in primo vol. Sed hic extat nobilis Marguareta mater defuncti pupilli, ergo non debet excludi.

Alia multa pro & contra adducit Alex. consi. 185. viso titulo quæstionis in secundo vol.

Istam opinionem quod non potuerint grauari tenuit Bartol. in consi. 214 Andreas, vbi consuluit quod si adiecta sit pœna hæredibus si non soluant legata intra biennium, & moriantur non censetur illa pœna
17 matri succedenti apposita, vnde † quando doctor est sibi contrarius statur illi dicto quod tenuit consulendo, quia dicta in consiliis sunt magis deliberata & digesta. Cuman. consil. 86. in princip. Curt. consi. 76. super mot. & maximè Bart. nam quando habebat consulere maturius ponderabat. Et si casus erat dubius conferebat cum mercatoribus & rusticis. Bald. consi. 189. super alio. Cor. in verb. testam. Alex. consi 185. viso titulo, num. 32. in secundo vol.

Item Dec. consil. 270. dominus Raynaldus consuluit pro opinione Bar. in d. l. Centurio postea consil. 422. & pro tenui mutauit opinionem, & tenuit communem. Ideo posterius scribens præsumitur maturius scribere. Ro. consil. 327. Istæ sunt rationes. col. 2. Barb. consi. 43. sempit. col. 9. & consi. 68. in 2. vol. Ergo illi dicto posteriori debet stari.

Item contra Bart. tenuit Albert. in rubr. ff. de vulg. col. 62. versi. sed quia testatores amplians siue sit facta copulatiuè, siue alternatiuè. Bal. in l. ab eo. C. de fideicom. l. si sic. ff. de leg. 3. Petrus de Anch. consi. 136. principaliter. Imol. Alexan. & Ias. in l. Centurio. ff. de vulg. Et ista est uerior attenta mente testantis, qui tantum primum videtur grauare, licet opinio Barto. sit verior de subtilitate iuris secundum Ang. in tract. de testa. in verbo, & si omnes eius filii. col. 3. Philippus Francus

in c.si pater.in 7.q.compendiosæ substitutionis. num. 93.de testam.lib.6.Imol.in c.Raynutius. de testam.& Benedict.Capra.consi.2.in 2.q.& est vera & canonizata.Ideo ab ea non est recedendum. Dec.consil.422.& pro tenui.

Et secundum hanc opinionem contra Bart.consu-
18 luit † Alex.cuius authoritas in tam illustri & eccellenti loco sita est,vt ab eius responsis in quibus contradictionem nō habet nefas quodammodo sit recedere. Dec.consil.62.col.3.Cotta.in secunda parte iuris ciuilis.in verb.iurisperitus. Et propter nouum dictū Bart. non est tutum recedere in iudicando à communi opinione.gl.& doct.Petrus de Anch.consi.137. principaliter.& consi.120.pro clariori decisione. Alex.consil. 91. ponderatis his. col.5.num.7. cum seq. in 1.vol. vbi dicit sæpè consuluisse pro ista parte. & consi.105. prospectis.col.3.& seq.in eod.vol.& cons.118.viso themate.in eodem vol. & consi.66. viso testamento. col.vlt. in 2.vol.Oldrad.consi.141.Thema tale.in fi.Et pro ista opinione fuit sæpius iudicatum,& in iudicando est tenenda,cum sit communis, & altera non habet tales, nec tantas authoritates, sicut ista, quia ferè nullas habet.Referente Alex.consi.185.viso titulo quæstionis. nu.21.in 2.vol.& consi.24.attentis col.3. versic.modo redeundo.nu.5.in 3.vol.& Alex.consi.13. visis & perlectis.coll.4.in 4.vol.& cōsi.55.perspectis. in 2.dubio. col.5.& seq.in 4.vol.& consil.133. stantibus. col. 2. in 7.vol. & consil. 202. viso themate in eo. Et consuluit pro hac parte Gui.Pa.sibi contrarius.consi.22. viso casu.dicens seruari in iudicando. in curia Parlamenti. ibi.in additio.& consi.216.latius extendendo.col.seq. in 1.vol.vbi vide eum,& pro secundo dubio,& consi. 140.considerato.eo.vol.& consil.218. consideratis,in eo.vol.& consi.238.suprascripti, eodem vol.& consil. 62.viso capitulo,in 3.vol.& consi.69.viso testa.in eod. vol.& consi.104.quoniam,nu.8.in eod.vol. & consil. 116.in causa.in 3.vol.& consi.33. viso testamento.col. 2.in 3.volum. dicens quæstionem esse valde dubiam. Ideo nolle eam decidere,& consilio 73. capiendo, in 3.quæst.volum.4.

19 † Quod filii substituti non censeantur vocati ex testamento à testatore consuluit Alex.consi.91.ponderatis.col.5.& consi.105.prospectis,& consil.108.in 1. vol.& col.66.viso testamento, in 2.vol. & consil.185. eodem vol.& consi.24.attentis, in 3.vol. & consil.92. super eo.col.2.in 4.vol.& consi.55. prospectis,& consil.109.videtur.col.2.in 2.uol.& consi.13.visis & perlectis.col.pen.in 4.vol.& consi.133. stantibus his. col.2. in 7.vol.& consi.202.viso themate.col.vlt. in eod.vol. & Gui.Papa.consi.216.latius.col.penul. & consi.218. indubitanter,in 2.q.& Socin.consi.80.de duobus.col. 4.in 1.uol.& consi.218.consideratis,col.2.eod. uol.& consi.116.in causa,in 3.uol.Bolog. consil.62. uiso igitur.uersic.siue uelimus,col.4.

20 Non obstat quod † uenientes ab intestato possunt grauari.d.l.conficiuntur, uerum est quando immediatè succedunt testatori, secus si per aliam personā alioqui sequeretur quod si aliquis haberet bona mea emptione quod posset grauari, quod non est dicendum.

Item dicit Bart.in l.codicillis,in prin.ff.de usufruct. leg.quod onus fideicom. Intelligitur minime iunctū ultimo decedenti, sed solum prius instituto: nam filii filiorum non instituti, non possunt grauari. Alex. consil.91.ponderatis,in col.5. in 1. uol. & consil.105. prospectis.colla.3. in eodem uolum.

Non obstat quod uoluntates testatorum seruandæ sunt,d.l.uel negare, fateor, sed leges noluerunt tantū fauere uoluntatibus testantium, quod sufficiat imaginari cum prudenti consideratione defunctum ita uoluisse, nisi talis uoluntas transiuerit in dispositionem Bald.in l.quotiens. §.tantundem. ff.de hæredibus.instit. ergo cum disposuit sequatur sua uoluntas. Bald. in l. una.in fine.C.de his qui ante apert.tabul. Soci.consil. 104. quoniam. num.8. in 3. uol. Ideo si non apparet de uoluntate testatoris non oportet eam ualere. l. duo sunt Titij ff de testam.tutel.

Non obstat quod uoluit bona uenire ad illum qui deferret cognomen, quia uerum est quando primus decessisset sine filiis, alioqui secus. Soc.consi. 116. in causa.col.3. in 3.uol. uide Galiolam.in l.Cēturio.col. 93.cum seq. Et Dec.sibi contrarius consi.291.uisis & diligenter.in fi. Francisquinum Curtium. consil. 11. thema tale.col.3.ubi dicit opinionem. Bar. esse communiter damnatam in scholis & palatiis. Curtius consi. 43. quia inquit. & consi.45. sæpè reuoluta. & seq. & consil. 52. super testamentis.Iaf. in d. l.Centurio.& in l.1.ult.notab. C.de pact. Corneus consil. 97. primò consultus. in 1. uol.& consil.1. & consil.243. circa primum.col.pen. in lib.3.

RESPON. CLXXIX.

De ea quæ paternæ renuntiauit hæreditati.

SVMMARIVM.

1 *Renuntiatio hæreditatis facta per sororem in fauorem sui fratris, an noceat hæredibus dictæ sororis.*
2 *Paria sunt ab ipso initio limitate disponere, uel disposita limitare.*
3 *Clausula saluo &c.modificat, limitat, & restringit sequentia, de qua etiam nu. 6.*
4 *Fideicommissum conditionale an ad hæredes transferatur.*
5 *Repræsentationis ius quousque extendatur.*
7 *Religiosi seu religiosæ professi uel professæ per consuetudinem Franciæ non succedunt.*
8 *Portio filiæ renuntiantis cui accrescat.*
9 *Pactum resolutiuum transfert dominium ipso iure, non autem possessionem, nisi apprehendatur.*
10 *Concursus omnium hæredum requiritur, si testator iubeat quemlibet hæredem dare decem.*
11 *Mater conuolans ad secunda uota non petito tutore impuberi filio, an ipsius impuberis decedentis successione priuetur.*

1 QVATVOR dubia ex facto mihi proposito eliciuntur,quorum primum est.† An Ludouica de Stampis, proneptis Ludouici quondam de Tōnairre eius proaui, possit non obstante renuntiatione per Magdalenam facta in fauorem Caroli de Tonnairre fratris d. Magdalenæ succedere, nunc deficientibus masculis, uidetur quod non, tum quia non est proxima, & ad proximum de iure defertur hæreditas. §. 1.inst. de legit. agnat. tute. Tum etiam quia renuntiatio iurata uidetur eidem Ludouicæ esse impedimento.per c.quamuis. & iura uulg.de pact.in 6.

Contrarium arbitror uerius: nam Magdalena renuntiando prospexit sibi deficientibus masculis, qui casus euenit, ergo ipsa sibi reseruando & hæredibus suis uidetur reseruasse.l.si pactum.ff. de probatio. Et sic ista Ludouica ueniet ad portionem sibi contingentem

gentem sicut Magdalena in cuius locum subrogatur mediante Claudio filio Magdalenæ, & patre d. Ludouicæ, per illam reg. subrogatum. & c.l. si eum. §. qui in
2 iuriarum. ff si quis cautio. Nam † paria sunt ab ipso initio limitare, disponere, uel disposita limitare. l. Lutius §. quæ habebat. ff. ad Trebell. Ideo Magdalena in initio renuntiauit scilicet extantibus masculis. Ergo eis deficientibus non admittetur, & per consequens Ludouica eius proneptis ueniet.

Item probatur quod d. Ludouica posit adhuc portionem contingentem habere per illam clausulam; *Sauf que en deffaut de luy & desdits masles descendans de luy, e le pourra uenir aux succesions pour sa contingente portion, auec ses autres coheritiers.* [Saluo, quod in defectum eius, & d. masculorum ab eo descendentium ipsa poterit ad succesiones admitti pro sua portione contingen-
3 ti, cum suis aliis cohæredibus.] Ista † clausula, Saluo modificat, limitat, & restringit sequentia c. Raynald. ibi saluo. & ibi Barb. & col. 40. & col. 83. de test. vbi allegat alia iura ad hoc facientia, unde si accusatus fuerit confessus contenta in accusatione saluo, &c. non censetur confessus omnia in inquisitione contenta. Ang. consil. 27 pro decisione. in fin. idem tenuit Corset. in singul. incipien. saluo iure & Barbat. consil. 18. præclarè col. 15. uersic. præterea. in 2. uolum. & etiam illa clausula saluo, &c. ponit exceptionem teste Barbat. consi. 70. clementissimi. col. penul. in 2. uol. ita qđ Magdalena remittit portionē suam, nisi deficiant masculi, si deficiāt poterit ad eā uenire, cū non remiserit. Nam hæc reseruatio conseruatoria iuris nostri, quæ alias vocatur protestatio conseruatoria, conseruat nobis ius. cap. cum longè. ibi saluo priuilegio. 63. distin. c. saluo. 11. quæst. 3. & quando quis subit onera sponte debet protestari ne præiudicetur sibi vel suo priuilegio. Bart. in l. 1. C. de his qui sponte munera susceperunt. lib. 10. Ias. in l. non solum. §. morte. in fi. ff. de noui oper. nuntiat. facit tex. in l. proximos. & ibi patruus meus Rebuffus. & Ioan. de Platea not. C. de proxim. sacror. scrinior. lib. 12. vbi dicunt esse text. pro uerbis quæ apponuntur in contractibus, & in instrumentis, dū dicunt, saluis oībus iuribus & priuilegiis: quia per hæc verba quantumcumque generalis, reseruantur quæcunque iura & priuilegia competentia, allegant text. in l. principes. C. de principib. agentib. in reb. & l. fi. de pala. sacrari largitio. lib. 12. Sic ergo Magdalena per hæc uerba, *Sauf, &c.* [saluo, &c.] reseruauit sibi portionem contingentem, & suis descendentibus. Et sic dictæ Ludouicæ.

Secunda quæstio est facilis, uidelicet ad quam portionē posit admitti Ludouica. Et breui respondeo ad portionem ad quam poterat Magdalena admitti tempore renuntiationis consideratis consuetudinibus patriæ & locorum, in quibus bona sita sunt, sed tempore resultationis poterat Magdalena succedere, quia pater erat mortuus. Ergò in illa portione succedet neptis Ludouica, per not. in l. si actionē. C. de pac.
4 Nec refragatur quod † fideicommissum conditionale non transferatur ad hæredes. l. una. §. fin autem sub conditione. C. de caduc. tollend. Nam respondeo qđ quando fideicōmissum debetur ex contractu inter uiuos, ut in hoc casu, tunc si filius uel filia quæ debebat succedere ante conditionis euentum decedat, fideicom. non solum filiis paciscentium debebitur, sed etiam nepotibus, & aliis, non iure quidem repræsentationis sed transmissionis, quæ in pactis & contractibus conditionalibus operatur. l. is cui. ff. de actio. & oblig. §. ex conditionali. instit. de uerbor. oblig. & ibi Angel. & expresim Benedic. in repet. c. Raynutius. in uer. & uxor. nu. 624. de testam. In hoc casu nostro est remissio facta in contractu matrimonii, ergo illa pactio ad quoscunque hæredes d. Magdalenæ uenire potuit. Et sic ad istam Ludouicam de Stampes.

Tertia quæstio est, an Ludouica de Stampes possit succedere Ludouico de Tonnairre filio quōdam Caroli? Et breui respondeo quod non, quia Ludouica & auia sunt proximiores, ergo ad proximiorē ueniet succesio, ut supra dixi. per authen. post fratres. 2. C.
4 de legit. hæred. Nam † ius repræsentationis vltra fratrum filios non extenditur. §. huiusmodi. in authent. de hæredi. ab intestat. venien. collat. 9. nisi ex consuetudine. quod quandoque in infinitum protenditur. teste Masuer. in rubr. de success. in princ.
6 Item † clausula, saluo. &c. nil iuris confert, sed subintelligitur, si quod habeat ius, siue in contractibus, siue in sententiis, uel aliis dispositionibus. Angel. per illum tex. in l. omnes. C. de præscript. trigin. uel quadragin. annor. ibi enim infert expressim ad refutationes quorundam, reseruantes sibi aliqua: nam intelligitur si quid habeant. text. in l. si in uenditione. in fi. ff. communia prædio. Alexan. consil. 28. uisis. col. 2. in 1. uol. & Barba. consi. 76. sapienter. col. 7. in 2. uol. & Feli. in c. inter. monasterium col. 2. de re iudicat. Sed filia Magdalena nil iuris habebat tempore remissionis, nisi ad partem suam, ergo ad aliam non potest habere quia ea quæ inducta sunt ad diminutionem, non debent operari augmentum. l. legata. ff. de leg. 1. Sed ista remissio facta per Magdalenam est facta ad diminutionem, & remissionem, ergo non operabitur augmentum, ut uidelicet possit succedere, in eo casu, in quo de iure non posset uel de consuetudine.

Nam hæc clausula, *Sauf, &c.* [saluo, &c.] non est nisi quędam protestatio, ut supra dictum extitit, quæ non facit quod debeat haberi respectus, uel disponi de iure alterius, unde si commissio data sit alicui, ut quis vassallorum causam audiat saluo iure domini, commissarius nō poterit aliquid adiudicare domino cuius nomine in illa causa nihil fuit petitum. Felin. in d. c. inter monasterium. colum. 2. de re iudicat. Item per istam clausulam, saluo. &c. nil poterit adiudicari Ludouicæ ultra quam debebatur tempore renuntiationis.

Quarta quæstio breui decidetur, uidelicet, an duæ religiosæ possint succedere, & ex generali Regni Frā-
7 ciæ consuetudine? Respondeo quod non: quia † religiosi seu religiosæ professi uel professæ hodie non succedunt, teste Masuer. in rubr. de success. in sua pract. & Benedict. in c. Raynutius. in verb. & uxorem. nu. 225. de testa. vbi plenè dicit de hac consuetudine.

Quintò dubitatur, an Gilberta & Marguareta, quæ renuntiarunt posint admitti ad hanc succesionem, vel is in fauorem cuius renuntiauit. Respondeo quod
8 non eis obstante renuntiatione, † nam quando unus ex stirpe renuntiat suæ portioni, uel abstinet, tunc pars illius accrescit alteri illius stirpis, non illi in fauorem cuius renuntiauit, quia unus de stirpe est magis coniunctus alteri, de stirpe, quam aliis: nam coniunguntur ex identitate rationis, & coniunctione legali. Bald. in c. uno. in fi de natura success. feud. Bart. & alii in l. re coniuncti. ff. de leg. 3. Bened. in d. c. Raynutius. in uerb. & uxorem. nu. 117. & nu. 629. de testament. ergo portio Gilbertæ & Marguaretæ accrescet Ludouicæ, quæ non renuntiauit.

Sextò quæro, an dicta Ludouica de Stampis posit possessorio experiri? Et breui respondeo de iure quod
9 non, quia licet † pactum resolutorium transferat dominium ipso iure. l. commissoriæ. C. de pact. inter

empt.& vendit.& not.in l.2.ibid.gloss.& doct.in l. ab emptione. ff. de pact. tamen non transfert possessionem,nisi appprehendatur. ut ibi dicitur per text. in l. cum hæredes.ff.de acqui.possess.licet possem rem propria authoritate apprehendere. gl.in uerb.licentiā damus.in authent:ut de cætero.commut.colu.5. quam not. Alex.in l.qui absenti,§.1.col.2.ff.de acquir.possess. & Ias.in l.filius familias.§.diui.in prima lectura.nu. 28. ff.de leg.1.& in l.si ita quis.§.ea lege de verbor. oblig. Tamen quia de consuetudine Regni Franciæ solent aduocati cōcludere in possessorio retinendæ.test.Ioā. Fab in §,retinendæ.instit. de interdict. & ferè in propriis terminis concludit D.Boer.in §. 6. de testamen. in consuetud.Bitur.in additio.quod si tempore renūtiationis erant masculi, qui postea patre & matre uiuentibus moriantur filiæ, tunc poterunt succedere, & dicere ie falsitas. Sed hic dubitarē,cum agatur ex pacto reseruationis, quæ non transfert possessionem, ex regni consuetudine. Et quando per statutū, uel cōsuetudinem transfertur possessio, intelligitur nisi illa possessio esset apud alium, vel per alium apprehensa, tunc enim non transfertur. glos.in l.cum miles. ff. ex quib.caus.maior. Sic consuluit Alexan. consil. 83. uisa facti.coll.2.nu.4.in 2.uol. ut est in hoc casu.Ideo tutiùs esset agere petitione hæreditatis.Et ita calamo uolantis scripsi, salua correctione melius sentientis. iux. l.Claudius.ff.qui portior. in pig.habeant.

Hæc uerba, uolo quod Ioanna habeat & accipiat tertiam bonorum partem, post mortē domini Daulmont & suæ vxoris & cuiuslibet ipsorum, quæritur si uno mortuo debeat d Ioanna accipere tertiam partem. Breui respondeo, quod non, quia non debet accipere nisi post decessum illorū & cuiuslibet, sed quilibet uno mortuo non est mortuus. Ergo non accipiet ante mortem amborum.probatur in l.penult.C.
10 de impub.vbi Iacob.dicit stare collectiuè ut si † testator iubeat quemlibet hæredem dare decem,tunc cōcursus omnium hæredum requiritur. Facit quod dicit Bal.in §.1.hoc quoque obser.de succes.feud.quòd si princeps concedat feudum Martino & Petro,& cuilibet eorum,si portio vnius ex eis deficiat,alter totum habebit, per ius non decrescendi, quia illa dictio, cuilibet, attribuit actum vnicuique insolidum.l. si pluribus.ff.de leg.2.& sic licet, stet distributiuè,tamen stat & collectiuè, quando subiecta materia hoc requirit, ut hic: nam uult post decessum, *desdicts seigneurs & dames* [d.domini ac dominæ,] ista pluralitas non debet in singularitates resolui.

Item se refert ad præcedentia ibi, *comme dict est*, [ut dictum est,] sed ibi nullum uerbum de quolibet, ergo nec hic uult derogare tam cito. l. nam ad ea. ff. de condition.& demonst.alias posset dici,huic,tam cito.

Item non posset habere tertiam partem ex morte unius, & alteram tertiam ex morte alterius, ergo mors cuiuslibet est expectanda aliàs, id dixisset & expressisset in testamento.

Item Claudius non poterat esse possessor bonorū, superueniente matre sua, saltem conquisitorum, et post mortem patris. Ergo debet intelligi post mortē utriusque,& debet exponi illa clausula. *prendra comme dict est apres le deces d. sd. cts Seigneurs & dame Daulmont, & de chascun deux* [capiet ut dictum est post obitum d. domini ac dominæ Daulmont, à quolibet eorum,] id est post mortem utriusque.

Item non est uerisimile quod ipsi contrahentes uelint post decessum unius quod uxor filii habeat suam tertiam partem quæ nihil attinet illis, & quod uelint præferre vxorem filiæ suæ,vxori scilicet contrahentis.

Et hic dicit, *en attendant le parfaict de son dict douaire*, [expectans perfectionem sui prædicti douarii,] non expectaret tamen.

Item, est prouisum in uno casu, scilicet quando filius præmoritur ante patrem, quod ipsa habere debeat quingentas libras, ergo eas non habebit ante mortem utriusque.

11 Item, quia conuolauit ad secunda uota, non petito tutore filio suo, qui impubes postea decessit, ideo priuari debet successione filii.l.2.§.si mater.ff. ad Tertul.& l.sciant.C. de legit.hæredi. vbi idem dicit,quando, antequam persoluerit quod debetur ratione tutelæ gestæ. Secundò, nupserit.Bart.consi.215.an sit testamentum. Etiā perdit quidquid relictum est ei per uirum in vltima uoluntate.l.1. & auth. ibi posita secūdum nupt. Guid. Pap.consi.43.testator. col.2.

Itē quia non perfecto inuentario administrauit. iurabitur in litem contra eam, per l.tutor qui repertorium.ff.de aministra.tutor.

Item, infamis est,quia nupsit tam festinanter:nam poterat fieri perturbatio sanguinis. Bald. & Paul.in l. decreto.C.ex quib. caus. infam.irro.Panorm.& alii in cap.fina.de secund.nupt.secus si post tres vel quatuor menses, ut ibi.

RESP. CLXXX.

De testamentis.

SVMMARIVM.

1 *Institutio hæredis facta sub hac conditione si institutus ferret nomen, & arma testatoris: quod si nollet substituit alium.*

2 *Substitutis multis sub hac conditione, si nomen, & arma testatoris ferrent, qualis dicenda sit substitutio.*

3 *Filij ex secundo matrimonio an sint habiles ad succedendum de iure.*

FEV *Charles de Leuis escuyer,seigneur de Fougerolles, aucun temps auant son traspas fit son testament, par lequel il institua son heritier uniuersel*, † [Carolus quondam de Leuis scutifer, dominus de Fougerolles, quodam tempore ante obitum suum fecit testamentum suum, quo suum hæredem uniuersalem instituit] primum ex liberis masculum domini Ioannis de Leuis, domini de Casano, ita tamen.quod nomen,arma, *& l'escut de Fougerolles* [& scutum Fougerollorum] portare & accipere teneatur. Et casu quo primus ex liberis masculis dicti domini de Casano nollet portare & accipere nomen, arma, *& l'escut de Fougerolles*, [& scutum Fougerollorum,eo casu idem testator substituit secundum ex liberis eiusdem domini de Casano masculum habilem ad succedendum, qui hoc facere teneatur, & substitutum esse vult. Et eo casu quo idem secundus nollet portare & accipere nomen, arma, *& l'escut de Fougerolles*, [& scutum Fougerollorum,] casu præmisso substituit tertium ex liberis eiusdem domini de Casano masculum, & habilem ad succedendum, qui arma, nomen, *& l'escut de Fougerolles*, [& scutum Fougerollorum] portare & accipere tenebitur & debebit. Et sic consequenter alium ex liberis eiusdem domini de Casano ob defectum tertii.

Et casu aduento, quod non essent liberi habiles ad succedendum dicti domini de Casano, in illo casu

sub-

substituit primum ex liberis masculum domini Ioannis de Nades, domini ipsius loci de Nades, & substitutum esse vult: ita tamen quod nomen & arma, *& l'escut de Fougerolles* [& scutum Fougerollorum] portare & accipere teneatur.

Apres ledit testateur fit semblable substitution des masles du dit seigneur de Nades, comme il auoit faict de ceux dudit seigneur de Casan, à la charge tousiours de poter les nom, armes, & escut dudit Fougerolles. [Posteà dictus testator similem substitutionem masculorum d. dominus de Nades fecit, ut de masculis d. domini de Casano fecerat, ita tamen quod nomen, arma & scutum Fougerollorum semper portare teneantur.]

Et au cas qu'il n'y eust aucuns enfans masles, dudict seigneur de Nades, habiles à succeder, ledict testateur substitua le premier masle du seigneur de Chamasel habile à succeder en faisant pareille substitution des autres masles, cõme il auoit faict des masles desdicts seigneurs de Casan & de Nades à semblables charges. [Et casu aduento, quod non essent liberi habiles masculi ad succedendum dicti domini de Nades, dictus testator substituit primum masculum domini deChamasel, habilem ad succedendum, faciens similem de aliis masculis substitutionem, ut de masculis dictorum dominorum de Casano, & de Nades fecerat, eos similiter onerando.]

Et faut entendre, que les seigneurs de Cousan, de Nades, & de Chamasel auoient espousés les trois sœurs dudict testateur. [Notandum itaque est, quod domini de Casano, de Nades & Chamasel tres sorores prædicti testatoris in uxores duxerant.]

Le seigneur de Causan à eu vne secũde femme autre que la seur dudict testateur, & de chascuns desdicts mariages, à eu enfans masles. Le premier masles du seigneur de Cousan [Dominus de Casano habuit secundam vxorem, aliam præter sororem dicti testatoris, & ex qualibet utriusque matrimonij habuit infantes masculos. Primus uerò masculus domini de Casano] in uidictæ substitutionis. *recueillit la succession dudict testateur porta son nom, ses armes & l'escut de Fougerolles.* [Venit ad illius testatoris successionem, eius nomen atque arma, necnon Fougerollorum scutum portauit.]

Deinde decessit uiuo & superstite *le seigneur de Cousan son pere, lequel neantmoins comme heritier de son fils n'apprehenda la succession dudict testateur, ains la delaißa à son second filz frere du precedent* [domino de Casano, suo patre, qui nihilominus tanquam hæres sui filii, non peruenit ad successionem d. testatoris, sed eam reliquit suo secundo filio, fratri præcedentis] utrinque coniuncto: *lequel second filz accepta ladicte succession, print le nom, & porta les armes dudict Fougerolles.* [Qui filius secundus d. successionem acceptauit, accepit, & arma prædicti Fougerolli portauit] quod uidetur actum fuisse uirtute dictæ substitutionis.

Le seconde filz est decedé sans hoir, & n'a plus de freres. [Secundus filius sine hærede decessit, neque aliquem fratrem habet,] qui sit utrinque coniunctus: *mais bien vn frere paternel, du second mariage dudict seigneur de Cousan,* [sed bene fratrem paternum, ex secundo matrimonio dicti domini de Casano.

Quæritur primò, *si ladite substitution comme vulgaire à esté expiree en la personne du premier masle de Cousan: où si comme compendieuse* [an prædicta substitutio, tanquam uulgaris, in persona primi masculi domini de Casano expirauerit, uel, an tanquam compendiosa] debeat habere tractum ad alios gradus substitutionum continuatiue de uno ad alium.]

Secundò, *si les masles du seigneur de Cousan de la seconde femme* [an masculi domini de Casano ex secunda uxore] sint uocati per dictam substitutionem.

Tertiò, *si le seigneur de Nades, filz du filz dudict seigneur de Nades, sera preferé* [an dominus de Nades filius filii dicti domini de Nades præferendus sit] in dicta successione *aux masles du seigneur de Chamasel* [masculis domini de Chamasel] in primo gradu.

2 † In casu præmisso videtur mihi nõ esse substitutionem vulgarem, quæ fit per hæc verba, si hæres nõ erit. l. j. & l. potest ff de vulga. & institutio. illo titul. in prin. Nec est pupillaris quia nõ est facta pupillo, nec, vt solet fieri pupillaris, de qua est text. in l. 2. ff de vulg. nec breuiloqua, quia non est facta inuicem, ut debet fieri. l. iam hoc iure. & l. Lutius. ff. de vulg. Compendiosa potest dici, quia habet tractum temporis, ut infra dicam. l. Centurio. ff. de vulga. & l. precibus. C. de impub. nec est exemplaris, quia non est facta furioso, seu furiosis, ut debet fieri. l. ex facto. ff. de vulg. l. humanitatis. C. de impub. Oportet ergo fateri fuisse fideicom. uel compẽdiosam, & qualiscunque sit siue cõpendiosa, siue fideicõmissaria, nõ est vis magna, quoad hũc casũ.

Et per hoc deciditur quod bona deuenerũt ad primum filium d. de Nades per substitutionem fideicõmissariam, per illa uerba factam: & casu quo nõ essent liberi masculi habiles ad succedendum d. domini de Cosan, in illo casu substituit primũ ex liberis masculũ domini Ioannis de Nades, & substitutũ esse uoluit.

Ita tamen quod nomen, arma *& l'escut de Fougerolles* portate & accipere teneatur. Nam clare apparet testatorem voluisse deficientibus masculis d. de Cosan, ad filios d. de Nades successionem peruenire, & non ad hæredes extraneos, ad quos non transit ius implendę conditionis à testatore. ff. de condict. & demonstr. Et sic extranei hæredes non uocati arma, & nomen domus deferre, non possunt.

Nec possunt uenire filii d. de Cosans nati ex secundo matrimonio, tum quia de eis non cogitauit testator, nec aduersam fortunam sororis inspexit. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verbor. oblig. item soluto matrimonio soluitur affinitas. l. sed hoc sciendum. in glo. ff. de re iudi. nec uoluit testator alienam posteritatem suæ præferre. l. cum acutissimi. C. de fideicom. & præferre nepotes suos exteris & natis ex secundo matrimonio. d. de Cosans qui nil sibi attinent.

3 Nec obstat, quod † filii ex secundo matrimonio sint habiles ad succedendum de iure, quia respon. testatorem uoluisse intelligere de habilibus ad succedẽdum ab intestato ratione consanguinitatis, non de habilibus de iure. Et sic exclusit istos uenientes ex secundo matrimonio. nam sicut bastardos exclusit, ita & hos.

Nec censetur impleta conditio per receptionem armorum, quia dicit casu quo non essent liberi de Cosans: sed non reperiuntur liberi, ergò uenient filii de Nades. Nec obstat quod semel receperit, quia non sufficit. Non enim dicitur versum quod non durat. l. 3. §. uersum. ff. de in rem uers. Et casus nolentis comprehendit casum impotentis l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthu. l. cum proponas. C. de hæredib. instituen ideo cum filii d. de Cosans non possint portare per mortem, venient filii d. Nades.

RESP. CLXXXI.

De testamentis iterum.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio reciproca.*
2 *Substitutionum quatuor gradus.*

Fidei-

3 *Fideicommissaria substitutio continetur sub reciproca.*
4 *Vocatorum ordine successiuo primo extante, alius non admittitur.*

IN nomine S. Trinitatis, & indiuiduæ vnitatis Patris & Filij & Spiritus sancti. Amẽ. Anno incarnationis domini millesimo quingentesimo quinto, & die uicesima secunda mensis Aprilis. Regnante Ludouico Dei gratia Francorum Rege, nouerint uniuersi & singuli præsentes, atque futuri quod prouidens vir Iacobus Dhaliere, Mercator carreriȩ Draperiorum, Tholosæ habitator, sanus mente, suum ultimum testamentum nuncupatiuum, & rerum, ac bonorum suorum supremam & ultimam voluntatem, dispositionem, & ordinationem in hunc qui sequitur fecit modum. Imprimis siquidem d. Iacobus Dhaliere testator, muniens se signo uenerabili sanctæ Crucis, sic dicendo in nomine patris, & filii & spiritus sancti. Amen.

Item, prænominatus Iacobus Dhaliere testator fecit, instituit, ordinauit, & ore suo proprio nominauit hæredes suos uniuersales, & generales uidelicet Thomam & Vincentiũ Dhalieres, filios suos, legitimos & naturales ex prima eius uxore. Et Bertrandũ Dhaliere eius filium legitimum & naturalem ex secunda eius
1 uxore. † Alterum alteri in pupillari ætate uel sine liberis ex suo legitimo matrimonio procreatis decedẽtibus substituendo & sibi ipsi instituendo in casu præmisso. Et si omnes decederent sine liberis, vel infra pupillarem ætatem substituit eisdem d. Ioannam filiam suam, si tunc in humanis existat. Et si non uiueret, eius liberos si supersint. Et si non supersint, propinquiores in gradu parentelæ.

Item, dictus testator recognouit & confessus fuit habuisse & recepisse ab honesta muliere Bernarda de Ferraris eius uxore, ducentas libras Turonen. quas voluit sibi exolui cum augmento debito.

Item, dictus testator erat dominus Mansi de Montebruno & aliorum bonorum immobilium.

Item, ordinauit dictus testator quod dicti sui hȩredes non possint aliquid de bonis dictæ hæreditatis uẽdere, seu alienare, donec d Bertrandus fuerit ætatis viginti annorum, idq; de licentia dictæ Bernardæ.

Contingit quod dictus Thomas & Bertrãdus Dhaliere decesserunt sine liberis. Postmodum decessit d. Vincentius Dhaliere sine liberis, & ante decessum alienauit Mansum de Montebruno domino primo præsidi de sancto Andrea.

Item, post cuius decessum dicta Ioanna Dhaliere substituta litem suscitauit emptori à Vincentio dictorum bonorum ratione dictæ substitutionis, in qua lite dictus præsidens obtinuit duas sententias absolutorias.

Item nouissime, dicta Ioanna Dhaliere decessit relictis quatuor liberis, qui appellauerunt ad curiam parlamenti Tholosani.

Quȩritur primò utrum dicti liberi præfatæ Ioannæ possint concordiam facere cum emptore ratione dictæ substitutionis, ita quod propinquiores in gradu parentelæ aliquod ius prætendere non possint contra prȩfatum emptorem, attento quod dicta Ioanna Dhaliere, & eius liberi superuixerunt dictum Vincentium ita quod prætensa substitutio euanuerit respectu propinquorum: quia tempore decessus dicti Vincentii Dhaliere hæredis instituti Præfata Ioanna & eius liberi erant superstites: uel secundo quæritur si propinqui in gradu parentelæ admittantur quandocunque ad dictam substitutionem per illa uerba, & si omnes decedebant sine liberis, &c. adiecta in d. testamento.

2 In hoc facto† quatuor substitutionũ gradus, factos inuenio. Primus est. Nam testator instituit tres filios suos hæredes, & pupillariter ac reciprocè substituit eis, uidelicet alterũ alteri. Nẽpè si unus ex primo matrimonio decessisset impubes, alter ex secundo matrimonio ei succederet, si is, qui in secũdo matrimonio natus erat decesserit, alii duo succederent, per substitutionem pupillarẽ expressam, iuxta. l. 2. ff. de uulg.

Si uerò post pupillarem ætatem decedant sine libe-
3 ris, etiam unus filius alteri succedet per † reciprocam in qua continetur & fideicommissaria. l. Lutius, ubi doct. ff. de vulg. l. in testamento. C. de milit. testam. & quia de hoc gradu non dubitatur, ideo ad secundum uenio.

Secundus gradus est, ubi omnes filii decesserint si in pupillari ætate decessissent omnes, tunc Ioanna filia testatoris per substitutionem pupillarem expressam succederet, quod nõ euenit, ideò testator in hoc gradu fecit substitutionem fideicommissariam, uidelicet si sine liberis omnes decesserint, siue in pupillari ætate, siuè postea quod filia Ioanna succedat, & hic casus euenit. Nam omnes liberi mortui sunt, ergo Ioanna ex uoluntate expressa testantis successit, & de hoc etiam non est dubium.

Tertius uidetur fieri gradus, quod si filia non superfit, testator substiuit liberos illius filiæ, sed hic gradus nunc est superfluus, cum Ioanna tempore mortis fi-
4 liorũ superuixerit, & illis successerit, isti erant † uocati ordine successiuo, quo primo extante, alius non admittitur. l. Gallus. § quidam rectè. ff. de liber. & posth. Dec. consil. 323. cum sit. col. 2.

Quartus gradus est, quod si filia & eius liberi non supersint tempore mortis filiorum testantis, sine liberis mortuorum, tunc testator substituit propinquiores, in gradu parentelæ. Et hic gradus etiã superfluus est, quia postquam Ioanna & eius liberi supersunt, gradus parentelæ ex substitutione non est uocatus. Nam ij propinquiores vocantur sub duplici conditione, uidelicet si Ioanna & liberi non supersint, sed utrique superfuerunt, ergo conditio substitutionis defecit & extincta est per successionem Ioannæ: quamobrem nil debetur proximioribus ex illo testamento ratione substitutionis. l. cum in testamento. ff. de hæredib. instit. l. si mater. in fi. de vulg.

Item, disposuit testator ne filii possint uendere bona, seu alienare usque ad ętatem uiginti annorum Bertrandi, id est, quousque Bertrandus ex secundo matrimonio genitus, uiginti habeat annos: uoluit etiam quod si interim alienare uelint quod habeant facultatem seu licentiam Bernardȩ matris Bertrandi, ob id quicunque volebat alienare oportebat uel consensum habere Bernardæ uel expectare ætatem Bertrandi. Præterea, Vincentius filius testantis alienauit aliqua bona, post cuius mortem eius successio ad filiam per substitutionem fideicommissariam uenit, si post pupillarẽ ætatem decesserit: si in pupillari per pupillarem substitutionem, ideo defecit conditio substitutionis, & alii gradus, postea sequentes. Nam liberi filiæ sunt substituti, si filia non uiueret, sed ipsa uixit, & successit, ergo filii excluduntur à substitutione quȩ iam euanuit per aditionem hæreditatis dictæ Ioannæ per l. post aditam. C. de impub.

Multò minus propĩquiores uocati censentur: quia substitutio etiam euanuit filia succedente. Cõuentio igitur mortua filia cum liberis eius fieri, iure poterit,

nec à propinquioribus postea impugnari debebit, quia nunquam ex hac substitutione venire poterunt.

Vnde concludendo dico, concordiam fieri posse cum d. Ioanna si superstit, vel cum hæredibus eius, & si facta sic fuerit, rata erit, & nunquam à propinquioribus impugnari debebit, cum eorum non intersit, nec interesse possit ratione substitutionis. Et sic subscripsi. Anno 1546. Rebuffi.

RESPON. CLXXXII.

De substitutionibus.

SVMMARIVM.

1 Substitutio facta posthumo nascituro, si decederet sine liberis, an ad eum casum extendatur quo ipse non nascatur.

2 Casus omissus habetur pro omisso in omni dispositione.

3 Casum vnum qui exprimit, alium videtur excludere.

4 Verba vbi non conueniunt, nec conuenit testantis dispositio.

5 Substitutio facta vno tempore an extendatur ad aliud tempus, ibid. & num. 27.

6 Prouisio facta in vno casu, an extendatur ad alium, ibid. & sub num. 29.

7 Casus expressus per modum conditionis voluntariæ, an impleri debeat in forma specifica. ibid. & num. 31. & 32.

8 Substitutio inutilis vtilem producere non potest.

9 Expressum ubi non valet, neque valet tacitum, declaratur, numero 33.

10 Actus non valet vbi forma non est seruata.

11 Substitutio tacita, non admittitur contra matrem.

12 Interpretatio largissima, & extensio fit in substitutionibus.

13 Casus omissus in substitutionibus occasione naturæ, &c. pro expresso habetur.

14 Substitutioni factæ de filio nascituro, inest tacita conditio.

15 Causa intestati cessat quando via testati potest habere locum.

Expressum præfertur tacito, ibid.

16 Compendiosa substitutio, sicut comprehendit omnia tempora, ita etiam omnes casus.

17 Substitutus substituti censetur substitutus primi instituti.

18 Dispositio testatoris quomodo intelligenda.

19 Testator cogitare præsumitur illud, quod lex disponit.

20 Voluntas testatoris, quæ legitima est, in omnibus dominari debet.

21 Consuetudo regionis seruanda.

22 Militum testamenta à Iulio Cæsare, & Iureconsultis rata.

23 Testamentum à milite factum ante militiam, si in militia decesserit, iure militari valet.

24 Lex voluntatem defuncti vbi suppleat.

25 Casus omissus in quibus, & quando habeatur pro omisso.

26 Casum vnum qui ponit, alium excludere videtur.

28 Substitutio facta in vnum casum, an extendatur ad alium.

30 Reliquit, verbi efficacia in substitutionibus testamentarijs.

32 Conditio voluntaria quæ sit.

34 Substitutio tacita est duplex.

35 Substitutio tacita quando admittatur contra matrem.

36 Aequitas rigori præferenda.

37 Substitutio facta si posthumus non nascatur, an habeat locum, quando natus est & non fuit hæres, vel est mortuus in pupillari ætate.

38 Substitutio facta, si posthumus me viuo decesserit Gaium substituo, si mortuo testatore decedet, an veniet substitutus.

39 Posthumus si substituatur si me viuo nascatur, non includitur casus, si nascatur post mortem.

40 Substitutio sub duplici conditione facta.

41 Testator instituens filium superstitem, & eidem substituens posthumum nasciturum, &c. si natus non fuerit posthumus, an substitutus veniet.

42 Princeps dicitur habere iura in scrinio pectoris.

43 Dictio, tunc, denotat temporis extremitatem.

44 Vsufructu relicto, an debeatur proprietas, ibidem, & infra, num. 45. & 52.

45 Miles instituens in vna parte hæredem, in altera non, an intestatus decedere dicatur.

46 Interpretatio plena fieri debet in testamentis.

47 Proprietatem relinquere quis dicatur.

48 Verba an & quando improprianda.

49 Hæres nominandus in testamento.

50 Vsusfructus duplex.

51 Vsusfructus appellatione, an veniat vtile dominium.

53 Modus, & forma disponentis declarat eius mentem.

54 Vsufructu relicto, cum plena potestate disponendi de bonis, proprietas relicta esse censetur, & nu. 55.

55 Miles in dubio testari voluisse videtur secundum ius commune.

56 Trebellianica quando prohibita censeatur.

57 Relinquo, uerbum, iunctum uniuersitati bonorum, quid importet.

58 Iudicandum pro illa parte, pro quo plures, & efficaciores rationes.

59 Data potestas nominandi hæredem, an ualeat.

60 Voluntas ex alieno pendens arbitrio reprobatur.

61 Testator ore proprio hæredem nominare debet.

62 Testari an quis per alium possit iure ciuili.

63 Captatoria uoluntas, quid sit.

64 Familia non conseruatur per filias, nec agnatio.

65 Principis supremi, est concedere facultatem testandi, uel Romani Pontificis.

Ecclesiasticus an testari possit de bonis suis patrimonialibus, ibid.

QVIA dicitur sapientiæ 3. cap. Qui cōfidunt in domino intelligũt ueritatem, & Hier. 10. cap. Stultè egerunt pastores & dominum non quæsierunt, propterea non intellexerunt, & Prouerb. 20. Domino diriguntur gressus uiri, quis autem hominum potest intelligere uiã suam? Ideo dicam, quod olim Psaltes Egregius psal. 118. Da mihi intellectum & scrutabor legem tuam, & custodiam illam in toto corde meo. Declaratio sermonum tuorum illuminat & intellectum dat paruulis: igitur fretus Dei Optimi Maximi suffragio respondebo

1 spondebo quæsitis mihi oblatis. Videlicet † an substitutio facta per magnificum & strenuum quõdam militem dominum Carolum Alamandum posthumo nascituro, si decesserit sine liberis masculis, & is non nascatur ualeat, ita quod Reuer. do. Laurentius Alamandus episcopus substitutus censeatur vocatus ex testamento d. Caroli per illa uerba dedit, legauit, & reliquit usumfructum omnium bonorum, &c.

Secundò, an Reuer. do. Episcopus testatoris frater debeat habere vsumfructum tantum, an & proprietatem.

Tertiò, an illa potestas concessa Reuer. do. Episcopo nominandi hæredem sit ualida.

Ad primum uidetur quod R. d. Laurentius Episcopus non censeatur uocatus. Tum primò quia casus omissus habetur pro omisso in institutionibus. l. commodissimè. ff. de liber. & posthu. Idem in alia prouisione dicitur. in l. si cum dotẽ, in princ. ff. solut. matrim. l. si seruum. §. prætor. ibi, non dicit prætor. ff. de acquir. hæred & Iason. consil. 35. clementissimi col. penul. in

2 1. volum † Et etiã casus omissus habetur pro omisso in quacunque dispositione. Barba. consil. sapienter. col. 10. in 2. uol. Idem in rescriptorum impetratione. cap. susceptũ. de rescript. lib. 6. idem in pactis. l. si unus. §. ante omnia. ff. de pac. idem in iudice dato, super vno casu. l. si, de proprietate. C. si à non compet. iudic. Et idem in appellante. clem. appellanti. de appell. Barba. in repet. cap. Raynaldus. col. 76. de testa. Etiam hoc procedit in substitutionibus l. si mater. §. si filius ff. de uulgar. & infra latius dicetur. Ergo hic habebitur pro omisso.

3 Secundò sic. Qui † unum casum exprimit, alium uidetur excludere, & econtra. l. cum prætor. ff. de iudic. cap. nonne, de præsumpt. c. qualis. 25. distinct. sed hic d. quondam Carolus expresũt unum casum, uidelicet quando posthumus nasciturus decederet sine liberis masculis, ergo alium casum uidetur uoluisse excludere, uidelicet quando non nasceretur. nam si hoc uoluisset dixisset. l. una. §. si autem ad deficientis. C. de caduc. tollen. cap. ad audientiam, de decim. non dicit, ergo noluit.

4 Tertio, † ubicunque non conueniunt uerba, nec conuenit eius dispositio, & ècontra l. 4 §. totiens. ff. de damno infect. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusat. text. melior iuris. in c. indemnitatibus. §. supradicta. de elect. lib. 6. secundum Felin. in c. nonnulli. col. 31. de rescript. Ias. in l. 1. §. si is quadraginta. nu. 7. col. 2. ff. ad Trebell. Alex. consi. 60. uiso processu, in prin. in 5. uol. Bart. consil. 11. illud afferam. col. 14. in 2. uol. & consilio 30. sacro col. 3. & consi. 57. præclarè. col. 3. num. 6. in eodem uol & consil. 44. Illud afferam. col. 3. uersic. & licet ista sint colorata. in 3. uol. & consil. seq. 45. Deum in princ. ac consil. 64. illud in mediũ. col. 3. & consi. 73. à Ioue. col. 7. & consi 75 illud in medium. col. 1. & 8. in 3. uol. & consil. 2. à Ioue. col. 7. nu. 6. in 4. uol. & consil. 44. clementissimum. col. 5. nu 4. ac consil. 73. Magnanimus in princ. ibid. Socin. consil. 37. circa, in prin. uolumine primo.

Sed in casu mihi proposito non conueniunt uerba, uidelicet si decedat sine masculis, ad hoc ut non nascatur, ergo non conueniet testatoris dispositio, ad hoc ut frater, R. D. Episcopus sit substitutus, & ex testamento uenire possit.

5 Quartò facit, † substitutio facta uno tempore non extenditur ad aliud tempus. l. si ita quis. ff. de uulg. & pupill. sed hic fuit facta ad tẽpus, quo decederet sine liberis. Ergo ad tps. quo non nascitur non debet extẽdi.

Quintò facit l. fin. C. de institut. & substit. & restit. sub condit. fact. prout latius infra inducam.

6 Sextò, in legatis † prouisio facta in uno casu non extenditur ad alium. l. pater. ff. de cõditio. & demonstr. at hic uidetur esse legatum factum R. D. Episcopo. & hoc per illa uerba dedit, reliquit, & legauit. Ergo, &c.

7 Septimò, quãdo † casus est expresus per modum conditionis uoluntariæ, debet impleri in forma specifica, nec potest fieri per æquipollens. l. qui hæredi. & l. Mæuius. ff de condit & demonstr. Barto. & alii in l. Gallus. §. & quid si tantum. de liber. & posthu sed casus si posthumus decederet sine liberis est casus substitutionis uoluntariæ ex mera uoluntate testatoris adiectus, ergo debet in forma specifica impleri, & nõ per æquipollens, uidelicet si non nascatur.

8 Octauò † substitutio inutilis non potest producere utilem arg l. nullus. 2. de decurio. lib. 10. l. si in uenditione. ff. de pericu & commod. rei uend. Atqui hæc substitutio de posthumo nascituro eo non nato erat inutilis. l. vtrum, in princ. ff. de rebus dub. l. 1. §. si quis proximior. Vnde cogn. Ergo nõ potuit quicquã iuris & utilitatis producere suo substituto R. D. Episcopo. Cum posthumus nil habuerit nil potuit transferre, l. traditio. ff de acq. re. do. c. nup. de do. inter uir. & uxor.

9 Nonò, † quoties non ualet expressum non ualet tacitum. l. 3. §. ult. ff. de seruit. rustic. prædior. & ibi glo. adducit similes text. sed in casũ mihi proposito uitiatẽ expressa substitutio facta posthumo. Ergò & tacita debet uitiari in ea cõtenta, uidelicet D. Episcopo facta.

10 Decimò, † non ualet actus quando forma non est seruata, imò corruit, quia illa est quæ dat esse rei, & eam conseruat in esse. l. Iulia. §. si quis. ff. ad exhib. l. prima. & ibi patruus meus Iacob Rebuff. C. de præd decu. lib. 10. & hic forma non uidetur seruata.

Vndecimò, uidetur text. formalis in l. quidam referunt. ibi, quia hæres ad quem sermonem conferat in rebus humanis non est. eaque ademptio & datio nunc uana est. ff. de iur. codicill. postquam prima substitutio defecit, ergo & sequens. D. R. E p. erit caduca.

11 Vltimò, † substitutio tacita non admittitur contra matrem. Bar. & alii in l. 1. & 2. ff. de uulg. per tex. & ibi glo. in l. fi. C. de instit. sed hic erat tacita. Ergo non admittetur contra matrem, & sic substitutus nõ ueniet.

His tamen non obstantibus contrarium arbitror

12 esse uerum. Tum primo, quia in † substitutionibus largissima debet fieri interpretatio & extensio. doct. in l. Gallus. §. & quid si tantum. de liber. & posthu. Bar. in l. Gallus. §. & quid si tantum. de liber. & posthu. Bar. Ias. & alii in l. 1. in 2. q. prin. & l. si mater. §. 1. ff. de vulg. tex. in l. Titius. §. Lucius. & ibi iason. de liber. & posthum. Bal. in l. cũ proponas, col. pen. C. de hęred. insti.

Tum quia substitutio est multũ fauorabilis, adeò quod semper interpretari debet ut ualeat. no. Guilelm. de Cuneo, in l. precibus. C. de impuber. Refert Bened. in repet. c. Raynutius. in uerb. si absque in 2. nu. 30. de testam. arg. c. si pater. de testam. lib. 6.

13 Adhæc, † quia in substitutionibus casus omissus, ut infra latius dicam occasione naturæ, ut pote quia non est natus posthumus substitutus habetur pro expresso, & intelligitur à iure. Bar. in l. 3. §. fin. ff. de liber. & posth. Ias. & alii in l. cũ proponas. col. 2. C. de hæred. institu. Consequens est, ut in casu mihi proposito, & in hac substitutione, si decesserit sine liberis intelligitur si nascantur, & sine liberis decedat, non fuit natus filius, ergo substitutus admittetur.

14 Item institutioni seu † substitutioni factæ de filio nascituro, inest conditio tacita de necessitate, uidelicet si nascatur, secundum quosdam. l. 1. in fi. ff. de condict. & demonstr. l. interdum. de uerbor. oblig. & Ias. in d. l. Gallus. §. & quid si tantum. nu. 16. col. 3. & illa

illa quæ tacitè insunt habentur pro expressis, etiam si aliàs non exprimantur. l.cum quid.ff. si cer. pet. Ergo & hic habetur pro expresso si non nascatur, ut R. D. Episcopus frater succedat.

15 Præterea, quamdiu † uia testati potest habere locũ cessat causa intestati.l.quandiu.ff.de acqui. hæred.quia causa testati habet expressam uoluntatem, intestati uerò tacitam.l.conficiuntur.ff. de iur. codicil. Et expressum præfertur tacito.l.cum ex filio. §. filio. ff. de uulg. Sed hic consulendo substitutionem ualere agitur de causa testati. Ergo debet præferri causæ intestati: quia tunc hæreditatem potest adire substitutus, quandiu prior hæres non potest.l.3.ff de acquiren.hæred sed in hoc casu prior hæres (uidelicet posthumus) non potest. Ergo R.D. substitutus poterit.

16 Insuper compendiosa substitutio est quæ sub compendio verborum multa complectitur tempora. docto.in l.Centurio.ff.de vulg l.precibus. C.de impube. & aliis substit. Et sicut comprehendit omnia tempora: ita etiam debet omnes casus comprehendere, siue posthumus non fuerit natus, siue mortuus sine liberis, siue post, ita consuluit Bald.consi.170.quidam Nicolaus in 5.volu. Nam vbi testator generaliter loquitur, generaliter debemus intelligere. l.de pretio. ff.de publicia in rem actio.Bald consi.319.quidam.vol.5.in 2.col. Lauren.Calca.consi.104.postulato.hic fuit compendiosa, ut nemini non patet. ergo comprehendet omnes casus, uidelicet siue nascatur, siue non, siue cum liberis decedat, siue non.

17 Vlterius, † substitutus substituti censetur substitutus primi instituti.l.si Titius.& ibi doct.& l.cohæredi. ff.de vulg.l.quandiu.in 3. & ibi Bart. de acquir. hæred. §.1.Insti.de vulg.Guid.Pap.in suis decis.q.550.testator. Paul.consi.267.viuentibus.& consi.422.videtur quod filii. in 2. volum.Socin. consi. 52. ut veram. colum.ulti.in 1.vol.Dec.consil.238. proponitur. in prima q. & consi.427. licet in casu. col. 2. Corneus consi.298.dominus labia. in 3. vol.

Consequens est, ut hic R.D. Episcopus substitutus substituti posthumi, censeatur substitutus primi instituti, uidelicet Laurentij sui nepotis. Ergo eidem succedere debet.

18 Deinde † dispositio testatoris debet intelligi perinde ac si verum esset quod testator putauit. l.quo loco. §.1.ff.de hæred.insti.sed si verum esset quod defunctus putauit, uidelicet quod posthumus natus esset, & sine liberis decessisset, tunc habuisset, sine dubio locũ substitutio, ergo & hoc casu quando non est natus.

19 Item, † testator præsumitur cogitare illud quod lex disponit.l. si duo.ff de acquir.hæred. singu. & melior. de iur. secundum Barb. in repet. c.Raynaldus.col.4.de testa. sed lex disponit substitutionem in uno casu factã extendi ad alium.d.l. cum proponas. & infra dicã. ergo testator uidetur hoc uoluisse. Vt si non nasceretur posthumus, admitteretur R. D. Episcopus.

Postquam testator nobilis voluit fratrem suum uenire, si filius nasceretur, & sine liberis decederet, à fortiori voluit si posthumus non nasceretur. Et si de hoc interrogatus fuisset respondisset, ut not. Alber.in rub. ff.de vulg. col.17. versic. in oppositum est, per l. cum acutissimi. C.de fideicom. & ibi not.

Addo etiam, quod toties secundum uoluntatem testatoris, quis facere compellitur, quotiens contra legem nihil sit futurum, uerba sunt tex.in l.si quis eũ. ff de cond.& demon.Sed si R.D.Episcopus ueniat ex substitutione, nil est futurum contra legem. Ergo faciendum est secundum voluntatem testatoris, quod d.Reuerend.Episcopus ad success. veniat.

20 Probatur per dictum imperatoris. In † omnibus, testatoris voluntatem quæ legitima est dominari censemus.l.cum quæstio.in fi.C.de lega. Et primum locum voluntas defuncti obtinet, eaq; regit l. in conditionibus.ff.de condi.& demonst. Vnde dicitur disponat testator & erit lex.§.disponat.in authen. de nupt.coll.4. Sed testator disposuit vt R.D. Episcopus veniret si alii decederent sine masculis, quod factũ est. arg. l. nam quem.ff.de verb.signif. Ergo R. D. Episcopus veniet.

21 Item † consuetudo regionis seruãda est. l.si seruus plurium.§.vlt.ff de leg. 1. l. semper in stipulationibus. de reg iu.sed consuetudo est in patria Delph inter nobiles, quod masculi excludunt fœminas. ut tenet Curtius consil. 52. super testamentis col. 4. Ergo & hic R.D.Episcopus excludet alias fœminas, vt conseruetur nomen, & arma domus nobilis tam antiquæ. pro qua consuluit alias Guid Papa & pro Humberto Alamandi.in consi.27.attendentes. &c.

Denique agitur de testamento militis & nobilis.

22 † Vnde Iulius Cæsar primus concessit militibus liberam testamenti factionem, & simplicitatibus eorum consulendum esse existimauit. Postea Iuriscon.voluerunt, vt quoquomodo testati fuissent rata esset eorum uoluntas.l.1.ff.de testa. milit.l.milites.C.illo titul. Sed hic miles testatus est, & disposuit fratrem suum venire post filios. Ergo admitti debet, cum voluntas militis pro iure seruari debet.l.1.C.de testa. milit.

Dicet quis, testatus est ante militiam Cui respon.

23 † testamentum à milite factum ante militiam, si in militia decesserit iure militari valet. Verba sunt iureconsul.in l.in fraudem.§. testamentum.ff. de testa.milit.hic miles Carolus, instar Caroli magni strenuus, mortuus est in bello, vt nemini non patet. Ergo hoc testamentum iure militari valebit.

Item, subrogatus debet sapere naturam eius in cuius locum subrogatur.l. si eum. §.qui iniuriarum. ff. si quis cautio. sed R. D. Episcopus est subrogatus in locum posthumi, ergo debet ea habere quæ posthumus habuisset, si natus fuisset.

24 Præterea, † lex voluntatem defuncti supplet, quando is non fuit in culpa. Paulus in l. si filius qui in potestate.ff. de liber. & posth. Sed hic quondam strenuus miles d. Carolus non fuit in culpa, cum magis arma calleret quàm iura, vt debent veri milites.l. fi. in prin. C. de iure deliber. Ergo hic non erit absurdum, imò æquum quod lex suppleat, videlicet, si non nascatur posthumus, quod R.D.Episcopus admittatur, iuxta l. iam hoc iure. ff.de uulg.

Sed, quid egemus testibus? Facit tex. in l.qui iure. ff.de testam. milit. sumendo arg. à contrario. & l.qui vtrum. de reb. dub. Alia adducerem ni verbis meis lectorem tedio afficerem. Restat vt in contrarium supra adductis respondeam.

Quia virtus est tollere obstacula. Curt. consi 45. statuto nu.40.versic. & sic ex præmissis, ideò ea tolla-

25 mus Et primum non obstat quod † casus omissus habetur pro omisso, in odiosis, secus in fauorabilibus, vt in substitutionibus, quæ sunt fauorabiles. vt supra dictũ est. Ita rñdet Barb.cõs.21. præclarè. col.4.in 2.vol.

Vel põt dici, quod casus omissus sit in substitutionibus, quandoquidem testator si cogitasset de illo casu omisso, idem prouidisset, si de eo fuisset interrogatus, qui tamen habetur pro expresso. tex.in l. Titius.§. Lucius. & ibi doct.ff. de liber. & posthu. Alex. consi. 129.attentis.in 2.vol. Corn consi 276.viso.col.6.versi. nec obstat, quod casus. text. sing. in l.mulier. & ibi multa Claudius de Seycello.ff. ad Treb. Sed si quõdã d.Carolus cogitasset nullum posthumũ nasciturum,

sub-

substituisset, R. D. Episcopum, quod patet, quia semper inuitauit masculos: Ergo, &c.

Item, quando eundem effectum habet casus omissus sicut expressus, habetur pro expresso. l. 3. C. de instit. l. si quis mihi bona. §. sed quid si mandauit. ff. de acquir. hæredit. & ibi Bald. ubi dicit quod mandatum ad acquirendam hæreditatem comprehendit bonorum possessionem: quia eiusdem sunt effectus hæreditas & bonorum possessio. §. quos autem. insti. de bonor. possess. Sed in casu mihi proposito idem effectus resultat, siue nascatur posthumus, & decedat sine masculis, siue non nascatur. Vtpotè, quia vtroque casu non põt succedere testatori nobili, nec nomen & arma familiæ deferre, ergo ille casus pro expresso habebitur.

Et sic possumus dicere quod hic casus, si non nascatur non erat omissus à mente testatoris, ergò legis interpretatione, ideo habetur ac si testator ore expressisset. l. iã hoc iure. ff. de vulg. Barb. cons. 30. sacro. col. 4. eod. vol. Soci. consi. 52. vt veram. col. 6. versic. præterea. in 1. vol. Dec. consi. 227. in casu. col. pen.

26 Nec obstat, qui † vnum ponit, alium casum videtur excludere, uerum est incompatibilem expresso. Vt si dico mutuum, nego depositum. l. 2. ff. si cer. pet. uel nisi esset eadem ratio expressi & non expressi, ut glo. in d. l. cum prætor tradit. quam ibi sequuntur Bal. & Lancel. vel intellige nisi contraria ratio, aut lex disponat quia aliàs prouisio hominis, non facit cessare prouisionem legis, ut in pulchro casu iurispatronatus consuluit Anch. consi. 81. prima facie.

Tertium, non obstat, vbi non conueniunt uerba, non conuenit dispositio. Respon. & dico quod mens testatoris conuenit, quod sufficit Barba. consi. 91. illud referam. col. 18. in 3. vol. quia mens legis lex est. l. cum mulier. ff. solu. matri. Ang. in §. post mortem. insti. de inutilib. stipul.

Item, sicut oritur actio directa ex uerbis & mente legis. gl. in l. si quis id quod. ff. de iurisd. oĩum iud. sic ex mẽte legis datur vtilis. gl. no. in l. tutor. C. de neg. gest.

27 Quartò, respon. quod † substitutio vno tempore facta non extenditur ad aliud tempus, quando tempus est certum. nam restringendo se ad certum tempus, post tempus videtur prohibere. l. imperator. ff. de postul. Ias. in d. l. cum proponas. col. 4.

Nec obstat quintum de l. fin. C. de instit. sed pro no
28 bis facit quia † vnus casus, uidelicet si non fuerit natus posthumus, non comprehendit alium casum, scilicet quando est natus, & decessit in pupillari ætate. Et hoc quando mater est instituta, & est in medio, secùs ergo quando non fuerit instituta, vt in nostro casu, & etiam quando agitur inter nobiles vt hic, qui masculo semper inuitauit ratione agnationis conseruandæ: etiam quia agitur de fratre, qui est valde fauorabilis, ut not. in l. 1. & l. Centurio. ff. de vulg. & dicam infr. in fi. huius quæstio. adducendo consilium Petr. Anch.

29 Sextum, non obstat. Videlicet l. pater Seuerinam: quia ibi non est substitutio, sed legati translatio, facta de nolente conditioni parere in alterum, & hoc in odium non parentis conditioni adiectæ, utpote si testator disponat, quod si mulier nolit nubere Gaio, quod ab ea auferatur legatũ & transferatur in Gaium, si filia non possit nubere (quia morte pręuenta) iste casus non comprehenditur, quia cessat delictum, quo casu pœna debet cessare. l. aliud est fraus. ff. de verb. signifi. Bar. & alii in d. l. pater. Imo. in l. ex facto. in prima. ff. de hæredib. insti. Ias. in d. l. cum proponas. licet alias solutiones quidam dederint, hęc tamẽ est communis. hic verò secus est, ut infrà latius declaratur, nec dicitur
30 legatum, licet vsus fuerit verbo, legauit, cum † vsus fuerit uerbo reliquit, quòd nullo alio instituto, importat institutionem. l. his verbis. ff. de hæredib. instit. & idem dicunt doct. in verbo lego. in l. Centurio. ff. de vulg. & in l. 1. de leg. 1. & in fin. seq. q. latius dicitur. Nõ
31 obstat aliud, quod † substitutio facta per modum cõditionis uoluntariæ, (quæ tunc dicitur quando apponitur in volũtate illius qui debet implere) ut si Titius nomen & arma domus non assumpserit, Gaium substituo. tunc si non possit assumere, non venit substitutus. Socin. consil. 140. col. penul. uersi. circa secundũ. & consi. 259. in 2. vol. Et ita intelligitur tex. in l. qui hæredi. vbi qui debet dare seruo non potest dare domino, sed in forma specifica debet dare seruo. Idem in
32 l. Mæuius. de condict. & demonstra. ecce quod † conditio dicitur voluntaria, quando ponitur in voluntate illius qui debet eam adimplere. Licet quidam intelligant dici voluntariam quando ex volũtate testatoris, sed omnes conditiones ferè essent voluntariæ, quia in uoluntate sua est vnam ex omnibus eligere.

Vel etiam; quocunque modo intelligas, dico non esse perpetuum, vt in forma specifica debeat impleri conditio voluntaria: quod probatur sic, qui iussus est dare seruo, potest domino dare consentiente seruo, text. in l. Stichum. §. vsumfructum, uersi. cæterum qui seruo dare iussus est. domino dando non aliter implesse conditionem intelligendus est, quam si ex uoluntate serui dederit. ff. de solutio. ita tenet Paulus in d. l. qui hæredi. Dec. in rub. de probatio. col. antepenult. Et sic sufficit implere quoad effectum, & per æquipollens, & sic dicit Carolus Ruynus in d. §. & quid si tantum, non esse differentiam inter conditionem uoluntariam, & necessariam, quando apparet de voluntate testatoris, per l. si mater. C. de institu. & substitu. l. mulier. §. 1. ff. ad Trebell. etiam dicit Bald. in d. §. & quid si tm̃. col. 2. & l. fideicõmissa. §. si cui. ff. de leg. 3. conditio nẽ implendã in forma specifica in odiosis, secus in fauorabilibus. Sicut in substitutionibus, aliã respon. tradunt doct. in d. §. & quid si tantũ. ad ibi dicta me remitto, & sufficit quod si testator cogitasset posthumum non nasciturũ, eundẽ fratrẽ suum ita substituisset, & sic habetur ille casus omissus pro expresso, vt suprà dixi. Dec. consil. 227. in casu, in fin. & consil. 427. licet, in casu, col. 2. versic. ex hoc datur intelligi.

Octauum non obstat, quod substitutio inutilis nõ potest producere vtilem, ergo hæc substitutio inutilis nullam producet vtilem, sed testator, qui substituit in illũ casum, qui fuit inutilis, non nato posthumo, substituit vtiliter, d. R. D. Epõ, & sic idem R. Episcopus non venit ex persona posthumi substituti, sed ex sua, nec accipit vires ab illo gradu, in cuius defectũ ipse vocatur. l. 3. §. fi. & ibi Bal. & Aret. ff. de liber. & posthum.

33 Nec obstat nonum, quod vitiato expresso & tacitũ vitiatur, scilicet quod venit ex expresso, secus si habet se æquè principaliter cum expresso, l. si fideiussor. in prin. ff de leg. 3. Bar. in l. 1. in 2. effectu. de vulg. vel quãdo est eadem ratio vitiandi expressum & tacitum, qđ non est, vt in simili casu loquitur Bulg. in sua disput. incipien. Sempronius, col. 22. uersic. non obstat. 6.

34 † Vel potest dici quod quædam est substitutio omninò tacita, ut est illa quæ in vulgari continetur uel in pupillari. Alia est tacita non omninò sed uerbis generalibus expressa, vt est illa quæ comprehenditur in breuiloqua & compendiosa, & ista non euanescit, licet annulletur expressa, quia magis accedit ad naturã expressæ quam tacitæ. not. glo. & doct. in l. precibus. C. de impub. l. Centurio. & l. Lucius. ff. de vulg. Sic consuluit Bal. consil. 270. quidã Nicolaus. col. 2. in 5. vol. & consil. 319. eod. vol.

Vel

Vel poteſt dici, quod in caſu noſtro non eſt uitiata ſubſtitutio expreſſa, ſed ſub caſu expreſſo, uenit tacitus, ut ſupra dixi, & nunc dicam ponendo caſus.

Decimum non obſtat, quia in caſu mihi propoſito non eſt peccatum in forma, ſed materia, quia facta eſt ei qui non erat, & ſic, ſi non ualet, quod ago, ut ago, ualeat ut ualere pōteſt. l. ſi unus. §. fin. ff. de pact. l. 1. de iure codicill. Et ideo maius eſt peccatum in forma quàm in materia. Bart. in l. an inutilis, in princ. ff. de acceptil. Non obſtat l. quidam refertur, quia dicit quod debet eſſe perſona cui detur. ſi tamen fiat ſubſtitutio illi, ſi non cœperit ualet: & ita loquimur, cùm ſubſtitutio ſit conditionalis inſtitutio l. 1. & l. poteſt. ff. de uulg. l. in ratione. in prima. §. quod uulgo. & ſeq. ad leg. Falci. Alber. & alii, in rubr. illius titu. num. 3. & Lancel. Polit. in tract. ſubſtit. in princ. in 2. q. in fin. Iaſo. in l. 3. ff. de acquir. hæredit.

35 Vltimò, non obſtat quod † ſubſtitutio tacita non admittatur contra matrem: quia ſuprà reſpon. quando eſt ominò tacita, ſecus in expreſſa uerbis generalibus, ut eſt illa quę comprehenditur in compendioſa, de qua hic loquimur. Et per hoc patet R. D. Epiſcopū ex illa ſubſtitutione uocatum, &, ut melius quiſque doctus poſſit cognoſcere pono aliquos caſus, quibus uiſis dignoſcitur ueritas huius quæſtionis.

Primus caſus eſt, quando teſtator ſic ſubſtituit. Et caſu in quem non ſupereſſent filii maſculi, ſed naſceretur mihi filia una, uel plures, & ſupereſſet, ſubſtituo ad dimidiam partem hæreditatis Sempronium, ſi nulla filia nata fuerit Sempronius ſubſtitutus excludetur à dimidia. Cum in caſum, cum naſceretur una filia uel plures ſit tantum ſubſtitutus, & patet, quia non eſt uocatus niſi ad dimidiam, & ita conſuluit Angel. de Rigos in conſil. 93. uiſis, & inſpectis. col. penul. Et ſic de æquitate contraria opinio eſt uerior, & tenē-

36 da, cum † æquitas rigori ſit præferenda l. placuit. C. de iudic. ut tenet Imol. & Bened. in repet. c. Raynutius. de teſtam. in materia uulga. ſubſtitutio. Et quia hic eſt caſus à noſtro diuerſus, ad alios pertranſeo.

37 Secundus caſus eſt, ſi fiat ita † ſubſtitutio ſi poſthumus non naſcatur Titium ſubſtituo nō comprehenditur, ſecundum aliquos, quando natus eſt & non fuit hæres, uel eſt mortuus in pupillari ætate, per l. fi. C. de inſtit. & ſubſtit.

Contraria tamen opinio eſt uerior & æquior, ut not. doct. in d. l. 1. ff. de uulg. & ſuprà dixi, de intellectu d. l. fin. Et quia non tangit caſum noſtrum ad alia percurro.

38 Tertius caſus, † quando ſic facta eſt ſubſtitutio, ſi poſthumus me uiuo deceſſerit, Gaium ſubſtituo, ſi mortuo teſtatore decedat nō ueniet ſubſtitutus, nec ſi hæreditatem repudiet. Angel. in l. 1. §. 1. ff. de uulg. per l. ſi mater. §. fi. illo titul.

Quia illa ſubſtitutio ſi me uiuo deceſſerit, dicitur facta vno tempore. Ergo non traheretur ad aliud tempus. l. ſi ita quis. ff. de vulg. Socin. conſil. 76. uiſis. col. 4. uerſic. 4. ad idem. in 3. uol.

Licet contrarium teneat Bart. & alii in d. l. 1. Et iſta opinio eſt uerior teſte Bened. in repe. c. Raynutius, in uerbo, ſi abſque. in 2. num. 29. de teſtam. ſecudum quam conſuluit. Bald. conſil. 170. quidam Nicolaus. in 5. uolu. nec tangit caſum mihi propoſitum, ideo non inſiſto.

39 Quartus † caſus eſt ſi ſubſtituatur poſthumus, ſi me uiuo naſcatur, non includitur ſi naſcatur poſt mortem, poſtquam unum ex indiuiduis expreſſit. l. ſi paterfam. & ibi Imol. ff. de hęred. inſtit. Bart. & alii in l. Gallus. §. & quid ſi tantum, & l. Lucius. ff. de uulg. Socin. conſil. 76. uiſis. col. 3. nū. 4 in 3. volum. de ueritate huius caſus ibi latius dicitur, non tranſcribo cum non reſpondeat ad rogatum.

Quintus caſus eſt, ſi teſtator inſtituerit poſthumum naſciturum ex uxore pręgnante hæredem, & ſi deceſſerit ſine liberis, ſubſtituit poſthumum, ſecundo naſciturum, & huic, ſi ſine prole decederet, ſubſtituit Antonium: primo nato moriente, ſine liberis, ſi ſecundus non fuerit natus, non ueniet ſubſtitutus Antonius. Tum primò, quia d. Antonius erat ſubſtitutus ſecundò, quia nullum ius habuit in bonis, ergo nec ſubſtitutus illius cum ſubrogatum debeat ſapere naturam eius in cuius locum ſubrogatur. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautio, & ſupra dixi. Tum etiam quia illa ſubſtitutio de ſecundo erat inutilis. l. utrum. ff. de rebus dub. Ergo aliam utilem non poterat facere. arg. l. nullus. in 2. C. de decur. Dec. conſi. 238. proponitur. col. 2. viſo puncto. & conſil. 428. licet in caſu. & conſil.

40 Item ſubſtitutio fuit ſub conditione duplici, uidelicet ſi ſecundus naſceretur, & decederet in pupillari ætate, uel poſt ſine prole, ſed ille non natus decedere non potuit. l. qui duos. ff. de manumiſſ. teſta. Ergo excluditur ſubſtitutus, & ita concludit. Ioan. Andr. in additio. ad Specul. in titu. de teſtam. in §. imprimis. in ult. additio vbi adducit alias rationes, quas ibidem licet videre, & eas tranſcripſit Oldra. Ioan. Andr. amiciſſimus Tritenemio in libro deſcripto Eccleſiaſticis. in vita Oldrad. credatur. uel Ioan. Andr. ab eo habuit cum Oldrad. prius facti munus impleuerit, uidelicet anno 1530. à Ioan. Andr. anno 1548. nec curo. ſed uide Oldrad. conſi. 177. teſtator loquitur. Ioan. de Anan. conſilio 66. uiſis. Socin. d. conſil. 66. uiſis teſtamento. coll. 4 uerſic. quinto eadem concluſio. in 3. uol. idem Socin. & alii in d. l. j. in 2. q. Bar. & Bened. ubi ſupra nu. 40. Dec. conſi. 89.

Licet contrarium teneat. Lancel. Polit. in tracta. ſubſtitutio. de uulg. coll. 74. uerſic. aliam etiam quæſtionem. Et hoc propter mentem teſtatoris, qui uidetur cogitaſſe in omnem euētum ut ſuccedat ſubſtitutus excluſa matrē communis eſt tenenda. Licet aliis fundamentis eam in præſentiarum non firmem, cum ſit diuerſus caſus à noſtro, quando per maius otium licuerit, multa ſuper hoc dicam.

Sextus caſus eſt, quando teſtator ſubſtituit liberis ſuis, filios maſculos, quos filia tempore mortis habebit, ſi id temporis nullos habeat, tamen poſt mortem habuerit, ſi non erant concepti tempore mortis excludentur. Et ita iudicatum fuit in venerabili Parlamento Delphinali teſte Guid. Pap. in q. Delphinal. q. 511. pater in teſtamento, nec caſum noſtrum tangit.

41 Vltimus caſus quando † teſtator inſtituit filium ſuum ſuperſtitem, & eidem ſubſtituit poſthumum naſciturum, & ſi poſthumus decedat ſine liberis ſubſtituit fratrem: & in hunc caſum ſi non fuerit natus poſthumus veniet ſubſtitutus, & hic eſt caſus noſter, & hanc deciſionem tenet Alber. in rub. ff. de vulg. colum. 16. num. 23. dicens ſe habuiſſe de facto & de conſilio plurium peritorum, ita fuit iudicarum quod ſequitur (licet non alleget) Bal. in l. fi. col. 2. C. de inſtit. & Bal. in ſuo apparatu ſubſtitutionum. coll. 8. uerſic. quæro facta eſt. Lanfranc. in repetit. l. Centurio. in mater. uulg. ſubſti. conclu. 10. ff. de vulg. Alex. & alii in l. 2. in 2. q. prin. Bar. ff. illo tit. Lancel. Polit. in tract. ſubſtit. de uulg. col. 66. Benedict. in repetit. c. Raynutius in uerb. ſi abſque, in 2. de uulg. nu. 33. cum ſeq. & nu. 100. & ſequen. dicens eſſe rationem ualde æquā, & ſecundum eam iudicandum. Fulgoſi conſi. 49. ex facto.

facto.Dec.consil.217.in casu. col. penult. consil. 238. proponitur.col.2.Cor.consil.276.uiso.col.5.uersic.& præterea.Bolog.consil.9.ut in præsenti.col.2.Et cum ista quæstio olim fuisset agitata in uenerabili Parlamento Delphinal.sic fuit consultũ, & ut reor iudicatum, & rectè super testamento nobilis Alberti de Turre, ut refert Curtius in consil.52.super testamento. in ultimo dubio.Igitur cum non dubitetur senatũ ius facere posse.l.non ambigitur.ff.de legib.in hoc potuit facere ius.cum doct.quæstionem tam confusam tradiderint ut uix possit eligi vera opinio, ante illorũ decretum, nunc uero necessarium est hoc tenere cum iuri sit conforme, & consuetudini, ac ita fuerit iudicatum per R.P.qui omnia iura in scrinio pectoris habet iuxta text.in c.1.de constit.lib.6.l.omnium.C.
42 de testam.ubi † princeps dicitur habere iura in scrinio pectoris, uidelicet in suis consiliariis, inter quos floruerũt Delphinen. Barb.in rub.de testam.col.36.Consequens est ut consilium.Pet. Anch.consi. 156. ex serie magnopere nobiscum faciat,quia ibi inter nobiles excluditur mater substituta propter fratrem non substitutum, à fortiori hic frater substitutus repellet matrem, & uxorem,& filiam non substitutas,& nomen & arma in domus eo remaneant, & non pereant, quod satis lugubre est.l.lex quæ tutores.§.nec domũ. C.de administr. tutor. & mulieres sunt finis familiæ. l.pronuntiatio.§.fin.ff.de uerbor.signific.quare noluit testator extantibus masculis ut familia Alamandi, tam nobilis expiraret. Ideò semper prætulit, & in omni casu masculos. Et sic clarum est R. D. Episcopum ex mente testatoris uenire & eidem succedere posse.

Secundò, est ibi casus diuersus, quia testator substituit uxorem tunc & eo casu quando filii nascerentur, & decederent sine filiis masculis.Ergo alios casus uidetur excludere,quos comprehendit substitutio.ut not.in d l.cum proponas. C.de hæredib. instit. & in d. l.1. & ita per alias rationes concludit Anch. d. consil. 356. pro fratre.

43 Nam † dictio, tunc, denotat extremitatem temporis l.in substitutione.ff.de vulg.l.3. §.fi. de conditio. & demonstr. l. huiusmodi. de uerbor. oblig. & quando dictio, tunc, apponitur in substitutionibus in casu tãtum expresso habet locum substitutio, vt consuluit Dec.consil.89. uiso puncto. quæ non fuit apposita in casu nostro, ergo sumus in casu diuerso. Dec. consil. 42.in casu.col.1.& consil.332.uisis consiliis.Et sic concludo R.dictum episcopum Gratianopol. dicti nobilis Caroli fratrem, ex testamento & substitutione admittendum.

44 Secundò, † quæro an R. Episcopus possit habere vsumfructũ? & quid debeat habere? & uidetur quod nihil R.D.Episcopo debeatur. Quia quando relinquitur cuipiam usufructus, non debetur nisi adita hæreditate.l vna.§.in nouissimo.C.de caduc.tollend.l. cum ita.§.fi.ff.quando dies leg.ced.& hæreditas non potest per substitutam filiam ante mortem R. D. Episcopi adiri. Ergo usufructus eidem non debetur, sic consuluit Rom.consil.71.uisis dubiis. Paulus consil. 280. uisis dubiis. col.1. & seq.in. 1.uol.

Secundò facit,in certis non est locus coniecturis.l. continuus.§.cum ita.de uerb.oblig. Certum est quod testator legauit vsumfructũ R.Episcopo, ergo usumfructum habebit & non aliud.

45 Tertiò, † miles si instituat in una parte hæredem, in altera non uidetur decedere intestatus. l.1. & ibi. doct. C.de testam.milit. & l.si miles vnum. ff.eod. sed in hoc testamento miles est testatus de vsufructu tantum, ergo proprietatem uidetur uoluisse relinquere uenientibus ab intestato. iux.l.conficiuntur.ff.de iur. codicill.

His tamen, licet urgentissimis non obstantibus, tenendum censeo R.D.Episcopum habere debere tam vsumfructum,quam proprietatem. Primò,per tex. in l.species.ff. de aur. & arg. leg. & l.fi.de vsufru.ear.rer. quæ vsu consumunt. ubi in legato usufructus uenit proprietas, sic & hic l.donationes.in concubinam. §. species.ff.de donatio.ubi si res fuerit donata ad usum, censetur relicta proprietas. sic & hic per illam clausulam, cum plena & integra. &c.Bal.consil.373. considerandũ.in 2.vol.& consil.291.dominus.Bar.in 3.vol.

Secundò, qui uult consequens, uult & antecedens necessarium ad illud ff.de acq.hæred. in l.j.coll.3. ff.de transactio.& l.duobus.§.fi.de iureiur.& l.1.§.denique. num.5.ad Trebell.& l.fin.num.6. C. de hæred. instit. Bart.in l.ex hac scriptura. col.2.uersi.sed contra prædicta. ff.de donat. Sed testator uoluit quod fratre posset instituere hæredem,ut patet,ergo uoluit antecedens, scilicet ei relinquere proprietatem de qua testaretur, cum de vsufructu non posset testari. l. qui fructus. de vsufruct.legat.

46 Tertiò, † in testamentis debet plena fieri interpretatio. l.in testamentis.ff. de regul. iur. glo. & doct. in l. fi. de constitutio. in princip. cap.cum dilecti.extra de donat.maximè quando datur coniunctio. l. cum alienam.C.de leg. c. filius.de testament. Ergo & hic fiet plena interpretatio, ut proprietas fratri testatoris uideatur legata.

47 Quartò, quando quis † permittit alicui ut re sua utatur, ac si dominus esset, uidetur eidem relinquere proprietatem.text. in authent.de restitutio.in prin. & ibi Angel.coll.8.sed testator permisit quod Reuer. Dominus Episcopus vteretur illa hæreditate, ac sua, instituendo & ponendo hęredem,ergo uidetur ei reliquisse proprietatem. Et hoc totum facit uoluntas testatoris: nam quidquid senserit spectandum est.l.ex facto.in magna.versi.rerum autem. ff.de hæredib.inst.

Quintò, uerba debent de aliquo operari, in testamẽtis, maximè.l.si quando.ff.de leg.1. & idem dicunt ibi Alber.& Pau.in legibus,statutis,consuetudinibus, contractibus & aliis actibus.Bal.in rub.C.de contrah. empt.q.9.Felin.in c.1.collat.4.uersic.priuilegium cõtinens.de rescrip. Præpos.in c.pastoralis. coll.2.de appella.Ias.in l.fina.coll.2. ff.si cert. peta. hic nihil operarentur illa uerba plena & integra, nisi intelligeremus relictam proprietatem R.D.Episcopo, ergo censetur
48 eidem relicta.Imò † uerba improprianda sunt ut defuncti voluntas nõ sit frustratoria. l. pater Seuerinam. §. conditionum uerba. ff. de conditio. & demonstr.l. proculus.ff.de vsufruct. l.1.ibi deprecor te curam rerũ habere.de cõfir.tutor.l.uerbis.& ibi Vincẽ.ad leg. Falc. Ias.in l.qđ dicitur.in 2.not.4.ff.de uerb.oblig.& l. stipulatio ista.§.hoc quoque.illo titu.Dec.consi.248.uisa petitione.col.3.uersic.& retenta. cumulaui latè in omni materia procedere.in l. & puto. §.1.ff.famil.herciscun.

Sextò, ista uerba cum plena, cẽsentur apposita contemplatione R.D.Episcopi fratris,& sic habent augere legatum, potius quam diminuere.l.Titio in princ. ff.de condit. & demonstr. & verba apposita ad augendum nõ debent operari diminutionem. l.legata inutiliter.de leg.1.Sed hic fuerunt apposita ad augendum, quod patet ratione illius dictionis cum, quæ coniunctim ponitur. l.Titiæ.textores.§.2.ff.de leg.1.si quis ancillas. instit.de leg.l. si mulieri. ff.de vsufr. accrescend. Igitur voluit cõiungere proprietatem cum vsufructu per illa verba cum plena.&c.

Septimò, ratione personæ,vtpotè quia est testatori coniun-

coniuncta, dispositio illius ampliatur ac extenditur. l. si seruus plurium. §. fin. ff. de leg. 1. Et sic debet hic esse, vt propter coniunctionem fraternam nos præsumamus vsumfructum cum proprietate datum.

49 Octauò, suadetur ex verbis nominandi, † quia quis debet nominare hæredem in testamento suo. l. iubemus. C. de testam. Item est verbum ponendum, quod idem est quod collocandum, seu constituendum. & habetur Ioan. 10. c. Propterea me diligit pater, quia ego pono animam meam, ut iterum sumam eam, nemo tollit eam à me, sed ego pono eam à meipso: & potestatem habeo ponendi eam, & potestatem iterum habeo sumēdi eam. c. in quadam de celebr. miss. & Ioan. 15. Maiorem hac dilectionem nemo habet quam vt animam suam quis ponat pro amicis suis. cap. qui vult. de pœniten. distinct. 2. & c. nisi. cum pridem §. verū. de renuntiat. Est postea instituendi, quod verbum apud iurisconsultos notum est, per totum tit. de hæredib. instituend. Et sic ex omnibus his uerbis patet quod testator voluit vt R. D. Laurentius uocaret, nominaret, & instueret hæredem in bonis sui fratris. Ergo fratri uidetur reliquisse ea.

50 Nonò patet, quia cum † duplex sit vsusfructus, uidelicet causalis & formalis. glo. & Docto. §. 1. inst. de vsufruct. l. rectè dicimus. ff. de verbor. significat. Doct. in l. qui vsumfructum. de uerbo. oblig. Ias. in §. æque. in col. 1. num. 4 instit. de actio. Cepol in tract. de serui. rub. de vsufruct. col. 3. Ideò testator relinquēdo vsumfructum, videtur intellexisse de causali. Et sic de illo qui est iunctus cum proprietate, & illum videtur R. D. Episcopo dedisse, cum uerba & mens huic conueniant. Et videtur consuluisse in simili causa Anch. consil. 128. si huic.

51 Item, † appellatione vsusfructus venit vtile dominium. tex. & ibi doct. in l. 1. in prin. ff. ad Trebell. l. 1. si ager uectigal. uel emphy. petatur. & Paulus in d. l. 1. ad Trebell. c. vno in fi. in quib. caus. feud. amit. quod inducit ad statuta loquentia de vsufructu, vt extēdantur ad habentes dominiū vtile, licet ea statuta sint strictè intelligenda. l. 4. §. hæc aūt uerba. ff. de neg. gest.

Decimò, à fortiori, in casu nostro, vbi est materia fauorabilis & extendēda facit l. proculus. ff. de vsufru.

52 vbi si † legetur vsusfructus rei prohibendo ne legatarius seruitutem imponat, uidetur legare proprietatem. Idem dicit ibi Bald. quando testator legat vsumfructum rei, cum hoc quod non possit eam alienare, videtur proprietatem legare, vt verba aliquid operentur. Ita consuluit Roma. consil. 206. licet col. 2. etiam si testator diceret lego tantum vsumfructum. Ita Alexand. consil. 150. viso themate. col. 1. vol. 7. & in l. si cōstante. in princ. ff. solu. matr. Francis. Cremen. sing. 27. maritus. Tho. Ferra. caut. 2. Socin. consi. 210. satis anceps. in 2. vol. & consi. 260. in causa. coll. 3. in eod. vol. Fulg. consil. 14. circa primum. coll. pen. & seq. & Lancel. Galio. in repetit. l. Centurio. col. 94. ff. de vulgar. sic & quando concedit vt vsufructuarius possit alienare. Barb. consi. 64. clementissimi. & c. capio. in vlt. dubio. vol. 2. & in repet. c. Raynaldus. col. 51. de testa. quia cōtrariorum eadem est disciplina l. 1. de his qui sunt sui vel alieni iur. §. 1. instit. illo titu. glo. in rubr. de acquir. possess. & ibi latè Doct. Et sic hic permittendo hæredē instituere quē sibi uidebitur, dare proprietatē cēsetur.

Vndecimò, magis ad rumbum probatur, quoties testator voluit legare id quod proprietati cōuenit, & vsufructui repugnat, proprietatem legare ex mente

53 uidetur. arg. d. l. proculus. Nam † modus & forma à disponente traditus declarat eius mentem. Et ex ea augetur effectus, secundum Bald. ibi. Sed in casu nostro ista uerba dedit, reliquit & legauit, R. D. Episcopo fratri suo, omnes & quoscunque fructus, & vsagium fructuum, omnium bonorum suorum, mobilium & immobilium cum plena & integra potestate nominandi, ponendi, & instituendi vnum hæredem in dictis bonis, talem qui sibi videbitur cōueniunt proprietati, ergo proprietatem uidetur reliquisse.

Quod conueniant ea verba proprietati patet, quia vsusfructus finitur morte. § finitur. instit. de usufruct. ergo testator non potest concedere ut de eo teste-

54 tur. d. l qui fructus. ff. de vsufruct. lega. Imò † testator expresse dicit cum plena & integra potestate nominandi, ponendi, & instituendi hæredē in dictis bonis. Ecce quod voluit vt testaretur de bonis, ergo ea videtur reliquisse ex illis uerbis cum plena. &c.

Item dicit potestate, ac si diceret ius potestasque esto fratri meo ponendi, instituendi hæredem in meis bonis vt dicit text in l. 1. ff. ad leg. Falcid.

55 Item quia in † dubio miles uoluisse videtur testari, secundum ius commune. l. quamquā. & ibi latè Alex. & Ias. C. de testamen. militar. Sed ius cōmune supra allegatum vult vt proprietas censeatur relicta ex illis verbis ergo & hic censebitur relicta. Et ita in terminis nostris consuluit Cuma. consi. 120. seu Petrus. vbi cōcludit quando legatus est vsusfructus uel fructus rei (cum paria sint) tex. in l. cum ita. & l. fundi. ff. de vsufru. leg cum potestate ordinandi & disponendi de illo quod proprietas censetur legata. Ergo & in casu nostro clarissimè patet, vsumfructum cum proprietate relictū R. D. Episcopo. Tum propter fratris dilectionem, ut supra dictum est, tùm ob illa uerba plena: nam quando quis dat plenum ius in re, videtur dare & vsumfructū & proprietatē, & totale ius quod in re habet. l. mater & ibi Bal. C. ad Tertul. l. si ita stipulatus fuero. si Titius § j & ibi Areti. Ias. & alii. ff. de ver. obligat. l. fœminæ. §. fina. C. de secund. nupt. melius Bal. consi. 383. quando in 3. volu. Guid. Pap. in decis. Delphin. quæst. 537. dixi sup. vbi decidit quod censea-

56 tur † prohibita Trebellianica per illa verba pleno iure. Felyn. in c. conquestus. col. 1. de for. competent. & in c. auditis. col. 3. de præscr. Alex. consi. 208. uiso. in 2. uol. & consi. 162. uisis. in fi. in 6. vol. & consil. 140. uiso. in 7. uol. Plus addidit testator adhuc maiorem erga fratrem affectionem ostendens uerbū integra. Licet uerbum plenum exponatur, idest integrum & sine diminutione Bal. consi. 293. thema. in 4. vol. per tex. in c. cui. de non sacerdotali. de præben. lib. 6. tamen integrum, id est sine aliqua diminutione. l. 2. §. ad filiorū ibi integrum nullaque parte minutum. C. quando & quib. quart. pars debeat. lib. 10. Clemen. dudum. in uerb. integrè. §. uerum. de sepul. c. vlti. & ibi Card. & Dec. de confirmat. util. Lucas de Penna in l. hac lege. C. de proxim. sacror. scrin. lib. 12. Alex cons. 141. viso testamento. col. vlt. in 2. vol. Corset. in singul. incip. integrè. Et sic videtur, uoluisse ut plenè & integrè testaretur, tam de usufructu, quam proprietate. nam ista uerba plena, & integra sunt plenissima, ut testatur Anton. de Butrio. consilio 19. quia hic agitur. Item sunt uerba geminata quæ de aliquo debent operari. l. Balista. ff. ad Trebel. uidelicet, ut D. Episcopus postquam nō habet filios, utpotè quia episcopus & ecclesiasticus, habeat fructus omniū bonorum in uita, quia alia nō habēt uiri ecclesiastici. c. 2. de donatio. Verum quia potuisset quis dubitare an solū usumfructū in uita uideatur habere, ad hoc ut nō possit disponere, sed teneatur relinquere uenientibus ab intestato. Et testator in hoc prouidit dans eidem potestatem nominandi, ponendi, & instituendi hæredem in bonis suis

X talem,

talem,qualis sibi videbitur, cum vsumfructum causalem,primo quoque tempore testator reliquerit.

Nec obstant in cōtrarium adducta, primum quod vsusfructus non debetur non adita hæreditate quæ hic non potest adiri,quia dico,quod hic non erat relictus vsusfructus solus, sed & proprietas, vt supra satis abundè probaui. Et sic cum istud sit certum ex voluntate testatoris,nec erit opus coniecturis. Nec obstabit vltimum, quod testator videatur proprietatem reliquisse venientibus ab intestato,quia verum esset si nō addidisset illam clausulam cum plena & integra,saltē fuisset dubium. Et per hoc est enucleata secunda quæstio,videlicet quod tam vsusfructus,quam proprietas censeatur R.D.Episcopo relicta.

57 Nec obstat, si dicatur † verbum, relinquo quando est iunctum vniuersitati bonorum, importat institutionem.glo.in l.his verbis.ff.de hæredib.instit.glo in §. sin verò nulla.in ver.relictis.in auth de hæredib.& Falcid.col.1.Bar.in l.cogi.in prin.ff.ad Trebell.tex.in cap. Raynutius.de testam.Philip.Franc.in c.si pater.in glo. magna.nu.46.cum seq.de testam.lib.6.cum alijs quæ possent allegari. Si tamen iunctum sit vsufructui omnium bonorum non importat institutionem,hoc tenuit expresè Anto.de Butrio.consil.15. visis themate.col.ult.Respondeo hoc verum esse,quando simpliciter relictus esset usufructus, secus hic ubi & proprietas est relicta, ut supra probaui: nam miles ignarus uerborum directorum uel obliquorum, dicit do, relinquo,lego usumfructum cum plena potestate instituendi hæredem, uoluit tātum dicere ac si dixisset, substituo fratrem,in omnibus meis bonis, de quibus uolo quod testetur, uolo alioquin quod ueniant ad primigeniam filiam testantis. Et ista est uera mens testantis,quæ est sequenda.l.in conditionibus. ff.de conditio. & demonstrat.

58 Vltimò, † pro illa parte iudicari debet,pro qua plures & efficaciores faciunt rationes. c.licet in fi.de probat.c.duo mala.& ibi glo.13.dist.Anch.consil.171. casus est talis. coll.3.pro parte R.D.episcopi sunt plures & urgentiores rationes, ut patet liquidò per supradicta, ergo pro illo est iudicandum, nisi à iure & ratione discedere libeat.

59 Postremò, an illa dispositio qua † concessa est R. D.Episcopo potestas instituendi, ponendi, & nominandi hæredem,ualeat,& uidetur quod non, quia uidetur esse captatoria, quæ nō ualet.l.captatorias. ff.de hæredib.instit.l.captatoriæ.de legat.1. Etiam in testamento militis.l.captatorias. C. de testamen.milit.Ne quod in eorum fauorem est introductum, in eorum odium retorqueatur.l.quod fauore. C.de legib.

Secundò,non uidetur ualere quia ex alieno depen
60 det arbitrio,& † uoluntas quæ ex alieno pendet arbitrio reprobatur.l.illa institutio. ff. de hæredib. institu. assignat ibi.glo. rationem quam uidere licet.

61 Tertiò, † testator ore proprio nominare hæredem debet.l.iubemus.C.de testam.. Et sic non potest committere alteri ut nominet, quia uidetur personale beneficium quod personam non egreditur. l. quia tale. ff.solu.matrim.regul.priuilegium.de reg.iur.in 6. Cōtrarium sentio, quod suadetur tū iure diuino. 4.Reg. c.10. ubi Iehu populo & optimatibus commisit ciuitatis, ut meliorem de filiis Achab in Samaria qui eis placeret eligerent,& super solium patris sui ponerēt; qui pro domo domini pugnaret,sic & strenuus quondam miles d. Carolus potuit committere deficientibus masculis R. D. Laurentio fratri suo ut nominaret, & institueret hæredem qui pugnaret in domo domini Caroli tuendo nomen,& arma domus,& familiam cōseruaret. Tum iure canonico, per quod potest quis suam dispositionem alterius voluntati,& arbitrio committere, & ob hoc nō moritur intestatus. cum tibi de testamen.& ibi multa fundunt Doctor.

62 Tertiò, † iure ciuili licet non possit quis per alium testari,tamen benè potest consentire,quod alius de rebus suis testetur, & tale testamentum valebit, non vt testamentum concedentis, sed vt testamētum facientis.tex.solemnis in l.sicut.§.venditionis. ff. quib.mod. pign.vel hypothec.soluit.Bald.in c.1.§ præterea.quib. mo.feu amitt.c.vno.§ donare.col.2.qualiter feu.aliena.possit.in l.venditioni.in prin.C.de vsucap. pro emptor.Bened. in repetit. c.Raynutius. in verb.condidit. in 1.num.2.de testam. Requiritur tamen quod expresè hoc permittatur,alioqui nō valet.Ias.in l.cum proponas.in 1.C.de pact.& l.si quando.§.fi.col.2. de inofficios.testam.facit quod no.Bar. & alij in l.quæ dotis. ff. solut.matrim Panorm.& cæteri.in cap.nonne.de præsumpt. Expresè consentiit D.Carolus & R.D. Episcopus haberet bona & de illis testaretur. Ergo valet, & maximè quia reliquit bona, vt supra probaui.& d l.sicut loquitur quando testator non reliquit bona, sed tantum permittit de re sua testari, hic de re propria testari potest R.D.Episcopus.

Nec obstat quod testatoris dispositio captatoria
63 non valet,fateor, at hic non est captatoria: † nam captatoria est quando voluntatis substātia in secretum alterius absolutum committitur.d.l.captatorias.ff.de hæred.instit.vtpotè si dicat instituo quos Titius voluerit, vel si voluerit, posset enim contingere quod Titius nollet, & sic testator decederet intestatus, vel si Titius vellet,haberet talem hæredem de quo testator nunquam cogitauerat.Consequens est vt talem volūtatem iura abhorreant, etiam militis, cum sit ei fauorabilis.vt not.Alex.& Ias.in d.l.captatorias. C.de testa. milit.sed uoluntas non est talis. ergo &c.

Nec obstat quod uideatur dependere ex alieno arbitrio,quia si bene consideretur non pēdet. Imo testator rectè testatus est instituendo filium suum Laurentium hæredem, postea eidem substituit posthumum masculum nasciturum. Et si is posthumns sine liberis masculis decedat R. D. Laurentio legauit omnes fructus,& vsumfructum omnium bonorum suorum,cum plena & integra potestate nominandi, ponendi, & instituendi hæredem qui sibi videbitur. En ergo quod in arbitrium alterius non confertur volūtas,sed quia posset dubitari eo quòd R.D.Episcopus, est Ecclesiasticus & sic nō habet ex se hæredem.Ideo voluit eidem declarare voluntatem apertè testator, quod permittebat eidem vt testaretur de dictis bonis peruentis ad eum,& quod institueret quem vellet.

Præterea non obstat quod ore proprio debet nominari hæres, concedo etiam D.Carolus eundem nominauit,sed voluit etiā quod R. D. Episcopus nominaret sibi in bonis quæ ab ipso haberet,ne peruenirēt
64 ad filias,per quas † familia non cōseruatur, nec agnatio vt supra satis superque dixi, sed finitur & destruitur.l.pronunciatio.ff.de verbor.signific.

Dicet quis, ista concessio testandi nullius est mo-
65 menti: nam † principis supremi est concedere facultatem testandi.l.si quando. C.de inoffic. testa. vel Romani Pontificis.c.1.& ibi no.de testam. Ergo non potuit concedi per militem D. Carolum. Respondeo, hoc verum quando vellet concedere ei qui alias non posset testari.vt d.l.si quando. Sed uidebatur quod R. D.Episcopus non possit testari,ut in d.c.1. Respōdeo ibi loquitur de bonis ecclesiæ uel de acquisitis intuitu ecclesiæ: sed de patrimonialibus bene potest te sta-

ri, vt ibidem dicitur. Et hoc approbat consuetudo vt dicit gl. in §. quod si ecclesia. in versic. acquisitis. de annuat. in prag. Sequitur d. Boer. in consuet. Biturig. in §. 1. & §. 6. de testam. Et sic cogitauit D. Carolus, quod si R. D. Episcopus nollet testari quod bona peruenirent ad Guigonam filiam suam.

Concludo ergo voluntatem militis esse validã concedẽtis R. D. Episcopo vt testaretur. Et hoc salua correctione melius sentientis. iuxt. l. Claudius. in fi. ff qui potior. in pignor. habeant. Et licet alia dubia hic essent tangenda, quia de his nõ sum rogatus ea missa facio. Et in fidem præmissorum me subscripsi.

RESPON. CLXXXIII.

Consultation contre certain arrest de Tholouse, donné contre concubineres publiques, mesmement contre personnes ecclesiastiques, faicte par l'Euesque de Montaubam, comme Syndic constitué en c'est affaire pour le clergé de Tholouse, auec douze Aduocatz de la court de Parlement, dont Monsieur Riant estoit le rapporteur, & duquel i'ay recueilli ceste consultation.

SVMMARIVM.

1 *Criminum personarum ecclesiasticarum correctio ad quos spectet.*
2 *Arestum prætensum quid sit, & quæ ad veritatem aresti requirantur.*
3 *Lex quæ dat ius ecclesiæ, an auferat iurisdictionem, & authoritatem iudicibus Regijs, & secularibus.*
4 *Concubinatus correctio, respectu ecclesiasticorum, ad quos spectet iudices.*
5 *Confusio in iurisdictione temporali, & ecclesiastica.*
6 *Casus priuilegiatus an habeatur in concubinatu.*



Eu vn pretendu arrest du Parlement de Tholouse du 26. Octobre dernier, temps de vacations. La requeste presentee au clergé pour les Syndictz du clergé de la Prouince de Tholouse, & ressort du Parlement d'icelle.

Le conseil soubsigné a esté d'aduis que contre ledict pretendu arrest y a nullité, incompetence, entreprinse notoire & abusiue contre l'authorité de l'Eglise, vsurpation des droicts reserués au Roy, erreur en faict & en droict, contreuention aux saincts decrets & Concile de Basle, Ordonnances Royaux, arrests des Cours souueraines, diffamation de l'estat ecclesiasticque, irrogation, & occasion de commouuoir le populaire contre les gens d'Eglise, licence donnee de vexer & trauailler les gens d'Eglise, & autres infinies fautes & erreurs de droict.

La nullité, incompetance & entreprinse est, car par le droict diuin, viel & nouuel testament, Conciles generauls de l'Eglise, constitutions canoniques approuees par les Roys, constitutions ciuiles, les Ordonnances, la correction des crimes des gens d'Eglise, & clercz, etiam *mariez appartient priuatiuement aux prelatz d'Eglise, & non aux autres. Vray est que si c'est vn crime priuilegié, pour le cas priuilegé, les Iuges seculiers les peuuent mulcter, hic autem de his non est quæstio, comme il sera dict cy apres. Ne peut donc estre ce pretendu arrest appellé arrest, car pour estre arrest il faut qu'il soit donné,* caussa plenissimè cognita, & partibus auditis. *autrement le iugement est nul. Or ledit iugement abusif, est interuenu contre les prelatz de l'Eglise & leurs subiects, sans les y appeller sans les ouyr, partant ce n'est point arrest pour leur regard.*

Et il y a nullité patente & oculaire, & euident erreur, en faict, & en droict, auquel cas par l'Ordonnance du Roy les Iuges sont tenus de leurs iugemens, & faciunt litem suam.

L'vsurpation sur l'authorité du Roy est. Que c'est vne Loy & edict promulgué soubs le nom de la chambre des vacations, Loy, inquam *qu'il baille & impose à l'Eglise, & oultre baille authorité & licence, iurisdiction & puissance, aux iuges seculiers, voyre aux Iuges Royaulx. Ce faict est entreprins, comme il a esté dict, sur l'authorité de l'Eglise, du Pape, des Conciles, &c. entrepris ce qu'est reserué à la maiesté du Roy, auquel seul comme souuerain non recognoissant superieur* inter subditos *appartient priuatiuement de faire loix, constitutions, ordonnances & edicts, en maniere que les Cours souueraines n'ont puissance que de iuger en dernier ressort, qui est crime Capital. Parquoy en quelque sorte que l'on vueille prẽdre ceste nouuelle entreprinse ou par forme d'arrest, où de loy & edict, s'il y a (comme dict est) nullité, incompetance & entreprinse, & sur l'Eglise, & sur la maiesté du Roy. Et lequel Sire Roy, & ses predecesseurs Roys, n'õt oncques voulu entreprendre correction, des meurs & vies des gens d'Eglise.*

Vray est que du temps de Philippe le Bel y eust quelque different, mais ce n'estoit pas pour auoir la correction des gens d'Eglise, ains pour les iustices temporelles que tenoient les Eglises, & Prelats, & encores est demeuré en son entier.

Doncques a esté entreprins par la chambre des vacations, ce que le Roy ne voudroit faire. La controuention aux saincts Conciles, desquels le Roy est protecteur en sa dicte Eglise Gallicane, est notoire : car par tous les Conciles la puissance de l'Eglise, in clericum est priuatiue *aux prelats d'Eglises. Mesmes pour le faict du concubinage y a loy & Decret du Concile de Basle, lequel est receu en Frãce & approuuee par le Roy & les trois estats, par lequel la correction du concubinage, pour le regard des gens d'Eglise appartient aux prelats & iuges d'Eglise, & non ausdicts iuges seculiers.*

Et toutes fois ledit pretendu arrest, par dessus & contre le Concile & authorité du Roy, baille puissance aux Iuges seculiers tant Royaux qu'autres d'en cognoistre, & en faict de nouuel un crime priuilegé qui est un abus.

La contrarieté aux Ordonnances du Roy, & arrestz de la Court est oculaire. Car par les Ordonnances tant anciennes que nouelles, la correction desdicts crimes appartient seulement audict Iuge d'Eglise, & n'est point suspendue par appellation commune d'abus, & y en à arrests infinitz au Parlement de Paris.

Et toutesfois la correction en est baillee par ceste loy & edict nouuel aux Iuges seculiers.

La diffamation de l'estat Ecclesiastique est, que ledict

Edict oú lon est ex causa infamante & diffamatoria, & iniuriosa, in dedecus & iniuriã totius Ecclesiæ Gallicanæ, *tant des prelats que d'autres gens d'Eglise contre la leçon que Dieu le Createur a baillé en disant*, descendã, & videbo vtrum clamorem qui venit ad me, operæ compleuerint, *combien que Dieu sceut ce que en estoit* irrogatio infamiæ: *car il taxe la vie des gens d'Eglise, sans auoir sceu* quid sit in veritate.

Et en vne cause particuliere irrogat infamiam, saltem grauat opinionem totius ordinis, *qui plus est descend* ad particularia, *& en scandalize des Eglises particulieres, qu'il nomme par nom & surnom dequoy est chargé à perpetuité. Et l'occasion de commouuoir le peuple est faicte par ladite loy & Edict, car il est dict en termes, & effect que de la vie des gens d'Eglise Dieu à esté indigné & a enuoyé griefue pestilence, & famine.*

Cela estant inculqué au pauure populaire c'est pour assaillir les gens d'Eglise, & les deffaire comme on a faict autresfois contre les templiers. De la, & dudict Edict, vient le mespris & contemnement de l'Eglise, & des ministres, qui est ce que demandent les heritiques, & ceux qui sont allés à Geneue: quorum studiũ versatur in diffamatione ordinis Ecclesiastici Gallicani.

En maniere que lon peut dire que par le moyen d'vn Edict, inde nascitur iniuria vnde iura nasci debẽt.

Erreur en faict & en droict, in omnibus maximè *qu'il permet* indistinctè *l'inquisition est de faire ouuerture des maisons. Et toutesfois*, superior non inquirit contra subditum, nisi præcesserit infamia, *comme il est contenu au Concile General*.c.qualiter & quando. *qui est vulgaire.*

Licence est donnee par l'Edict de vexer iournellemẽt les gens d'Eglise par les Iuges seculiers. Car il leur est permis par iceluy Edict d'enquerir & visiter si cela a lieu, ils iront aux voisins des gens d'Eglise, les calũnier, pour puis les emprisonner. faire des exactions, tout cela prohibé par tous droicts, vnde surgit confusio *en la iustice temporelle & de l'Eglise. Car il dict que pour le cas priuiliege la Iustice seculiere en cognoistra, tellement que* primo loco *l'Edict de l'Eglise* pro concubinatu, *sera emprisonné es prisons seculieres, & apres es prison de l'Eglise.*

Tellement que ceste Ordonnance & loy est vn vray libelle diffamatoire basti desordonnement, & hors les termes de Iuge.

Ny faict au contre, qu'il y auroit inquisitions, car il les failloit renuoyer deuant l'ordinaire, pour y proceder selon droict & non pas de faire vng Edict diffamatoire.

S'il y auoit quelque Prelat d'Eglise erat monendus, vel superior adeundus *selon le doict & le Concile de Basle.*

S'il y auoit quelque Prelat charge, vel denuntiari debebat Euangelica denuntiatione, aut erat superior adeundus, *& non pas aller schandaliser vn ordre, cela est contre tout droict.*

De cas priuilege ny en a pas in concubinatu, *combien qu'il fust notoire*, constat *par le concile de Basle*. titu. de public. concubinar. *qui est approuue par le Roy, & son Parlement de Paris qui est le Capital.*

Pour ses causes lesdicts cleres demandeurs en Requeste ont peu aller au Roy comme superieur, & aussi comme protecteur del Eglise Gallicane, & à bonne & iuste cause ont presenté leur requeste, en laquelle ils doibuent conclurre, à ce qu'il plaise au Roy casser & annuller ledict pretendu & arrest & Edict, comme nul, incompetãment, & abusiuement entreprins. Et que le registre de ce faict en la dite Court, sera rayé en sorte qu'il n'en demeurera aucune chose es registres de ladicte Court, & entãt que besoing seroit, & subordinemment que lesdicts demandeurs soyent receus appellans, de la nulle & abusiue entreprinse de iurisdiction, & en ce faisant qu'il soit este dict, qu'il a este abusiuement entrepris, statué & ordonne. Et dautant, que non obstant la requeste presentee au Roy lon a execute ledict Edict par les Iuges seculiers, que tout ce qui a esté faict en vertu & par le moyen dudict Edict, & pretendu arrest, soit cassé, annullé, & reuocque comme attentat. Et parce que ledit nul & abusif arrest a esté imprimé en plusieurs lieux au grand scandale de l'ordre Ecclesiastique, qu'il plaise au Roy ordonner que commandement sera faict en general à tous ayans ledict arrest imprimé de le rapporter; & tout ce qui en sera troué estre laceré, afin que cy apres il n'en soit memoir, & defence de l'imprimer, & que l'arrest du Roy qui interuiendra en ceste requeste soit publicé à son de trompe, & cry public. Le tout sauf le recours esdicts demandeurs pour les despens dommages & interestz, & reparation par amende honnorable, & proffitable contre qui il appartiendra.

Sera bon auant que playder requerir que le Roy commette vn procureur du Roy en ceste cause, lequel procureur du Roy pourra appeller de ladicte entreprinse sur l'authorité du Roy pour les causes cy dessus declairees & autres.

TRANSLATIO.

Consultatio contra certum arestum Tholosanum, habita aduersus concubinarios publicos, atque adeò contra personas Ecclesiasticas, per Episcopum Montalbanensem, vt in isto negotio pro clero Tholosano Syndicum constitutum, cum duodecim curiæ parlamenti aduocatis, expedita: Cuius dominus Riant erat relator, à quo hanc etiam consultationem in ordinem redegi.

VISO quodam aresto prætenso parlamenti Tholosani, à die 26. Octobris, tempore vacationum, expedito; libello suppliciter Clero pro Syndicis eiusdem Cleri, in prouincia Tholosana & iurisdictione parlamenti eiusdẽ agentibus, oblato.

Consilio subsignato visum fuit, quòd ibi sit cõtra d. arestum prætensum nullitas, & incompetentia, inceptio notoria & abusiua contra Ecclesiæ authoritatem, tum etiam vsurpationem iurium Regi reseruatorum, atque ita quòd in facto & iure versetur error. Est & repugnantia sanctorum decretorum & Consilii Basiliensis, constitutionum Regiarum & arestorũ in curiis supremis decisorum. Diffamatio etiã est status Ecclesiastici, & irrogatio infamiæ, nec nõ occasio ad commouendum populum cõtra personas Ecclesiasticas:

siasticas: licentia quoque per hoc iam data est uexandi & molestandi Clerum, & alia infinita peccat & errata in iure committendi.

Nullitas verò, incompetentia & friuola inceptio est: nam iure diuino, ueteri & nouo testamẽto, Concilijs Ecclesiæ generalibus, decretis Canonum per reges approbatis, constitutionibus legum atque edi-
1 ctis cautum est quod † criminum correctio personarum Ecclesiasticarum, & clericorum etiam coniugatorum priuatim ad prælatos Ecclesiæ, & non alios, specter. Verum quidem est, quod si crimen sit priuilegiatũ, iudices sæculares eos posse eo casu mulctare. Hic autem de his non est quęstio, ut infra dicendũ est.

Non potest igitur hoc arestum prætensum appel-
2 lari arestum. Nam ut † arestum sit, necesse est quod sit datum causa plenissimè cognita, & partibus auditis: alioquin sententia est nulla. Prædicta uerò sententia abusiua contra prælatos Ecclesiæ & eorum subditos, non uocatos, nec iis auditis, est prolata. Quare eorum respectu d. sententia non est arestum.

Nullitas quoque manifesta, & error euidens est tam in iure quàm in facto. Quo casu ex Constitutione Regia iudices causa iudicati obligantur, & faciunt litem suam.

Vsurpatio uerò super Regis authoritatem hæc est, quòd sit lex quædam, atque edictum sub nomine
3 Cameræ uacationum promulgatum: † Lex, inquam, quæ dat & imponit Ecclesiæ ius atq; authoritatem: tum etiam concedit non tantum iudicibus sæcularibus, sed & Regiis authoritatem & licentiam, iurisdictionem & potestatem.

Hoc itaque inceptum, ut dictum est, suprà authoritatem ecclesiæ, Papæ & Conciliorum extenditur: Estq; reseruatum maiestati Regis, ad quem solum, ut supremum, non recognoscentem superiorem inter subditos priuatim spectat facere leges, Constitutiones atque edicta: adeò quod supremæ curiæ potestatem tantum iudicandi habeant in ressortu ultimo, quod est de crimine capitali. Quare quoquo modo ista noua inceptio capiatur, siue per formã aresti, siue legis, uel edicti, adest (ut dictũ est) nullitas, incompetentia, & facinus supra Ecclesiam & maiestatẽ Regis intẽtatum. Quod dominus Rex, & sui prædecessores Reges nunquam uoluerunt suscipere, nempe correctionẽ uitæ & morũ, eorũ qui in Ecclesia uersantur.

Constat equidem tempore Philippi *le Bel* Regis differentiam quandam fuisse: sed ea non orta fuit propter correctionem ecclesiasticorum habendam, uerũ propter iurisdictiones tẽporales quas Ecclesiæ & prælati tenebant. Et nihil adhuc de eo immutatum fuit.

Itaque per cameram uacationum susceptum fuit, quod ne Rex quidem ipse facere uellet.

Repugnantia sanctorum Conciliorum, quorum Rex est protector in sua Ecclesia Gallicana, est manifesta. Nam per omnia Concilia potestas Ecclesiæ in clericum est priuatiuè prælatorum Ecclesiæ.

Atque adeò pro facto concubinatus Lex & Decretum Concilii Basiliensis extat, quod in Francia receptum & per Regem & tres Status approbatum est,
4 quo † concubinatus correctio, respectu Ecclesiasticorum, ad prælatos, & iudicem Ecclesiæ, non uerò ad iudices sæculares pertinet.

Attamen d. arestum prætensum supra & contra cõcilium, atque authoritatẽ Regis dat iudicibus sæcularibus, tam Regiis quàm aliis potestatem cognoscendi, & facit de nouo crimen priuilegiatum quod nihil est præter abusum.

Contrarietas uero Constitutionum Regis, & arestorum in Curia definitorum, est notoria. Nam per edicta tã antiqua quàm recentia d. criminũ correctio solummodò ad iudicem ecclesię spectat, neq; per appellationem tanquam ob abusum suspensa est. Et de hoc aresta infinita in curia parlamẽti Parisiensis extãt.

Correctio tamen per hanc legem & dictum nouem iudicibus sæcularibus subministrata est.

Diffamatio status Ecclesiastici est, quod prius nominatum edictum, uel lex, est ex causa infamante & diffamatoria, & iniuriosa, in dedecus & iniuriam totius Ecclesiæ Gallicanæ, tã Prę̃latos quã alios Ecclesiasticos cõcernens, contra lectionem quàm creator Deus dedit, dicendo, Descendam, & uidebo vtrum clamorem, qui venit ad me, opere cõpleuerint: quamuis Deus quicquid de ea re esset cognouisset.

Irrogatio autem infamiæ est. Nam taxat uitã Ecclesiasticorum, antequã cognouerit quid sit in ueritate.

Et in vna causa particulari irrogat infamiam, saltẽ grauat opinionem totius ordinis.

Quod amplius est, descendit ad particularia, & scandalizat Ecclesias particulares, quas per nomina & cognomina appellat: quod ei uertitur uitio in perpetuũ.

Occasionem etiã commouendi populum pręstant d. Lex atque edictum. Nã speciatim & in effectu dicitur, quod propter uitam Ecclesiasticorum Deus indignatus fuerit, & miserit magnam pestem atq; famem.

Quod miseræ plebi inculcatum, dat causam Ecclesiasticos inuadendi atque occidendi, ut quondam cõtra Templarios factum legitur.

Ex hoc, & à prædicto edicto, Ecclesiæ contemptus & ministrorum prouenit. Quod hæretici expetunt, atque illi qui se Geneuam contulerunt: quorum studium uersatur in diffamatione ordinis Ecclesiastici Gallicani.

Adeò quod dici possit, quod ratione vnius edicti, inde nascatur iniuria, vnde iura nasci debent.

Error uerò in facto & iure uersatur, in omnibus maximè quòd permittat indistinctè inquisitionem, & aperturam dominorum faciendam. Attamen superior non inquirit contra subditum, nisi præcesserit infamia, ut in Concilio generali. c. qualiter & quando, quod est vulgare, est comprehensum.

Licẽtia etiam per edictum data est quotidie Ecclesiasticos uexandi per iudices sæculares.

Nam illo edicto eis permissum est inquirere & uisitare. Si hoc locum habeat, ad uicinos Ecclesiasticorũ ibunt, eos calumniando, ut eosdem posteà incarcerari iubeant, & ab iisdem exactiones faciant, quod omni iure est prohibitum.

5 Vnde † surgit confusio in iurisdictione temporali & Ecclesiastica. Dicit etenim qđ pro casu priuilegiato iudex sæcularis cognoscet, sic quod primo loco Ecclesiasticus pro concubinatu in carceribus secularium detinebitur, & posteà in carceribus Ecclesiæ.

Ita quod ista Lex atque constitutio nihil aliud sit quam uerus libellus diffamatorius, sine ordine aliquo, & extra iudicis terminos fundata.

Non refragatur, quòd inquisitiones esse possent: nã illas ad Ordinarium remittere, necesse erat, ut in illis secundum ius procedatur, & non edictum diffamatorium fiat.

Si aliquis esset prælatus Ecclesiæ, erat monendus, uel superior adeundus, secundum ius & Concilium Basiliense.

Si aliquis prælatus esset accusatus, uel denuntiari debebat Euangelica denunciatione, aut erat superior adeundus: & non debebat diffamare vnum ordinem. Hoc aduersatur omni iuri.

6 † Casus priuilegiatus non habetur in concubinatu, quamuis notorium esset, Constat per Concilium Basiliense, titu. de public. concubinar. quod per Regē & suum parlamentum Parisiense, quod est omnium summum est comprobatum.

Quibus de causis d. clerici petitores per supplicationem potuerunt Regem tanquam superiorem, & ut protectorē Ecclesiæ Gallicanæ, adire. & iusta de causa ei libellum supplicem obtulerunt, in quo concludere debent, ut Regi placeat d. Arestum prætensum atque edictum, vt nullum incompetenter & abusiuè incœptum, extinguere ac annullare: Et quod registrum huius facti in dicta curia erit delendum, sic ut nihil inde reliquum sit in registris d. Curiæ: Et in quantum opus fuerit, & subordinatè, quo dicti petitores ad appellationem recipiantur, de nulla & abusiua administratione iurisdictionis suscepta. Quo peracto, quod dicatur perperam & abusiuè inceptum, statutū atque ordinatum fuisse. Sed quoniam, non obstante libello supplici Regi præsentato, prius nominatum edictum per iudices sæculares executioni mandatum est, quod omne id quod effectu & ratione prædicti edicti & aresti prætensi factum fuerit, sit extinctum, annullatum, & tanquam attentatum, reuocatum. Et quia plurimis in locis prius dictū arestum nullum & abusiuum ad magnum uituperiū ordinis Ecclesiastici impressum fuit, vt Regi placeat decernere, quod expresso edicto omnibus d. Aresti impressoribus generaliter iniūgatur, ut illud reportent, & omne quod inde reperiatur, laceretur, ut nulla eius posthac memoria extet, & prohibeatur illud amplius imprimere. Et quod Regis arestum in hac supplicatione proferendum tubæ sonitu & proclamatione publicetur. Saluo tamen recursu dictis petitoribus concesso, ut suas expensas, damna & interesse, una cum famæ restitutione per multam honorabilem atque utilem contra quemcunque petere possunt, qui illis obstrictus fuerit.

Expediens erit, antequam procedatur, petere ut Rex procuratorem suum in ista causa committat, qui appellare poterit de d. negocio supra authoritatem Regis suscepto propter causas superius declaratas, atque alias.

Arrest donné par le Roy en son priué Conseil, sur la Conseruation de la iurisdiction Ecclesiastique à Amboyse, le penultiéme iour du moys d'Auril, l'An 1551.

Extraict des Registres du Conseil priué du Roy.

Entre Messire Iehan Deletes, Euesque de Monteulban, & maistre Mathieu de Clausa, Syndics du Clergé de la Prouince de Tholouse, & autre clergé estant dās & soubs le ressort du Parlement dudict Tholouse demandeurs, & requerans l'enterinement de certaine Requeste presentee au Roy, le XI. iour de Iuin 1550. en personnes, Assistant auec eux maistre Claude Pirrus leur Aduocat d'une part, & le Procureur general dudict sieur en sa court de Parlement dudict Tholouse comparant par maistre Bertrand d'Aigna Aduocat general en ladite court de Parlement d'autre. Apres ce que ledict Pirrus aduocat desdits demandeurs oy en son plaidoyé à conclud à l'enterinemēt de ladite requeste. Et en ce faisant que l'Arrest & iugement, dont est question donné en la chambre seand en la Court de Parlement de Tholouse durant les vacations, le 26. iour d'Octobre 1549. sur le faict d'incontinance mentionné par ladicte requeste, contenant forme d'Edict fust declaré nul, & de nul effect, comme donné par entreprinses, sur la iurisdiction Ecclesiastique par Iuges incompetans, & comme estant, tant contre les saincts Decretz, priuileges de l'Eglise Gallicane, l'authorite du Pape, & des conciles, que contre les Ordonnances Royaux, & contre l'authorité du Roy: Et entant qu'il seroit besoin subordinement à requis que lesdits demandeurs fussent receus appellans, de ladite entreprinse de iurisdiction, & tenus pour bien releuez. Et par le moyen de leur appel, qu'il soit dict qu'il a esté mal, & abusiuement entreprins, statué & ordonné, & bien appellé par eux. Et neantmoins pour autant que despuis ladite requeste & signification faite à ladite Court du 19. iour d'Aoust 1550. Et apres plusieurs autres inhibitions, & significations, particulieres signifiees lon a procedé à l'execution, tant dudict arrest, que de plusieurs autres arrests, sentences & iugemens donnez, tant par ladite Court, que par les Iuges du ressort d'icelle, soubs couleur dudit premier arrest & iugement. Que lesdits ArrestZ & Iugemens, execution, & tout ce que en a esté despuis faict, & executé en vertu d'iceux, soyent cassé & annullé, & reuocque comme nul & attenté. Auec tous despens, dommages & interests contre les parties instiguans. Et en outre pour ce que ledict arrest contenant forme d'Edict auroit esté imprimé & publié en plusieurs lieux, au grand scandale de l'ordre ecclesiasticque, requis qu'il soit rayé des registres d'icelle court, ensemble certain liure composé par maistre Iehan de Mansencal premier President en ladite court de Parlement de Tholouse. Contenant plusieurs propositions erronees, & scandaleuses fut laceré. Et commandement faict à tous en general de raporter tous lesdits liures qui seront trouuez imprimez pour estre lacerez. Auec defences à tous Libraires de ne les vendre ou imprimer. Et au surplus que l'Arrest qui interuiendra sur ceste presente requeste, pour la reparation d'iceluy arrest, soit publié à son de trompe, & cry public. Le tout sans preiudice des despens, dommages & interests, & reparation d'honneur, & amendes honorables, & profitables contre quil appartiendra. Et que ledict d'Aigna par plusieurs raisons & moyens deduits par son plaidoyer à conclud que sans auoir regard aux conclusions prinses par lesdits demandeurs, comme impertinantes. Et d'ont il requeroit reparation estre faite telle que de droit appartient. Que lesdits demandeurs fussent declairez non receuables en ladite requeste & conclusions. Ains que ledict Arrest donné par ladite Court, & tous autres arrests & iugemens despuis ensuyuis en semblable matiere, comme bien & deuement donnez, & interuenuz fussent executez, & deuoyent sortir effect. Par ce que à ladite Court, & autres iuges ordinaires dudict ressort, la cognoissance des cas d'ont est question leur appartient, veu le grand scandale aduenu en tout le ressort de ladite court de Parlement, pour la negligence & faute des Euesques, & superieurs desdits gens ecclesiastiques. Et mesmement pour les cas priui-

priuilegiez dont promptement il peut apparoir par les procez & informations qu'il a par deuers luy. Et neantmoins que certains libelle faict & imprimé contre la teneur dudict arrest, & authorité de la court soit laceré, auec reparation honorable telle qu'il appartient contre ceux qui l'ont faict & imprimé. Et que lesdits Syndics, parties aduerses, pour leur temerité d'auoir baillé ladite requeste soyent condamnez en mil liures d'amende enuers le Roy. Et quand aux conclusions prinses du liure composé par ledict President, dict qu'il n'auoit charge dudit President pour y defendre, & s'en adressent à luy si bon leur semble.

Surquoy parties amplement ouyes en demandes, defenses replicques & duplicques & apres lecture faite dudict arrest dudit 26. iour d'Octobre 1549. & autres arrests despuis donnez.

Le conseil a declaré & declaire ledict Arrest dudit 26. Octobre 1549. nul, comme fait & donné par entreprinse de iurisdiction contre les saincts Decrets, & priuileges ecclesiastiques, & aussi a declaré & declare autres arrests & iugemens despuis ensuiuis, donnez tant par les gens de ladite court, de Parlement, que tous autres Iuges en semblables matieres nuls comme attentez & dõnez au preiudice de la Iurisdictiõ ecclesiastique. Et neantmoins pour la conseruation du bon exemple dudit estat ecclesiastique, & faire cesser tout scandale, & mauuais exemple. A esté ordonné ausdits Syndics sommer, signifier, & aduertir les Archeuesques, Euesques, Chapitre, & autres Prelatz dudit clergé, de diligemment soigner & s'enquerir sur l'incontinnance, uie & gouuernement des ministres dudit clergé, chascun en son regard, & proceder contre les chargez, & souspeconnez d'incontinance & lubricité par monitions & autres voyes de droict, de sorte que punition exemplaire, en soit faite: & en cas de negligence & scandale, est enioinct audit procureur du Roy de Tholouse en aduertir ledit sieur pour y estre pourueu, par ledict Sieur ainsi qu'il verra bon estre.

Faict audit Conseil tenu à Amboyse, le penultiesme iour d'Auril. 1551.

Ainsi signé, Bourdin.

Extrait de son Original.

TRANSLATIO.

Arestum per Regem in suo Consilio priuato expeditum, super conseruatione iurisdictionis Ecclesiasticæ, Ambasiæ penultimo Aprilis die, Anno 1551.

Ex registris Consilij Regis priuati extractum.

INTER Dominum Ioannem Deletes, Episcopum Montalbanensem, & magistrum Mattheum de Clausa Syndicum cleri Prouinciæ Tholosanæ, atque alium insuper clerum, qui forum Parlamenti Tholosani sortiatur, petitores, & approbationem cuiusdam supplicationis Regi personaliter 11. Iunii die, Anno 1550. præsentaræ postulantes: Assistens iisdem magister Claudius Pirrus eorundem aduocatus ab vna parte. Et procurator Regis in sua d. Parlamẽti Tholosani curia, comparens per magistrum Bertrandum d'Aigna Aduocatum generalem in d. parlamenti curia, ab altera. Postquam prædictus Pirrus d. petitorũ Aduocatus pro tribunali exauditus fuisset, pro comprobatione dictæ supplicationis conclusit. Quo peracto, ut arestum, de quo quæstio est, in camera curiæ parlamenti Tholosani tempore vacationum, XXVI. Octobris die, 1549. super facto incontinentiæ in d. supplicatione relato, in forma edicti definitum, sit declaratum nullum, atque inualidum, ut inchoatum & expeditum super iurisdictione Ecclesiastica per iudices imcopetentes: Atque ut sacrosanctis non tantummodo decretis, Ecclesiæ Gallicanæ priuilegiis, authoritate Papæ & conciliis contrarium, sed etiam cõstitutionibus regiis, regiisque prærogatiuis atque authoritati. Et inquantum opus fuerit, subordinatè requisiuit, vt d. petitores ad appellationem reciperentur, de dicta administratione iurisdictionis suscepta, atque vt bene restituti haberentur: utque ratione prædictæ appellationis, perperam & abusiuè inceptum, statutum atque ordinatum fuisse dicatur, & bene per eosdem appellatum. Nihilominus uerò quia post d. supplicationem, & notificationem d. curię à die XIX. Augusti, Anno 1550. factam, & post multas alias inhibitiones & speciales notificationes non tantum ad prædicti aresti executionem, sed etiam multorum aliorum arestorum, atque sententiarũ tã per d. Curiã, quàm per iudices eiusdem forum sortientes dataiũ, sub prætextu d. aresti primi processum est; Vt d. aresta atque sententiæ executio, & omne quod postea eorundem effectu factũ & executum fuerit, sint extincta, annullata, ac reuocata tanquam nulla & attentata; vnà cum expensis, damnis & interesse contra partes instigantes. Præterea quia d. arestum, in forma edicti expeditum, plurimis in locis ad magnum Ecclesiastici ordinis scandalum impressum & publicatum fuerat, requisiuit vt ex registris eiusdem curię deleatur una cũ libro quodã per magistrum Ioannem de Mansencal, primum in d. Parlamẽti Tholosani curia præsidem, composito, qui multas propositiones erroneas & scandalosas continet, lacerando; Vtque omnibus generaliter iniungatur, omnes huiusmodi libros impressos, vt lacerentur, referre omnibus librariis interdicendo, vt eosdem nec uendere nec imprimere attẽtent. Adhæc etiam, quòd arestum super hac supplicatione, pro restauratione prius dicti aresti, proferendum, tubæ sonitu & proclamatione publicetur. Nullo tamen præiudicio inferendo, quantum ad expensas, damna & interesse, vnà cum honoris restitutione, multis honorariis atque vtilibus, contra quemcunque qui illis obligatus fuerat, pertinebit. Prædictus verò d'Aigna multis rationibus ante tribunal deductis conclusit, nullo respectu habito ad conclusiones per d. petitores factas, tanquàm impertinentes, (quarum restaurationẽ faciendam, vti de iure conuenit, requirebat) prædictos petitores declarari non admittendos in d. supplicatione & conclusionibus: Sed vt d. arestũ per dictam curiam prolatum, necnon omnia alia in simili materia consecuta aresta, uti ritè definita, executioni mandarentur, & plenum sortirentur effectũ: eò quòd in d. curia, & sub aliis iudicibus eiusdem fori ordinariis, rerũ cognitio, de quibus quæstio est, ad eos spectat; scandalum magnum considerando, quod sub iurisdictione d. Curiæ propter negligentiam & culpam episcoporum, necnon primatum inter Ecclesiasticas personas, aduenit: Atque etiã propter casus priuilegiatos de quibus in promptu

per processus & informationes coram d. curia habitas apparere potest. Et nihilominus vt certus libellus contra d.aresti tenorē ac curiæ authoritatem impressus, laceretur, restituto honore, vt æquum est, ab iis, qui eundem fecerint & impresserint. Atque vt syndici prædicti partibus aduersis, propter temerariam d. supplicationis præsentationem mille librarum summam, fisco regio exoluenda, condemnentur. Quantū verò ad cōclusiones ex libro per d. præsidem composito factas spectat, dicit non ei fuisse à præside iniunctum vt eas defenderet, sed eum, si illis videatur, sunt referendæ.

Super his sufficienter partibus in petitionibus, defensionibus, replicationibus & duplicationibus auditis; & post lecturam d.aresti à die 26. Octobris. Anno 1549. factam, & aliorum arestorum posteà datorum; Cōsilium declarauit & declarat d.arestum à 26. Octobris die 1549. nullum, vt factum & expeditum per administrationem iurisdictionis susceptam cōtra sacrosancta decreta & priuilegia ecclesiastica: similiter declarauit & declarat alia aresta postea subsecuta, tam p d.parlamenti curiam, quàm per alios iudices in similibus materiis definita, esse nulla, tanquam attentata, & in præiudicium iurisdictionis ecclesiasticæ prolata. Nihilominus tamē pro conseruatione boni exempli. d. status ecclesiastici, & ut omne scandalum & malum exemplar cesset, dicti syndicis iniunctum est ut archiepiscopis, episcopis, capitulo atque aliis d.cleri Prælatis notum faciant, eos commonefaciendo ut diligentem curam habeant, atque super intemperantia, uita, & regimine ministrorum d.cleri inquirant, quilibet in respectu suo, contra accusationes & suspiciones intemperantiæ ac lubricitatis per admonitiones & alia iuris rimedia ita procedendo, ut de iis exemplaris fiat punitio. Et casu quo negligentia & scandalum committerentur, d.procuratori regis Tholosano mandatum est ut d dominum suum commonefaciat, quò per eundem prouideatur, ut ei æquitati conuenire uidebitur: factum in d.Consilio Ambasiæ habito, penul. Aprilis die. Anno 1551. Sic subsignatum, Bordin. Ex originali & authentico exemplari extractum.

RESP. CLXXXIIII.

Contra cessionem & c. Odoardus de solutionibus.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ est standum.*
2 *Missa concubinarij an audiri debeat, & an peccet audientes illam.*
3 *Concubinarius est inhabilis ad beneficia.*
4 *Bona sua, qui in fraudem dissipat an debeat recipi ad accessionem, & an detrudi debeat in carcerem. ibidem, & infra.*
5 *Qui non habet in ære, luat in corpore.*
6 *Contrahens sub spe cessionis, non recipitur ad cessionem.*
7 *Cessione non iuuatur, qui contraxit sciens non esse soluendo.*
8 *Legis auxilio non iuuatur, qui committit in legem.*

ONTRA cessionem quam Do. Ioannes Collasson facere intēdit, dico nō recipiendum. Primo debet radi titulus quē ponit, videlicet prior prioratus de flaba cū p sen
1 tētiam illū prioratum amiserit, † & standum est sententiæ. l. Herennius. §. Gaia. ff. de euictio. Et imprimis debet renuntiare suæ appellationi emissæ ad Parlamētū, & consentire ut d. Rebuf. pelnè manuteneatur.

Item dicit se non habere bona mouentia, seu pecunias in promptu, sed non dicit se non habere immobilia, & quin possit satisfacere si terminus soluendæ summæ ei detur. Et quia bona illa non indicat, beneficium cessionis non habet. l. penult. & ibi gloss. & Bar. ff. de cessio. bonor.

Præterea hic Collasson alienauit bona sua in fraudem, saltem consumpsit uiuendo luxuriose instar pdigi, de quo in Euangel. imo plus est. Nam ille ipse concubinam, & liberos ex ea adhuc habet contra iura tam diuina quam canonica, & contra concordata. Ideo uos do. Officialis cum sit uobis notorium, ista non debetis pati. Nam propter malam vitam omnia sua bona dissipauit. Ideo succurri ei nō debet, nisi in peccato eum sustinere velitis quod facere non debetis: nam alii scandalizantur, vituperatur officium ecclesiasticum, & aliis prebetur materia delinquēdi. c. si mala. 2. q. 5. Maximè debet excommunicari ne cele
2 bret. Nam † iure cautum est, quod nullus debet illius cōcubinarii missam audire, alioquin audiens peccat. cap. præter. 32. distin. & plus peccat communicans cum fornicatore publico, quam cum excommunicato, ut docet Thosta. in tracta contra cleric. concu
3 bi. conclus. 4. Et concubinarius est inhabilis ad beneficia. §. 1. de publi. concubi. in concorda. ergo non potest d. Colasson aliquo iure niti in d. beneficio cum tēpore collationis esset publicus cōcubinarius, & aliàs inhabilis, ut probabitur. Ias. in §. Item si quis in fraud. nu. 91. de actio. in instit.

4 Item qui † bona sua in fraudem dissipat non debet recipi ad cessionē. l. fi. ī fi. ff. quæ in fraud. credito. Et tūc debet detrudi in carcerem donec soluerit minimum quadrantem. teste Petro Iacob. in hoc tit. de cessio. bono. Nam dignum est quod male meriti egestate laborent. l. bona fides. ff. deposit. l. penult. de iure dot. Bald. in c. quæ in ecclesiarum. de constit. nu. 18. & ibi Barba. col. 5. Ias. in § Item si quis in fraudem. nu. 91. de actio. in instit.

Adhæc certum est quem ad cessionem non recipiendum, quando tenetur ex delicto, vel quasi: unde si quis condemnatus fuerit ciuiliter in actione iniuriarum ad multam, non poterit cedere bonis, sed illa multa debet resolui in pœnam corporalem. Nam qui
5 non † habet in ære, luat in corpore. l. fi. ff. de in ius uocand. l. 1. §. generaliter. ff. de pœnis. Ioan. Fab. in §. fi. de actio. in Insti. & doct. in cap. Odoardus de solutio. Aufre. decisio. 61. l. nemo. C. de exact. tributo. lib. 10. Sed hic Collasson tenetur ex delicto, vel saltē quasi, quia temere litigauit, sciens se nullum ius habere. l. eum quem tenuere. ff. de iud. & §. 1. de oblig. quæ ex quasi delict. Ergo ad cessionem recipi non debet.

Maximè cum adhuc in illo sit delicto dicens se habere ius, cum nullum omninò nec iuris apparentiam habeat, & sic non confitetur debitum, ob id non debet admitti: nisi prius agnoscat, renuntiando appellationi & consentiendo d. Rebuffi. Vt plenum consequatur possessorium: quia d. Collasson statim condēnabitur ratione alterius appellationis. Ideo non debet recipi sic litigans sine causa & contra sententiam, pro qua præsumitur. c. in præsentia. de renuntia.

Etiam

6 Etiam si quis † contraxerit sub spe cessionis, non recipitur ad cessionem, sed perpetuo in carcerem detrudi debet. Vt docent Ioann. de Pla. & Ias. in §. fi. de actio. in instit. Sic non gaudet immunitate ecclesiæ. sed d. Collasson prosequutus est istum processum, & adhuc prosequi vult sub spe cessionis semper faciendæ, ob id nō debet recipi ad istam cessionem, alioqui daretur ei materia delinquendi, & sic vexandi homines quod prohibet. l. Iurisgentium. §. si paciscar. ff. de pact. l. conuenire. de pact. dotalib.

7 Insuper, † qui contraxit sciens non esse soluendo non iuuatur cessione. l. penul. ff. de cessio. bonor. Bar. in l. alia. §. eleganter. in fi. ff. solu. matri. sed iste Collasson quando est prosequutus processum sciebat se nō esse soluendo, non iuuatur igitur cessione. l. penul. ff. de cessio. bonor. Batt. in l. alia. §. eleganter. in fi. ff. solu. matrim. sed iste Collasson non debet recipi, sed excōmunicari, & sic excommunicatus in carceres detrudi & ibi detineri donec solidum persoluerit. l. sed & si ex parte. §. interdum cum vers. quamquam. ff. quod cum eo. l. si rerum. de re iud. Boer. q. 349. quæritur.

Item quamuis durante processu quis recipiatur ad cessionem, tamen post condemnationem non, quia in dolo est litigando, usque ad finem. l. item si unus. ff. de arbit.

Et hoc in expensis processus, quod non recipiatur est tex. & ibi Panorm. not. ult. in c. finem. de dolo. vbi dicit hoc casu clericum in carceribus detinendum, donec expēsas soluat, nec habere locum. d. c. Odoardus. vt nō facile quis in grauamen alterius falsas exceptiones proponat. & aliud processibus vexet. d. c. fin. text. in c. quia. §. presbyteri. 5. q. 6. & sic censuit Senatus. ut refert Boer. in decis. Burdegal. q. 349. quæritur.

In monacho, qui aliū spoliauit, & postea vult facere cessionem super fructibus, ꝙ non recipitur, fuit decisū, ut refert Aufre. in decis. Tho. quæst. 466. per rationem. Nam † qui committit in legem, non debet legis auxilio iuuari. l. auxilium. §. in delictis. ff. de mino. & decis. Rotæ. 83. nota quod ibi monachus in antiq.

8

Item pro emenda non recipitur quis ad cedendū. no. docto in c. reprehensibilis. de appel. ita censuit Senatus Paris. anno 1394. ut patet aresto. 152. & 168. in stylo parla. per Aufre.

Vltimò arestis curiæ etiam fuit decisum, ut non recipiatur cedere bonis uolens pro expensis, in curia suprema factis, & hoc propter rerum iudicatarum authoritatem. l. seruo. § cum prætor. ff. ad Trebel. & pro conseruatione authoritatis curiæ parlamenti, Guido Papa. quæst. 97. & ut decreta & aresta eorum non sint elusoria. l. si prætor. ff. de iud. vnde cum prædicta sint uera & notoria protestatur de appellando tanquam ab abusu, nisi iustitiam & ius ministretis dicto Rebuffi.

RESPON. CLXXXV.

Responsa tangentia materiam de pacificis possessoribus.

SVMMARIVM.

1 *Secundus resignans an possit iuuari decreto de pacificis possessoribus.*
2 *Beneficiū conferri non potest, nisi uacet de iure, & de facto.*
3 *Collatio ordinarij facta de beneficio in curia uacante, & intra mensem facta non ualet, etiam si intra illum mensem Papa non contulerit.*
4 *Resignatio secunda non ualet, nisi facta reuocatione primæ.*
5 *Resignans plus iuris transferre non potest, quam ipse habeat.*
6 *Resignans perdit omne ius, quod habet in beneficio resignato.*
7 *Papa conferre non intendit, ubi dolus interuenit.*
8 *Papa ius tertij tollere non intendit.*
9 *Collatio à Papa facta cum clausula non obstante collatione alteri facta, quomodo sit restringenda.*
10 *Resignato pluries beneficio, prima resignatio præfertur.*
11 *Prior in tempore, potior est in iure.*
12 *Resignatarius sufficit, quod capiat possessionem ante mortem resignantis.*
13 *Collatio facta absenti non potest reuocari, nisi recuset absens consentire.*
14 *Lex quoties. de rei vendic. nō habet locum in beneficijs.*
15 *Coloratus titulus non dicitur, qui est nullus.*
16 *Possessio post triennium acceptata ab eo, qui antea fuerat impeditus.*
17 *Criminalis possessor nullum habens titulum, non impedit verum titularium intentare uti possidetis.*



TITIVS regnauit beneficium, in curia Romana in fauorem Sempronii quæ fuit admissa: demum idem Titius resignauit in fauorem Caii qui possedit in uim istius secundæ prouisionis triennium dictum beneficium, post triennium primus resignatarius capit possessionem, alter opponit ei triennalem possessionem, quæritur quid iuris: breui respon. † hunc secundū qui nullū habet titulum, saltem non coloratū, non iuuandū decreto de pacificis possessoribus, per sequentia.

1

2 Primò, † beneficium conferri non potest nisi uacet, & de iure, & de facto. c. 2. & c. cum nostris. de concessi o. præbend. Bellamera consil. 19. in causa. col. 3. Dominic. consil. 86. in causa. in princip. sed beneficiū hoc post primam resignationem admissam non uacabat, ergo conferri à Papa non potuit, & quod nullū est non potest tractu temporis firmari. per reg. iuris: quia nō † valet collatio ordinarii facta intra mensem de beneficio in curia vacante, etiam si Papa illud non conferat. c. 2. Ibi. doct. de præb. in 6. sic non ualebit secunda colatio quandiu prima extaret valida.

3

4 Secundò, non † valet secunda resignatio, nisi facta reuocatione, quæ reuocatio necesse est ut perueniat ad notitiam collatoris, antequam prouiderit, uel procuratoris antequam resignauerit. clemen. unic. de renuntia. Felin. & alii, in cap. ex parte Decani, de rescrpit. sed hic non fuit aliqua reuocatio facta, ergo non ualet secunda resignatio, ut concludit Domi. consil. 86. in causa.

5 Tertiò, † non potest resignans plus iuris transferre quam habeat. l. traditio. ff. de acquir. rer. dom. & qui nihil habet dare nihil potest. c. quod autem. de iure patr. sed resignans nihil iuris habebat, post primam resignationē, ergo non potuit iterum resignare: † nā per renuntiationē resignans perdit ius quod habet. c. quod in dubiis. & c. in pręsentia. & per totū, de renūciatio. ēt perdit possessionē. & non habet nisi quandam asininam detentationem. glo. & Doct. in c. inter. in uerb. asignari. de præben. decis. Rotæ. 23. fuit in no quia remittentibus actiones suas amplius non est dandus regressus,

6

gressus, cap. quam periculosum, 7. quæstio. prima. l. quæritur. in fin. ff. de edili. edict. & sic non potuit resignans habere regressum ad aliam resignationem: nec iterum resignare, etiam in fauorem illius cui primò resignauerit, teste Gomes. in regul. de public. resign. quæstio. 18. post Cassado. in 9. Decis. de concessio. præb. multo minus potuit resignare in fauorem alterius.

7 Quartò; † Papa non intendit conferre, vbi dolus interuenit, regul. Cancella. 38. Vnde solet apponere in bulla sua, attentè quoq; prouideas quod in renuntiatione prædicta dolus, vis, metus, ac symoniaca prauitas non interueniat: sed non potuit maior dolus interuenire quam secundo resignare, illud in quo nihil habebat, ergo Papa non intendit conferre, & sic non valuit, & pro non scripta fuit secunda resignatio, propter intentionem Papæ deficientem.

Quintò, si Papa in secunda prouisione sciuisset priorem resignationem admissam, numquam contulisset: † quia non intendit tollere ius tertii, capitulo quamuis, de rescript. in 6. nec videtur collationē alteri factam tollere velle. cap. audita, de restitutio. spoliatorum. cap. postulastis, de rescript. cap. super eo de offic. deleg. consuluit Oldra. consi. 324. quia vitium ignoratum tollere non vult. capit. primo, de constitutio. in 6. l. mater. ff. de inoffic. testamen. ideo solet poni hæc clausula in prouisionibus Apostolicis dummodo tempore datę præsentium non sit ius quæsitum. Ioan. Andr. & Perus. in cap. postquam. de præbend. in 6. sed per primā prouisionem erat ius quæsitū primo resignatario, ergo nō erat intentionis, vt conferret secundò, & sic voluntas Papæ deficit.

9 † Imò si Papa dicat in secunda collatione, non obstante collatione alteri facta, intelligitur de collatione inualida, teste Feli. in cap. causam. col. 11. de rescript. & si Papa vniat ecclesiam absenti collatam, hoc debet facere absque præiudicio absentis ob id absens postea poterit ratā habere suam collationem, non obstante vnione. teste Perus. in tractat. de vnio. eccles. cap. 5. col. 3. sic & hic primus resignans, non obstante collatione secunda & possessione triennali poterit suā collationē approbare, ante resignantis mortem.

Sextò, hoc est expresse decisum in regula Papæ 10 Pauli moderni reg. 66 vbi sunt ista verba; † & si ipsum resignantem, vel concedentem pluries super vno & eodem beneficio in fauorem diuersarum personarum successiuè consentire coegerit. Voluit sanctitas sua quod primus consensus tenere debeat, & alij posteriores consensus ac literæ, illorum prætextu, etiam sub priori data expeditæ pro tempore nullius sint roboris, vel momenti: ecce quod illa secunda resignatio nullius est roboris, ergo non potest parere remedium, de pacific. posse. quod datur habenti saltē coloratū titulum: sed iste est nullus, vt patet, & nullius roboris. Igitur nō habebit robur ad excludendū primū resignatarium venientē post triēnium.

Septimò, is in cuius fauorem fuit facta prouisio ius habuit in benefic. cap. si tibi absenti. de præbend. in 6. & prior fuit tempore, & sic prior præfertur in bene 11 ficiis. maximè, nam † qui prior est tempore, potior est iure. cap. capitulum, de rescript. cap. eum qui. de præbend. in 6. postquam habuit ius non potest ab eo auferri, & transferri in alium, siue facto suo. regul. id quod nostrum. ff. de regul. iur. sed ipse primus nullū actum fecit amittendi beneficium, ergo illud amittere non potuit, per illud triennium, quamuis secundus resignatarius retinuerit beneficium id temporis.

12 Octauò, † ante mortem resignantis poterat primus resignatarius adipisci possessionem, per regulā cancella. 34. vbi tantum dicit vacare per mortem, si resignans moriatur in possessione. ergo ante mortē non vacat, & sic potuit prouisus primo ante resignātis mortem possessionem adipisci d. reg. cancella. 34. ideo alteri non potuit ius interim dari.

Nonò, in fine illius regulæ 34. dicitur sic collationes quæque, & quæuis aliæ dispositiones de illis tanquā per resignationē vacātibus factæ. & inde sequutæ nullius sunt roboris vel momenti. igitur quæcunque dispositiones factæ de illo beneficio sunt nullę tam prima quàm secunda, & inde sequuta sunt nulla, & sic possessio capta in uim secundę prouisionis est nulla & nullius momenti, igitur non potest parere decretum de pacific. posse. illa possessio triennalis.

Decimò, facit tex. in cap. si tibi absēti, de pręben. in 13 6. vbi † collatio facta absenti non potest retractari, nisi consentire absens recuset, sed ipse non recusauit: ergo non potuit alii conferri. Imo si fuerit facta collatio alteri viribus non subsistit, & sic est nulla, & quamuis ille tex. loquatur in Episcopo vel Archipiscopo, tamen idem dicit, ibi Perusi. in collatione Papæ secunda, si non fecerit mentionem primę, sed in casu mihi proposito non fecit mentionem primæ collationis: ergo non valet, & sic non præstat coloratum titulum. sic concludit Cassado. in Decisio. Rotæ. 24. dubium, & Gomes. quæstio. 17. de public resigna. vbi dicunt non valere prouisionem tertio factā ante publicationem, & quandiu iste primus resignans potest beneficium consequi.

Vndecimò, non obest l. quotiens. C. de rei vendic. vbi præfertur is qui habet possessionem in habentibus 14 parem titulum, quia respondeo † illam legem non habere locum in beneficiis, sed in profanis tantum. glo. & Doct. in c. si tibi absenti. de pręb. in 6. Iat in d. l. quotiens. col. 4. sed primus cui facta est prouisio de beneficio præfertur. cap. capitulum. de rescript. c. tibi. cap. duobus. illo tit. in 6.

Duodecimò, sicut contra resignantē obstat renuntiationis exceptio spontaneæ. c. super hoc de renuntia. in possessorio maximè iudicio. cap. accepta. de restitu. spoliat. ita & contra eum qui ius prætendit ab eo habere: nam qui in ius alterius succedit eodem iure vti debet, per regulam iur.

15 Decimotertiò, † non potest titulus secundi resignatarii dici coloratus, quia nullus. c. factus in fin. 7. q. 1. ibi iam non secundus ille, sed nullus est. Et literæ quæ nō valent, non dicūtur literæ, sed nullæ. glo. in c. cū nostris. in verb. de facto. de cōcess. præbend. Feli. & alii. per illum text. & glo. in c. ex tenore. de rescrip. & titulus dicitur incoloratus quando est ipso iure nullus. teste Felin. in ca. in nostra. correla. 36. de rescrip. sed hic est nullus. vt supra probaui. ergo nō potest coloratus dici, sicut dicit Gomes. in regula de triennali possess. q 8. & 24. de possidente pacificè beneficium vnitum triennio, vt non iuuetur beneficio de pacific. possess. quia caret titulo, qui per vnionem extinctus erat, & sic non poterit beneficium possideri. Imo concludit idem Gomes. q. 29. quod possidens beneficium triennio ex collatione Papæ post suam reseruationem non iuuatur exceptione de pacific. possessio. quia titulus est nullus à fortiori & hic.

16 Vltimò, † is qui iusto est detentus impedimento potest agere post triennium, vt in titu. de pacific. possess. habetur, sed hic primus resignans non habuit bullas intra trienniū, ergo non potuit agere. vnde Domin. & Perus. aiunt in c. cōmissa. de elect. in 6. quod si patruus vel alius retinuit bullas, & prouisionem nepo-

nepoti, ob id non fuit intra annum promotus, nō est priuatus beneficio, propter non promotionem.

17 Idem in hoc casu non erit exclusus per triennium, quominus primus resignans si turbetur in sua possessione possit experiri interdicto uti possidetis, si itra annū uenerit à die adeptæ suæ possessionis. Ita cōcludo.

RESPON. CLXXXVI.

De pacificis possessoribus iterum.

SVMMARIVM.

1 *Absens cui collatum est beneficium ante acceptationem post triennium factam capit possessionem, quid iuris.*

2 *Absens si non acceptauit intra triennium beneficium sibi collatum, est ipso iure priuatus.*

3 *Procuratoris acceptatio nil prodest ei, qui distulit capere possessionem intra triennium.*

Resignando non censetur acceptatio facta, ibid.

4 *Ratihabitio per renuntiationem non inducitur.*

5 *Collatio beneficij, quod ab alio possessum est per triennium nulla est.*

6 *Priuilegium non tollit ius quæsitum, sed quærendum.*

7 *Triennali negligentia ad capiendam possessionem beneficij prouisus perdit suum ius.*

8 *Hæres præscribit legatum nondum acceptatum.*

9 *Renuntiare iuri quærendo videtur, qui permittit tempus labi.*

10 *Priuatio præsupponit habitum.*

11 *Nemo plus iuris in alium transferre potest, quam ipse habeat.*

12 *Impetrans qui post acceptam possessionem non mouit litem possessori per triennium, non tamen erit priuatus eo beneficio.*

13 *Tituli beneficiorum sunt de iure canonico.*

14 *Triennalis possessio non tollit ius iam radicatum.*

15 *Successor non patitur vitium sui auctoris, cum personæ erat illud vitium.*

16 *Fideiussor aliquando opponit exceptionem, quam non potest opponere reus principalis.*

17 *Cessionario non nocet exceptio cohærens personæ cedentis.*

18 *Domini an possint esse duo insolidum.*

19 *Ius in beneficij possessione non acquiritur, sed ex canonica institutione.*

Titulus, acceptatio, & possessio tribuunt ius in beneficio.

Titulus solus tribuit ius ad rem, quod omitti potest per triennalem alterius possessionem, ibid.

1 X themate mihi proposito, sequentes oriuntur quæstiones. Prima est an † absens cui collatum est beneficium quod non accceptauit intra triēnium, & accepit possessionem, an eo iure quod per collationem habebat, sit priuatus.

Secunda, an ius quod ex collatione habuit possit post triennium cum alio permutare, & sic resignare illi qui fuerat in lite.

Tertia, an is cui facta est resignatio possit se iuuare titulo istius negligentis, qui per triennium tacuit.

Quarta, an vacet ius istius negligentis, per mortem eius & an possit impetrari si moriatur post triēnium.

Quinta, de quo prodest titulus post triennium isti negligenti.

Sexta, an is cui collatum est beneficium & accepit possessionem illius intra triennium, non tamen mouit litem, an postea sit iure quod habet priuatus. Pri-

2 mæ quæstioni respondeo, † quod is qui nōn acceptauit beneficium, nec accepit possessionem illius per triennium est priuatus oī iure quod habebat in beneficio. tex. in cap. quam sit. §. electus. de elect. in 6. ibi si electus intra mensem præstitutum consentire recuset iure si quod ex sua electione fuerat acquisitum, ex tunc se nouerit eo ipso priuatum. ergo dicit glos. non requiritur alia sententia priuationis. facit cap. cupientes. ibidem sic & is Audier, qui beneficium sibi collatum non acceptauit, nec accepit possessionem, intra triennium est ipso iure priuatus si qua ex collatione episcopi Lemouicens. obtinebat.

Secundò facit. c. si tibi absenti de præb. in 6. iuncta glo. in uerb. terminum. vbi dicit, quod si terminus sit præfixus à iure, tunc lapso illo termino, non potest is acceptare beneficium, sed ius perdit, ac per decretum de pacific. possess. est præstitutus terminus, uidelicet triennij, ad accipiendum possessionem & acceptandum, intra quod si non acceptauerit est priuatus omni iure. secus ergo dicit gl. quando nullum tempus esset præfixum, quia tunc arbitrio iudicis relinqueretur. Doct. in c gratia. de rescrip. in 6.

Tertio, facit d. c. si tibi absenti. alio modo ponderando ibi, donec eam ratam habueris, ius in ipso beneficio non acquiris, ut tuum dici ualeat, sed hic, Audier, non habuit collationem ratam intra triennium, ergo nullum ius est eidem acquisitum, saltem in re, nec

3 potest obesse prætensa † acceptatio procuratoris, quia illa sublata fuit per negligentiam d. Audier, non capientis possessionem per triennium. nec etiam obstat si dicatur quod D. Audier resignauit, sic acceptauit. Respondeo duobus modis, primo, quod inducta ad unum effectum non possunt contrarium operari effectum. l. legata inutiliter. ff de lega. 1. vel potest dici quod ratihabitio debet fieri intra illud tempus, in quo potest ius acquiri l. bonorum. ff. rem ratam haberi. sed isti Audier, post triennium nō potuit ius acquiri, ergo nec ratificari.

4 Nec potest dici † ratihabitio facta per istum Audier, renuntiādo beneficio post triennium, nō potest etiam trahi retro in præiudicium iuris iam quæsiti. Tertiò negligentia dicti Audier. l. si quam offerenti §. fi. ff. de solut. Bar. in d. l. bonorum. & in l. si indebitum. §. si procurator. ff. rem ratam haberi. Bal. in l. si obseruare. §. post hæc. q. 5. de offic. proconsul. sequitur Socin. consil. 126. in causa. in 4. uol.

5 Quartò, facit regulam cancella. 33. in fin. † ubi Papa irritat quaslibet impertrationes de beneficiis factas irritasq́ue, & inanes censet, postquam pacificè aliquis possederit per triennium, ergo collatio dicti Audier, post triennium erat nulla & irrita per d. regulam cancell.

6 Quinto, facit quod † priuilegium tollit ius si nondum erat quæsitum, sed quærendum. Panorm. in c. ueniens. col. 3. uersi. pro quorum concordia. de præscri. sequitur Ioan. Lup. in repe. c. per uestras. §. 47. limita. 1. num. 10. de dona. inter uir. & uxor. & sic hoc pactum tollit ius quęrendum dicto Audier, secus si quęsitum fuisset, ut dico in ultima quæstio.

Sextò, probat gl. in uerb triēnio in rubr. de pacific.

7 possess. in concorda. ubi expresse dicit † quod ex negligentia capiendæ possessionis, nō perdit quis ius quæsitum in beneficio ante triennij lapsū, ergo per lapsum triennij

triennij perdit & extinguitur ius si quod habebat.

8 Septimò, † hæres potest præscribere legatum antequam legatarius illud acceptet, quia ignorat an velit acceptare, secus si iam acceptauerit. Anch. in regula, sine possessione. de regul. iur. in 6. refert Socin. consil. 63. in causa. col. 2. versic. præterea in 1. vol. Felin. in rubr. de præscript. col. antepenult. Ias. in l. petens. nu. 10. C. de pact. scripsi in repet. l. pe. no. po. num. 54. C. de senten. quæ pro eo quod interest. sic & in casu mihi exhibito, potuit pacificus possessor triennalis præscribere; aduersus illum qui non accepit possessionem, per triennium, & eum omni iure excludere.

9 Vltimò, † qui permittit tempus labi videtur renũtiare iuri quærendo. l. 1. C. de in integ. restitut. vbi Bal. vnde quærela inofficiosi testamenti, quinquennio tollitur. l. si quis filium. C. de inoffi. testam. Ideò cum hic, Audier, permiserit labi tempus triennij efficacissimè exclusus est, & omni iure priuatus.

Vnde infertur ad secundam quæstionem quod cũ nullum ius haberet d. Aduier, post triennium nõ potuit permutare illud ius quod non erat cum beneficio, nec resignare quia quod non habeo resignare nõ possum nec perdere. §. seruus. instit. de capitis diminu-
10 tio. & illa vulgata regula est huic rei accõmoda † priuatio præsupponit habitum. l. in decem. ff. de verb. oblig. Bar. in l. si vniuersæ. C. de legat. vnde sicut in ecclesia in qua non est certus numerus præbendarum nulla etiam vacante præbenda in canonicum potest quis assumi, cum intelligatur ad quoddam ius eligi, quod ex electorum assensu de nouo creatur, & cum electo in canonicum nascitur & desinit cum defuncto. c. dilecto. §. præterea. de præbend. Ita & hic Audier, quoddam ius habebat per collationem Episcopi Lemouicen. sed illud ius desinit per lapsum triennii, ac si defunctus fuisset.

Item eodem tenore soluitur tertia quæstio, videlicet quod. Texier, cui facta erat resignatio per istum, Audier negligentem, non poterat se iuuare iure dicti
11 Audier negligentis, nec titulo cum nullus esset, † & nemo plus iuris transferre poterat, quam haberet. l. traditio. ff. de acq. rerum domin. l. nemo plus iuris. de reg. iu. & quod sibi non acquisiuit, alteri acquirere nõ poterat. tex. in l. imo eum de libera causa. sed nunquã sibi acquisiuit cum non agnouerit nec acceperit possessionem, ergo alteri resignare non potuit nec cedere, & quamuis ius habeatur à collatore non à cedente requiritur, tamen quod ius inueniatur antequã collator possit illud dare, quia beneficiũ non vacans conferre non potest. c. 1. per totum de concessio. præb.

Quarta quæstio, etiam soluta remanebit, videlicet quod per mortem d. Audier negligentis, non vacabit ius aliquod: nam ipse nullum habebat quia extinctũ per triennium, vt supra probatum fuit, nec poterit conferri nec impetrari beneficium per eius mortem per supra adducta.

Quinta quæstio satis solui potest ex prædictis, videlicet quod nihil aut valde parum prodest collatio isti negligenti: qui non accepit possessionem, intra triennium, sed illi qui accepit possessionem, licet tacuerit, qui iam verum habebat titulum prodesse potest, nam si hic negligens acquireret ius vnius ex collitigantibus ex illius persona posset deducere, & ius suũ, quia quando res præscripta peruenit ad dominum directum non potest ab eo illam rem vendicare licet contra alios actionem habeat. l. si quis emptionis. §. 1. C. de præscript. triginta anno. Io. Franc. Bal. in tract. de præscriptionib. in secunda parte. prin. q. 2. collatio. 3. sic & pacificus possessor non poterit vendicare rem ab eo negligente, ratione iuris collitigantis, & sui, quod nõ deduceret sine iure collitigantis.

12 Sexta quæstio † an is cui fuit collatum beneficium, cuius possessionem accepit, non tamen mouit litem possessori per triennium, sit priuatus illo iure post triẽnium: & breui respondeo, quod non, quia tẽpus non est modus tollendæ obligationis. l. obligationum ferè. §. placet. ff. de actio. & oblig. vnde licet quis præscribat bona fide contra correctionẽ ecclesiæ: tñ non præscribit ius prælaturæ uel præbendæ. glo. ult. in c. cõtingit. ubi etiam Panorm. de dolo quia beneficium quoad titulum est impræscriptibile, quantocunque tempore possideatur. c. cura. & ibi doct. de iure patrona.

13 Item † tituli beneficiorum sunt de iure canonico. c. 1. 22. dist. & c. 1. 13. q. 1. firmat Panorm. in c. constitutus num. 13. cum seq. de religio. dom. & in disputatione incipien. Episcopus. ergo quando firmati sunt nõ possunt tolli per præscriptionem quæ est iuris ciuilis. argum. l. eas. ff. de cap. diminut. & sic nec per trienniũ, sed debilitari potest.

Præterea decretum tuetur eum qui pacificè possedit per triennium aduersus illos qui reliquerũt eum pacificè possidere, sed is cum quo litigatur non permisit illum collitigantem pacificè possidere, ergo decretum aduersus eum non poterit obstare, quia non est in negligentia nec in culpa.

Adde quod hoc decretum de pacific. possess. prohibet molestari pacificum possessorem triennii, id est prohibet moueri litem illi, qui sic possedit. pro hoc uidetur tex. in l. sicut. in fi. ibi nulli litem moueri ulterius facultatem patere censemus. C. de præscript. triginta uel quadraginta anno. Felin. in rub. de præscrip. col. 4.
14 ergo † non tollit ius iam radicatum, & firmum, iam acquisitum per istum negligentem.

Vnde post triennium, hoc ius radicatum in persona eius cui est collatum, & qui acceperit possessionem poterit alteri collitiganti cedere, & ille poterit se iure illo iuuare. per tex. in c. fin. qui ma. accu. possunt. ubi is qui sciens cauit ab accusatione matrimonii, tẽpore denuntiationis repellitur ab accusando: alius uero ignarus denuntiationis admittitur, etiam si diuscessisset ab illis qui denuntiationis tempore soluerunt: nam assignat rationem text. in fi. in hæc uerba. claudi non debet eidem aditus accusandi, quoniam & si ab impetitione huiusmodi culpa de silentio tali contracta illos excluderet, iste tamen amoueri nequiret cum culpabilis non existat, ubi præpositus sic. in ult. nota. dicit. nota quòd quis admittitur ad faciendũ actum cuius authores repelluntur, sed dic istud uerũ quando authores non repelluntur ex defectu personæ, sed propter aliud extrinsecum impedimentum, id est propter lapsum temporis ad opponendum: &
15 sic † quando eadem causa repellendi non excludit successorem, licet prædecessor, id est is à quo causam habuerit excludatur, causam ab eo habens nõ excluditur. Id tenet Anto. de Butr. ibid. vbi etiam Card. dicit not. quod habens causam ab inhabilli non excluditur ut inhabilis, quod est casui nostro valde commodum & proposito deseruiens.

16 Item † fideiussor quandoque potest opponere exceptionem rei competentem, quam reus non posset opponere. Bal. in l. cum mulier. col. 7. uers. quæro. de una alia. q. ff solu. matrim. quem refert Hyppol. in rub. de fideiusso. num. 269. & non capax aliquando habet commodum propter capacem. text. sing. in l. si is qui duos. ff. de libera. lega. secundũ Cors. in sing. inci. Spurius. & Barb. cons. 5. illud in mediũ. col. 2. in 4. uol. sic ergo capax poterit se iuuare titulo incapacis.

Item

17 Item † exceptio cohærens personæ cedentis non nocet cessionario, nec potest opponi contra cessionarium. glo.singul.in uerb.semestr. c. vno. de iure patr. in 6. secundum Bald. in Margarita.in uerb. exceptio. q.60.Dy.in regula is qui in ius.de reg.iur.in 6.sic & exceptio decreti de pacific.posses. quæ poterat repellere cedentem non repellet eum in cuius fauorem est resignatū quia aduersus eum nō est pacificus possessor.

18 Non refragatur quod† duo non possunt esse dñi in solidum.l.si ut certo.§.si duobus vehiculum. ff. commoda. nec duo possunt in eadem Ecclesia esse sacerdotes, quia Ecclesia vna vnius debet esse sacerdotis.c. non ignores.de præbend. Respondeo, fac esse, tamen qui non est plenè Dominus ex una causa, ex alia effici potest. Doct.in l.3.§.ex pluribus.ff. de acqui. possessio. Socin.in tract.fallen.regula.100.Dominus Ias.in §. sic itaque.num 10.insti. de actio.vnde à iure non est incōueniens vt diuersi diuersos habeant titulos super vno & eodem beneficio.c. cum nostris.de concessio. præben. Imò vnus & idem diuersos potest habere titulos c.ex parte.Hostien.in c.post electionem. Ibidem.& illum titulū potest quis cedere alteri, vt in titulo de renuntia.omnibus est obuium. vt is iure cesso uti poterit, nec quilibet habens titulum verus est Ecclesiæ rector, vnus enim habet uerum titulum, alter inefficacem.c ut quis duas.de elect. in 6.sic post triēnium iste licet prius habuisset verum titulum, nunc tamen habet inefficacem ex persona sua, nec refragatur quod post triennium decretum de pacific. possesso. dat verum titulum possidenti.vt in 2.amplia.tract.de pacifi. possesso.dictum extitit.uerum est quo ad negligentē, sed quo ad litigantem non, cum culpabilis non sit. d. c.fin.qui ma. accusare possunt.

Nec obest, quod unus & idem casus uidetur quando resignat post adeptam possessionem, vel ante, quia

19 † ex possessione ius non acquirimus, in beneficiis, sed ex canonica institutione.regula 1.de regu.iur.in 6.Respondeo magnam esse diuersitatem: nam ex adeptione possessionis & acceptatione ius firmum & in re ac efficax quæsitum est illi quod nō potest tēpore perdi, sed qñ absens non acceptauit, nec accepit possessionē, tūc habebat tantum ius ad rē, & beneficiū erat sibi debitum.cle. auditor. de rescri.& in acquirendis facilius præiudicatur quam in quęsitis.l.seruus.C.de pact.& iura fauorabilia sunt vt ius quæsitum retineatur, & habeatur, quia ibi nulla potest notari ambitio, secus in iure quærēdo. Arch in c.vt quis duas.de electio. & sic concluditur eum, qui non accepit possessionem, beneficij sibi collati, intra triennium omni iure, si quod habebat priuari & sic illud ius nō posse resignari, nec permutari, cum nullum sit, nec is in fauorem cuius est resignatum potest se iuuare iure illius negligentis, secus si collatio fuerit acceptata, & adepta possessio, quia ius firmum & quæsitum tolli sic facilè non potest: & quia vera adducta supra arbitror, subscripsi.

RESP. CLXXXVII.

De ardua ac difficili consultatione pro Magalonensi Ecclesiæ præposito.

SVMMARIVM.

1 *Consultatio præpositi Magalonensis.*
2 *Pacificus possessor non potest dici nisi habeat coloratum titulum.*
3 *Vsucapio non procedit sine titulo.*
4 *Impetrationes beneficiorum, ab alio per triennium, uel quadriennium possessorum, non ualent.*
5 *Eligens electionem per se, & alios factam impugnare non potest.*
6 *Symoniacus titulus non dicitur nisi probata symonia.*
7 *Subreptio in impetratione.*
8 *Renuntiatio euangelica præcedere debet, antequam impetretur beneficium symoniaci.*
9 *Turpitudinem propriam allegare neminem licet.*
10 *Symoniam non reuelans est excommunicatus, & non potest absolui nisi à Romano Pontifice.*
Symoniaci sunt excommunicati. ibid.
11 *Beneficium symoniaci an impetrari possit.*
12 *Symonia probata, potest impetrari beneficium illius symoniaci.*
13 *Impetrari non potest beneficium viuentis.*
14 *Intrusus etiam dicitur, qui habet beneficium iniuste alteri oblatum.*
15 *Fama mortis alicuius beneficiati, excusat impetrantem, ne beneficium viui dicatur impetrasse.*
16 *Senis beneficium impetrari non potest prætextu symoniæ, nisi de symonia constet.*
17 *Concessio beneficij viuentis prohibita ordinatione regia.*
18 *Vnioni probandæ non sufficit probare beneficium per 20. annos possessum esse, ut vnitum.*
19 *Ecclesia an præscribi possit sine canonica institutione.*
20 *Fructus quis ex eo non debet consequi, quod nisus est impugnare.*
21 *Ignoranter capiens possessionem beneficij ut vniti, cū non esset excusatur, ut non dicatur intrusus.*
22 *Papa præuenire potest quemlibet.*
23 *Impetratio beneficij non requirit expressionem qualitatis, quæ inest de iure, sed illius, quæ est de facto.*
24 *Rescriptum non iudicatur nullum ex omissione qualitatum beneficij impetrati.*
25 *Manus leuatio non tribuit ius in beneficio.*
26 *Sententia iudicis non tribuit ius in beneficio.*

1 CONSVLTVS † super tam arduo facto non grauate recusarem aliquid super hoc depromere, nisi me tum magnitudo, tum nobilitas petentium superarent. Igitur humana diuinis miscendo dubiis sequentibus respondebo. Primò, an prima impetratio de Sarratis de præpositura Magalonen.facta valeat.

Secundò, an aliquod ius ex secunda impetratione, & subrogatione acquisiuerit.

Tertio, an nouus impetrans præposituram ius possit ex sua impetratione prætendere.

Quartò, an beneficium sancti Dionisij non annexum nec vnitum possit per præpositum teneri, & an illius impetratio valeat.

Quintò, an beneficium sancti Firmini uacet per adeptionem præposituræ, & an ualeat eius impetratio.

Et primò, an hic de Moncello quadriēnalis possessor, & pacificus possessor possit inquietari, & videtur quod sic, quia symoniacus, & intrusus non habent titulum, sed fures & inuasores sunt.c.ordinationes.1.q. 1. in c. nisi cum pridem. in uerb. sed duntaxat. de renuntiatio.

Sed

2 Sed † regula de pacificis possessoribus loquitur de habente coloratum, quem hic de Moncello prætensus symoniacus nō habet, ergo potuit inquietari tam in petitorio quam in possessorio, & ita tenuit gloss. in verb. coloratū. in tit. de pacific. possess. in pragm. sanct.

Secundò, probatur per l. nec ex uera. & ibi Bald. C.
3 de contrahen. emptio. quod ubi † deficit titulus, ibi non procedit vsucapio. text. est in l. siue. ff. de vsucap. text. in §. 1. institu. de vsucapio. sed deficiebat titulus. d. de Moncello: ergo non poterat se iuuare decreto de pacific. possesso.

Tertiò, beneficium ecclesiasticum non potest sine canonica institutione obtineri. regula, beneficium. de reg. iur. in 6. ergo. &c.

Imo quantò plus tenent beneficiū, tantò plus peccant. c. fi. de consuet.

Cum semper fur sit in mora l. si pro fure. §. 1. ff. de condict. furtiua.

Contrarium credo uerum, per regulam in con-
4 cord. 33. ibi nequeant molestari, nec non † impetrationes, quaslibet de beneficiis ipsis sic possessis factas, irritas & inanes censeri debere decreuit, ecce ergo ꝙ impetrationes post triennium non valent, per d. regulam. 33. ergo non ualuit impetratio. Do. de Sarratis. Et hæc regula est approbata per Sanctissimum dominum nostrum Papam Clementem modernum. regula. 33. idem statuit. & in concorda. in titulo de pacific. possesso. ibi ratione iuris nouiter reperti nequeat molestari, & sic rōne nouę impetrationis non potuit molestari. vide Io. de Selua ī trac. de beneficio. in 3. par. q. 2.

Secundò, facit tex. ad hoc propositum formalis. in
5 c. nulli. de elect. lib. 6. dicens † eligentem non posse electionem per se & alios factam in concor. impugnare. Ecce quomodo Dom. de Sarratis non potuit electionem in concord. facta impugnare, nec crimina aut defectus opponere.

Malè, ergo processit: impugnando igitur in expensis debet condemnari. & triennio est suis beneficiis suspensus, qui in probatione deficit. c. 1. fin. & c. si fortè. de elect. lib. 6. & idem si causam nō prosequatur. Do. de Rota. decisio. 384. fuit dubitatum vtrum in nouos.

Præterea nec potest D. de Sarratis pœnitere nec recedere edictà oppositione, alias punitur tanquam si omnino defecisset. tex. in c. ab eo. de electio. lib. 6.

Item debebat venire in illa citatione confirmationis faciēda. iuxta. c. fi. de electio. eod. lib. sed non venit, ergo nec post potuit venire, & opponere, maximè post triennium.

9 Nec obstat quod † symoniacus, nō habet titulum, quod fateor. sed hic non fuit probata symonia, ideo de his quæ non sunt & non apparent. idem est iudiciū l. duo sunt Titii. ff. de testa. tutel. l. cum rescriberes §. 1. ff. de leg. 1. l. 1. §. per procurator. & ibi Vincent. de acquirend. poss. Sed non apparet de Moncello esse symoniacum, ergo non poterat ei opponi, & maxime obstante decreto, de pacific. possesso. maximè quia probauit volendo in locum de Moncello surrogari.

Item impetratio Do. de Sarratis est nulla, quia Roma. Pontifex confert ei si specialiter non sit ius quæsitum alteri in præpositura vt attestatur in suis impetrationibus: nam in dubio non uidetur iuri tertii uelle præiudicare. c. quamuis. de rescrip. lib. vj. & quando dicitur non obstante collatione alteri facta intelligitur inualida. cap. causam. de rescript. per Compostella. & alios post eum.

Sed erat ius specialiter quæsitum de Mōcello, tam per concordatum de pacific. possesso. quam per regulam cancella. ergo Papa non intedebat illi conferre.

7 Item, † debebat in sua prima impetratione dictum de Moncello triennalem possessorem se dicere: & tamen id tacuit, quo expresso literas non concessisset Ro. Pontifex, vel non ita de leui. in c. postulasti. in fin. de rescrip. non obstat quod dicit certum tempus, qa illud debebat exprimere.

8 Vlterius, debebat d. de Sarratis venire ad denuntiationem Euangelicam, de qua Matthe. 18. c. & c. si peccauerit. 2. q. 1. & c. nouit. de iudi. concludendo, quod d. de Monsello peccabat detinendo iniustè beneficium, & tunc tam iudex sæcularis quàm Ecclesiasticus potuisset adiri, vt not. Bart. in extrauag. ad reprimendum in gloss. in verb. denuntiationem. quomodo in læsæ maiest. crimine. proced. & quod sic debeat audiri tenet glo. in verb. molesta. de pacific. possess. in pragma. sanct. facit quod dicit Panor. in c. 1. de concessio. præb. quod licet post sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam super beneficio, quis non debeat audiri, tamen per viam denuntiationis audiri poterit, maximè cum dominus de Mōcello præpositus haberet in d. de Sarratis iurisdictionem.

9 Præterea † nemini licet propriam turpitudinem allegare. l. si creditoribus. C. de seruo pag. da. ma. l. iusiurandum quod. §. fin. cum l. seq. ff. de iureiur. & pro hoc est tex. in c. super. de concessio. præben. quod facit hic, de Sarratis allegans Symoniam in electione interuenisse quam poterat ante confirmationē scire & allegare, sed non fecit, sed hoc causa malitiæ & inuidiæ, nūc ergo debet excludi, nam aut commissa fuit symonia per omnes eligentes, & tunc debet sibi cauere de excommunicatione quam ponit extra, cum detestabile de symo. in communi. ubi non reuelans symoniam est excommunicatus & non potest absolui nisi à Romano Pontifice: sed hic de Sarratis non reuelauit eā Symoniam Episcopo, sicut præcepit ille tex. ergo sibi caueat & etiam quia symoniaci sunt excommunicati, vt ibi ipse talem asserit, ergo non ualuit aliqua collatio facta d. de Sarratis tanquam excommunicato. c. postulastis. de clerico. excomm. ministran. & hoc hodie est confirmatum per pragma. sanctio. in titul. de electionib. capit. sicut. §. quod si aliter.

Si verò, dicit aliquos symoniacos, & tūc penes alios remansisset ius eligendi, & sic nulla erat deuolutio.

11 Et per hoc respondeo ad aliud dubium, an † possit beneficium symoniaci impetrari, & omisso multiloquio. respondeo, quod sic, cum electio Symoniaca sit nulla, & ideò beneficiū uacat ipso iure. Igitur & ante declarationē symonia potest impetrari. c. si alicuius. & ibi Panorm. de electio. & Imo. cum Panor. in c. cū uniuersorum. de rer. perm. idem tenuit glo. allegationibus. plena. in d. §. quod si aliter. in uerb. ipso iure. de electio. in pragm. & Aufrer. in decis. capel. Tholo. quæst. 438.

12 † Hoc intellige quando uerè probata est symonia, sed dictus de Sarratis eam non probauit, ergo habetur ac si non esset allegata. d. l. duo. de testa. tutel. nec commissa, ergo non potuit beneficium tanquam uacans impetrari cum non esset.

Nam quando aliquid narratur Papæ in supplicationi, ad ipsum narrantem onus probandi spectat. Ioan. Andr. in c. 1. de litis contesta. lib. 6. & ibid. Panor. in c. sedes. col. 1. de rescript. c. fin. colla. vlt. de præsumptio. Card. consil. 69. quo ad primum col. ult. Dec. consil. 174. uiso processu. col. 2.

13 Et sic † impetrauit beneficium uiuentis, quod nō licuit. c. 1. de concessio. præben. imo impetrans beneficium uiuentis efficitur infamis. 3. q. 2. cap. audiuimus. & debet deponi. cap. in primis. 2. q. 1. & 7. q. 1. c. non

non furem. ac à cōione ecclesiastica repelli. cap.1. de concessio.prębend.& quod plus est, non potest amplius obtinere illud beneficium quod impetrauit, propter iniuriam quam impetranti intulit, quia sicut non potest ducere eam in vxorem, cum qua cōtraxit viuo marito. cap.2.& fin. de eo qui duxit in matrim ita nec spiritualem vxorem, uidelicet beneficium consequi, cum quo contrahere voluit, & affectauit viuente sponso, & quodammodo illam adulterando. c. sicut. 7.q. 1. Panorm vbi supra. Syluester de Prierio in sua summa. in verb. beneficium. in 3. parte. q. 18. & ibi. Angel. §. 33. nam bonum est argumentum de matrimonio carnali ad spirituale. cap. inter corporalia. de translatio. episcopi.

Et sic debet d. de Sarratis dici intrusus & inhabilis ad dictam præposituram, prout in simili casu concludit Petr. Ancha. consil. 397. apparet ex narratis. nam
14 etiam dicitur † intrusus qui habet beneficium oblatum alteri iniustè. c. tanta. & ibi Anton. de excessib. prelat. Felin. in c. veniens. de accusatio. Ioan. de Selua. in tracta. de beneficio. in 3. parte. q. 11. nu. 9.

Dicit aliquis ignorantia excusabit d. de Sarratis: nam per scientiam & non per ignorantiam uolumus quem allegari. l. generali. C. de tabul. 10. vide Ioan. Seluam. in tract. de benefic. in 3. parte. q. 12. in 17. quali
15 tate. Respondeo † esse uerum quando fama esset, vel alia iusta credulitas quod quis esset mortuus, & tunc impetraret illud beneficium tanquam mortui, ignorantia tunc excusabit, vt cōsuluit Oldrad. consil. 304. infrascriptæ. nu. 7. col. 3.

Intellige à pœna infamiæ & depositionis, sed à pœna quod sit inhabilis ad beneficium quod impetrauit, & quod non ualeat impetrare non facta mentione illius primæ impetrationis beneficij viuentis, ignorantia non excusat, tum propter maximam ambitionem, quam habet volēs expellere de suo beneficio viuum, tum etiam quia si Papa sciuisset talē impetrasse beneficium viuentis, non concessisset, aut item non ita de leui. c. postulasti. de rescri. ideo antequam quis occupet beneficium debet esse certus de morte. Dec. cōsi. 398. in causa domini.

36 Dico etiam in casu nostro † ignorantiam nō posse d. de Sarratis excusare, quia non cadit in hoc ignorantia: nam antequam impetraret certus esse debuit de symonia, aliàs qui semper vellet impetrare beneficium senis vt post suam mortem haberet, quod est reprobatum.

Imò in tantum est exosa impetratio beneficii, quæ non solum non valet, sed nec etiam constitutio procuratorum facta de beneficio dum vacabit. no. in c. fi. de concessio. præben. ita fuit iudicatum in Parlamento Delphinali referente Guid. Papa. consil. 189. circa. consuluit etiam Dec. consi. 172. in causa.

Quare cum d. de Sarratis impetrauerit beneficium postea, non facta mentione primę impetrationis nihil egit, & sic nullum ius potest prætendere, ex dicta impetratione, imo tanquam subreptitia est nulla. d. c. 1. Panor. & in regulis cancella. regula 2c. ne detur materia captandi mortem alterius. c. nec captandæ. de concessio. præb. lib. 6.

17 † Etiam Christianissimus Rex vult non valere concessionem beneficii viuentis factam, ut patet in ordina. Regis Caroli, septimo articulo, quarto, 20. & 5.

Nec inuenio quod d. de Sarratis sit intrusus uirtute cuiusdā possessionis apprehensæ in beneficio non unito, quia iste non est modus intrudendi aliquem. de quibus per Felin. cap. nostra. de rescri. & c. veniens. de accusatio. ideo dicit Petr. Anch. consil. 109. refert de Selua. in tract. de benefic. in 3. parte. q. 12. in 14. qualitate. quod impetrans Ecclesiam censetur & unitam impetrasse. per c. super eo. de præb. in 6.

Imo si alii præpositi tenuerunt Ecclesiam sancti Dionysii, non unitam tanquam annexam & unitam per centum annos, & de cuius memoria non sit in cōtrarium, potuerunt præscribere. c. 1. de prescript. in 6. Do. de Rota. decis. 205. nota quod ubi allegatur beneficium in antiq. & in addit. ad Panorm. in c. sicut unire. de excessib. præla. nam res quæ non erant de mensa possunt uniri mensæ Ecclesiæ per præscriptionem Inno. in c. cum super. circa medium. de reb. ecclesiæ nō alienand. uide Ioan. de Selua in tractat. de benefic. in 3. parte. quæst. 12. in 17. qualitate.

Oportet tamen ut Ecclesia sancti Dionysii sit possessa tāquam annexa & unita, alioqui si ex collatione capituli non posset præscribi. Ioan. And. in regul. qui contra iura mercatur. in 1. q. in fi. de reg. iur. lib. 6. in mercuria.

18 † Sed ut mihi in facto præsupponitur non fuit possessum beneficium sancti Dionysii tanquam unitum nisi per 20. annos, quod tempus non est sufficiens ut supra dixi.

19 Nec habet obstare quia † Ecclesia nō potest prescribi sine canonica institutione. regul. 1. de reg. iur. in 6.

Nam uerum est quod potest præscribi, vt sit tanquam in titulum, tamen bene potest prescribi, ut tanquam proprietas obtineatur. c. auditis. de præscr. & per actum unionis non confertur Ecclesia & titulus, sed conceditur ut proprietas. Ioan. de Ligna. in d. c. sicut unire. de excessib. prælat. refert Petrus de Perus. in tracta. de unio. Ecclesiæ. c. 4. uersi. sed iuxta predicta.

Minusque ex persona de Monsello, cum quo litigauit, dicendo eum symoniacum, & sic non habere ius, ergo nec de Sarratis, quia non dat qui non habet. dicit Bar. in l. uniuersæ. C. de lega. facit l. traditio. ff. de acquir. rer. do.

20 † Item ex eo quod quis nixus est impugnare, non debet fructum consequi, regula ex eo, de reg. iur. lib. 6. & tex. in c. cum olim. de censib.

Sed totis, ut dicunt, neruis d. de Sarratis nixus est impugnare & electionem de Moncello, & Cay bassi, ergo ex ea non potest fructum consequi.

Licet hæc subrogatio fuerit intra tres mēses facta, ob hoc non potest impugnari cum Rom. Pontifex, & ante & post semper possit conferre, cum in beneficiis habeat plenariam potestatem. capit. 2. de præb. lib. 6. clement. una. in fin. ut latè pendent.

Ex his infertur quod per adeptionem beneficii sancti Dionysii non annexi præposituræ non uacat præpositura. tum primo probatur in capit. gratia. de rescrip. lib. 6 argumentando de maiori ad minus, quod argumentum est in iure ualidum. auth. multomagis. C. de sacr. sanct. Eccles. sed gratia impetrata postquā est adeptus beneficium quod ignorat se habere non est subreptitia, ergo minus in hoc casu.

21 Tum secundo quia † ignorantia iusta excusat eum qui putabat beneficium esse unitum, quod non erat, ergo illa ignorantia nō affectata excusabit. c. 1. de tempo. ordi. lib. 6. cle. 1. de consanguinita. Et illa ignorantia potest iuramento probari. c. ut circa. in fin. de elect. Sed per adeptionem præposituræ pacificæ, bene uacabit beneficium sancti Firmini. per c. præterea. & c. de multa. de præb.

Tum primò, quia non est dispensatus: nam in sua prima prouisione non est uerbum dispensamus.

Item, ex alio sua impetratio est subreptitia, quia non fecit mentionem an illa præpositura esset electiua,

ctiua, quod requiritur. vt not. Do. de Rota, decisio. 134.in nouis. Panor. & Felin. in c. ad aures. de rescrip. Card. in Clem. quia contingit not. 4. de religio. do. cap. cum in illis. §. illis. uero de praeb. lib. 6. de Selua. vbi supra. saltem in prima impetratione.

Nec uideo quod licet capitulum esset in suo trimestri ad eligendum quod ob id non ualeat impetratio,
22 licet de illo nulla mentio fuerit facta, quia † Papa praeuenire potest quemlibet. c. vbi. §. sane. de electio. lib. 6. facit c. praesenti. de offic. lega. eodem libro.

Imò etiam si capitulum praestituerit diem canonicis ad conferendum, adhuc ualeret collatio, etiam nō facta mentione illius citationis canonicorum. glo. in §. uisum. in uerb. non ualeant. de col. in pra. de lo. Sel. in tra. de benefi. 3. parte. q. 12. in 16. qualitate.

23 Item, † licet non expresserit iurisdictionem, non uitiatur rescriptum, uel impetratio, uel alia cura iurisdictionalis, seu collegialis, quia qualitates quae insunt de iure nō debent exprimi, sed tantum de facto ratione consuetudinis ecclesiae uel alio modo Ioan. de Selua. in d. q. 12. in 6. qualitate.

Item impetrauit iure deuoluto, sed non erat deuolutum ius a Romanum Pōtificem, cum adhuc canonici essent in suo trimestri.

Satis etiam uidetur exprimere quod illa beneficia sunt solita Regi per regulares, & quod sint in Ecclesia cathedrali Magalonae, nec uitiatur, ob hoc quod nō expresit plebaniam sancti Firmini spectare ad collationem praepositi cum capitulo. per c. à collatione. de appellat. lib. 6. & c. pen. de concess. praebend.

Item non debemus dicere quod aliqua taciturnitas uitiat gratiam quamuis ius exprimat de illa faciendam mentionem. Calder consil. 10. sub titu de filiis presbytero. nam annullatio gratiae est poena quam iudex non debet ultra ius imponere c. siue. de coniugiis, §. in hoc 33. q. 2. gl. in c. fin. de iure patro.

24 † Sed lex uel canon non annullat rescriptum, non exprimēdo illas qualitates, quare nec dicam nullum. facit gl. quinta in c. 1. de praeben. in clem. Feli. in c. in nostra correla. 3. de rescrip.

Item capituli syndicus, potest interrogare Do. de Sarratis an ius praetendit ex prima impetratione, quod ex supradictis non potest, nisi uelit habere ius ex secūda impetratione uirtute cessionis Caybassi, dico quod tunc non censetur dispensatus ad praeposituram, quia prima impetratio dicit nos tecum dispensamus ut una cum dicta praepositura si illa uigore praesentium assequaris teneas. &c. sed eam non assequitur per primam impetrationem, ergo nō censetur dispensatus, quare beneficium sancti Firmini per adeptionem praepositurae ipso iure uacabat per extrau. execrabilis. & c. de multa. ergo potuit impetrari.

Item debebat dicere praeposituram esse in Ecclesia cathedrali Magalonen. c. quamuis. in j de praeb. libro 6. Felinus in capitulo postulasti. collatione 7. de rescriptionib. Ioannes de Selua in tractatu de benefic. in tertia parte quaestione 11. in 21. qualitate.

25 Item † nullum ius potest praetendere ex manus leuatione curiae: quia beneficium ecclesiasticum non potest obtineri sine canonica institutione, regula 1. de reg. iur. lib. 6. sed laicus uel laici non conferunt beneficia, nisi ex priuilegio. c. dilectus in 3. de praebend. ergo Do. de Parlamento non potuerunt sibi conferre ius ex illa manus leuatione.

Item, illa sententia quā fuit annullata electio nullum etiam ius tribuit: quia licet electio sit nulla, non sequitur, ergo d. de Sarratis habet ius, quia neutri fortè cōpetere potest. ideo Do. de Blandiaco impetrauit.

26 Item quia † sententia iudicis non tribuit ius in beneficio, sed canonica institutio. c. ex frequentibus. de institut. regula 1. de regul. iur. lib. 6. Domi. consi. 12. utrum ille. col. 2.

Item uide regulam cancella. 27.

RESPON. CLXXXVIII.

De beneficio per triennium possesso.

SVMMARIVM.

1 *Falsa bulla non est bulla, sicut falsa iustitia non est iustitia.*

2 *Possidens beneficium per triennium non iuuatur decreto de pacificis possessoribus si excedat modum in supplicatione expressum.*

3 *Triennalis possessio non dat colorem, vbi deficit titulus, & fundamentum.*

Sententia non viso processu nulla est, ibid.

4 *Resignationem quomodo debeat consensus praecedere.*

5 *Patronatum beneficium conferens, si non conqueratur patronus intra quadrimestre, postea non admittitur.*

Ev le faict, semble que le procureur du Roy a bonne raison se pourtant pour appellant comme d'abus de la bulle. Veu que la bulle n'a poinc de consent, & la doibt maintenir faulse: car est contre le style de Rome, lequel n'expedie sans bon conseil: & peut dire n'auoir iamais esté expedié, & parainsi fause par le [Visa facti narratione, uidetur, procuratorem Regium iusta ratione fundatum esse, quòd se pro appellante gerat, ut cōtra abusum bullae, qñquidem bulla consensum non habet, & illam esse falsam insistere debet. Nam cōtraria est stylo Romae, per quem nulla sine matura deliberatione non expeditur: & dici potest nunquam expeditam fuisse, atque ita falsam esse per Jc. quam graui. de crimi. falsi. cum c. licet ibidem, quia † falsa bulla,
1 non est bulla, sicut falsa iustitia non est iustitia. c. vera. ubi gl. 45. dist. & falsus denarius non est denarius. glo. in l. omnes. C. de haeret. doct. in l. elegāter. §. qui reprobos. ff. de pignor. actio. & testamentum falsum non dicitur testamentum. l. 2. §. 1. ff. quemadmodum testa. aperiant. vnde nō poterit hic iuuari decreto. de pacifi. possesso. quia nullum titulū habet, qui habet falsum.

2 Item, fuit decisum in Rota, quod † possidens beneficium per triennium quod titulo resignationis habuit, si modum in supplicatione expressum non seruet, non iuuatur decreto de pacific. possesso. vt citat Gomes. in reg. cancel. de trien. posses. q. 33. sed hic impetrans non seruauit modū in instrumento nominationis expresū, ergo iuuari non poterit hoc Decreto.

Imo, ibidem dicitur, quod si ordinarius contulerit beneficium vacans per sententiam priuationis, si non appareat de sententia priuationis & processu, non poterit iuuari decreto de pacific. possesso. post trien-
3 nium, quia vbi euidenter & notorie constat de fundamento tituli infecto, talis titulus non dat colorem: quia dicitur emanare de facto, & non de iure, vt scribit Feli. in c. in nostra, corrella. 2. de praescrip. sed clarum & notorium est sententiam non quaesito de processu nullam esse, teste Aegidi. decis. 89. idem in collatione fundata super illa sententia: sic & in hoc casu, cum talis collatio fundetur super regis nominatione facta, quae non apparet nec de procuratorio nec de consensu procuratoris, ergo notoriè constat quod est nulla & falsa. igitur non iuuatur hic possessor triennali possessione, seu detentione.

Item

Item, quia per regulam cancellariæ 43. prohibetur
4 ne literæ Apostolicæ expediantur, † nisi resignans specialiter vel eius procurator consenserit aliàs Papa Paulus in suis nouis regulis statuit bullas & instrumẽta aliter facta viribus carere, & nullius roboris & momenti esse, ergo istæ bullæ sunt nullæ. Ideo non possunt præstare titulum coloratum, sine quo pacificus possessor, semper molestari potest: ut in tex. illius tituli de pacific. possesso. patet.

Item, fuit iudicatum in sacro magno regis cõcilio, pro eo qui habebat nominationem regis per obitum licet alius habuisset per resignationem. quia resignans non vixerat viginti dies, & quia illa clausula etiam habet locum in episcopatibus, ut scripsi in glo. dispendiose. §. 1. de nomina. regia. in concord.

5 Nec refragatur, quod † si ordinarius contulerit beneficium patronatum & patronus non conqueratur, intra tempus, quod post tempus quadrimestre uel semestre non poterit conqueri. Feli. plene in cap. cum Bertoldus, de re iudic. quia intra tempus præstitutum conqueri debebat sic & rex. respon. hoc esse verum quando prouisio fuisset rectè & ritè facta à Papa: etiam si nõ esset derogatum regulæ de 20. diebus, fortè non posset rex conqueri post triennium. sed hic non fuit expedita bulla ex resignatione, nec consensu, nec seruatus fuit stylus, ob in concludo vt suprà, salua correctione melius sentientis.

RESPON. CLXXXIX.

An exterius, decreto de pacificis iuuetur possessoribus.

SVMMARIVM.

1 *Exterus non iuuatur decreto de pacificis possessoribus.*
2 *Exterus impetrans beneficium debet facere mentionem suæ originis, aliàs gratia est subreptitia.*
3 *Collatio subreptitia est nulla.*
4 *Amouere, & remouere exterum à beneficio intra regnum importat nudam executionem.*
5 *Collatio contra honestatem ecclesiasticam non valet.*
6 *Collatio exteris quare prohibita.*
7 *Fiscus in emendo metalla, alteri priuato præferri debet, si velit emere.*
8 *Collatio facta extero, an de rigore iuris valeat.*
9 *Personam acceptio an sit habenda.*



SVPER quæstione mihi proposita, breui re
1 spon. quod † exterus, etiam si post trienniũ in regno Franciæ possederit beneficium nõ potest iuuari decreto de pacifica possess. primo quia licet illæ tex. generaliter loquatur; quicunque, tamen debet intelligi de habili. tex. in l. 1. C. de Episcopis & cleric. l. mancipari. ff. de adoptio. & hoc expresse tenet gl. in vltima cancella. 3. quam sequitur Chassa. in consuet. Burgund. in rubr. *des successions*. §. 3. glo. *habile*. sed exterus, maxime in regno Franciæ est inhabilis, ergo non iuuabitur hoc Decreto.

Item, quod sit inhabilis, probatur tam iure diuino, canonico, ciuili quã per ordinationes regias, ac regulas cancella. primò iure diuino dicitur. Non est bonũ sumere panẽ filiorũ, & dare canibus. Idest, exteris, & Deutero. 18. Prophetã de gente & de fratribus tuis suscitabit tibi dominus Deus tuus, ipsum audies, &c.

Secundò, de iure canonico est inhabilis in c. 2. in vers. quia uero, ibi, nec uellemus ei præficere alienum. de postula. præla. cap. nullus inuitis. 61. dist. vbi dicitur, nullus in uitis detur Episcopus, tunc autem alter de altera eligatur ecclesia si de ciuitatis ipsius clero cuius est episcopus ordinandus nullus (quod euenire non credimus) dignus poterit reperiri, primum eum illi reprobandi sunt, ut aliqui de alienis ecclesiis meritò præferantur. habeat vnusquisque suum fructum militiæ in Ecclesia, in qua suam per omnia officia transegit ætatem, &c. in c. neminem. 70. distinctione.

2 Item, † si forensis & exterus impetrat à Papa beneficium, & non facit mentionem suæ originis, gratia est subreptitia, quia in dubio Papa intendit prouidere cuicunque in patria sua. glo. singu. in cap. si proponente, in glo. magna de rescript. & dicit, ibi Panorm. illam glo. verissimam. quia si exterus suam expressisset nationem, Papa non concessisset uel non ita de leui. cap. postulasti. de rescript. & ita in facti contingentia obti-
3 nuit Corset. in sing. incipien. subreptio. sed † collatio subreptitia est nulla. nam subreptio in literis gratiæ ipso iure uitiat. c. ad aures. c. si proponente de rescript. clem. 1. & ibi Imol. in 2. no. de præbend. ergo & ista facta extero à Papa, & ita tenuit Barba. consil. 57. præclarè. col. prima. in primo uolum.

Tertiò, de iure ciuili in c. in ecclesiis, de episcopis & cler. l. fi. ibi ciuibus nostris debere cõferre sancimus. C. de anno. ciuilib. lib. 10. vbi dicit Bart. eleemosynas esse distribuendas pauperibus ciuibus. facit tex. in l. nulli. § sinautem persona. C. de episco. & cleric. & Cicero dicit, potiores sunt nobis cuius quam peregrini.

Quartò, per ordinationes regias exterus prohibetur beneficia in regno habere & tenere, de ista ordinatione facit mentionem Ordinatio regia. rubr. *des Presidens*, fol. 24. & habetur in stylo Parlamenti. in 7. parte. rub. de præbend. Ordi. vlt. ergo postquam non potest habere, nec tenere. si tenuerit, non iuuabitur decreto de pacific. possessio. arg. illorum quæ notantur in l. non dubium. C. de legib. & illa dictio nõ potest recipere, tollit potẽtiam. c. 1. de causa possessio. c. 1. de reg. iur. in 6. uide text. in cap. non potest, ibi, possit recipere, ac simul licite retinere, de præbend. in 6.

Quintò, contra regulam cancella. 19. ubi collatio de parrochiali ecclesia facta extero, qui non loquitur, nec intelligit idioma loci, est nullius momenti, ergo si tenuerit. longo tempore non iuuabitur illo decreto de pacific. possess. cum non habeat coloratum titulum, sed nullum.

Ratio multiplex est prima quia collatio facta isti extero est nulla, & sic non habet coloratum, titulum, quod primò probatur per tex. in c. fin. de cleric. peregrinan. vbi licet episcopo dictos exteros ex beneficiis
4 remouere. Verba enim † amouere & remouere denotant nudam executionem. c. abbate sanè, in princ. ibi petiit adiudicari eidem monasterio, & vos exinde amoueri. de re iudica. in 6. & quando uerba ponuntur in lege, vel constitutione quæ denotant actualem executionem, inferunt priuationem uel nullitatem ipso iure, Anton. Butrius in c. fin. col. 2. de postuland. sed in d. c. fin. illa uerba remouere ponuntur, ergo non ualebat collatio. quia text. dicit, priues & postea remoueas.

Item, est contraria honestati. d. cap. fin. & sicut, non ualet lex contra honestatem. cap. erit autem lex.
4 4. distinctio. ita nec ista colatio, quia † collatio contra honestatem ecclesiasticam non ualet. c. 3. de instit. & etiam dicitur in d. c. fi. quod collatio facta extraneo est à sanctorum patrum institutionibus aliena. & sic non ualida, quia sine dispensatione non potest tenere ut ibidem dicitur.

Y Item,

Item, intra conscientiam. c.bonæ 2. circa finem de postula.præla.ibi.Ideoque non poteramus salua conscientia,eidem ecclesiæ in alia persona, quæ de regno Vngariæ originem duceret, congruè prouidere, &c.

6 Adhæc † prohibita est collatio exteris ne regni secreta reuelent.l.mercatores. C. de cōmerc. & merca. ibi alieni enim regni archana scrutari non conuenit: sed possent reuelare etiam post triennium, ergo non iuuantur hoc decreto.vnde dicit glo.in uerb. diuersorum, in extra.Ioan.22.de præbend.quod domini temporales possunt se opponere contra promouendum, si habeat eum de proditione terræ suæ uel consiliorum, & secretorum suorum suspectum, allegat iura quæ ibi licet videre.

Insuper,exteri in fundandis beneficiis nihil contribuerunt,sed soli indigenæ. Ideo illis præferri debent.
7 arg.l.primæ. C. de metal.& metalla.lib.11. † vbi fiscus in emendo metalla, alteri priuato præferri debet, si uelit emere.glo.in c.neminem.70. dist.dicit potius instituendos esse clericos,de quorum bonis fundata est ecclesia,quam alios extraneos.

Item,ne pecunias regni in extraneas & forte inimicas deferāt nationes.arg.c.ita quorundam. de Iudæis. & l.prima, & 2. C.quæ res exportari non debeant,fortè inimici ex pecuniis regni nobis bella indicerent, & facerent quod esse graue.

Item non ualere prouisionem factam exteris tenet glo.in regula cancella.19.& hoc quando priuilegium adesset, & exteri non possunt habere. vt in Hispania dicit esse priuilegium.glo.ibi. & in Francia idem priuilegium esse etiam asserit, glos. in verb. exterorum in procem.pragma.sanctio.quam sequitur Benedic.in repe.c.Raynutius, in uerbo & uxorem. num.1045. de testam. & Io.de Selua in tracta. de beneficio.in 3.parte.q.26.ubi intelligit non ualere quando fit à Papa, si sciuisset illum extraneum,uel non de leui ut in d.cap. postulasti.de rescript.& supra dictum extitit, & Papa qui isti extraneo contulit,præsumitur circunuentus, & sic collatio non tenet,vt expresse tradit Barba.consil.30.bene & enim, in fi.uol.3.

8 Non obstat c.ad decorem.de institutio. ubi † collatio ualet facta extero de rigore iuris, secundū Feli. in c.sicut tuis.col. 2. de symo. & nisi obstet priuilegiū sicut dicimus in hoc regno, aliter respondet Barba. d. consil. 57. col. 1. ubi dicit loqui quando erat facta rescriptio ad certum genus personarum,ut potè ad Venetos:quia hoc non ualet, secus si detur priuilegium de hominibus regni. Idem Barba. consil. 23. scripsit. col.5.in primo volum. nec obstat si dicatur quod ordinatio non possit annullare titulum,respon. Papę priuilegium, cui consonat ordinario regia, hoc posse.

9 Nec refragatur, quod non sit † habenda acceptio personarum,verum est in personis æqualibus,& quādo est eadem ratio in illis personis, aliqui contra: nam dispensari potest circa sublimes personas,& literatas facilè, sed nō circa alias.c.de multa, & ibi Panor. de preben. no.Roch.de curte, in tracta. de iure patro. in uerb. honorificum. q. 18. & sic concludo extraneū non natum in regno non iuuari decreto de pacific. possess. post triennium.

RESPON. CXC.

Super titulo de pacificis posses. in tractatu. nu. 225. in fi. Limitatio siue restrictio.

SVMMARIVM.

1 *Bastardus quando iuuetur de pacificis possessoribus.*
2 *Collatio Papæ inhabili scienter facta, illum habilem facere videtur.*
3 *Qualitas iuncta verbo, debet intelligi secundum tempus verbi.*
4 *Titulus nullus, nullam producere potest exceptionem, aut effectum.*
5 *Tempus triennale,an currat contra minorem, qui permisit suum possideri beneficium per triennium.*
6 *Minor in beneficialibus censetur maior.*
7 *Titulum coloratum non habet, qui contra statuta, seu fundationem est institutus.*
8 *Titulus incoloratus quis dicatur.*
9 *Inducta ad augumentum, non debent operari diminutionem.*
10 *Molestari quando quis dicatur in iudicio, vel extra iudicium.*
11 *Excipere qui potest, potest & agere.*
12 *Possessor triennalis an gaudere debeat eadem securitate, qua gaudet præscribens per quadraginta annos.*
13 *Requisita in hoc titulo notanda.*

1 FALLIT, † quando ille bastardus esse à Papa legitimatus, & habilis factus ad beneficia,tunc per triennium possidendo, cum vero uel colorato titulo putarem eum iuuari posse hoc decreto:quia postquā est factus habilis collatio illi facta ualere potuit, uel saltem potuit esse colorata:ergo huius Decreti, hoc casu erit capax, secus quando sine alia dispensatione collatio illi facta fuerit, & postea ipse illud possederit beneficium
2 per triēnium,nisi † collatio fuisset eidem facta à Papa scienter: quia tunc uidetur illum habilem facere. per l.quidam.ff.de re iudi.alioqui iste titulus uidetur inducere duo specialia.Primum,quod collatio facta dicatur colorata,quæ est nulla.

Secundum, quod post triēnium nulla collatio hic approbetur, quod est contra tex.in l.1.C.de dotis pro
3 missio.Item † qualitas iuncta uerbo debet intelligi secundum tēpus verbi. l.in delictis.§.1.ff.de noxal. sed text. de pacific. possess. requirit, possidentem habere uerum uel coloratum titulum, quem habere non potest antequam sit factus legitimus, quia omnino est incapax ad spiritualia; ut supra dixi, ergo bastardi non possunt hoc tit. iuuari.

Nec refragatur, quod hic tantum excipiat duos casus,ergo in aliis habet locum, uerum est quando alii possunt uerum, uel coloratum habere titulū, sed inhabiles non possunt nec coloratum nec uerum habere titulum, ergo huic decreto non conueniunt: etiam ij duo casus excepti recipiunt extensionem, ad alios casus similes,ex identiate rationis.c.cum dilecta. Vbi Panor.in 5.no.de confir.utili,etiam si essent excepti cū dictione taxatiua, nec enim propter hoc excluduntur casus similes ubi est maior uel eadem ratio. per l.ob æs alienum.C.de præd.mino. declarat Doct. in l.contractus.ff.de reg.iur. & Iason in l.1.col.penult. de offic.eius.ut etiam Gomes.fatetur. quæst.49.

4 Item, † titulus nullus nullā producere potest exceptionem,nec effectū.l.quotiens. ff. qui satisda. cogan. l.3.§.condemnatū.de re iudic.c.ex tenore.de rescript.

Et generalitas non potest extendi contra uerba text. quæ extenderetur si diceremus comprehendi bastardum,nec uideo rationem quod alii etiam comprehendantur, quamuis contrarium teneat Gomes. in hac regula.quæst.2.

Nec obstat quod exceptio istius regulæ sit quædā defensio,

defensio, ob id datur bastardo, sicut exceptio datur excommunicato. Respondeo, quando exceptio esset inducta, sed nego posse induci: quia est inhabilis, & sicut symoniacus, violentus, vel intrusus non potest ex longa possessione acquirere hanc exceptionem sic nec bastardus, nec est inter istos differentia quo ad acquisitionem tituli, quia nullus istorum acquirere potest, sic nec bastardus.

Super numero 177. de pacific. possesso. in tractatu.

5 VTRVM hoc † tempus triennale currat contra minorem, qui permisit suum possideri beneficium per triennium, & concludit. glos. in uerb. impedimenti quod contra minorem. 14. annis ipso iure non currit tempus triennale, contra maiorem sic, sed datur restitutio cũ certet de damno vitando, & sit læsus: ut potè quia viuebat ex illo beneficio, & ex simplicitate non inquietarunt possessorem.

6 Ego uerò nõ subueniendum huic † minori puto, tùm quòd in beneficialibus censeatur maior. cap. fi. de iudic. in 6. tùm etiã quod hoc Decretum generaliter loquitur, & cõstitutio generalis minores etiam ligat.

Prætereà, quòd duo specialia in eo concurrerent. Primum, quod minor haberet beneficium. Secundum, quod si illud perderet, quod illud posset recuperare contra. l. vnicam. C. de dotis promissio.

Item, beneficia essent in incerto, & incertum esset cuius essent contra. l. primam. ff. de vsucap.

Item super impedimento tenetur protestari, si nõ est protestatus imputet sibi quamuis Gomes. quæst. 15. super hac regula cancellariæ, sequatur glo. sanct. pragmati. per quæst. 22. & seq. in tract.

Per quæstio. 22. & seq. in tract. Nominatio.

7 QVOD † non habeat coloratum titulum, is qui cõtra statuta seu fundationem est institutus, patet: quia nullus statuta fundationis mutare potest extra Papam. clem. quia contingit. de religio. do. & sic non potuit episcopus hoc immutare.

Item, incoloratus titulus dicitur is qui est factus eo casu quo ligatæ erant manus ordinarij, propter inhibitionem uel decretum appositum. glo. in uerb. coloratum eo. titul. in pragmat. sed decretum censetur appositum in fundatione, ergo non ualet.

In numero 260. in titul. de pacific. posse.

IS qui impetrauit beneficiũ uiuentis nõ iuuat decreto de pacific. possesso. vide in quæstio. Gomes. 44.

8 Item, † q. 60. dicitur, quod post triennium non poterit agere contra dominũ: ego dico contrarium, tùm quod hoc remedium esset inutile si non posset agere. Tum, quod est introductum ad iuris augmentum,
9 & † inducta ad augmentum, non debent operari diminutionem. l. legata. ff. de leg. 1.

Item hic prohibet istũ triennalem possessorẽ non molestari, sed non prohibet quod ipse alios molestet.

Prætereà, si ipse possessor non posset agere, semper molestaretur extra iudicium. nam unus nunc unam rem beneficii occuparet, alter aliam. Vt postea alius beneficium, & si non ageret non prodesset ei hæc possessio triennalis & præscriptio, & istud est notorium ideo non indiget probatione.

Adhæc postquam Papa non vult ut post trienniũ possessor molestetur, confirmat titulum coloratum, & reddit illum ualidum, ut supra dixi, ex quo titulo ualido agere poterit.

Item hic prohibet molestare, tam in petitorio, quã
10 in possessorio, & † dicitur quis alium molestare, tam in iudicio, quàm extra iudicium. c. dilectus primo. de symo. c. suam in uerb molestos. de pœnis c. significante de pigno. l. vna. C. de nundin. Innoc. & alii in cap. in præsentia. de probatio. Barba. plenè in cap. in nostra num. 29. de rescript. Igitur si is qui habebat bonum titulum ante triennium, nunc vero non habet detineat aliquam rem beneficii, uel ipsum beneficium, poterit agere triennalis possessor, post triennium, etiam contra illum: quia iste titulus coloratus est approbatus, & alterius improbatus propter suam negligentiam.

11 Item, † regulariter is qui potest excipere potest agere, & exceptionem per uiam actionis deducere. per tex. cum glo. ubi Bart. in l. si contendat. ff. de fideiuss. Angel. in rub. de except. in instit. col. 24. quæst. 14. principali vers. 4. Panor. Feli. & Doct. in c. si autem. de rescript. & sic possessor triennalis poterit per viam actionis, vel saltem per officium iudicis sicut alius qui haberet uerum titulum agere.

Et sic per prædicta concluditur, quod possessor triennalis poterit nõ solum excipere, sed agere. & nõ solum contra vnum, sed contra omnes, etiam aduersus dominum, & non solum in possessorio, sed in petitorio repetendo fructus, aut res beneficij, & etiam ipsum beneficium, etiam aduersus ordinarium, licet contrarium concludat. Gomes. in quæstio. 60.

12 Item, idem Gomes. q. 58. firmat quod † triennalis possessor eadem debet securitate gaudere qua gaudet præscribens, per quadraginta annos, allegat. Alexan. consil. 151. uiso. & consil. 163. uiso processu. in 2. volu. & Francis. Balb. in tracta. præscriptio. fol. 38. col. 3. sed post præscriptionem quis agere potest, ergo & hic. quod agere possit dicit tex. expressus, in c. placuit. 2. §. præscriptionum. 16. q. 3.

Nec obstat doctrina Bar. in l. 1. col. 2. nu. 5. ff. de conditio. ex lege. vbi quando lex uetat ad commodum illius cui fieri aliquid uetatur, tunc ex illa lege non cõpetit illi in fauorem cuius prohibitio facta fuit, nisi exceptio. l. 1. ff. ad Macedo. & l. 2. §. 1. ad Velleia. igitur ex isto tex. de pacific. possess. tantum acquiritur exceptio, non actio. per illa uerba, nequeat, molestari. Respon. quamuis per illa uerba, nequeat molestari, non induceretur actio, tamen ex iudicis æquitate orietur ius agendi. per l. Aurelius. §. Sticho. ff. de libera. lega. l. 3. C. qui bonis cede. possint. & hoc firmat Bart. in d. nu. 5. Igitur cum iste possessor triennalis molestetur extra iudicium, forte quia aliquis retinet res, aut iura beneficii, ipse poterit agere quia est uerus administrator, & ius habens in beneficio: non, ex illis uerbis, sed ex aliis iuribus quæ uolũt ut beneficiatus possit agere. c. edoceri, cum similib. de rescript.

13 † Requisita in hoc titulo notanda. Primum requiritur quod quis habeat titulum uerum uel coloratum habens titulum, & declaraui in tracta. de pacific. posse. in 4. extensione.

Secundò, requiritur quod ipse qui possidet sit habilis: nam inhabilis hoc decreto non iuuatur, ut in limitat. 4. abundantius scripsi. in d. tracta. ubi numeraui triginta personas & vltrà inhabiles.

Tertiò, requiritur quod possideat cum illo titulo beneficium, per triennium, continuum, ibi triennio proximo non interpellatum, nunc per annum, & postea cesset possidere, & demum per biennium, possideat. clem. una de sequestra. posses. & fruct. d. Gomes. q. 20. hoc expressim docet.

Quartò, requiritur quod pacificè & sine lite possederit. ibi, pacificè & sine lite, declaraui in tit. de pacifi. poss. limit. 3. quando dicatur pacificè possidere.

Quintò, requiritur quod illud beneficium sit ecclesiasticum, uel officium seu dignitas ecclesiastica. vt in text. latius patet, non officium profanum, ut etiam in 11. amplia scripsi. in tract. de pacific. possess.

Sextò, quod illud triennium sit completum. gl. in verb. triennio. in prag. & scripsi in 5. limi. nu. 226. hic.

RESPON. CXCI.

De pacificis possessoribus.

SVMMARIVM.

1 *Decretum de pacificis possessoribus titulum verum, vel coloratum requirit.*
2 *Promotus extra tempus à iure præstitum, priuatus est ipso iure, titulo beneficij, & suo beneficio.*
3 *Possessorem iniustum iura non defendunt.*
4 *Priuatus beneficiò per non promotionem, si spoliatur, non restituitur.*
5 *Consanguineus beneficium sui auunculi obtinere potest, & econtrario.*
6 *Dicenti incumbit onus probandi.*
7 *Titulus redactus ad non titulum, pro nihilo habetur.*
8 *Differentia magna inter præcarium, & collationem. Beneficium non datur ad tempus sicut præcarium. ibid.*
9 *Exempla non restringunt regulam.*
10 *Exceptio non excludit casus similes.*
11 *Titulus coloratus, & non coloratus.*
12 *Decretum de pacificis possessoribus, an respiciat possessorium, uel petitorium.*
13 *Fauere quando reis debeamus.*
14 *Dolus inter consanguineos abesse præsumitur. Dolus ab allegante probari debet. ibid.*
15 *Procurator an causam possessionis mutare possit.*


OMINVS Ioannes Lartault, olim Heduen. Canonicus procurator, Claudii Martini sui nepotis ad recipiẽdos fructus, & emolumenta beneficii de Motalon, videns illud beneficium vacare per non promotionem dicti sui nepotis in studio existentis, illud impetrauit, & de eo fuit prouisus, qui Lartault aliquanto tempore possedit, & postea obiit. Quod per illius obitum fuit collatum do. Nicolao Hymbelor, nunc Claudius Martin. impetrauit literas, de pacificis possessorib. An hæ debeant à iudicibus comprobari, &, vt dicunt, interinari? Et si fuerint comprobatæ, ac perperam iudicatum sit. Viso facto superiore arbitror d. literas de pacific. poss. non esse cõprobandas dicto Claudio Marti. Et si comprobatæ fuerint, perperam & maleiudicatũ.

1 Primò, † decretum de pacificis possessoribus requirit titulum verum vel coloratum, vt patet in titulo de pacifi. possess. in concord. Et in reg. 33. cancell. Sed iste Martinus nullum habet titulum, ergo nõ potest gaudere beneficio illius decreti.

2 Certum est quod non † promotus intra tempus à iure præstitutum est priuatus ipso iure titulo beneficii, & suo beneficio. c. licet canon. de elect. in 6. sed hic Martinus non fuit promotus in 26. anno. & sic priuatus extitit omni iure quod in illo beneficio habebat.

Item beneficium sic vacans per non promotionẽ non potest eidem post priuationem conferri ab ordinario. Ne lex imponatur verbis & ludibrio fiat. c. commissa. de elect. in 6.

Præterea, cum hoc beneficium esset vacans, potuit impetrari & conferri cuicumque habili, per c. 1. à contrario. c. 2. & per totum de concess. præben. Non enim
3 † iniustum possessorem defendunt iura. Sed iustum. c. 1. per quos fiat inuesti. Sic nec leges Franciæ. Vnde nec iudices illum detinentem defendere debent. Et si hoc faciant, contra leges & iura regni faciunt.

4 Denique si iste † priuatus per non promotionem spoliaretur non restitueretur. c. ad decimas. de restit. spol. ius. c. referente. de præb. Quamuis spoliatus ante omnia sit restituendus. cap. in litteris, de restitut. spoliat. l. si quis. C. ad leg. Iulia. de vrb. pub. Hoc probauit dom. de Rota, decis. 371. Nota quod vbi in antiq. sic per istas literas de pacifi. poss. ipse nõ debet restitui, cũ à priuatione à iure facta, fuerit oĩ suo exutus iure.

Nunc videndum est nunquid d. Ioannes Lartault fuerit inhabilis ad impetrandum dictum beneficium. Certè cum non inueniam d. Ioannem Lartault inhabilem à iure factum, ideo potuit illud beneficium impetrare. Nã oĩs homo est habilis qui non est inhabilis. Arg. l. si quæramus. ff. de test. Hosti. in summa de præb.

Primò, non potest dici inhabilis eò quòd auunculus seu patruus aut aliter consanguineus: quia
5 † consanguineus beneficium sui auunculi obtinere potest. Et ècontrario. cap. ex parte. primo. de offic. delegat.

Non potest etiam dici inhabilis eo quod procurator: quia hoc non est iure expressum. Et qui hoc dicit debet probare hoc esse à iure statutũ. c. Nã concu-
6 piscentiam de constit. Nam † dicenti incumbit onus probandi. l. ei qui. ff. de prob. Nempe officium non debet alicui esse damnosum. l. Sed si quis ex signatoribus. ff. quemad. testa aperi. Si propter officium procuratoris aliquis esset inhabilis ad impetrandum beneficium, nulli essent, vel admodum pauci qui procuratoris officio fungi uellent. ut plenius inferius dicetur.

Et sic patet priuatum per nõ promotionem seclusum esse à beneficio de pacific. possess. Et ita iudicatũ fuit in Rota. Vt Refert Gomes. in hac regul. q. 18 quia
7 dum titulus redactus est ad non titulum pro nihilo reputatur. c. dudum, de decim. l. quemadmodum. C. de agna. & censit. lib. xij. Et quando causa ad non causam redit non valet actus, ac si sine causa facta fuisset. l. si fallo. ff. de condict. sine cau. Sicut est in isto casu, quia d. Martinus, fuit à iure priuatus per non promotionẽ.

Non refragatur senten. glo. in hac regula cancellariæ. Argumento. l. in rebus. §. fi. cum l. sed si manente. ff. de præcar. quia nihil secum illæ leges faciunt. Et si ui-
8 deantur, hoc satis discerni potest. Nempè † longa est differentia inter precarium, & collationem. Et quamuis post finitum præcarium si quis possideat, uideatur precario possidere. Tamen si quis post priuationem beneficii factam beneficium possideat non habet titulum quem habebat ante priuationem. Alioqui alteri beneficium post priuationem conferri non posset. Sicut fit d. cap. commissa. de elect. in 6. Et beneficium non datur ad tempus sicut præcarium. cap. si gratiosè vbi glo. de rescriptio 6. Ergo non potest sic de profanis argui, ad spiritualia & ad beneficia.

Nec me mouet quod non excipiantur nisi duo casus in decreto de pacifi. poss. Ergo alios excludit. l. nã q liquidæ. ff. de penu. lega. Et in l. 1. ff. de reg iuris. Hoc
9 est falsum; nã † exempla non restringunt regulam. l. j. de regul. iur. Alioqui sequeretur quod furiosus, non tonsuratus, coniugatus, bigamus, apostata & alii inhabiles quos numeraui in meo tract. nõ excepto in tex.

iuua-

iuuarentur hoc decreto, quod quam riduculum sit ne
10 mo non videt. Et exceptio non excludit casus similes l. ob æs. iuncta glo. C. de prædi. minor. l. contractus. de reg. iur. ff. Etiam hi duo casus recipiunt extensionem ex rationis identitate. c. cum dilecta Vbi Panor. in 5. notab. de confirma. vti. Scripsi in prima limita. de pacifi. possesso.

Nec obest, quòd priuatus per non promotionem plenum quandoque habuit titulum, vt dicit Gomes. q. 10. in hac reg. de trienna. posses. Arg. l. fi. ff de decuri. Et nisi sit notorius vel lata sit contra eos priuationis sententia, dicuntur habere titulum putatiuum, uel coloratum. Panor. & alii in cap. nisi cum pridem. col. 2. versic. conclude. mentem glo. de renuntia. Respon. hoc est falsum vt requiratur sentētia priuationis. Imo potest conferri, ante cap. licet Episcopus, de præben. in sexto. Et si non uacaret non posset conferri per c. primum, & per totum. de concess. præben. Et quamuis priuatus ante priuationem haberet titulū plenū, tamen post priuationem non habet: alioqui priuatus non esset. Et est contrarietas in subiecto, quod quis sit priuatus, & adhuc habeat titulum.

Est etiā falsum quod priuatus ipso iure habeat coloratum titulum, quia imo nullum. Et quod nullum
11 est, colorem non habet, † ergo non potest dici coloratus titulus: sed in coloratum titulum uocat Felin. in cap. in nostra corrola. 35. uersic. nota. de rescrip. Et qđ non habebit coloratum docet Geminia. in cap. licet episcopus. colum. 2. de præben. in 6. Postquam nullū habet titulum non habet coloratum. Nam in habente coloratum duo requiruntur, quod haberet titulū, & quod ille sit coloratus. Sed iste nullum habet. Qui enim dedit ei titulum post priuationem: ius non dedit, quia eum priuauit, nec collator. Ergo non potest dici habere coloratum titulum. Nec potest dici coloratus quoad unum, id est quoad regulam, & non quoad alia. quidquid dicat Gomes. quæstio. 10. Dicens omnem titulum dici coloratum, ergo factum Turcæ, & Iudæo.

12 Falsum etiam est, quod † decretum de pacificis possessoribus respicit possessorium non petitorium, quia tam in regula quàm in concordatis, dicitur pacificum possessorem triennalem non posse nec in petitorio, nec in possessorio molestari. Vnde apparet d. Gomesium non bene inspexisse regulam illam, nec uerba illius, ut etiam docui in tract. de pacific. poss.

Etiam falsum est quòd priuati sint tuti antequam ordinarii inquirant contra eos. Cum in decreto mandentur inquiri. Nempe inquiri mandatur, ut est priuati dignoscantur, & inepti ad beneficia priuentur. Sed quod ipsi sint tuti, nulla lex eos tutos reddidit. Imo committunt furtum fructuum, quos recipiunt post priuationem & tenentur ad illorum restitutionem. glo. in authen. de incest. nupt. col. 2.

13 Nec obest quòd † fauere reis debeamus. l. Arrianus ff. de actio. & obliga. hoc in dubiis. l. de die. vbi Bart. ff. qui satisd. cogan. sed hic fauere, (contra ius) reis nullum habentibus titulum est iniquum, & à iure alienū. Et Papa in simili dicit. Non sumus sic reis in iustitia debitores, ut aliis iniustitiam facere debeamus. c. ex tenore. de foro competen. Et in hoc casu vterque est actor, & vterque reus. l. in tribus. ff. de iudi. Ideo non debet uni magis fauere quam alteri: Cum uterque sit reus in hoc interdicto retinendæ. de interdic. in institu.

Nec ad rē pertinet si dicatur quòd dictus Lartault nepoti potuit acquirere beneficium, & non eum priuare. Vnde Domi. & Philipp. docent in c. commissa, de elect. in 6. quam dictum Martinum, si patruus retinuerit bullas sui nepotis, nō poterit eum suo beneficio priuare si nepos nesciuerit habere beneficium: Respon. hoc est verum: Sed dictus Lartault non priuauit eum, sed ius priuauit eum eò quòd non se promouit intra annum, ab anno 25. computandi.

Nec facit quod ista impetratio d. Lartault dolo facta uidetur. Ideo nepoti nocere non debet. per tex. in cap. primo. in 15. quæst. 1. Sed respon. ibi text. dicit de concessione facta metu fraudis vel per vim. sed in impetratione d. Ioannis Lartault, non potest dici aliquid metu factum: quia nepos erat absens, nec per fraudē
14 aut dolum, quia † dolus abesse inter consanguineos præsumitur. l. si transactionem. C. de transact. Imo omnino exclusus est dolus ab hoc auunculo, qui acquisierat beneficium domino Antonio Martin. Nam nō est verisimile quod illud auferre uellet. Imò potius impetrauerat vt præcluderet viam aliis impetrantibus. Et vt ipse ei custodiret donec de studio reuerteretur. Et si interim mortuus est, nō est quod debeat imputari isti auunculo qui fecit quod potuit ut iste non amitteret beneficium. Et dolus oporteret quod probaretur ab allegante. l. quotiens. § qui dolo. ff de probatio. qui nunquam poterit in hoc casu probari.

Vltimū superest quòd dominus Ioannes Lartault
15 † procurator d. Martini non potuit mutare causam possessionis l. 3. §. illud. ff de acquiren. possess. Respō. Ista procedunt de iure ciuili, sed non de iure canonico. Nam in spiritualibus possum impetrare beneficium, mihi locatū & plures habere titulos. cap. post electionem. de concess. præben. Et quando ex una collatione timeo me nō habere ius satis potens, possum aliud extra dolum acquirere. Fel. in c. in nostra col. 2. de rescript. Etiam de iure ciuili ex iusta causa possum interuertere possessionem. l. si quis rem. ff. de acquir. possess. Et emere rem apud me depositam. §. interdū. de rerum diuis. in institut. Etiam potest quis mutare causam possessionis, quando illam primam possessionem abiicit: & ex alia causa, incipit possidere. tex. no. in l. qui bona fide, in fi. ff. de acquir. possess. vbi Alexan. & alii no. illum text. Vnde Ioannes Lartault abiecit causam possessionis, quam habebat, tanquam procurator. Et ex noua impetratione cepit possidere, quod non est prohibitum, vt ibi.

Item, parum facere videtur ad propositum quòd Lartault non potuit mutare causā possessionis, qa ipse nō possidebat. Sed do. Martinus. Ergo parum facit.

Ideò concludo literas isti Martino non habenti titulum post priuationem iuris non esse interinandas. Et si fuerint interinatæ perperam ex supradictis, indicatum fuit: & sacrosanctus senatus illam sententiam reformabit repellendo do. Martinum à litteris regiis per eum impetratis.

RESPON. CXCII.

De præsentatione seu nominatione.

SVMMARIVM.

1 *Decreto de pacificis possessoribus non iuuatur, qui per triennium non possedit.*
2 *Possessio, & ius beneficij per resignationem perditur.*
3 *Requisita septem, antequam aliquis iuuari possit litteris de pacificis possessor.*
4 *Collator non potest beneficium absenti collatum alteri*

ri conferre, antequam præstiterit tempus, intra quod accepet, uel recuset.

Resignatio semel facta reuocari non potest. ibidem.

5 *Repudiatum semel, reintegrare non concedit Imperator.*

6 *Quod per me stat, mihi imputandum.*

7 *Remittentibus actiones suas, amplius non est dandus regressus.*

8 *Amissum non intelligitur, quod nondum ablatum est.*

PARROCHIALIS Ecclesia sancti Martini de Creissan, diœcesis Narbonen vacans ad præsentationem, seu nominationem domini Sebastiani de Narbona canonici Narbonensis, seu eius vicariis fuit collata à capitulo dictæ ecclesię magistro Antonio Mially absenti: qui postea acceptauit, & constituit procuratores ad locandum fructus, & percipiendum: ac constituit procuratores in alio instrumento, eodem tamen die ad resignandum parrochialem ecclesiam causa permutationis cũ capella sancti Saluatoris, spectante ad Magistrum Arnaldum Baldegnier, & alios etiam constituit ad resignandum in fauorem dicti Baldegnier, quæ resignationes fuerunt admissæ, una ab ordinario, uidelicet causa permutationis, præsente d. Baldegnier in ciuitate Narbonen.j.anno. 1543.ultima die Ianuarii, altera 25.Martii, & postea in mense Aprilis d. Myllay petiit ad suum redire beneficium, eò quòd Baldegnier, ut dicebat, nõ compleuisset permutationem ex sua parte, quod concessit capitulum absentia d. Baldegnier, & eo non uocato, nec requisito, & postea anno seq. 1544. ferè elapo, obiit Baldegnier, non adepta possessione, per cuius obitum canonicus de Ponte præsentauit, seu nominauit fratrem suum de Ponte capitulo Narbonen. & fuit institutus accepitque possessionem. Demum d. Mially sciens mortem Baldegnier iuit ad d. parrochialem ecclesiam de Creissan actusque fecit curati & locauit fructus ad triennium & discessit: quo absente de Ponte & alii prouisi corã Seneschallo Carcanen. super possessorio litigarunt, & d. de Ponte obtinuit recredentiam quæ executioni fuit demandata, contra conductorem fructuum non reclamantem die 20. Nouemb. 1545. qui post annum conduxit ad d de Ponte, à quo prouocauit quædam pars, deinde anno 1547. d. Mially absens cõstituit procuratores ad locandum fructus d. beneficii, & ad cogendũ conductorem ad soluẽdum ea quæ fuerant inter eos conuenta, qui procuratores fructus receperunt quosdam: sed d. de Ponte factis informationibus obtinuit ut in personam citaretur, quo die comparuit d. Mially, dicens procuratorem hoc suo nomine fecisse, & se esse pacificum possessorem triennalem, & impetrauit literas Regias ut non molestetur super illo beneficio quod ultra triennium possedit. Nunc quæritur an possit vti suis litteris, & quis ius in dicto beneficio habeat.

Prolixo facto viso dicendum est d. Mially non 1 posse vti literis, nec † decreto de pacific. possessor. tum quod non possedit per triennium, cum titulo uero, vel colorato, vt requirit tit. de pacific. possessor. quod probatur quia licet anno 1542. obtinuerit beneficiũ de Creissan per collationem capituli Narbonen. Tamen anno seq. constituit procuratores ad resignandũ 2 qui resignarunt, † & per resignationem ius ac possessionem perdidit d. Mially. per c. super hoc. & per totũ. de renuntia. & c. inter de præb. à quo tẽpore nõ potest dici possessor, sed quicquid fecit postea magis intrusionem sapit, quam possessionem, quia sine tit. erat, & in decreto de pacifi. possessor. requiritur tit. ut ibi 3 scripsi & † septem requisita antequam aliquis possit iuuari his literis de pacificis possessor. Docui in tract. de causis beneficiorum post artic. 6. in 3. tomo. commentar. in constitu. Regia. Vnde Arnauldus Baldegneri, per se resignationem factam, causa permutationis, coram ordinario obtinuit ius in dicto beneficio, de Creissan: cum permutatio sit titul. uerus ut patet, in d. tit. de rer. perm. & dictum beneficium de Creissan. eidem Baldegnier collatũ fuit: ergo omne ius quod habebat deuolutum fuit ad d. Baldegnier, & post eius mortem ad alios.

Nec iuuare potest d. Mially prætẽsa uolũtas capituli, ut ad suum posset redire beneficium postquam nõ complebatur permutatio, vt ipse dicebat, quia nõ erat in potestate capituli priuare d. Baldegner, (nõ citatũ nec auditũ, nec quidem requisitum) suo iure: sed oportebat requirere d. Baldegner, uel, ut compleret permutationem, vel in eius recusationem fuisset licitum d. Mially ad suum redire beneficium. c. si beneficia. de præb. in 6. † Nec potest collator, beneficium absenti collatum alteri conferre antequam præstituerit tempus intra quod accepet uel recuset. c. si tibi absenti de præben. lib. vj. Sed hic Baldegnier non fuit requisitus, ergo non potuit eius beneficium alteri conferre. quia resignatio semel facta non potest reuocari. c. quam periculosum. 7. q. 1. Nec potest quis redire ad beneficium semel resignatum, sine collatione. c. cum venerabilis. vbi Panor. & alii de except. Et quod † non semel repudiatum est reintegrare minimè cõcedit Imperator. in l. fi. C. de condit. instit.

Imò absurdũ putat redire ad illud quod renuntiatiauit. l. si quis iusiurandum. C. de reb. cred. sed hic Mially resignauit, ergo ad ius resignatum redire non potest.

Nec refragatur quod d. Mially constituerat procuratores ad resignandum, causa permutationis, non aliter, sed non tamen obtinuit capellam sancti Saluatoris. Respondeo nunquam requisiuit d. capellam sibi resignari à d. Baldegnier, unde sine recusatione aut requisitione non potest dissoluere permutationem, quæ si ex una parte adimpleta fuerit, potest altera pars agere adimplementum permutationis, uel, ut res data causa permutationis restituatur. l. 1. in fi. ff. de rer. permutatio. ibi igitur si ex altera parte traditione facta, si alter rem non uelit tradere, ergo oportet quod constet alterum nolle, sed nõ constabat d. Baldegnier nolle adimplere permutationẽ, ergo non potuit d. Mially ad suum redire beneficium.

Nec obest clausula non aliter &c. quia non uidetur d. Mially resignasse, nisi sibi prouideatur de capella sancti Saluatoris. Respondeo per d. Mially stetisse quominus sibi prouisum fuerit, quia nullo modo requisiuit d. Baldegnier per annum. Ideo est sibi imputandum: † nam quod per me stat, mihi est imputandum, per reg. iur. & negligentia sua in non requirendo sibi ĩputari debet. p l. pupillus. ff. quæ in frau. credit.

Maximè, quia d. Mially constituit etiam procuratores coram Papa ad resignandum in fauorem d. Baldegnier, non adiecta causa permutationis, siue alias, & ita Papa contulit in fauorem d. Baldegnier prout fuit resignatum.

Non me mouet quod Baldegnier non leuauit bullas. Respondeo non erat necesse, quia iam obtinebat ex prouisione ordinarii causa permutationis, & si d. Mially uoluisset petere beneficiũ à d. Baldegnier uel capellã sancti Saluatoris causa permutationis, potuisset excipere d. Baldegnier, ꝙ d. Mially resignauerat sipliciter

pliciter in fauorem dicti Baldegnier, ergo non tenebatur idem Baldegnier resignare capellam Sancti Saluatoris, quia renuntiatum erat permutationi per prouisionem Papæ, ob id non potuit d. Mially redire ad suũ
7 beneficium, quasi permutatione non completa: † nã remittentibus actiones suas, amplius non est dandus regressus l. si venditor. ff de ædil. edict.

Nec facit quod Baldegnier non acceptauit beneficium resignatum. Ideo resignans Mially semper in
8 suo iure remansit, quia † non intelligitur amissum qđ nondum ablatum est. l. nec vtilem. ff. ex quib. caus. maior. ratione illius clausulæ non aliter, &c. respondeo d. Baldegnier acceptasse, quod apparet, quia procuratoria expediri fecit, saltem sunt expedita, & verisimile non videtur, quod eo inuito, vel non procurante hæc facta essent c. constitutis. 1. de testib. Itaque postquam inuenitur expedita resignatio causa permutationis in ciuitate Narbonens. in qua degebat, d. Baldegnier præsumitur, eò quòd procurante fuit facta, sicut dicunt doctor. in c. 1. de iudic. de citatione. ut uideatur facta ad petitionem actoris & eius expensis.

Item, non tenentur partes probare qualitates d. Mially, cum omnes ab illo ius prætendant, & ius in beneficio habuisse, & si quis opponeret inhabilitatem contra illum, tacitè confiteretur se nullum ius obtinere, cum ab eo ius exortum fuerit, ut Doct. scribunt in c. illud. de præsumpt. & dicenti incumberet onus probandi. l. 2. ff. de probat.

Igitur ex prædictis concludo dicti Mially reiiciendum ab effectu literarum Regiarum, de pacific. possessor. & d. de Ponte seu in ius illius subrogatum plenũ habere ius in dicto beneficio de Creissan, & in possessorio pleno eum manumittendum, & beneficium illi adiudicandum. Ideo his subscripsi hoc anno 1553. mense Nouembris.

RESPON. CXCIII.

Pro libertate Ecclesiastica.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictiones duæ significatæ per duo luminaria magna.*
2 *Iurisdictiones vt hic inuentæ, vt una aliam iuraret.*
Iniuria facta ecclesiis, aut sacerdotibus, crimen publicum esse ait Imperator, ibid.
3 *Sententiã latam ab episcopis contra laicos, qui eos receperunt, exequendam esse, nec appellationem recipiendam statuit Imperator.*
4 *Iudices seculares, ecclesiasticos iuuare debent.*
5 *Priuilegium fori clericorum, est de iure diuino introductum.*
6 *Clerici sunt res spirituales deputati seruitio Dei, & illi reseruati.*
7 *Consuetudo, vt iudices seculares cognoscant contra clericos, non valet, quantumuis longa vel longissima.*
Regis Angliæ consuetudo cognoscendi clericorum causas, ibid.
8 *Clerici in laicos consentire non possunt.*
9 *Defendere, & tueri religionem, ad Principes pertinet.*
10 *Orationum efficacia quanta sit.*
11 *Innouationes discordias pariunt.*
12 *Iniustitiam facit, qui detrahit ius ecclesiis.*
13 *Bellorum causæ, unde proueniant.*
14 *Prælati, quando non honorentur.*
15 *Mutatio Regnorum, quando fieri dicatur.*
16 *Regum Franciæ fama de tuitione ecclesiæ, qualis.*
17 *Causæ tam clericorum, quàm laicorum, vbi olim decidebantur.*
18 *Regis iusiurandum dum coronam accipit.*
19 *Secularis iudex, an compelli possit de iure per excommunicationem, ad præstandum auxilium iudici ecclesiastico.*



CERTVM est, & indubitatum duas esse iurisdictiones, spiritualem seu ecclesiasticã, & temporalẽ, quod ipsa luce clarius est,
1 & sic non probandum: nam † Deus fecit duo luminaria magna, ad similitudinem quorum dicimus iurisdictionem spiritualem & temporalem. c. solitæ de maior. & obedient. probatur etiã per illud, ecce duo gladii sunt. Christus autẽ dixit. Lu. 22. satis est. Et vt dicit Imperator in authentic. de Sanctissimis Episcopis, duo regunt humanum genus, sacerdotiũ, & magistratus, unum legibus diuinis, aliud politicis. Cum igitur ita distinctæ sint iurisdictiones, non sunt confundendæ, nam dicit tex. in c. nos si competenter. §. sed notandum. 2. q. 7. duas esse personas quibus mũdus iste regitur, regalis uidelicet, & sacerdotalis, & sicut Reges præsunt in causis sæculi, ita sacerdotes in causis Dei.
2 Sed istæ † iurisdictiones inuentæ fuerunt, ut una iuuaret alteram. c. nouit. de iudic. c. dilecto. de sententia excommunicat. lib. 6. c. 1. de offic. ordinar.

Imò Imperator ait se uelle persequi iniuriam factã Ecclesiis uel sacerdotibus, tanquam crimen publicũ. in l. si quis in hoc. C. de episcopis & clericis.
3 Etiam † Imperator Archad. & Honor. statuerunt sententiam latam ab Episcopis contra laicos, qui eos elegerunt, esse exequendam, nec appellationem recipiendam, in l. episcopatu. C. de episcop. audien.
4 Et non solum † iudices seculares debent iuuare ecclesiasticos, sed vnus sæcularis alium iuuare debet. l. à diuo Pio. cap. 1. ff. de re iud. l. in fiscalibus. vbi Lucas de Penna. C. de exact. tribut. lib. 10. & l. fi. §. eo obseruando. de re militar. lib 12.

Et si iudex requisitus auxilium deneget, priuari officio suo debet, ut statuit Imperat. in authent. ut nulli iudic. §. si si uerò quis comprehensorum. coll. 9. multò magis priuandi sunt officiales sæculares, qui iurisdictionem Ecclesiasticam impediunt, uel tollere conãtur. Nam Ozias Rex Israel lepra percussus fuit, quia sacerdotum officia usurpare uoluit. 2. Paralipomenon. 26. & c. nos si. 2. q. 7.
5 † Priuilegium fori clericorum est de iure diuino introductum. nu. 3. cap. ego tuli Leuitas à filiis Israel, eruntque Leuitæ mei. & Iosue 17. c. in fi. tribui Leui nõ dedit possessionem, quoniam Deus Israel ipse est possessio eius. & alibi, nolite tangere Christos meos, & dijs non detrahes, Malachiæ. ij. cap. & capit. sacerdotibus. 2. quæst. 1. & cap. satis. 96. distinct.
6 Ipsi etiam † clerici sunt res spirituales, deputati seruitio Dei, & illi reseruati, ut supra probatum fuit. tex. in c. cleros. 21. distinctio. Innocent. & alii in cap. 2. de maior. & obe. Et spiritualis oĩa iudicat, & à nemine iudicatur, ut testatur Diu. Paulus. j. Corinth. ij. c. in fi.
7 † Non ualet etiam quantumuis longa, sed longissima consuetudo, ut seculares iudices cognoscant contra clericos, cum sit contra ius diuinum, canonicum, & ciuile, ut supra dictum fuit, & probant Curtius, & alii in c. fi. de consuet.

Et sic inferunt Doctores, non ualere consuetudinem

ria.12.q.2. & d.Henr. Bote. q.3. q. supra allegata. dicit Boteus.3.q.Curati rationem reddere debent in ea ecclesia qualiter celebrent, uel baptizent. c.quando. 38. distin.& c.placuit.10. q. 1. Et hæc synodus Episcoporum est de iure diuino instituta, procedens à Concilio quod diuus Iacob.Episcop.Hierosolimitanus celebrauit.c.21.Acto.Card.de Turrecrem.in sũma.17.dist. col.4.versi.tertia species. & Gemi. in c.nec licuit. ibid.

Congregatio etiam Synodi spectat ad Episcopũ in sua diœcesi.c.episcopus.18.distinct.ubi Gem.& Card. Alex.& tex.in c.fi.ibid glos.in c.propter ibidem.

7 †Omittens eam congregare Synodum, Episcopus est suspendẽdus ab executione officii.c.sicut.in fi.de accusa.vbi Docto.c.quoniam.18.distin.meritò est reuerendus Episcopus Candidæ Casæ qui uoluit dictam Synodum congregare singulis annis, ut moris in illa patria est.

Fit enim ista Synodus, ut mali mores corrigantur,
8 in qua † Synodo omnes clerici interesse debent, ut eorum delicta corrigantur. c. de Conciliis autem. 18. distin.vbi discutiat.

Et ut exhortẽtur & erudiantur paterno amore clerici,de Turrecrema.in summa. 18.distinct. dicens fieri etiam ad directionem,ut fiant statuta, quibus dirigantur clerici totius Episcopatus.

9 Quamuis † exempti nõ teneãtur ad synodum uenire.c. Abbatibus 18 q.2.c.ex ore.de priuileg.Tamen nõ est dubium quin Abbates & Priores teneãtur uenire etiam exempti ex causa rationabili. c. Episcopus. 18. dist.& quando erat consuetudo ut uenirent, per c.fi. 18.q.2.Hostien. in summa titu.de offi.ordinar. §.quid pertinet. uersic. item uenire. & sequitur Henri. Boteus in tract. de Synod. Episc. in 2. parte. num. 4. Sed in Episcopatu Candidæ Casæ talis erat consuetudo, ut prætenditur: ergo prior & canonici uenire tenebantur.

10 Etiam † Abbates & priores tenentur uenire licet haberent alios superiores, teste Federic. consil 89. Reuerẽde pater.Imo si superior prohiberet,uel Princeps esset excommunicatus,& puniendus tanquam turbator reipublicæ, ut in capit. quoniam. 18. distin. ubi de Turrecrema.hoc asserit. & Panor.in cap. quod super his.de maior.scribit quod si Episcopus uellet aliquid statuere ad morum reformationem totius cleri, quod omnes clerici tenentur obedire, & uenire. Docto. in cap. grauè. de præb. quod recusauit tam prior quam canonici.

11 Et quamuis † mendicantes uel religiosi non teneãtur ad Synodum uenire.glos.in c.conuentibus.1. q. 7. & Cardi.in c.episcopus. 18.dist.tamen quando ex iusta causa,pacis, uel fidei fierent supplicationes, possunt cogi uenire.Archid. in c. quando. 38.distinct.Felynus in c.dilectus.in fin.de offi.ordin.

Potest ergo episcopus in qualibet Synodo mouere omnes,qui de iure,uel cõsuetudine interesse debent, ut ueniant ad primam Synodum, & si non uenerint, non poterit excõmunicare absentes, suspendere, uel interdicere, cum censuram possint epi in eos rebelles proferre, dic quod super.de maior.& censuræ nomine ipsa tria ueniunt in c.quærenti.de uerb. signific.

Vel poterit episcopus suos priores & canonicos mouere,ut synodo intersint, sub pœna excõmunicationis,quę tali die celebrabitur,super correctione morum & aliis necessariis tangentibus clerum, & si non uenerint, excommunicabuntur; tamen synodus cum præsentibus celebrabitur,nec intermittetur,peccãt ta
12 men non uenientes mortaliter: nam † excõmunicatio aliàs non proferetur, quia non fertur nisi pro peccato mortali.c.nemo episcoporum.11.q.3.

13 Item debet episcopus in synodo accipere cathedraticum, & synodaticum, quod ad duos aureos, quos solidos uocat Papa.in c.conquerente.de offic. ordi. c. olim.de censib.& ibi Panorm.Nec currit præscriptio de non soluendo cathedraticum.glos. 1. in c. quicunque.j.16.q 7.Card.in clem.1. q.3.de iure patrona.Ioan. Francis.Bal.in tract.præscrip.in 5.parte.q.16.col.36.sed benè ualet consuetudo ut diminuatur,teste Panor.in d.c.olim.in 1.uol. uel, ut alio modo soluatur, utpotè, quod alia sit per duos dies,ut est in d.ecclesia Candidę Casæ,sed iste prior & canonici recusarunt. Ideò grauiter plectendi sunt, ut inferius dicetur.

Itaque prædictis cõsideratis poterit episcopus præcipere priori & suis canonicis,ut synodo intersint sub pœna excommunicationis, & si negligant interesse, eos excommunicare,vt superius dictum fuit, alia uia inuenienda est.

Primo,reuerẽdissimus Legatus,qui in partibus est, potest delegare hanc causam alicui,& is poterit de ista causa salua recusatione cognoscere,qui iudex datus,si recusetur, poterit alius dari,& bonũ esset quod partes conuenirent,de iudice corã quo causa tractaretur, & postea recusari non posset.c.cæterum.in fi. de rescrip.

14 Et postquam † legatus est in partibus,non est opus aliam cõmissionem à Papa impetrare,sed appellationes prosequentur coram Papa, uel eius delegatis, si aliqui interueniant.

Causa ista tractari poterit in ciuitate.c.statutũ.§.j.de rescript.in 6.& poterit committi prælatis,uel aliis personis,canonicatum in ecclesia cathedrali habentibus, uel dignitatem,ut scribitur in d.c.statutum.

Si uerò recusentur illi qui sunt in ciuitate, poterit causa committi extra ciuitatẽ. Ita tamen ne ultra dietam non committatur.d.capit.statutum. §.1. ibidem.

Et isti subdelegati reuerendissimi Scotiæ legati nõ poterunt aliis subdelegare vel committere,nisi aliquẽ articulum nudi facti.glos.sing.in clem.vna.de offic.de leg.facit.c.super.& c.fi.de offic.deleg.

Aduertendum est,quæ pœnæ statui poterunt contra istum priorem parere negligentem, & non purgãtem contumaciam in qua stetit per septennium.

15 Primò, quædam iura dicunt † excommunicatum priuãdum beneficiis si steterit per annum, vel saltem per triennium excommunicatione.text.in c.cum bonę.de ætat.& qualit.glos.in c.1.de ind. tex. probare uidetur in c.rursus.11.q.3.

Inquiri etiam de hæresi potest contra illum qui sic indurato animo in excommunicatione per annum permansit,ut ac cum contumacia.de hæredi. in 6. & interrogari debet an rectè sentiat de fide, quia præsumitur contra eum, vt male de sacramentis ecclesiæ sentiat, cum ea tanto tẽpore neglexit,& tantò grauiora sunt peccata, quanto diutius infœlicem animam detinent alligatam.c.fin.de consuet. Nec potest iuuare allegata exemptio, quia etiam si uerè exempti essent uocati, uenire debebant,ac priuilegium & exemptionem allegare,alioqui illa perdunt.l.si quis ex alie. vbi etiam Alex. in additioni. ad Bart. ff.de iudi.

Prior & canonici ualde deliquerunt, quia non obedierunt suo episcopo. Nam scribitur Deuter.17. c.qui autem superbierit nolens obedire sacerdotis imperio,ex decreto iudicis morietur homo ille.c. 2. de maior.& c.absit.11.quæst.3.

16 Sunt etiam † isti periuri quia iurauerunt obedire suo capiti,tẽpore quo fuere in ecclesia recepti. c. ego N.de iureiurando. C.si autem.11.q.3.ibi. Si autem uobis episcopis nõ obediuerint omnes presbyteri & reli

qui

qui clerici omnesque Principes tam maioris ordinis quam minoris, atque reliqui populi, non solum infames, sed etiam extorres à Regno Dei & consortio fidelium & à liminibus sanctæ Dei ecclesiæ alieni erunt, & isti periuri saltem sunt beneficiis priuandi. c. 2. de rescr. ca. querelam. de iureiur.

Item quia prior & canonici sunt membra & de capitulo ecclesiæ cathedralis. ut in c. mouit. de his quæ fiunt à prælatis. Ideò plus deliquerunt, quam si alij clerici extra capitulum non obediuissent, & quia prębuerunt scandalum aliis, & qui scandalizauerit alium morte plecti debet, vt est in euangelio, necesse est ut supendatur ei mala asinaria in collo, & proiiciatur in mare. c. qui scandalizauerit. de reg. iur.

Adhæc iste prior non solum fuit inobediens, imo etiam aliis præcepit ne obedirent, & sic tanquam infidelis habetur. ut in ca. sciendum. 8. q. 1. Nam quilibet debet obedire & facere pro virili, vt alii obediant, aliàs puniendus est. capit. nulla. 19. distin.

Imo debuit hic prior resistere inobedientibus, & tamen præcepit vt non obedirent, & error cui non resistitur approbatur. capit. error. 83. distinct.

Debet quis maiori parere, si minor etiam aliud præcipiat. l. contra. in fi. ff. de re iud. c. qui resistit. & seq. 11. q. 3. & isti canonici non paruerunt Episcopo qui maior est priore.

Etiam cum ex fundatione, (saltem ex antiqua cōsuetudine) consueuerint esse viginti quatuor monachi, qui erant canonici cathedralis ecclesiæ, & nūc nō sunt nisi nouem, ob id diminuitur cultus diuinus c. ex parte. de constit. Vnde cum de iure spectent collationes beneficiorum & præbendarum ad Episcopum. c. cum ecclesia Vulterana, de elect. cap. omnes Basilicę. 16. q. 7. poterit Episcopus si fundatio uel consuetudo illi non resistat, conferre præbendas illius ecclesiæ cathedralis aliis monachis, vsque ad perfectum numerum viginti quatuor, qui postea prosequentur iura sua, si prior se opponat isti collationi.

18 † Poterit etiam Episcopus alienata per istum priorem reuocare, per c. primum & per totum, de reb. eccles. non alienand. & in 6. quia nulli licet alienare inconsulto Episcopo. c. nulli. de reb. eccles. non alienand. c. abbatibus, & seq. 12. q. 2.

Et istum alienantem tanquam furem punire, ac suo honore priuare. c. penul. & vlti. 10. q. 2.

Alia pœna ponitur in c. grauem. de exces. prælator.
19 vbi si quis † Episcopum suum negauerit esse dominum, ac reuerentiam illi non præbuerit ipsum tanquā membrum putridum ab ecclesia perpetuò abscindatis, beneficia sua facientes personis idoneis, per illos ad quos donatio pertinet assignari.

20 † Excommunicatus patronus ecclesiasticus præsentare non potest, quia præsentatio per eum facta vim quandam electionis habet. glos. in c. sciant. de electio. in 6. & per eam ius acquiritur præsentato, secus in patrono laico. Dom. de Rota. decisio. 161. not. quod patronus. & decis. 527. in antiq. Roch. in tracta. de iure patrona. in verbo competens. q. 8. Non potest etiam Episcopus, sed quartam partem fructuū potest deputare ad reparationes, iuxta c. concesso. & seq. 12. q. 2. & cogere possidētes beneficia ad reparationes quatenus ascēdit illa quarta. c. decreuimus. 10. q. 1.

RESPON. CXCV.
De beneficio collatione.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia parrochialis in uilla murata existens, an ubi uacat, debeatur graduato.*

2 *Beneficium uacans collatum ab Episcopo idoneo intra sex menses debetur illi, cui collatum est.*

3 *Data in collationibus attenditur.*
Vnio facta à summo Pontefice, an obseruetur in regno Franciæ. ibid.

4 *Vnio quando vitiose est facta, uel alius actus pro non facto habetur.*

5 *Forma introducta ubi non est seruata, actus est nullus.*

6 *Vnionis forma.*

7 *In vnione exprimi debet uerus valor beneficiorum tam vniendorum, quam eorum, quibus uniuntur.*

8 *Vnio nulla fit, non uocatis vocandis.*

9 *Vnio subreptitia quando dicatur.*

10 *Vniones reuocatæ in Concilio Constantiensi.*

11 *Vnionum materia decisa in Concilio Tridentino nuper facto.*

12 *Vnio an sit valida ex confirmatione regia.*

13 *Papa vniendo iuri Episcopi præiudicari non uoluisse censetur.*

14 *Nostrum, siue facto nostro à nobis, auferri non potest.*

15 *Derogatio concordatorum à Papa, an in Francia recipiatur.*


VISA prædicta facti specie, arbitror collationem Archipresbyteratus de Granlheto (qui parrochialis ecclesia est in villa murata) facta ab Episcopo Castrensi collatarii ordinario, magistro Saluio Billion graduato, & ritè qualificato, ualidam & iure factam, quod ex sequentibus probari potest.

1 Primò, † certum est parrochialem ecclesiam, in villa murata existentem, deberi graduato cum uacat. §. statuimus. 2. de colla. in concordat. Sed iste archipresbyteratus, est in villa murata, parrochialis: ergo debetur isti graduato. Saluio Billion, cui facta fuit collatio. & sic iurè, etiam si non insinuauerit: quia vacauit in mense libero, ut potè in mense Nouembri, & ordinari in illis liberè, (idoneis tamen qualificatis) conferre tenentur, præfatique ordinarii de collatio. in in Concord.

2 Secundò, † beneficium uacans collatum ab Episcopo idoneo intra sex menses debetur illi cui collatum est. c. 2. & per totum. de concessio. præbend. At iste Archipresbiteratus eo mense quo uacauit fuit collatus d. Saluio. ideò iure.

3 Tertiò, in his † collationibus maximè attenditur data, & prior idoneus præfertur cæteris. c. eam te. de rescript. c. eum cui. de præben. in 6. Sed hic Billion est prior & idoneus, ergo aliis omnibus præfertur, & valet sua collatio non obstante unione, quæ super hoc prætenditur.

Quartò, non potest obesse illi unio facta à summo Pontifice: quia illa unio est nullius momenti, ut patet per reg. cancell. 21. quæ obseruatur in Frācia, & est lex Regni iamdudum facta: & quod multum est, nō præstat impedimentnm collationi factæ d. Salui Bil-
4 lion. Nam † quotiens uitiose facta est unio uel alius actus pro non facto habetur. l. quotiens. ff. qui satisd. cog. ergo collatio illius archipresbyteratus fieri potuit d. Billion, ac si unio facta non esset, cum sit nulla.

5 Quintò, ubi † forma introducta non est seruata, actus est nullus. l. cum hi. § si pretor. ff de transact. c. cū dilecta. de rescript. at forma introducta est in unionibus, ut statim dicam, quæ non fuit in hac unione obseruata, ergo nulla est.

Sextò,

6 Sextò, forma unionibus data hæc est, videlicet primò vt subsit causa necessitatis vel vtilitatis. c. vacāte. c.exposuisti. de præb. sed hac prætensa vnione nulla istarū est causa, ergo vnio nulla. Nam expressa in ea causa non est sufficiens ad vnionem, cum facta fuerit vt extingueretur pensio sexcentarum librarum, quā Episcopus Castren. debebat capitul. Castren. prius enim debebat inquirere, an hæc expediret, & an fructus capituli, & fructus Episcopatus essent satis sufficientes sine ista vnione. ergo causa vnionis cessante, cessabit vnio. c.cum cessante. de appel. nec inuenitur à iure, causa hæc approbata, quod vnio fieri possit, vt extinguatur pensio, nisi prius sic fuerit imposita à Papa, qui hoc iniustum nō debent permittere, scilicet quoniam quotidiè Episcopi vnirent beneficia, & sic se exonerarent pensionibus Episcopatui impositis, quod est odiosum: etiā si permitteretur vnionem fieri posse ratione controuersiæ, quotidiè fierent sic vniones, cùm controuersiæ sint inter Episcopum & eius capitulū frequentes. cap. nouit de his quæ fiūt à prælat. ergo ista causa expressa à Papa, non valet: sic nec vnio.

7 Septimò, † in vnione debet exprimi verus valor beneficiorum, tam vniendorum, quàm eorum quibus vniuntur, vt in d.reg.cancel.constat.21. Feli.in cap. ad aures.col.vlti.de rescript.vt Papa ex valore cognoscat an fructus sint sufficientes sine vnione, & tunc vniri non debent beneficia: sed hic non est aliqua facta mētio valoris, nisi falsa, videlicet, quod illa beneficia non excedebant summam 24.ducatorum auri de camera secundum communem æstimationem, & tamen hoc est falsum, ergo & nulla vnio. nec obest consuetudo Franciæ exprimendi illum valorem in impetrationibus ratione annatæ vitandæ: sed in vnionibus non soluitur annata, ergo debuit exprimi verus valor, vt dixi in concordat.

8 Octauò, † forma datur vt nulla vnio fiat non vocatis vocandis, in dict.Regul. cancella. 21.eo quod vnio est maximè præiudicialis ecclesiis, cum quęlibet ecclesia suum debeat habere rectorem.c.cum nō ignores. de præb.quod tollitur per vnionem, ob id debet vocari is cuius interesse poterit, sicut in alio actu sunt vocandi quorum interest. l. nam ita. ff. de adoptio.l.de vnoquoque.ff de re iudic.in hac vnione nulli sunt vocati. Ideo nulla, nec poterit valere in præiudicium eorum qui non fuerunt vocati.

Nonò, antequam vnio fiat, commissio fieri debet in locis vbi beneficium situm fuerit, vt inquiratur & de valore & de causa & quod vocentur interesse prętendentes, vt est in d.Regul. 21. Nam veritas melius sciri potest in eisdem locis quā alibi. cap. quantò. de præsumptio. Anchar.in clem. vna.de concessio.præben. sed hæc vnio absque commissione sine aliqua inquisitione facta est, ergò nulla isto iure, & sic beneficium potuit conferri tanquàm vacans.

9 Decimò, † subreptitia est etiam vnio, quia non fuerunt expressa ea quæ superius dixi esse requisita, ad vnionem iure faciendam, & subreptio ipso iure vitiat unionem, ut firmat Panor. consil. 101. in quæstione 4. in primo uol. & Feli.in c. postulasti. col.7.de rescript. & de Ripa.in lib.2. Respon. c.10. incipiente. Et si vnionis. & Cassan. in Deci. prima. de vnione in reg. cancella.docet vnionē authoritate apostolica factam ex falsa causa nullam esse ipso iure, secus si ab ordinario.c.fin. de officio lega. in 6.& clem. vlti. illo titul.

10 Vndecimò, † in concilio Constan. statutum fuit vt vniones reuocētur, licet sedis apostolicæ authoritas interuenerit, ad querelam eorum quorum interest, & sic solet appellari ab illis vnionibus ita factis, tāquā abusu, ut dixi in praxi benefic. & hoc debet procurator Regius etiam facere, qui super his abusibus debet vigilare.

11 Duodecimò, † in Concilio Tridentino nuper facto, & in septima sessione fuit decisum, vt vniones quæ fuerint factę à 40. annis citrà, & quæ non fuerint sortitæ effectum in toto, uel in parte, viribus omninò careant, sed ista non erat sortita effectum, in hoc archipresbyteratu, ergo est nulla per d.cōcilium Tridētinū, & sic non potuit cōfirmari cōtra conciliū, nec Papa est eius intentionis vt vno verbo velit derogare concilio tot laboribus & vigiliis celebrato. c.ecclesiæ. de electio.l. si quando. C. de inoffi. testamen.

12 Decimotertiò, † confirmatio Regis nihil facit, ut vnio valeat, quia potestas vniendi beneficia non pendet ab eo, & quādo depēderet in vnionis cōfirmatione, eadē requiritur forma, & solennitas, quæ in facienda, & est in d.regula cancellar. 21. quæ in hac confirmatione non est habita, ergò non prodest.

Decimoquartò, quando vnio fit alicui ecclesiæ, vel religiosorum fauore, vel aliàs, non debent ipsi ingredi propria authoritate possessionem beneficiorū vnitorum, sed Episcopi authoritas requiritur. c. pastora-
13 lis. de priuilegiis, quia † Papa vniendo non censetur voluisse præiudicari iuri Episcopi in hoc, sed voluit vt Episcopus induceret eos in possessionem.c.super eo. de offic. deleg. c.2. de Relig. dom. Perus.in tracta de vnio.eccles.c.2.q.2.Ideo non debuerunt ipsi sine fulminatione Bullæ ad executionem accedere.

Decimoquintò, nō obest d. Saluio Belion Episcopi Castren. declaratio, tum quia est contraria facto, ideo non valet.c.cum M.de constitu. tam etiam quia per suam declarationem non potuit tollere ius quod d. Saluius obtinuerat per suam collationem. Nam
14 quod † nostrum est, sine facto nostro à nobis auferri non potest. l. quod nostrum.ff.de reg.iur.

Vltimò, non obstat derogatio Papæ, quia non est ad hoc expressa. Nam quamuis faciat mentionem regulæ cancellariæ, ei tamen non derogat, etiam non
15 †, recipitur in Francia derogatio concordatorum à Papa, vt est in rubrica de firma & irreuocabili concordia.stabilitate, in concordan. vbi Papa dicit omnes derogationes esse nullas quando derogabitur concordatis, sed hic derogaretur quoad villæ muratę beneficia, ergo illa derogatio non debet recipi, sub quibusuis verborum formis concepta, maximè quia consensus vniuersitatum, quibus ius erat quæsitum, non interuenit. Et per hoc concludo collationem factam Saluio valere non obstante vnione, quæ nulla est, & pro non facta haberi debet. Actum Paris. Anno 1554. in mense Nouembr.

RESPON. CXCVI.

De oppositione super Apostolica impetratione.

SVMMARIVM.

1 *Collatio facta non graduato per ordinarium tenet, si debite qualificatus non requirat.*

2 *Collatio an ualeat, si Papa praueniatur in illa.*

EMBLE aux soubscripts, veu le faict dessus escript, que ledit maestre Iehan Bolengier à iuste cause s'est opposé à la maintenue de Gabriel des Molins, impetrant Apostolique, ueu que ledit des Molins ne vient par preuention: car le Pape est oit desia

desia preuenu tant par les requisitions & collations faites à maistre Pierre Martin, que par l'autre collation faite à maistre Estienne Friard. Or nostre sainct Pere le Pape ne pouuoit, ne vouloit conferer le benefice ia conferè. Car ne t'est retenu que la preuention, touchant des graduès aux concordats à la rubre de mandat. Apost. *& sa collation ne peult estre dite faite par preuention.*

TRANSLATIO.

VISA facti specie, vt suprà expositum est, infrà scriptis uidetur d. magistrum Ioannem Bolengier iusta de causa se opposuisse manutentioni Gabrielis des Molins, impetrantis Apostolici, quandoquidem dictus des Molins per præuentionem non venit. Nam Papa iam præuenerat non solùm per requisitiones, & collationes magistro Petro Martino factas, sed etiam per aliã collationem magistro Stephano Friardo collatam. Atqui noster sanctus Pater Papa non poterat, nec volebat conferre beneficium iam collatum. nam nihil tibi preter præuentionem retinuit, quantum ad graduatos spectat, in Concordatis ad rubricam Demandat. Apostol. & eius collatio non potest dici facta per præuentionem.

Ne faict rien que le dit Martin ne soit deuement qualifiè. Car à cella respond. [Non refragatur quod d Martinus non sit ritè qualificatus. Nam ad hoc respondet] §.te-
1 neantur, de collat. in Concordat. quod † collatio facta non graduato, per Ordinarium, tenet, si debitè qualificatus non requirat. *Au cas de present l'impetrant ne le demande, comme qualifiè*: [In casu autem præsenti impetrans non requirit, vt qualificatus:] Ergò *n'y peut venir*, [non potest ad hoc venire,] quia collatio facta etiam non graduato, valebit, quantum ad suum præiudicium.

Et ne faict rien que ladicte collation de Martin ne trouue acceptee. Car il est aßez, puis que la poßession est priense, & aussi encores qu'elle ne se trouuast priense, la requisition simple affecte le benefice.

[Non obstat etiam, quod d. collatio Martini acceptata non reperiatur. Non sufficit, postquam possessio apprehensa sit, & licet etiam apprehensa non inueniatur, simplex requisitio beneficium affectat,] & multo fortiùs *la collation*, [collationem,] ita quod posteà conferri à Papa non potest iure præuentionis.

Ne faict rien de dire, que [Non aduersatur quod dicitur,] Paria sunt *que la collation n'aye estè faicte, & auoir estè faicte & non accepte: car à ce* collationem non factam esse, & factam fuisse, & non acceptatam: nam
2 ad hoc] respondeo, † quòd absenti potest conferri beneficium, & per illam collationem præuentus est Papa, adeò quòd non ualet collatio alteri facta. *Et par ainsi en tout cas le Pape estoit preuenu, & n'a voulu, ne peu conferer ledict benefice audict des Molins: car n'a faict mention de la collation ia faite par l'ordinaire.* [Itaque in omni casu Papa erat præuentus, & noluit, nec potuit d. beneficium prædicto *des Molins* conferre: Nam mentionem nullam fecit collationis iam factę per Ordinarium, & sic subreptitia Papæ collatio.

Et encores que ledict Martin ne puisse uenir, & sa personne, ledict Bolenger se pourra ayder de son tiltre: ueuque lon ne luy peult improperer ce que lon pourroit audict Martin, A Paris ce 22. de Nouembre. [Et quamuis d. Martinus uenire non posset, nec sua persona, prædictus tamen Boulonger eius titulo se iuuare poterit: quia ei in opprobrium non potest obiici, quod d. Martino posset, Parisiis hoc 22. die Nouembris.]

RESPON. CXCVII.

De dotis constitutione.

SVMMARIVM.

1 *Renta tanquam æs alienum respicit totum patrimonium. Onera hæreditatis transeunt ad hæredes pro rata patrimonij. ibid.*
2 *Designatio vnde soluatur reditus, non facit promissionem conditionalem, quominus omnia bona obligata sint.*
3 *Legans centum annua super fundo, an illum fundum expresse ad hoc obligare videatur.*



EV le faict de Messire Frãcois de Genoilliat lequel constitua en douaire à sa fẽme, Dame Loyse D'estãpes, quinze cents liures de rẽte, laquelle il assist & assigna sur sa terre & Seigneurie du Maignet, & de proche à proche, ou le reuenu de ladite terre du Maignet ne pourroit tant fournir. Et en apres le mariage consummé est decedé, & ses biens sunt deuenuz à plusieurs, & la terre obligée à ladite rẽte, est venue à Dames, Anne & Catherine. Est à scauoir, si elle sont tenues payer toute la rente.

TRANSLATIO.

VISA facti specie domi. Francisci de Genoilliat, qui pro dote constituit vxori suæ dominæ Ludouicæ D'Estampes, mille quingentas libras cuiusdã rentæ, quam super territorio suo & dominio de Maignet assignauit, & à proximiore loco ad proximiorẽ, si reditus annui d. territorii de Maignet tantum subministrare non possint. Post consummatum verò matrimonium decessit, & bona eius ad plures peruenerunt, & territorium prædictæ rentæ obligatum, peruenit ad dominas, Annam & Catharinam. Quæritur, an illæ teneantur integram rentam soluere.

Semble aux soubscripts que la rente imposée de quinze cents liures est imposée tacitement sur tous les biens dudict Messire Francois de Genoilliat. Parquoy faudra que chacun des successeurs en paye quote portion. Car ceste rente est. [Infrà scriptus videtur, quòd renta mille quingentarum librarum imposita, sit tacitè super omnibus bonis d. domi. Frãcisci de Genoilliat assiignata. Quare necessarium erit quòd quilibet successorũ portionem suam pro rata
1 soluat. Nam ista renta est] † æs alienum, quod respicit totum patrimonium. l. si fideicommis. §. 5. ff. de iudic. l. 1. §. si heres. ff. ad Trebellian.

Item onera hæreditatis transeunt ad hæredes pro rata patrimonii. l. j. C. si cert. peta. Et si aliqua pecuniæ summa danda esset, heredibus omnibus deberetur. l. qui pecuniam ff. de statulib. Sic & ipsi omnes ad debita tenentur: & maximè vt æqualitas inter hæredes seruetur, pro rata bonorum *qu'ilz* [quæ] tenebunt l. fin. ubi notat. C. Cõmunia vtriusq. iudi. Et in collectis soluẽdis ita consuluit Soci. in cõsi. 243. in præsenti. in 2. vol.

Et ne faict rien, que la rente soit aßignee & assise sur la seigneurie de Maignet: Car ceste aßignatiõ a este faite pour le proufit & utilite de la femme, & pour monstrer là ou elle auroit son douaire. [Non obstat etiam, quòd renta sit assignata & imposita super dominio de Maignet: quia assignatio ista facta est in vtilitatẽ fęminæ, & ut demõstretur vbi dotem

dotem reciperet.] Et iure cautum est, quòd si simpliciter obligatio contracta fuit, & posteà causa demonstrationis fuerit expressus fundus, nō poterit exigi debitum ab hærede, licet ille fundus non sufficiat, l. quidam testamento. ff. de legat. 1. Hoc docet. Angel. & Iacobi, in l. si fideicommissum. §. tractatum, colum. 2. ff. de iudic. Secus si gratia taxationis, l. cum certus. ff. de tritico, vino vel oleo legat. Et † sic designatio vnde soluatur iste reditus, non facit promissionem conditionalem, nec immutat suam naturam, quo minus omnia bona sint obligata, Bar. in l. Lucius. ff. de alimē. & cibar. lega. & in l. inter. §. sacram. ff. de uerb. oblig.

Nec refragatur doctrina Bart. in l. fundus. ff. de an-
3 nuis legat. ubi scribit, quòd † si legem centum annua super illo fundo, videor illum fundū expresse ad hoc obligare, probatur in l. fin. ff. de contrahen. emptione. Respondeo, verum est, & vxor de Genoilhac poterit ex illa terra de Maignet petere sibi exolui: tamen facta solutione possessores de Maignet poterunt recuperare pro rata ab aliis possessoribus bonorum, vt pulchrè concludit Socin. d. consil. 243. in præsenti, col. 2. in 2. vol. Bal. in l. si negotium. C. de neg. gest.

Præterea apparet testatorem noluisse grauare tantum terram de Maignet, cum dixerit etiam velle reditus solui ex proxima possessione. *Parquoy appert que ladite rente se payera par tous les heritiers, ou ayans biens dudict seigneur de Genoilhac.* [Quare apparet quod d. renta exoluetur ab omnibus hæredibus, uel bona possidentibus à d. domino de Genoilhac] pro rata. *Et si les possesseurs de la terre de Maignet payent pourront recouurer des autres, qui tiennent les autres biens dudict Genoilhac. Et ne faict rien que ledict Genoilhac pouuoit vendre ledict Maignet: Ergò le pouuoit charger. Responce, que cela n'a este faict parquoy ne faut autrement respondre. Car si l'auoit vendue, alors lon respondroit. Et ne faut douter que ledict seigneur de Genoilhac ne peult charger ladite terre, ainsi qu'il a este dict.* [Et si possessores territorii de Maignet soluant, poterunt ab aliis recuperare, qui alia bona d. Genoilhac possident. Non obstat, quod d. Genoilhac terram de Maignet uendere poterat. Ergo eandem poterat onerare. Respondetur, hoc nunquā factum fuisse: quare aliter respondendum non est. Nā si eam vendidisset, tunc alia responsio daretur. Neque etiam dubitandum est, quin d. dominus de Genoilhac d. terram onerare potest, vt suprà dictum est.]

RESPON. CXCVIII.

De libris hæreticorum.

SVMMARIVM.

1 *Libros hæreticorum quibus liceat, uel non liceat habere ex Concilio Calcedonensi.*
2 *Iurisdictio cui concessa est, omnia concessa uidentur sine quibus explicari non potest.*
3 *Errores, qui ignorantur, reprobari non possunt. Necessitas licitum facit quod est illicitum. ibid.*
4 *Authoris opinio in hoc cap. consulentis reprobatur.*
5 *Lex non publicata, & non recepta, non ligat.*

1 AN liceat † habere libros hæreticorum? Respondeo licere Episcopis c. Episcopus 37. dist. Sed Archidiaconis, decanis, & aliis personis publicis ad conuincendum hæreticorum malitiam an liceat? Breui putarem licere, ut illos reprobare possint. Nam, licet in Concilio Calcedonensi fuerit tantum statutum, vt Episcopus libros Gentilium non legeret, hæreticorum autem pro necessitate aut tempore perlegeret, tamen eadē ratio videtur in archidiaconis, decanis, & aliis iurisdictionem habentibus, in parrochiis, & locis dictis dignitatibus, pro præbendis annexis.

2 Nam † cui est concessa iurisdictio, omnia concessa videntur, sine quibus explicari non posset iurisdictio. l. 2. ff. de iurisdi. om. iudi. Sed isti decani, & alii non possent exercere iurisdictionem in hæreticos, si illorum errores confutare non possent, nec etiam confutarēt, nisi illorum errores viderent. ergo illis videtur permissum: maximè hoc tempore in quo pullulāt hæreses, quæ non possent confundi, nec populus catholicus doceri si libri eorum non legerentur. & text. ibi dicit pro necessitate permitti, ut quis confundat illos hæreticos suis libris & doctrinis, hocque maximè licere debet Archidiacono, qui oculus est Episcopi. capitu. adhæc. de offic. Archid. Et decano etiam tanquam personæ publicæ, ac aliis prædictis adhoc vt possint illorum errores reprobare, & si quid ueri sit exorque-
3 c. si quid 37. dist. Nam † errores qui ignorantur reprobari non possunt. cap. legimus. 37. dist. c. ult. 24. q. 3.

Et quia necessitas facit licitum quod est illicitum. cap. si quis propter. de furt. sed id est maximè necessarium hoc tempore, ergò istis permittitur. Imò videtur esse prædictis personis necessarium, cum iurisdictionem habeant, & curam animarum. Et eis imperet Concilium ut perlegant: necesse igitur est vt ita fiat. & sic opinor.

ADDITIO. Hæc Authoris opinio in hoc capitulo consulentis, licere omnibus animarum curam habentibus libros hæreticorum legere, reprobatur à Concilio Tridentino, & à Bulla in Cœnæ Domini Santissimi Papæ Xisti V. in articulo primo. Necnon aliæ quæcunque opiniones contra Concilium Trident. facientes ad noua & approbata Iura reducātur.

4 Illud etiam † respondendū videtur, quod est in l. Titius. §. Lutius. ff de liber. & posthu. Sed si de hoc Papa interrogaretur ipse sic responderet, quia prohibitio facta ea causa fuit, ne homines legentes hos libros inficerentur, sed hi contrario modo legunt videlicet vt prosint. ergo non debet hæc bona voluntas reprobari, nec debet quis ex bona opere lapidari, vt scriptum extat in Euangelio.

Et non puto comprehendi eos in Bulla Cœnæ domini Iulii tertii. Licet prohibeat omnium, quia intelligit non esse permittendum his, qui infici possunt, & qui ignari sunt: sed istis, de quibus diximus, secùs cum personæ sint publicæ, & ad bonum finem legāt, ut illos reprobent: alioquin ex bono quis excommunicaretur, quod non est præsumendum, & hoc uidetur tenere Archidia. Egid. de Bellamera, & alii, in d. c. Episcopus, & Bullę Leonis & Pauli extinctę sunt cum earum authoribus. quia non erant leges perpetuæ, sed suo tempore tantum duraturę, ut dicitur in regularum Cancel. prohœmio Pergomes. Etiam
5 lex non † publicata non ligat. text. in auth. ut factæ nouæ constitu. colla. 5. ibi. Cur enim culpabimus eos qui positas nostras ignorauerint constitutiones: quia consensum & non ignorantiam uolumus obligari, inquit imperator. l. generali. C. de tabul. lib. 10. glos. in in l. ex maleficijs. ff. de actio. & obligatio.

Etiā lex non recepta nō ligat. l. de quibus. ff. de leg. vnde possent Episcopi rescribere ad summū Pontificē, ut rigor illius Bullæ non ligaret catholicos illos, q voluntatē habent reprobandi errores hæreticorū: & Papa sic permitteret, ut ipse vult in c. si quando. de rescript. vbi dicit patienter sustinemus, si non feceris, quod praua nobis fuerit īsinuatione suggestū. Et ideo con-

Etiam lex non recepta non ligat. l. de quibus. ff. de legib. unde possent Episcopi rescribere ad summum Pontificem, ut rigor illius Bullæ non ligaret catholicos illos, qui uoluntatem habent reprobandi errores hæreticorũ, & Papa sic permitteret, ut ipse uult in c. si quando. de rescript. ubi dicit patienter sustinemus, si non feceris; quod praua nobis fuerit insinuatione suggestum. Et ideo concluderem prædictos decanos, Archidiaconos, & alios dignitate præditos, non ligari excommunicationis sententia, nec aliis pœnis in bulla cœnæ Domini contentis, tum quia bullæ Leonis, & Pauli expirarunt eorum morte, tum etiam quia quandiu bulla Iulij non fuerit publicata, & recepta non ligat, & hoc si ea mente, qua supra, uidelicet ad bonum finem habeant, & legant, non aliàs, &c. Datum Paris. 1549.

RESPON. CXCIX.

De Indulgentijs.

SVMMARIVM.

1 *Indulgentiæ quando valeant.*

2 *Scientia, & acceptatio requiritur in concernentibus animam.*

3 *Confessores an virtute clausulæ, vt hic, ab omnibus peccatis absoluere, & vota commutare possint.*

Visis quæstionibus mihi propositis, prima an videlicet clausula illa præsentibus, post quinquennium non valituris, in concessione Indulgentiarum, apposita, debeat intelligi à die dictæ concessionis, & datæ litterarum apostolicarum? an verò à die publicationis ipsarum? Sic, respond. Certum est quod † Indulgentiæ concessæ valent à tempore datæ. cap. capitulum. de rescript. & ab illo tempore ius est quæsitum illi loco cui concessæ sunt, & ab illo tempore paratur facultas capacibus ad lucrandum illas. Sed quantum ad eos qui lucrari volunt incipiunt in eis efficaciam habere, quàm primum eis præsentantur, & notificantur, ideò istud quinquennium computatur à die quo exhibitæ sunt litteræ, quæ debent exhiberi episcopo. cap. cum ex eo, de pœniten. & remissio. nam antequam publicentur non possunt lucrari, quia populus eas ignorat. clement. 2. de pœnitent. & remis-
2 sio. & † in concernentibus animam requiritur scientia & acceptatio. argum. cap. gratia. de rescript. in 6. & receptio litterarum. capit. audita. de restitut. spoliato. & quando priuilegium datur populo, ipsi publicè insinuandum & publicandum est. argumen. l. non ita. ff. de adoptio. capit. vt officium. §. compescendi, de heretic. Bonifa. in d. clement. 2. num. 16. ideo hoc quinquennium non computabitur, nisi à die insinuationis, seu exhibitionis.

3 Secunda quæstio est, an † virtute clausulæ plenariam omnium peccatorum remissionem largimur possint confessionum auditores, ab omnibus peccatis absoluere, & vota commutare? Respond. quod sic, exceptis casibus, & votis infra expressis, qui scribuntur in extrauagan. & si dominici. vltima. de pœnitent. & remissio. in communibus, cuius tenorem describo, ut quilibet casus illius intelligere possit. Auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus, & ordinamus, quod de cætero prætextu facultatum huiusmodi concessarum à nobis, uel auctoritate nostra, & quas concedi quomodolibet contingent, in posterum, uerbo, litteris, aut quauis alia scriptura, etiam cum clausula quod sola signatura sufficiat, etiam in fauorem fidei, & cruciatæ, nullus confessorum eorundem quempiam, cuiusuis status, gradus, ordinis, vel conditionis existat: & quacunque ecclesiastica, etiam episcopali, vel maiori aut mundana, etiam regali, & maiori dignitate præfulgeat, qui offensæ ecclesiasticæ libertatis, violationis, interdicti, ab eadem sede impositi, seu hæresis, postquam fuerint de ea sententialiter condemnati, delati seu publicè diffamati, conspirationis in personam, aut statum Roma. Pont. seu cuiusuis offensæ, inobedientiæ, aut rebellionis eiusdem Pontificis, vel dictæ sedis, mutilationis membrorum, vel occisionis cuiuscunque in sacris ordinibus constituti, offensæ personalis, in episcopum aut alium prælatum, inuasionis, deprædationis, occupationis, aut deuastationis terrarum, Romanæ ecclesiæ mediatè, uel immediatè subiectarum, ac etiam inuasionis Romipetarum, seu quorumcunque aliorum ad Romanam curiam uenientium, prohibitionis deuolutionum causarum ad dictam curiam, delationis armorum, & aliorum prohibitorum ad partes infidelium, impositionis nouorum onerum realium, uel personaliũ, ecclesiis, uel ecclesiasticis personis, symoniæ super beneficiis, uel ordinibus consequendis in dicta curia, uel extra eam contractæ criminum quomodolibet reus foret. Et generaliter in casibus contentis in litteris quæ consueuerunt in die cœnæ Domini publicari, prætextu huiusmodi facultatum absoluere, & per eos emissa peregrinationis ultramarinæ, & uisitationis luminum apostolorum Petri, & Pauli, in Compostella, & castitatis ac religionis uota. Nisi ex speciali licentia, & certa scientia nostra, de qua demum constare censeatur, cum signatura nostra desuper manu nostra scriptum, aut in litteris nostris expressum fuerit, nos ex certa scientia, & de speciali gratia id concedere, cum derogatione præsentis constitutionis, illius de uerbo ad uerbum inserto tenore, non autem per clausulas id importantes, uel in articulo mortis constitutum, & tunc in casibus in quibus satisfactio fuerit impendenda facta satisfactione, uel idonee præstita cautione commutare præsumant. Et si aliqui confessorum prædictorum contra præsentem constitutionem quemquam absoluere, aut excepta uota prædicta commutare attentauerint, absolutio & commutatio huiusmodi, nullius sit roboris, uel momenti. Et contra facientes eo ipso excommunicationis sententiam incurrant, à qua (nisi in mortis articulo constituti) ab aliquo, quàm à Romano Pontifice absolui non possint. Et sic in his casibus hic expressis, non absoluant presbyteri: in aliis uerò possunt, & etiam alia uota, ex causa tamen, commutare, præter uota hic expressa.

RESON. CC.

De Indulgentiarum publicatione.

SVMMARIVM.

1 *Indulgentiæ concessæ an per mortem concedentis expirent.*

Beneficium quod à diuina Indulgentia proficiscitur plenissime interpretatur, ibid.

2 *Indulgentiæ sunt extendæ.*

3 *Indulgentiæ in honorem Dei tendunt, & ad exaltationem fidei.*

Viso

1 VIso breui apostolico Papæ Iulii tertii, iam
uita functi, arbitror † Indulgentias in bre
ui concessas, non expirasse per mortem
concedentis , quia beneficium propriè
(quod à diuina eius indulgentia proficiscitur) debe-
mus, quàm plenissimè interpretari, ut ait Iuriscõsult.
in l.fi.ff. de constitutio.princ.cap.olim. de uerbo.sign.
Ideò ut duret etiam post mortem concedentis, ma-
2 ximè quando loquimur de indulgentiis, quæ † sunt
extendendæ potius quàm restringendæ, quia fauora-
biles, ut ait Innoc. Papa in c.quod translationem de of
fic.leg. ubi dicit non expitare per mortem conceden-
tis. Quod firmat Panorm. cap.cùm ad hoc.de cleric.
non resident. Et Domin.in cap.fin.not.ult. de rescript.
Itaque cum summus Pontifex Iulius tertius conces-
serit Magistro Stephano Daigomuet clerico Ebro-
censis diœcesis, indulgentias in suæ primæ missæ cele
bratione, tam ipsi quàm audientibus, seu templum,
3 in quo celebrabitur missa, uisitantibus: istæ † indul-
gentiæ in honorem Dei tendunt, & ad exaltationem
fidei, ac animæ fidelium prouocantur ad regna cœ-
lorum: ideo bonum est ut publicentur, & quicun-
que uoluerit sibi, & animæ suæ prodesse, has indul-
gentias lucrabitur.

Nec inferri potest aliquod offendiculum, seu scan-
dalum ex illis, cùm nulla exigatur pecunia, sed ora-
tiones tantùm ad Deum exiguntur, quod est salubre,
& necessarium. Et sic ex præmissis concludo, has in-
dulgentias posse publicari, ut quilibet eas consequi
possit. Actum Parisiis anno 1555. in mense Septemb.

FINIS.

RESPO

colorchecker CLASSIC

calibrite